



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

2307

~~44-10~~ 80-7-9

100  
N-7307








R. P. FRANCISCI  
A M I C I  
CONSENTINIE SOCIETATE IESV  
S. THEOL. DOCTORIS.  
AC PROFESSORIS IN COLLEGIIS  
*Ala libera et collegio sociorum & scolarum*  
AQVILANO,  
NEAPOLITANO, GRÆCensi, VIENNensi,  
NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARI,  
CVRSVS THEOLOGICI.  
TOMVS OCTAVVS,  
DE POENITENTIA,  
EXTREMA-VNCTIONE, INDVLGENTIIS  
IVBILEO,  
SACRAMENTO ORDINIS.



ANTVERPIÆ,  
Apud GUILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet dicta,  
sub Pellicano aureo, M. DC. L.

*Cum Privilégio Cesareo & Regio.*



# INDEX

## DISPUTATIONVM ET SECTIONVM

### HVIVS TOMI OCTAVI.

#### DISPUTATIO I. De natura pœnitentia virtutis

- Sæc.** An pœnitentia sit virtus? à hu. 1  
**A** An pœnitentia sit virtus specialis? 18  
 An pœnitentia sit virtus à cetero? 18  
 quodnam sit eius obiectum formale? 18  
 An pœnitentia sit species iustitiae? 18  
 Quodnam sit obiectum materiale pœnitentiae? 18  
 An pœnitentia sit virtus infusa? 18  
 In quibus sit pœnitentia infusa? 18  
**DISPVT. 2. De actibus pœnitentia Christianorum**  
**Sæc.** Quinam sine actus pœnitentiae Christianorum? 18  
 In quo actu essentialiter consistat pœnitentia? 18  
 An actus pœnitentiae Christianorum sit supernaturalis? 30  
 Quotuplex sit actus pœnitentiae Christianorum? 30  
**DISPVT. 3. De Attritione.**  
**Sæc.** An attritio sit actus virtutis? 1  
 An quicunque dolor ex quo quis motiuo, infra motuum charitatis conceptus sit saltem cum sacramento sufficiens dispositio ad iustificationem? 10  
 An sola & omnis attritio supernaturalis sit sufficiens dispositio saltem cum sacramento ad iustificationem? 24  
 Quo pacto attritio à contritione distinguitur? 36  
**DISPVT. 4. De Contritione.**  
**Sæc.** Ex quo motiuo elici debet contritio, ut sit proxima dispositio ad iustificationem? 1  
 Quo pacto contritio includat supernaturalem dilectionem Dei? 1  
 An ad contritionem sufficiat virtualis detestatio peccatorum? 1  
 Quale propositum de cetero non peccandi requirat contritio? 90.  
 An contritio necessariò cadat super omnia peccata memoria pœnitentia? 1  
 An contritio debet esse de omnibus mortalibus distinctè recogitatis, an tantum confusè cognitis? 1  
 An contritio certam requirat actus intentionem? 135  
 An ad contritionem requiratur certa temporis mora? 136  
**DISPVT. 5. De effectu pœnitentiae quoad mortalium peccatorum remissionem.**  
**Sæc.** An contritio sit ultima & infallibilis dispositio ad quocumque peccatorum remissionem? à num. 1  
 An semper in hac vita vera pœnitentia haberi possit? 41  
 An remitti possit unum peccatum mortale sine alio? 54  
 An remissa culpa per contritionem remittatur omnis pœna culpe debita? 59  
 An de potentia absoluta possit Deus remittere culpam non remissio debito pœnæ aeternæ? 67  
**DISPVT. 6. De remissione venialium peccatorum.**  
**Sæc.** An ad remissione venialium peccatorum venialis sit necessaria pœnitentia? à num. 1  
 An ad remissionem culpe venialis sit necessaria pœnitentia formalis? 1  
 Quisnam actus virtutis sufficiat ad remissionem culpe venialis extra sacramentum? 14  
 An & quo pacto venialia remittantur per sacramentum? 40  
 An sacramentalia remittant venialia ex opere operato? 47  
 An ad remissionem venialium requiratur gratia habitualis? 60  
 An venialia remitti possint per condignam satisfactionem? 66  
 Vide 10. 6. disp. 5. sæc. 6.  
 An venialia remittantur per formam naturæ suæ incompossibilem cum illis? & seqq.  
 An & quomodo venialia remittantur in alia vita? sæc. vls.  
**DISPVT. 7. De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.**  
**Sæc.** An de facto peccata dimissa redeant per subsequens peccatum? à num. 1  
 An saltem de potentia absoluta peccata semel dimissa redire possint? 18  
**DISPVT. 8. De virtutum reparacione per pœnitentiam.**  
**Sæc.** An merita peccato mortificata per subsequentem pœnitentiam reuiuiscant? à num. 2  
 An merita mortificata per pœnitentiam reuiuiscant ad primum esse? 25  
 An antiqua merita semper resurgent ad totum primum esse? 48

#### DISPVT. 9. De precepto contritionis;

- Sæc.** An de contritione sit speciale preceptum? à num. 1  
 An præceptum contritionis statim obliget? 19  
 Quando receptum contritionis obligat? 34  
 Sacramentum pœnitentiae in omni casu suppletat præceptum contritionis? 64

#### DISPVT. 10. De infinitiōne & natura sacramenti Pœnitentiae.

- Sæc.** An sic liquod pœnitentia sacramentum à ceteris distinctum, Christo institutum? à num. 1  
 An sacramentum pœnitentiae fuerit à Christo quoad omnes sua? 8

- An sacramentum Pœnitentiae in lege Euangelica sit medium necessarium ad remissionem peccatorum mortalium post Baptismum? 40

- In quo essentialiter consistat sacramentum Pœnitentiae? 66  
 Quid in hoc sacramento sit res tantum, sacramentum tantum, res & sacramentum simul? 108

#### DISPVT. 11. De forma sacramenti Pœnitentiae.

- Sæc.** Quæ sit essentialis forma sacramenti Pœnitentiae? 1  
 An forma sacramenti Pœnitentiae deprecatoriè prolata sit validata? 35

- An de essentia absolutionis sacramentalis sit, ut proferatur vox humana? 35

- An sacramentalis absolutionis impendi possit absenti? 43  
 An Sacerdos per hæc verba, Ego te absolu, à peccatis verè pœnitentem absolvat? 48

#### DISPVT. 12. De Contritione.

- Sæc.** Quis dolor requiratur ad effectum huius sacramenti consequendum? 1

- An attritio ad effectum huius sacramenti requisita debeat esse supernaturalis? 4

- An ad effectum huius sacramenti sufficiat dolor supernaturalis tantum quoad modum? 35

- An dolor ad validitatem huius sacramenti requisitus debeat necessariò confessionem præcedere? 53

- An si pœnitens post dolorem, nouum peccatum committat, nouum debeat dolorem elicere cadentem supra omnia, an sufficiat de novo tantum peccato commisso dolere? 85

- An defectu doloris dari possit confessio valida, sed informis? 97

#### DISPVT. 13. De Confessione.

- Sæc.** Qualis voluntas ad sacramentalem confessionem sit necessaria? 2

- An sit essentiale confessioni sacramentali, ut propria pœnitentis vox fiat? 12

- An peccata validè confessa, & remissa possint esse materia sacramentalis confessionis? 12

- An confessio debeat esse integra formaliter? 19  
 An confessio debeat esse integra quoad speciem & numerum peccatorum? 72

- An circumstantia notabiliter tantum aggrauantes sint necessariò confitendæ? 86

- An semper confessio debeat esse integra materialiter? 126

- Quæ causæ ab integritate confessionis excusat? 133

- An propriæ integratæ confessionis sit explicanda persona complicis? 162

- An dimidiari possit confessio in casibus reservari? 182

- An possit sacramentaliter absolvi qui signa tantum ostendit contritionis? 47

- Quando iteranda sit confessio? 127  
 An teneatur confessarius monere pœnitentem bona fide, sed inualidè confessum? 325

#### DISPVT. 14. De sigillo Confessionis.

- Sæc.** An & quo iure obliget sigillum confessionis? 2

- Ex qua confessione oriatur hoc sigillum? 50  
 Quæ res cadat in hoc sigillum? 54

- An possit confessarius de licentia pœnitentis de ipsius peccatis extra confessionem loqui? 57

- Quæ personas obliget hoc sigillum? 32  
 An possit confessarius ut aliquando notitia ex confessione compara? 40

#### DISPVT. 15. De Ministro sacramenti Pœnitentiae.

- Sæc.** An quilibet Sacerdos completam potestatem habeat absolvendi quemlibet in foro pœnitentiae? 1

- De iurisdictione ad forum pœnitentiaz requisita? 35  
 \*\* ij

# INDEX DISPUTATIONUM ET SECTIONVM.

An approbatio Episcopi sit necessariò requisita ad validitatem sacramenti Poenitentia?	91	re suscipientis requiratur.
<i>Dispvt. 16. De satisfactione sacramentalis.</i>		V. Quid ex parte operum, quæ ad Iubileum lucrandum præmitenda sunt, generaliter requiratur.
Sect. An Sacerdos habeat potestatem obligandi poenitentem ad satisfactionem acceptandam?	2 nu.	VI. Quid singula opera speciatim requirant ad Iubileum sacramendum.
Quem effectum conferat satisfactio à confessore iniuncta?	20	VII. Confessarius qualib[us] tempore Iubilei eligi possit & debet à poenitente.
An satisfactio sacramentalis in peccato adimplera suum sortitur effectum?	28	VIII. An tempore Iubilei possint Moniales quemcunque Confessarij ex approbatib[us] ab Ordinario loci eligere.
An satisfactio ab uno confessore imposita, possit ab alio mutari?	44	IX. Quam virtute Iubilei auctoritatem accipiat Confessarius à poenitente electus circa absolutionem à peccatis.
In qua nonnulla solvuntur dubia?	50	X. Quam potestatem virtute Iubilei accipiat Confessarius à poenitente electus circa o[mn]i e[st] um iniunctorum & vorbum commutationem?
<i>Dispvt. 17. De precepto diuino Confessionis.</i>		XI. An possit Confessarius in vi facultatis, quam ratione iubilei habet vota commutandi, commutare iuramenta Deo facta, & vota iuramento firmata?
Sect. Au confessio sit iure diuino præcepta?	1	XII. An ad validam voti commutationem requiratur causa, tam ex parte commutationis, quam ex parte materie iubilatge?
An potuisse hoc sacramentum ab Ecclesia præcipi, si non fuisset à Christo institutum?	9	XIII. An voti commutatio, vel dispensatio, sicut vel à Confessario data, vel à poenitente acceptata, sit validas?
An satisfactio præcepto diuino per confessionem informem, sed validam?	20	XIV. An qui potest commutare vota, possit etiam in eis dispendare, & contraria?
Quas personas obliget hoc præceptum?	34	XV. An Confessarius vi Iubilei commutare possit vota omnia, exceptis castitatis & Religionis?
Quo tempore præceptum diuinum confessionis fideles obligat.	41	XVI. An virtute Iubilei possit Confessarius commutare vota, que circa castitatem & Religionem potest Episcopus, & quemad illa sine?
An præceptum diuinum obliget fideles ad confitendum per Interpretem vel scriptum, quando aliter non possunt.	62	XVII. Quid iurius habeant Religiosi professi ad actionem religionem propriâ auctoritate transcundi?
An teneamus in articulo mortis confiteri mortalia dubia?	75	XVIII. An possit Episcopus dispensare in votis absolute castitatis & Religionis à coniugibus emissis?
<i>Dispvt. 18. De precepto Ecclesiastico annua Confessionis.</i>		XIX. An possit Episcopus Ordinariâ potestate, & Confessarius virtute Iubilei dispensare in votis castitatis & Religionis, ad quæ votens non nisi sub culpa veniali se obligauit?
Sect. An sit latum præceptum Ecclesiasticum annua confessionis distinctum à præcepto communionis?	8	XX. An indulgentia plenaria data, in forma Iubili, vel ad instar Iubilei, priuilegia iubilei secum affterat.
Per quam confessionem huic præcepto satisfiat.	11	XXI. An quævis religio certas habeat indulgentias.
Quas personas obliget hoc præceptum.	15	<i>Dispvt. 19. De Sacramento Extremae-unctionis.</i>
An qui annua confessionis præceptum implere non potest, teneatur de peccatis contritionem elicere.	34	
An hoc præceptum obliget pro aliqua determinata parte anni.	45.	
An qui non est confessus intra annum, teneatur statim confiteri initio sequentis.	64	Sect. I. An aliqua Ordinatio sit verè & propriè sacramentum à Christo institutum.
An aliquando teneatur poenitens tempus confessionis anticipare?	89	II. Quid & quotuplex sit Ordo Ecclesiasticus.
An sit aliqua pena contra transgressores huius præcepti statuta, & an illa incurrit per factam confessionem.	106	III. Quot sunt Ordines Minores, & quæ antiqui, & quæ singularium officia.
<i>Dispvt. 19. De Sacramento Extremae-unctionis.</i>		IV. Quot sunt Ordines Sacri, quæ antiqui, & quænam eorum officia.
Sect. I. An Extrema-unctione sit verum sacramentum.		V. An Episcopus iure diuino sit Presbytero superior, & an via ordinationis habeat aliquod officium ab officio Presbyteri distinctum.
II. An hoc sacramentum fuerit immediate à Christo institutum.		VI. An dignitas Cardinalitia sit ordo à Christo institutus & quod eius officium.
III. Quænam sit huius sacramenti materia.		VII. An omnes Ordines maiores sint sacramenta immediate à Christo instituta.
IV. Quot uinciones sufficiant ad hoc sacramentum perficiendum.		VIII. An Ordines Minores sint sacramenta à Christo instituta.
V. Quæ sit huius sacramenti forma.		IX. An Episcopatus sit sacramentū distinctum à Presbyteratu, distingue imprimat characterem.
VI. Qui & quotuplex sit effectus huius sacramenti.		X. An Episcopus spirituale matrimonium contrahat cum Ecclesia, ad quam consecrat, humano iure indissolubile.
VII. Quando in hoc sacramento effectus conferatur.		XI. Quo iure sacris hominibus prohibitum sit matrimonium contrahere.
VIII. Quisnam sit necessarius Minister huius sacramenti.		XII. An facti homines ad continentiam immediate teneantur ex voto constitudine Ecclesiæ sacris Ordinibus annexo.
IX. Quodnam sit remotum subiectum huius sacramenti.		XIII. An lege Ecclesiastica.
X. An hoc sacramentum sit natura sua iterabile.		<i>Dispvt. 23. De Ministro Ordinum.</i>
XI. An teneantur fideles sub præcepto hoc sacramentum suscipere.		Sect. I. An quis Episcopus, etiam hereticus, excommunicatus, degradatus, possit esse Ordinis Minister.
XII. An facti Ministri sub præcepto teneantur hoc sacramentum infirmis ministrare.		II. An ex commissione Pontificis aliis quam Episcopus possit esse Ordinum Minister.
XIII. An tempore pestis teneatur Parochus cum periculo vita hoc sacramentum administrare.		<i>Dispvt. 24. De ijs quæ ex parte Ministri requiruntur, ut Ordo sis ac licet conferatur.</i>
XIV. Quis ritus seruandus sit in hoc sacramento administrando.		<i>Dispvt. 25. De ijs quæ requiruntur ex parte Ordinandorum.</i>
<i>Dispvt. 20. De Indulgencij.</i>		Sect. I. De ijs quæ ad valorem Ordinis requiruntur.
Sect. I. Au sit in Ecclesia spiritualis thesaurus Christi & Sanctorum satisfactiones recordens.		II. An bigamus sit iure diuino Ordinis incapax.
II. Cujus potestatis actus sit Indulgencij concedere.		III. An possit Episcopus in bigamia dispensare.
III. An quo vinculo Indulgencij fideles absolvant.		IV. De ijs quæ ex parte Ordinandorum requiruntur, ut honeste ac licet Ordines suscipiant.
IV. Au sint necessaria aliqua verba ad Indulgencij concedendas, & quo pacto illa sint interpretanda.		<i>De titulo ad sacros Ordines requisito.</i>
V. Quotuplex sit Indulgencija.		
VI. Quis possit ordinaria potestate Indulgenciam concedere.		
VII. Quinam sint Indulgencij capaces.		
VIII. An & qualis dispositio requiratur ad Indulgenciam lucrandam.		
IX. An & qualis causa requiratur ad Indulgencij validitatem.		
X. Quot modis possint Indulgencij cessare.		
<i>Dispvtatio 21. De Iubile.</i>		
Sect. I. Quid & quotuplex sit iubileum.		
II. A quo tempore inciperit Christianum Iubileum.		
III. Quæ ad legitimam Iubilei promulgationem requirantur.		
IV. Quæ generaliter ad Iubileum validè lucrandum ex par-		

## APPROBATIO.

**R** Euerendi Patri FRANCISCI AMICI, è Societate IESV, Eximij Theologi Tomus hic VIII. ac de Poenitentiâ inscriptus, Cursui Theologico optimo coronidem imponit minimè poenitendam; quem proinde, ut ceteros tomos, typis & immortalitate dignos censco. Duaci 21. Martij, Anno 1640.

FRANCISCUS SYLVIUS S. Theol. Doctor eiusdemq[ue] Regius ac Ordin. Professor.

R. P. FRANC. AMICI

E S O C I E T A T E I E S V

C V R S V S T H E O L O G I C I :

· T O M V S O C T A V V S

D E S A C R A M E N T O

P O E N I T E N T I A

E T E X T R E M A E - V N C T I O N I S .

P R O O E M I V M .



Ost Sacraenta in genere, Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiam, disputandum de Pœnitentiâ, quæ ad vitam animæ peccato extintam suscitandam, instituta est. Ut enim teste *Concilio Florent. in decreto de unione Armen.* supernaturalis animæ vita Baptismo gignitur, Confirmatione robatur, Eucharistia nutritur; ita peccati turbine extincta, Pœnitentiæ sacramento reuiuiscit, & efflorescit. Quâ de causâ sacramentum mortuorum dicitur. Sicut enim vermis, ut *Chrysost. homil. 5. ad popul. Antioch. circa med. lignum*, ex quo nascitur, rodit & consumit: ita pœnitentia peccatum, ex quo originem dicit, & destruit & absunit. Vnde *Hieronym. in 16. cap. Ezech.* pœnitentiam secundam tabulam appellat: *Quam & Trident. sess. 14. can. 1.* ita appellandam esse definit: siquidem effracta nauis Baptismalis innocentiae, in quâ tuti hoc mare tranabamus, paratur nobis pœnitentia, cui veluti fractæ nauis tabulæ adnitentes, hinc inde spei & timoris condonatae culpæ fluctibus iactati, ad æternæ vitæ portum tendimus. Hæc enim auctore *Tertull. lib. de pœnitentiâ c. 4.* Peccatorum fluctibus mersum proleuat & in portum diuinæ clementiæ protelat. Hæc est, auctore *Lactant. Firmiano in epitome diuin. institut.* vulnerum peccatorumque sanatio, spes & portus salutis, quam qui tollit, viam vite sibi amputat. Hæc sola est, ut *Ambrosius lib. 1. de pœnit. cap. 1.* que Domini questam sanguine Ecclesiam propagat. Quoniam verò pœnitentia, vna virtus, Sacramentum altera: illa, ut *Trident. sess. 14. cap. 1.* & 4. omni tempore necessaria fuit; hæc tantum in lege Euanglica. Illa iustificat sine sacramento Pœnitentiæ actu suscepito, licet non sine voto latem implicito illius: hæc sine pœnitentia virtute peccatorem non iustificat, cum illam ut patrem essentialem sui includat. De pœnitentiâ ex professio disputant Scholastici cum *Magist. in 4. à dist. 14. usque ad 22. inclusuè, & Thomistæ cum Angelico Doctore 3. p. q. 84.* multi etiam antiqui Patres copiosè de illa scribunt, necnon recentiores Theologi, qui contra huius temporis haereticos disputant: quos omnes compendiosè indicat *Bellar. lib. 1. de pœnitentiâ cap. 1.* Hic ad clariorem notitiam, prius de pœnitentiâ virtute, vt potè de re vniuersaliori, & præsuppositâ, tum de pœnitentiâ sacramento; deinde de Extremâ-Vnctione, quæ ad reliquias peccatorum delendas instituta est, disporto: postremò de Ordine & Matrimonio nil defiderari patiar.

Tom. VIII. De Sacramentis.

A

DISPV-

## DISPUTATIO I.

## De naturâ Pœnitentiæ virtutis.

**P**OENITENTIA non importat solam animi respiscentiam, & peccati agnitionem, prout positumve dumtaxat nouæ vitæ inchoandæ, ut Erasm. & Luther. autumant; sed odium insuper peccatorum, & detestationem præteritæ vitæ, ut Patres explicant, qui vbique pœnitentiam definiunt per dolorem, & detestationem peccatorum: Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 7. Peccator, inquit, ante veniam deflere se debet. Athanas. in quest. brenior. in Scriptur. quest. vlt. pœnitentiam definiens, ait; esse non solum genuum inclinationem; sed abstinentiam à malo, & labores, lachrymas, & preces ad Dicüm pro præteriorum peccatorum remissione. Basilius in regulis brenior. interrog. 10. ita pœnitentiam describit: Primum quidem, ea, hoc est anima, male anteactam vitam suam odisse debet, eiusque memoriā abhorrire, ac detestari: scriptum est enim: iniuriam odio habui, & abominatus sum. Cyprianus serm. de lapſis, fine; Agite, inquit, pœnitentiam plenam; dolentis, & lamentantis animi probate tristitia. Ambrosius in prefat. Psal. 37. Plena est definitio pœnitentia, commemoratio delittorum, ut unusquisque peccata sua velut quodam quotidiani sermonis castiget flagello, & commissa sibi flagitia condemnat. Hieronym. in cap. 31. Ierem. pœnitentiam per signum doloris & planctus à posteriori agnoscit; & postquam ostendisti mibi ipsam pœnitentiam, percussi femur meum: quod dolentis, & plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est. August. serm. 3. in natali Dom. post init. pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei; quando sic pœnates, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius obletabat. in corpore ipsum te cruciet in mente: & lib. de verâ & falsâ pœn. cap. 7. fine: pœnitentia est quodam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commissse. Cyrillus Alexand. lib. de adorat. ante med. tristitia secundum Denim pœnitentiam ad salutem non pœnitendam operatur. Chrysost. cit. eleganti discursu probat, solo dolore peccati, & destrui peccatum, & amissa cum peccato dona nobis restitu: contrâ verò nullo dolore alterius rei amissum bonum nobis restitui. Gregorius Homil. 34. in Euang. fine: pœnitentiam agere est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Damasc. in vitam Barlaam. pœnitentiam describit per lachrymas. Anselm. in 2. c. poster. Epist. ad Corinth. vera pœnitentia, inquit, est, cessare à peccato, & dolere, si de cetero desinat. Bernardus lib. breniorum sentent. ante med. quinque ad pœnitentiam requirit: plenam peccati cognitionem; pœnitentiale afflictionem; humilem confessionem; dignam pristinæ voluntatis correctionem, & perseverantem successionem. Ad hæc Patrum testimonia accidunt Florent. cse. & Trid. sess. 14. cap. 3. & can. 4. pœnitentiam definitia per cordis contritionem, quæ dolorem, & detestationem de commisso peccato cum proposito non peccandi de cetero includit.

Ex his constat, quæ temerariè Erasmus, & Lutheri contra Patres effutuerint, pœnitentiam non odium peccati; sed solam consilij mutationem importare; neque illam deriuari à pœna; sed ponere, contra omnes authores tam Ecclesiasticos, quæ profanos, qui verbo pœnitere vtuntur ad significandam detestationem facti cum desiderio pu-

niendi. Quomodo, inquit Cic. 4. Tusc. si naturalis esset ira, aut alius alio magis iracundus esset; aut finem haberet prius quam esset ulta, ulciscendi libido, aut quemquam pœniteret, quod fecisset per iram, ut Alex. Regem videmus, qui cum interemisset Cyleum familiarem suum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. Et Ouid. lib. 1. de Ponto:

Pœnitet, ô si quid misericordum creditur ulli:

Pœnitet, & facto torqueor ipse meo:

Cumq; sit exilium, magis est mihi culpa, dolor:

Estq; pati pœnam, quam meruisse minus

Quoniam verò tristitia, quæ naturaliter coniuncta est cum odio, & detestatione peccati, at prima pœnarum, ut Scotus in 4. dist. 14. quest. 9. de prima tertio art. circa medium, sublatâ enim tristitiâ, nulla esset pœna; ex hâc pœnâ voluntariè assumptâ, dicitur hæc virtus pœnitentia, quasi voluntaria pœnæ tenentia: nam ut ibid. 9. secundo conclusione respectu pœnæ non importat solam passionem, sed etiam actionem: vnde idem est, pœnam tenere, aque pœnam assumere.

## SECTIO PRIMA.

## An pœnitentia fit virtus?

**R**atio dubit. 1. nulla virtus primariè est circa malum, sed circa bonum, in cuius proœciatione principaliter versatur: & amore cuius determinatur oppositum malum, ut temperantia prima rìo inclinat ad bonum temperantia; secundariò verò detestatur malum oppositum temperantia. Pœnitentia autem tota posita est in fuga, & detestatione peccati commissi. 2. Pœnitentia est quædam tristitia, quam concipit animus ex peccato commisso. Tristitia autem, cùm sit quædam animi passio, virtus esse non potest: hæc enim in libera voluntatis electione consistit. Quapropter Aristot. 4. Ethic. vlt. docet, verecundiam, quæ est præsentis mali erubescens, non esse virtutem. 3. Nulla virtus est circa impossibile, cùm sit præ Etica: pœnitentia autem est circa impossibile, cùm versetur circa malum præteritum, nolendo, ut illud sit commissum. 4. Virtus ex Philosopho 7. cœli Tex. 17. est dispositio perfecti ad optimum, hoc est, ut S. Thom. ibid. lec. 6. & 1. 2. quest. 55. art. 1. & 2. est habitus perficiens subiectum, illudque disponens ad optimam operationem: sed operatio, ad quam habitus pœnitentiae disponit, non est optimatum quia est tristitia, quæ non est optima hominis operatio; tum quia in eâ non silit potentia, ut in ultimo termino, sed vterius tendit ad reconciliationem cum Deo.

Dico tamen 1. Pœnitentia est propriè virtus: S. Thom. 3. p. 4. 85. art. 1. & reliq. Scholast. in 4. dist. 14. Fundam. detestari peccatum, quarenus est offensiuum diuini iuris, est conforme rectæ rationi: ergo est actus studiosus: nam regula virtutis est recta ratio, à quâ omnes actus humani regulantur: ergo habitus, ex quo talis actus procedit, est propria virtus: quia nequit actus bonus esse ab habitu malo. Etenim hoc interest inter habitum & potestim, quod potentia est indifferens ad bonum & malum: habitus est determinatus vel ad bonum, vel ad malum; vnde impossibile est, ut habitus non sit bonus, si eius actus est bonus. Antec. prob. non minùs est rationi conformis fuga mali, quæ proœcutione boni: eadem quippe recta ratio dictat, prosequendum esse bonum, & detestandum esse malum oppositum; ut eadem natura inclinat, ad proœcutionem.

secutionem boni sibi conuenientis, & ad fugam mali sibi disconuenientis. Confirmat S. Thom. in argum. Sed contrâ de solis actibus virtutum dantur præcepta 2. Ethic. 1. sed de actu pœnitentia datur præceptum, ex Matth. 4. & Alt. 2. Pœnitentiam agere, igitur pœnitentia est virtus.

10.  
Dices.

Respo.

secutionem boni sibi conuenientis, & ad fugam mali sibi disconuenientis. Confirmat S. Thom. in argum. Sed contrâ de solis actibus virtutum dantur præcepta 2. Ethic. 1. sed de actu pœnitentia datur præceptum, ex Matth. 4. & Alt. 2. Pœnitentiam agere, igitur pœnitentia est virtus.

DICES: Virtutis non solum est recte, sed etiam delectabiliter operari, author. Philos. in Ethic. non semper autem qui pœnitentiam agit, delectabiliter operatur: igitur non semper actus pœnitentia est actus virtutis. Concedo maior. de virtute perfecta, & consummatâ, quæ non solum dicit habendum; sed remotionem impedimentorum, quæ sunt passiones estrænes, quæ non nisi multorum actuum exercitatione sedantur: nego, de virtute imperfæta, & inchoatâ. Et quamvis pœnitentia supernaturalis sit perfecta, ut potè à Deo per se infusa; quoad facilitatè tamen pendet à frequentatione actuum, cum virtus infusa det tantum posse; non autem facilè posse; quod comparatur ex frequentatione actuum, quorum exercitio impedimenta, quæ difficultatem causabant, colluntur.

11.  
Colligatur  
ex S. Thom.  
Scoto.

DICO 2. Virtus pœnitentia primariò tendit ad prosecutionem boni; secundariò ad fugam, & detestationem mali. ex S. Thom. cit. quest. art. 3. In quo pro obiecto pœnitentia assignat ius diuinum ut compensabile per actus pœnitentis: ergo per se primò tendit ad ius diuinum illæsum seruandum, circa quod ante illum commissum peccatum versari potest affectu complacentia, affectu cuius pœnitentia detectatur peccata, siue commissa, siue committenda. & ex Scoto in 4. dist. 14. q. 2. ad 3. in Resp. 2. vbi docet, hanc virtutem manere in beatis, & futuram fuisse in statu innocentia. Fundam. omnis auersio mali fundatur in amore alicuius boni, quod appetitum mouet ad detestandum malum oppositum tali bono; quia omne malum est detestabile per comparisonem ad aliquod bonum, quo priuat: ergo id, quod primariò mouet appetitum ad detestandum malum, est bonum ipsum, cuius malum est priuatum. Cum enim malum sit respectuum, non mouet nisi in ordine ad bonum. Sicut natura non tendit ad destructionem unius, nisi propter generationem, vel conseruationem alterius, quod principaliter mouet: ita voluntas non tendit ad detestandum malum, nisi propter bonum, quod principaliter mouet.

12.  
Omnis auersio mali fundatur  
in amore alicuius boni.

DICES: Pœnitentia formaliter importat detestationem & fugâ mali: non igitur consistit in prosecutione boni. Resp. pœnitentiam sumi uno modo inadæquatè præcisâ & formali habitudine detestandi malum; alio modo adæquatè secundum vtramque habitudinem, quam essentialiter includit, & detestandi malum, & prosequendi bonum: omnis quippe virtus, teste S. Thom. 1. 2. q. 60. art. 4. per eandem indivisibilem rationem & inclinat ad bonum, illud prosequendo; & declinat à malo, illud detestando. 1. modo considerata pœnitentia dicit solam fugam mali; 2. importat etiam prosecutionem boni; quamvis ex nominis significacione importet solam inadæquatam habitudinem detestandi malum.

13.  
Dupliciter sumi posse.

DEDUCITUR contrâ Caiet. 3. p. q. 83. art. 2. &c. hanc virtutem fuisse in Christo, quod docet Argent. in Hoc virtus 4. dist. 14. q. 1. art. 1. fine, non secundum peculiarem fuit in Christo, & est in beatis. affectum detestandi peccatum à se commissum, sed secundum affectum seruandi ius diuinum illæsum, & peccata detestandi ab alijs commissa: à fortiori sequitur, esse in beatis, non secundum affectum detestandi peccata etiam à seipso commissa, absque illâ tamen tristitia, cuius capaces non sunt: nollent

enim Deum fontem omnium bonorum offendisse. Leg. Maior in 4. dist. 14. q. 2. propos. 3.

Ex his patet ad 1. rationem dubit. Ad 2. concedit S. Thom. q. not. art. 1. ad 2. minorem, de tristitia Ad 1. rat. passione; negat de tristitia, quæ est secundum voluntatis electionem, quo pacto est actus liberè à voluntate elicitus iuxta regulâ rationis. Verecundiam autem idèo negavit Arst. esse virtutem, quia putauit, potius consistere in passione corporis, quam in electione voluntatis. Idque probat à signo quia rubescunt, qui pudore afficiuntur: sicut pallens, qui mortem timent. Cæterum si verecundia consideretur ut actus voluntatis electius, timens malum ex affectu honestatis oppositæ, erit propria virtus. Nisi dicamus, idèo verecundiam non esse virtutem, quia non est efficax fuga mali, quod ad virtutem requiritur, sed inefficax dum taxat velleitas, quæ secum compatitur effectu affectum mali, quod S. Tho. 3. p. q. 85. art. 1. ad 2. probat: quia verecundia respicit turpe factum ut præsens, pro quo timeret confundi. Quia a posteriori mirum illud non retractat per efficacem effectum, ri-

Ad 3. neg. minor. Ad prob. nota, voluntatē ferri posse in peccatum præteritum, uno modo ut præteritum formaliter: & hoc vel absolute desiderando, ut peccatum commissum non sit commissum: at hic actus est impossibilis, cum sit ad obiectum impossibile, ut tale formaliter; vel factâ hypothesi, quod sit possibile, ut peccatum commissum non fuerit commissum, & tunc potest & debet pœnitentia velle, ut peccatum non sit commissum, affectu saltem simplicis desiderij, non efficacis voluntatis; quia hæc supponit absolutam obiecti possibilitatem, cum ordine ad executionem mediorum: alio modo ferri potest voluntas in peccatum præteritum, ut moraliter præsens per modum habitus nondum retractati: & sic potest illud efficaciter detestari, & retractare per actum pœnitentia.

Ad 4. definitio Philos. intelligenda est de optimâ operatione non simpliciter, alioqui una est tantum optima operatio simpliciter, nempe operatio immediate attingens Deum, quam soli beati exercitent in patriâ, sed de optimâ intra certum genus. In quo sensu neg. minor: ad 1. prob. nego, suppositâ culpâ, tristitiam de eâ optimam non esse, cum per illam tollatur, quod est summum malum creature intellectualis. Ad 2. concedo, detestatione peccati, voluntatem, ut per medium vltérius tendere in compensationem iniuriaz diuinaz, & per eam in reconciliationem eum Deo: nego tamen, hoc esse contra virtutem ut sic, sed ad summum, quæ pro obiecto habet Deum ultimum finem, cui reliqua virtutes subordinantur: talis est charitas, quæ quia pro obiecto habet Deum ultimum finem, omnis virtus illi subordinatur; non esse autem contra reliquias virtutes, quæ quia immediate versantur circa media ad ultimum finem consequendum, in nullâ earum operatione potentia sisit ut in ultimo termino simpliciter.

## SECTIO II.

An pœnitentia fit virtus specialis?

P RIMA sententia negat: Altisiod. lib. 4. tract. 6. cap. 1. q. 3. Rubion. in 4. dist. 14. q. 3. art. 1. §. Alter, Negans. Maior. q. 1. Quia detestatio peccati pertinet ad quâ-fundam. libet virtutem: quilibet enim virtus inclinat ad bonum, & detestatur malum sibi oppositum; lustitia per eandem rationem inclinat ad iustum, & declinat ab iniusto: Temperantia inclinat ad honestatem temperantiaz, & declinat ab inhonestate in-

# 4 Disp. I. De naturā Pœnitentia virtutis. Sectio II. & III.

19.  
Confirm.

temperantia; ergo pœnitere, quod est nolle peccare, non est accusus specialis virtutis, sed vagatur per omnes. Confirm. virtus specialis non potest opponi omni vitio: quia sicut habet determinatum bonum obiectum, à quo specificatur; ita determinatum malum, cui opponitur; vitium enim specificatur à bono virtutis, cui priuative opponitur. At pœnitentia opponitur omni vitio, cùm omne vitium sit obiectum pœnitentia: igitur pœnitentia non potest esse specialis virtus.

20. SECUNDA Scoti in 4. dist. 14. qu. 2. art. 1. Gabriel. q. 1. art. 3. dub. 3. affirmantium, pœnitentiam quoad actum volendi vindicare peccata, & patienter sustinendi pœnam, esse virtutem specialem iustitiae punitiæ, & patientia; quoad actus verò detestandi peccata, & gratanter acceptandi pœnam pro peccato commisso, esse virtutem generalem: nam quævis virtus sub codem motiu tendit in bonum, & detestatur malum oppositum; & gratanter acceptat pœnam, vt reordinatiuam culpæ, & compensatiuam offendæ illata, bonique omissi restituuiam.

21. TERTIA affirmat, pœnitentiam esse specialem virtutem: Alens. 4. p. q. 12. memb. 1. art. 1. §. 2. S. Thom. 3. p. q. 85. art. 2. & in 4. dist. 14. qu. 1. art. 1. ad quest. 3. Palud. q. 2. fine. Capreoli q. 1. art. 3. ad argum. Durandi secundo loco, Richard. art. 1. q. 2. & art. 2. q. 1. & 2. Bonanent. 2. p. dist. art. 1. q. 2. Durandi q. 2. Aureol. q. vnic. art. 1. Mayroni q. 3. Argent. q. 1. art. 1. Marfil. q. 10. art. 1. in 2. p. eiusdem art. ad argum. primo loco, ad 5. Sotii q. 2. art. 2. Palatiq. dist. 2. concl. 2. Cani relect. de pœnitentiâ p. 2. concl. 2. Medin. codice de pœnit. tract. 1. q. 1. ad 4.

22. Sylviq. & reliq. recent. cum S. Thom. cit. Nota virtus dici potest generalis 1. prædicatione; 2. causalitate & imperio; 3. obiecti vniuersalitate; 4. aggregatio ne multarum virtutum: Præfens controversia non est de vniuersalitate in prædicando; nam hæc competit virtuti generice sumptæ, vt prædicabili de subjectis speciebus, à quibus abstrahitur: nec de secunda & tertia, quia neutra pugnat cum virtute speciali, vt constat de charitate, quæ non solum est vniuersalis in causando per imperium; sed etiam in obiecti vniuersalitate, quia respicit omne bonum ordinabile in Deum; igitur sola est de vniuersalitate quarto modo sumpta.

23. DICO 1. Virtus pœnitentia non est generalis aggregatione multarum virtutum. Fundam. si hoc esset, non posset pœnitens vnicō actu elicito à virtute pœnitentia detestari omnia peccata: Consequens est falsum; nam sicut omnia peccata conueniunt in ratione offendæ contra Deum: ita omnia debent posse vnicō actu à virtute pœnitentia elicito detestari. Sequela prob. si pœnitentia non est vna specialis virtus, sed aggregatio multarū, vnaquæque habebit suum obiectum limitatum, & distinctum ab obiecto alterius; ergo non poterit vna se extenderē ad detestandum peccatum alterius: exempli gr. temperantia non poterit se extenderē ad detestandum peccatum iniustitiae; nec contrà iustitia ad detestandum peccatum intemperantia, & sic de reliquis: vnde ad detestanda peccata contra omnes virtutes, requirerentur actus omnium virtutum.

24. Ex quo sequeretur, non posse peccatorem vnicō actu, & in instanti cum aliquo saltem sacramento iustificari; quia non potest iustificari, nisi detestetur omnia peccata: nō posset autem omnia peccata detestari, nisi exercendo actus omnium virtutum; at non potest in instanti exercere actus omnium virtutum, cùm nequeat voluntas, saltem naturaliter, ad plura obiecta, & motiva specie diuersa per diuersos specie actus simul intendere: ergo non potest vnicō actu, & in instanti iustificari.

DICES; esse aggregationem carum virtutum, 25. quarum singulæ recipiunt omnia peccata sub ali- Dico. quâ ratione communi, cuiusmodi sunt Charitas, Religio, Iustitia in Deum, Spes, & similis, quarum vnaquæque fertur ad peccatum sub motiuo, & ratione vniuersali. Sed contrà hoc modo pœnitentia superflue poneretur consistere in aggregatione multarum virtutum, cùm saluari posset in vna tantum ex enumeratis; quarum quævis sufficit ad detestanda vnicō actu omnia peccata.

DICO 2. Pœnitentia est virtus specialis, etiam si respiciat omnia peccata: quia virtus non sumit speciem ex obiecto materiali, sed formalis: at obiectum formale, sub quo pœnitentia respicit omnia peccata, est vnum specie, scilicet quatenus sunt laesiones diuinæ iuris: ergo etiam pœnitentia respiciat omnia peccata, est tamen vna virtus specialis.

Ad fundamētum primæ, disting. anteced. dupliciter quis peccatum detestari potest; 1. ex motu particulari, quatenus est contra talem virtutem, exempli gratiæ, temperantiam, vel iustitiam: 2. ex motu vniuersali, quatenus est contra ius diuinum. Primo modo spectat ad quamlibet virtutem: Secundo ad virtutem pœnitentia. Ad confirm. Resp. non posse virtutem specialem opponi omni vitio sub motu speciali, sub quo vnum vitium distinguunt ab alio, & singula opponuntur diuersis virtutibus; posse tamen opponi sub motu vniuersali, sub quo omnia conueniunt sub vna ratione contra aliquam honestatem obiectuum. At Quæ ratione pœnitentia opponitur pœnitentia omni vitio, quatenus omnia conueniunt sub ratione laesione iuris diuinæ. Fundam. secundæ, partim solutum manet ex dictis, partim soluetur infra.

## S E C T I O     III.

*An pœnitentia fit virtus à ceteris distingue-  
ta, & quodnam fit eius obiectum  
formale?*

M Vlti ex ijs, qui putant pœnitentiam esse virtutem specialem, non distingunt illam à reliquis virtutibus, sed reducunt ad aliquam ex ijs, quæ erga Deum assignari solent. Vnde cùm dicunt, pœnitentiam esse virtutem specialem, nos sumunt terminum *Specialem*, prout distinguitur contra omnem aliam virtutem particularem, sed prout distinguitur contra aggregationem multarum virtutum: Quare licet hi conueniant contra authores præcedentis opinionis, qui putant pœnitentiam esse virtutem generalem, adhuc tamen discrepant, an illa sit à ceteris distingue-

PRIMA sententia Scoti, Aureoli, Mayroni, Durandi, Marfil. Gabriel. cit. & Caiet. 3. p. quest. 85. art. 2. negantium, pœnitentiam esse virtutem à ceteris distingueam, sed illam reduci vel ad iustitiam simpliciter, quatenus hæc actu pœnitentia compensat iniuriam Deo per peccatum illatum, vt Durand. & Marfil. vel ad peculiarem speciem iustitiae vindicatiæ, quatenus peccator ut minister Dei vindicat in scipio culpam contra Deum commissam, ut Aureol. & Scot. quoad primum illum actum pœnitentia volendi compensare iniuriam Deo illatum; vel ad virtutem Religionis, quatenus honorem Deo debitum, per peccatum sublatum restituit, ut Caiet. vel ad charitatem, quatenus ex complacentiâ Dei detestatur peccatum, ut malū & offendam Dei: eiusdem quippe virtutis est diligere obiectum, & detestari oppositum; vel ad virtutem obediencie, quatenus

30.

tenuis satisfacit pro peccato contra diuinam legem commissio; vel ad spem, quatenus odit peccatum, vt priuatuum æternæ gloriæ, & causatiuum æternæ poenæ.

31. SECVNDA S.Thom. 3.p.quest. cit. art. 2. & 3. affirmantis, pœnitentiam esse virtutem specialem, quam reducit ad speciem iustitiae hominis ad Deum, quâ ei pro nostro modo compêsamus iniuriam factam per peccatum: quæ iustitia quædam est, non subiectua, & perfecta (nam hæc inter nos & Deum esse non potest) sed potestatua, & imperfecta, qualis inter patrem, & filium, dominum, & seruum, reperitur. Eandem sententiam sequuntur Capreol. Sotus, Nugnez, Suarez, Vasquez in cit. art. S.Thom. nec non Bonavent. Richard. Sylvius &c. Pro explicatione. Nota, difficultatem præsentis controvërsie in eo præcipue sitam esse, quod nō videtur assignabile speciale motiuum, ex quo moueri possit pœnitens ad sua peccata detestanda, quod reduci non possit ad aliquod motiuum ex assignatis in primâ sententiâ. Igitur tota difficultas est in assignando motiuo, & obiecto formalí distincto, ex quo moueri queat pœnitens ad sua peccata detestanda; esto ab ea moueri etiam possit ex aliquo alio motiuo: nam hoc non tollit, quin pœnitentia habeat suum speciale motiuum & obiectum, à quo specificetur, & à ceteris distinguatur; sicut non tollitur, quin obedientia habeat suum speciale motiuum à ceteris distinctum, ex quo moueri possit subditus ad exequendam voluntatem superioris, esto ad eam exequendam moueri possit ex alio motiuo, quâm ex motiuo obedientiæ. Hoc adnotato; Aliqui obiectum formale pœnitentiæ specialis, aiunt esse motiuum iustitiæ strictæ sumptæ, cuius est, æqualitatem ponere inter offendentem & offensum. Sed contrâ, vt seq. scilicet ostendam, nequit inter Deum, & hominem esse perfecta, & rigorosa iustitia.

33. *Varia de obiecto pacificationis sententiæ refutantur.*

34.

Alij obiectum pœnitentiæ assignat honestatem, quæ est in ipsa compensatione, quâ propter peccatum commissum intendimus Deo satisfacere. Docent enim, præcipuum actum specialis pœnitentiæ esse, velle Deo satisfacere, nō ipsam satisfactionem, quam per odium & detestationem peccati maximè exercemus; hanc enim putant esse actum charitatis, elicitum ex complacentiâ bonitatis increta, cùm hic solus actus sit sufficiens ad iustificationem; alioqui pœnitentia non esset sufficiens ad iustificandum peccatorem; cùm nullus actus infra charitatem sit sufficiens ad iustificandum hominem à peccato. Sed contrâ, falsum est, præcipuum actum pœnitentiæ non esse odium, & detestationem peccati, cùm Concilia, Patres, & Scholast. pœnitentiæ definiant, per odium, & dolorem de commissis peccatis, vt ex 1. scilicet. huius disp. constat. Confirm. Præcipius finis, propter quem hæc specialis pœnitentia à Doctoribus adstruitur, est, vt per eam peccata detestemur: ergo detestatio peccatorum non potest esse extra sphæram motui formalis pœnitentiæ.

35. *Contra.*  
Opinio vero. 36. Alij obiectum formale specialis pœnitentiæ dicunt esse, honestatem, quæ reperitur in reconciliatione seu pacificatione, quâ Deum per peccatum offensum nobis placamus, & reconciliamus. Distinximur. Guunt enim hi authores offensam ab iniuriâ, aiuntque iniuriam esse contra ius strictum, quod quis ha-

bet in suas res; offensam verò non semper esse contra ius, ac proinde non semper includere iniuriam: vt si Petrus nolit dare Paulo amico petenti, & indigenti mutuò centum, nullam illi iniuriam infert, cùm nullum ius habeat Paulus supra centum Petri; rationabilem tamen ei causam præbet offensionis, cùm possit, & nolit in necessitate illi succurrere. Preterea si à Petro librum subripiam, simul illi iniuriam & offensam infero: restituto tamen libro, tollitur iniuria, licet maneat offensa, quia adhuc manet rationabilis causa offensionis, quæ data fuit per furtiuam subreptionem libri, quæ per solam libri restitutionem non tollitur. Iniuria igitur compensatur per iustitiam; offensa verò per aliam virtutem, quæ inclinat ad tollendam causam rationabilis offensionis & indignationis, si forte data sit, vel si data non est, ad illâ non dandam, ex motiuo moralis honestatis, quæ in mutuâ pacificatione reluet. Quod si talis virtus, vt distincta à iustitiâ reperitur inter homines, à fortiori reperiri debet inter homines & Deum. Quæ virtus optimo iure appellari potest pœnitentia, cùm habeat omnes conditions, quas ad virtutem specialis pœnitentiæ Doctores requirunt. Nam 1. habet motiuum distinctum à ceteris virtutibus: 2. iuxta modum loquendi Theol. præcipue S.Thom. qui 3.p.q.85.art.2. pœnitentiam esse specialem virtutem, probat: quia tendit ad detestationem peccati in quantum est Dei offensa. Non dixit, in quantum est Dei iniuria; nam hoc est proprium iustitiæ: neque, in quantum est Dei irreuerentia; nam hoc spectat ad virtutem religionis: neque, in quantum est Dei inobedientia; nam hoc est munus obedientiæ, sed in quantum est Dei offensa, quam tollere pertinet ad pœnitentiam. Et in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3. ad 4. expressè hanc sententiam docet, his verbis: *Sicut enim est alicuius virtutis, ut homo placet eum; quem peccando offendit: ita etiam est alicuius virtutis; ut homo Deum placet, quem peccando offendit.* Quod probat ex modo loquendi Ecclesiæ, *Deus qui culpâ offendit, pœnitentiâ placari.*

Verum duo in hac sent. mihi displacent: 1. quod pœnitentia specialis non sit virtus iustitiæ, ex eo <sup>37.</sup> Displacet: quod non tendat ad compêndiam iniuriam Deo; eo quod peccatum non lèdat ius aliquid Dei; sed solum tendat ad tollendam causam offensionis, quæ per peccatum rationabiliter data est: cùm enim peccatum difformet actiones nostras morales, supra iniuriam infert Deo, quæ Deus habet strictissimum ius, vt illæ à nobis eliciantur conformes rectissimo ipsius dictamini, eius regulam propria iniuriam infert Deo, lèderido strictissimum quod cum hoc ius, quod habet in actiones nostras morales, ne difformes fiant sapientissimo ipsius dictamini. Prænde ex hoc capite negari nō potest, quin pœnitentia specialis sit iustitia, quæ ad hoc strictissimum ius Dei compêndium tendit: quamvis aliunde defectu æqualitatis possibilis, nequeat esse iustitia perfecta & rigorosa. Neque exemplum à rebus humanis ductum est ad rem: quia potest homo offendî in aliquo, in quod nullum habet ius, vt ex allatis exemplis manifestè apparet: non potest autem Deus per peccatum offendî, quin aliquod eius ius lèdatur; nec nisi per peccatum, per quod actiones nostræ morales difformantur rectissimo ipsius dictamini.

2. Displacet, quod motiuum specialis pœnitentiæ hæc sententia non ponat in honestate actionis, vt resartua est diuinæ offensæ, seu iuris diuini lexæ, sed potius, vt placatiua est Dei erga nos. Vnde pro fine cui non assignat Deum, sed ipsum pœnitentem: quod est cōtra modum loquendi Patrum, & Concil. quæ docent, per pœnitentiam nos prima-

# Disp. I. De naturâ Pœnitentia virtutis. Sectio III.

riò compensare offendam per peccatum Deo illatam: sicut per virtutem Religionis compensamus irreuerentiam factam Deo: non minus enim pœnitentia pro fine cui facienda est compensatio, habet Deum, quam eundem pro fine cui restituentur.

*Pœnitentia est Deus.*

*Pœnitentia à virtutibus Theolog.*

39.

ridi compensare offendam per peccatum Deo illatam: sicut per virtutem Religionis compensamus irreuerentiam factam Deo: non minus enim pœnitentia pro fine cui facienda est compensatio, habet Deum, quam eundem pro fine cui restituentur. *Ius imitabilitatis*  
dus est honor debitum, habeat Religio. Neque hinc sequitur, pœnitentiam, sicut nec Religionem, esse virtutem Theologicam: quia licet utraque habeat pro fine cui Deum, neutra tamen habet illum pro immediato obiecto & motiuo, in quod directe tendat: nam hoc est honestas ipsa actus humani. Confirm. sicut spes ex eo quod tendat in Deum, vt nobis bonum, non definit esse virtus Theologica; quia ad hoc sufficit, vt obiectum, in quod immediate tendit, sit bonum increatum: ita è conuerso, ex eo quod pœnitentia tendit in honestatem compensationis, vt resartua est diuini iuris lœsi, non definit esse virtus moralis: nam ad hoc sufficit, vt obiectum, in quod immediate tendit, & ex quo directe mouetur, sit creatum, esto indirectum & remotum sit bonum increatum. Quod autem S. Tho. cit. loco peccatum appellat offendam, non iniuriam, non est, quia putat, per peccatum nullum ius diuinum lœdi: nam p. 2. quest. 87. art. 6. expressè docet, per peccatum iniuriam inferri Deo, sed offendam prædicto loco cum iniuria confundit.

40.  
*Alia opinio.*

Vltimò alij motuum formale specialis pœnitentiae assignant ipsum peccatum, vt expiabile per aliquam satisfactionem, quod motuum distinguit pœnitentiam à ceteris virtutibus, quæ licet detestentur peccatum, vt contrarium proprio obiecto: non tamen, vltius tendunt ad illud expiandum per aliquam satisfactionem: idque colligunt ex S. Thom. 3. p. cit. quest. 85. art. 3. Sed contrà: omnis virtus, quæ est ad alterum ex eodem motiuo tendit ad seruandum ius alteri, & ad compensandum ius lœsum per voluntariam aliquam satisfactionem: ergo resarcire ius diuinum lœsum, non videtur proprium pœnitentiae. Anteced. prob. ex eodem motiuo pietatis filius mouetur ad resarcendam iniuriam Patri, & ad præstanta illi debita obsequia. Ex eodem motiuo dulie mouetur seruus ad compensandam iniuriam domino, & ad exhibendum illi debitum famulatum. Ex eodem motiuo amicizie, amicus compensat offendam amico, & illi debita officia præstat: ergo ex eodem motiuo, siue charitatis, siue religionis, siue obedientie creature per voluntariam satisfactionem compensat iniuriam per peccatum Deo illatam, & illi debita obsequia & reuerentiam præstat. Ratio: eadem est inclinatio virtutis ad seruandum ius, ne lœdatur, & ad resarcendum lœsum.

43.  
*Sententia prior.*

Quare dico, motuum formale pœnitentiae specialis esse ipsam honestatem compensationis, quatenus resartua est iuris diuini lœsi, quod Deus habet vt prima regula in omnes nostras actiones morales: igitur est distincta virtus à ceteris. Quia virtutes, quæ sunt ad alterum, diuersificantur ex diuersitate iurium, quæ formaliter respiciunt: nam virtus, quæ respicit, diuersum ius, inducit diuersum debitum in operante; ex quâ iuris, & debiti diuersitate nascitur diuersum obiectum formale virtutis, vt inductione constat in omnibus virtutibus ad alterum. Anteced. prob. certum est, Deum vt primam regulâ omnis moralis honestatis habere ius, ne morales actiones creatæ disformentur recto dictamini, quod ipse de huiusmodi actionibus habet: Sed huic regulâ, & recto dictamini necessariò disformantur omnes actiones peccaminosæ, cùm omne peccatum, (teste August. lib. 22. cont. Faust. cap. 277.) sit deviatio à lege æternâ Dei. At hoc ius est

diuersum à reliquis, quæ Deus habet, vt primum principium, vt ultimus finis, vt supremus legislator: nam Deus, vt primum principium fundat ius supremi dominij, cui debetur supremus cultus religionis: vt summum ac increatum bonum ius ultimi finis, cui debetur amor charitatis super omnia: Vt supremus legislator fundat ius supremi gubernatoris, cui debetur summa obseruantia præceptorum: Igitur vt prima regula omnium moralium actionum fundare debet peculiare ius imitabilitatis, & exemplabilitatis, cui debetur perfecta conformitas omnium nostrarum operationum moralium. At hoc ius per se primò respicit pœnitentia, ne lœdatur per disformatum moralium operationum, & vt lœsum per retractationem præcedentium, & conformitatem subsequentium actionum resarcitur. Quod inde constat: nam ex Trident. sess. 6. cap. 6. & sess. 14. cap. 4. pœnitentia includit propositum nouæ, & detestationem veteris virtutis: sed obiectum virtutis est illud, quod per se primò intendit à virtute: ergo si emendatio ista morum per conformitatem ad primam regulam per se primò intendit à pœnitentiâ, erit ipsius obiectum. Confirm. duplex distinguitur pœnitentia; altera naturalis & acquisita; altera supernaturalis & infusa: at prima intendit honestatem morum per conformitatem ad regulam naturalis rationis: ergo secunda intendet honestatem morum per conformitatem ad regulam rationis supernaturalis, per fidem illustratæ: virtus enim acquisita & infusa non discriminantur, nisi penes motuum naturale & supernaturalis sub eadem unicâ, vel analogâ ratione honestatis, sicut intellectus naturalis, & supernaturalis, non differunt, nisi penes obiectum naturale & supernaturalis, sub eadem analogâ ratione intelligibilitatis.

Sed contrà hanc doctrinam obiicit quis 1. hoc ius non videtur distingui à iure, quod Deus habet vt legislator: vt sic enim est prima lex, & norma omnium moralium actionum; est enim lex essentialiter regula moralium operationum: ergo idem est ius, quod Deus habet vt supremus legislator, & vt prima regula: nam ius primæ regulæ includitur in iure supremi legislatoris: igitur pœnitentia non distinguitur ab obedientiâ, quæ respicit ius ipsum legislatoris.

2. Potissimum actus pœnitentiae est contritio: nam per hanc solam deletur peccatum extra sacramentum, vt docet Trident. sess. 14. cap. 4. sed contritio Trident. includit actum dilectionis Dei super omnia, ibid. ergo pœnitentia non distinguitur à charitate: cuius est diligere Deum super omnia.

Resp. ad 1. neg. anteced. pro quo nota, legem, præter actum intellectus essentialiter includere auctum voluntatis: cùm non solum sit directua; quod habet ab intellectu; sed etiam obligativa, quod habet à voluntate, cuius tantum est obligare. Regula intellectus, cùm per se non habeat, nisi dirigere, & regulare. Quo fit, vt ius legislatoris formaliter sit ius obligandi subditos ad executionem legis per actum voluntatis: nam hoc est formale & specificum in lege; vnde obedientia, cuius formale motiuum est hoc ius, per se respicit voluntatem legislatoris, vt S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2. ybi voluntatem superioris tacitam, aut expressam ait, esse obiectum obedientie: Ius verò primi regulantis, & dirigentis solum est ius passiuæ imitabilitatis & exemplabilitatis, ad quam non obligat Deus formaliter per voluntatem; sed per increatum dictamen, quod propter suam infinitam prudentiam & sapientiam dignum

*Ius prima regula.*

dignum est, cui omnes morales actiones cræta conformentur: & consequenter pœnitentia, quæ respicit hoc ius, distinguitur formaliter ab obedientiæ; nam hæc, respicit ius, ut formaliter respicit for- præceptuum; illa, ut formaliter regulatum seu maliter ius directuum. Nec refert, quod regulatum inclu- præceptiuū, datur in præceptu: nam in ratione specificantis pœnitentia materialiter se habet: formaliter enim id solum spe- respicit for- maliter ius cificat, quod expressè & primariò intenditur, quod regulatum; in pœnitentiâ est solum ius directuum seu regu- latum, in obedientiâ verò est solum præceptuū. Neque ex eo, quod obiectum pœnitentia materialiter includitur in motu formali obedientiæ, nequit, ut expressè intentum, specificare distin- ctam virtutem; ut constat de ipsa obedientiâ, quæ materialiter includitur in omni opere bono præ- cepto: cùm tamen possit, ut exprelse intenta, specificare distinctam virtutem obedientiæ specialis.

48. **DICES:** omne peccatum formaliter est contra voluntatem Dei: igitur nequit pœnitens respicere ius Dci, ut primi regulantis, præscindendo à vol- luntate obligantis; nam hæc præcisâ nullum est debitum operandi in creaturâ. Resp. omne peccatum est contra voluntatem Dei, vel implicitam, vel ex- plicitam, concedo: Pœnitentia autem præscindit quidem à voluntate Dei explicitâ, cùm hæc sit pro- pria obedientiæ specialis; non à voluntate impli- citâ, quæ includitur in omni opere bono necessa- riō: ut est voluntas implicita Dei obligandi nos ad sequendum rectum rationis dictamen.

49. **Instabis:** De pœnitentiâ est præceptum: sed præ- ceptum supponit voluntatem explicitam: ergo pœ- nitentia non præscindit à voluntate explicitâ Dei. Resp. dist. minor. supponit voluntatem formaliter & intrinsecè, ita ut sine illâ non obligaret, nego; sup- ponit voluntatem extrinsecè, & concomitantem, ita ut etiam sine illâ obligaret, concedo: sicut dantur præcepta de ijs, quæ sunt iuris, & dictaminis natu- ralis, non ut ius naturale per huiusmodi extrinsecum præceptum simpliciter obliget, cùm sine illo adhuc obligaret; sed ut extrinsecò etiam præcepto, & noua voluntate superioris obliget.

50. Ad 2. ut *infra*; contritio ut est ultima disposi- tio ad iustificationem, præter actum pœnitentia, includit etiam actum charitatis, reliquarumque vir- tutum Theolog. Leg. S. Thom. 3. part. quest. 85. cit. art. 3. ad 4.

51. Ex dictis patet ad 1. sententiam quæ solum pro- bat, posse peccatorem ex alio motu, quam pœni- tentia, moueri ad detestanda sua peccata, quod non tollit, quin pœnitentia habeat suum speciale motiuū, ex quo moueri valeat, si vult, ex speciali motiuū illius operari.

## S E C T I O N I V.

### An pœnitentia fit species Iustitiae?

52. **R**atio dub. est duplex: 1. quia proprium iusti- tiaz est, ponere æqualitatem inter excessum & defectum. Implicit autem creaturam ponere æqualitatem inter excessum peccati, & defectum offendit, quia nullam possumus pro offensiâ Dei con- dignam satisfactionem offerre. 2. Iustitia est virtus moralis, cuius obiectum sunt operationes humanæ: sed obiectum pœnitentia est ius diuinum compen- sabile per satisfactionem: ergo pœnitentia non est species iustitiaz, sed potius virtus Theologica, cuius obiectum est Deus.

53. **Communis sententia S. Thom. 3. p. q. 85. art. 3.**

*Alesf. 4. p. q. 12. m. 1. art. 1. s. 4. & q. 17. m. 6. art. 4. & reliq. Scholast. in 4. disp. 14. affirmat, pœnitentiam esse speciem iustitiaz. Fundam. est virtus ad alterum habens pro materiâ aliquid creatum: pro explicat.*

**Nota,** virtutem adæquate diuidi in Theologi- cam, & moralem: Theologica, est, cuius obiectum Virtus mo- est Deus: moralis, cuius obiectum sunt actiones hu- ral, alia manæ: Rursus moralem diuidi in virtutem ad sc, & ad alterum. Virtus ad se dicitur, cuius obiectum sunt ipsæ passiones operantis, ut fortitudo & tem- perantia, quæ versantur in moderandis passionibus ipsiis operantis; Illa in passionibus irascibiliis; Hæc concupiscibilis. Virtus ad alterum est, cuius obiectum sunt actiones operantis, ut sunt alterius iuris adæquatiæ, ut iustitia, quæ tota versatur in adæ- quandis iuribus alterius. Tres autem conditiones *Conditiones* habet iustitia, alteritatem iurium, & qualitatem com- 3, *requisita* pensationis, & debitum compensandi ex aliquo iure ad iustitiae. *Duplices est* duplex est, strictum & rigorosum, quod legale di- *debitum est* citur, cui inaltero respondet perfectum ius exigendi. *legale est* di tale debitum: quale reperitur intra duos con- trahentes, nec non inter hominem, & Deum, in quo est perfectum ius exigendi, quidquid est in nobis, cui perfecto iuri respondet in nobis strictum de- bitum reddendi illi hæc omnia. Alterum dicitur de- bitum solius condescenitæ, quod morale nuncupat- tur, cui inaltero nullum respondet ius actuum exi- gendi, sed tantum passuum recipendi, quale est de- bitum misericordie, liberalitatis, amicitiaz; quia nec qui dat, habet legale debitum dandi; nec qui acci- pit, actuum ius exigendi, quod accipit. *Lege. Si* *Thom. 2. 2. q. 80. art. viii.*

53. **DICO.** Pœnitentia non est virtus Theologica: *S. Thom. quest. cit. art. 3. ad 1. & omnium Schol. Fundam.* virtus Theologica habet pro obiecto formaliter Deum: fides enim credit obiecta reuelata, propter authoritatem Dei reuelantis; spes tendit in Deum, ut assequibilem per beatitudinem formalem: chari- tas diligit Deum propter seipsum, & reliqua pro- pter Deum. Pœnitentia autem non habet pro for- mali obiecto Deum, sed actiones morales, ut con- formabiles cum primâ regulâ.

54. **DICES:** Pœnitentia detestatur peccata propter Deum: ergo est virtus Theologica. Anteced prob. detestatur illa, ut sunt offensa Dei. Resp. Pœnitentia detestari peccatum propter Deum, ut finem, cui detestatio peccatorum immediate dirigitur, non ut formale motiuū, quo proximè mouetur ad ea detestanda: motiuū enim proximum non est Deus, sed compensatio iuris diuini læsi, quam ingreditur Deus in obliquo, ut finis *cui*, non in re- cto, ut finis *Qui*: sicut cùm quis ex affectu iustitiaz compensat iniuriam Regi factam, Rex non in- greditur compensationem ut motiuū quod, sed ut finis *cui*; motiuū verò quod, est compensatio, ve adæquatiæ iuris læsi.

55. **Pro** cuius intelligentia notat *S. Thom. in 4. disp. 14. q. 1. art. 1. ad quest. 4. ad 2.* virtutes esse in triplici *Virtutum* differentiæ: aliz habent pro obiecto, & fine Deum, *differencia duplex.*

vt Theologicæ; aliae nec pro obiecto, nec pro fine proximo; sed tantum remoto, habent Deum, vt temperantia, fortitudo, quæ pro materia, & obiecto habent passiones operantis; pro fine proximo, animi quietem; pro fine ultimo, & remoto Deum: inter quas est etiam iustitia ciuilis, quæ pro materia habet actiones adæquatiuas Iurium ciuium; pro fine proximo Reip. pacem; pro remoto Deum. Quædam vero sunt, quæ licet non habent Deum pro obiecto: habent tamen ipsum pro fine proximo, ad quem omnes earum actus diriguntur; talis est Religio, & pœnitentia, quarum actus proximè ordinantur ad Deum: quæ propterea propinquissimæ sunt Theologalibus, à quibus proximè imperantur: Deus igitur est finis non obiectum pœnitentia.

<sup>58.</sup> Ex quo patet ad 2. rationem dub. cuius minor est neganda; nam ius diuinum non est obiectum pœnitentia, sed finis cui, à quo tantum proximè specificatur ipsius obiectum, quod est compensatio ipsa, quatenus honestatem accipit, per ordinem ad tale ius resarcendum.

<sup>59.</sup> Dico 2. pœnitentia est species iustitiae, non subiectua, & perfecta; sed potestiuia & imperfecta: *S. Thom. quest. cit. art. 3. & in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. quest. 5.* quia pœnitentia ordinat nos ad Deum in actionibus moralibus; & omnis virtus, quæ ordinat operantem ad alterum, pertinet ad iustitiam; item iustitia subiectua, & perfecta est illa, quæ perfectè participat tres illas conditiones, scilicet iuriū alteritatem, æqualitatem, & debitum: sed pœnitentia deficit in primis duabus conditionibus; quia nec ius, quod habet creatura in suas actiones, quibus compensat ius diuinum lœsum, est perfectè conditum à iure, quod supra easdem actiones habet Deus ratione primi principij, & ultimi finis: Nec satisfactio, quam offert Deo in compensationem, æqualis offendæ illatæ; ergo. Contrà hanc 2. partem opinantur *Aureo. cit. & Scotor.* putantes, actum pœnitentia esse condignam satisfactionem pro peccato, de quo suo loco.

<sup>60.</sup> *Obijcies 1.* potest pœnitens satisfacere Deo per actum temperantiae, & fortitudinis: sed hi non ordinantur ad alterum; ergo non semper actus pœnitentia ordinantur ad Deum. *Resp. dist. maior.* potest pœnitens satisfacere Deo per actus temperantiae, & fortitudinis eliciuè, concedo, imperatiuè, nego: nam potest pœnitentia imperare quoscumque actus virtutis, & per tales actus à se imperatos, & à proprijs virtutibus elicitos Deo satisfacere: quia actus imperatiuè tantum erunt pœnitentia; eliciuè autem eius virtutis ex cuius motu proximè eliciuntur.

<sup>61.</sup> *Obijcies 2.* Äqualitas iustitiae non est secundum rem, sed affectum; at secundum affectum pœnitens adæquatè satisfacit Deo, quia qui facit quantum potest, censetur satisfacere ad æqualitatem. Confirm. virtus spectanda est potius ex affectu, quæ ex effectu: nam solus affectus est in liberâ voluntate, & potestate operantis, cuiusmodi debet esse virtus. *Resp.* æqualitatem, quam spectat iustitia, esse quidem secundum affectum, sed proportionatum suo obiecto: Non enim potest virtus eliciuè se extendere ad obiectum alterius virtutis; quia nulla virtus potest transcendere limites sui obiecti; cùm igitur obiectum seu finis cui pœnitentia, sit ius diuinum per se inadæquabile, non poterit affectu abfoluto, quem requirit virtus practica, intendere æqualitatem inter tale ius & debitum. Vnde quantumcumque pœnitens intendat facere quantum potest, nunquam censetur ponere æqualitatem inter offendam, & peccatum: quia nec talis æqualitas

possibilis est ab homine puro, nec exigitur ab obiecto pœnitentia.

Ad confirm. concedo, virtutem potius spectandam esse ex affectu; sed proportionato proprio obiecto, qualis non est affectus satisfaciendi Deo ad æqualitatem; quia hic cum sit impossibilis, non exigitur à virtute pœnitentia, quæ est virtus practica, nato obiecto spectans possibilitatem obiecti, & exercitam operationem circa illud.

## SECTIO V.

*Quodnam fit obiectum materiale pœnitentia?*

<sup>62.</sup> **P**RIMA sententia affirmat, esse sola peccata à proprio supposito commissa: *S. Thom. in 4. dist. 17. 1. Sententia quest. 2. art. 2. quest. 2. & 5. Palud. dist. 14. quest. 4. &c.* Fundam. præcipuus actus pœnitentia est contrito: contrito nequit esse nisi de peccato proprio: ergo nec actus pœnitentia.

**SECUNDA** docet, quodlibet peccatum tam <sup>63.</sup> Etuale, quæ habituale; tam mortale, quæ veniale; tam præteritum commissum, quæ futurum committendum; tam proprium, quæ alienum; tam remissum, quæ non remissum, esse materiale obiectum pœnitentia: *Argen. in 4. dist. 14. quest. 1. art. 1. §. Salvo igitur: Suarez. disp. 2. sect. 1. addunt alij, pœnitentiam extendi etiam ad imperfectiones, & defectus non culpabiles.*

Notandum, pœnitentiam accipi posse, 1. adæquate pro habitu inclinante tam ad illæsum seruandum ius diuinum per actus conformes primæ regulæ, quæ ad detestandum malum diuino iuri contrarium.

<sup>64.</sup> **Dico 1.** pœnitentia adæquate sumptè materiale obiectum sunt omnes actiones morales, vt cōformabiles cum prima regula. Fundam. pœnitentia adæquate sumpta habet pro fine proximo cui ius primæ regulæ: at quidquid consert ad finem proximum virtutis, est materiale obiectum virtutis; obiectum <sup>65.</sup> enim materiale, & medium ad proximum finem virtutis consequendum, sunt idem, vt patet in artibus, quarum obiecta sunt media ipsa ad proprium finem artis consequendum; sed omnes actiones morales possunt esse media ad ius primæ regulæ, siue consequendum sive lœsum resarcendum.

Confirm. sicut iustitiae adæquate sumptæ materiale obiectum non solum sunt actus humani, vt compensatiu iuris lœsi, sed etiam vt conservatiu eiusdem: ita pœnitentia adæquate sumptæ materiale obiectum non solum sunt actiones morales, vt compensatiu iuris diuini lœsi; sed etiam vt conservatiu eiusdem.

<sup>66.</sup> **Obijcies 1.** Finis proximus coincidit cum obiecto formalis in habitibus practicis: ergo si ius diuinum est finis proximus pœnitentia, erit obiectum formale ipsius. Concedo anteced. de fine proximo *qui*: nego de fine proximo *cui*: vt videre est tam in artibus, quæ in virtutibus. Ars enim frænifaciua pro obiecto formalis & fine proximo *qui* habet ipsum frænum affabre factum; finem vero *cui*, ad quem practicis proximè frænum ipsum dirigitur, equum. Obiectum formalis, & finis proximus *qui* iustitiae, est honestas, quæ relucet in actione adæquatiu iuris alterius; finis vero proximus *cui*, est ius ipsum alterius, ad quod adæquandum iustitia dirigitur. Obiectum formalis & finis proximus *qui* temperantiae, & fortitudinis, est ipsa honestas actionis, vt moderatiu passionis concupiscibilis, & irascibilis; finis vero

*Temperantia, fortitudo &c. possunt satisfacere Deum*

verò cui est homo ipse, in cuius commodum cedit moderatio ipsa passionum.

69. *Obiectum* *materiale* non debet includere formale terminatio, non constitutio-  
nū.

*Obiectum* *materiale* non debet includere formale constitutiū & in re-  
cto, concedo; terminatiū & in obliquo, nego. Cùm enim eadem actio moralis possit esse obiectum materiale diuersarum virtutum, vt restringatur ad obiectum materiale solius pœnitentia, additur in obliquo respectus, seu connotatio obiecti formali pœnitentia.

70. Dico 2. Materiale obiectum pœnitentia inadæquate sumptæ, pro habitu tantum inclinat ad detestanda mala opposita iuri diuino, sunt omnia mala culpæ, siue propria, siue aliena; siue præterita, siue futura; siue personalia, siue originalia; siue dimissa, siue non dimissa; quin etiam actiones indifferentes, si dantur, & materialiter tantum male, elicite cum inuincibili ignorantia malitia, & aliquo modo defectus etiam non culpabiles. De malis culpæ constat, cùm omnia hæc opponantur iuri primæ regulæ, & sint contralegem æternam Dei, & rectissimum dictamen ipsius: igitur omnia mala culpæ sunt materiale obiectum pœnitentia; nam pœnitentia adæquate sumptæ finis est, illæsum seruare ius primæ regulæ: ergo eiusdem pœnitentia inadæquate sumptæ pro habitu inclinante tantum ad detestanda ea, quæ huic iuri opponuntur, materiale obiectum sunt omnia mala culpæ: nam omnis virtus ex eadem inclinatione ad suum obiectum formale inclinat etiam ad detestanda & remouenda omnia ea, quæ suo obiecto formaliter opponuntur. Cùm igitur pœnitentia specialis ut ad suum motiuum formale inclinet ad honestatem moralis conformitatis omnium operationum moralium cum primâ regulâ, cumque omnia mala culpæ huic honestati directè opponantur, omnia mala culpæ erunt materiale obiectum pœnitentia, quamvis diuerso modo: nam peccata personalia propria præterita, ut destruenda per efficacem retractionem; futura ut vitanda & fugienda per diligentem cautelam; aliena ut detestanda per simplicem displicantiam & odium. Quòd etiam actiones morales indifferentes ( si dantur ) sint materiale obiectum pœnitentia, ut destruendum, patet: nam tales actiones non sunt conformes recto dictamini, quod Deus habet de actionibus moralibus: nam dictamen diuinum dictat, omnes actiones morales debere sibi positivè conformari. Quòd vero actiones materialiter tantum male, elicite ex inuincibili ignorantia malitia, sint etiam obiectum materiale ut detestabile pœnitentia, prob. tales actiones, eti non habeat diffinitatem cum principio proximo libero, à quo sunt elicite, habent tamen diffinitatem cum obiecto, cum quo ut cum proximâ regulâ postulant conformari, ratione cuius diffinitatis deviant à primâ regulâ, quæ non solum dictat, eas esse conformandas cum suo principio proximo productiuo, sed etiam cum suo termino proximo regulatiuo; quod est obiectum. Quòd demum obiectum pœnitentia sint etiam defectus non culpabiles, qui nullam habent positivam deformitatem, sed priuationem tantum maioris perfectionis moralis, quam actiones ipsæ morales apterant habere, sic ostendo: talis defectus in actione morali, est priuatio maioris conformitatis cum primâ regulâ, quam operatio ipsa habere poterat à suo principio proximo operante: igitur circa illum

versari potest Pœnitentia per actum displicantia, dolēdo de priuatione maioris conformitatis, quam actio moralis habere poterat à suo proximo principio productiuo. Etenim prima regula non solum dictat, omnes actiones morales conformandas esse cum recto dictamine diuino, sed etiam perfectè, iuxta proximi principij virtutem, ut si proximum principium sit potens producere actum honestum int̄sum: vt octo; prima regula dictat, illum producendū esse vt octo, non vt vnum: proinde talis defectus maioris conformitatis cum primâ regulâ potest esse obiectum displicantia, ac proinde pœnitentia.

DICES: nihil potest esse obiectum displicantia respectu pœnitentia, nisi quod cedit in offensam Dei: sed tales actus non cedunt in offensam Dei, cùm non sint materia confessionis. Resp.

84.  
*Dices.*

neg. maior. etenim cùm finis pœnitentia sit perfectissimè illæsum seruare ius, quod Deus habet in omnes actiones morales, cumque hoc ius illæsum seruetur per omnimodam conformitatem actionum moralium cum primâ regulâ, non solum obiectum à pœnitentiâ detestabile erunt actiones positiuā difformes, sed etiam negatiū non conformes, cuiusmodi sunt actus morales indifferentes, & operationes non plenè conformes cum eadem primâ regulâ.

75:

Dico 3. pœnitentia sumptæ pro habitu tantum retractatiuo & correctiuo, materiale obiectum sunt propria peccata personalia commissa, etiam condonata: Fundam. retractatio & emendatio non potest cadere, nisi in propria peccata personalia commissa, cùm non retractemus; aut emendemus, nisi quæ nos ipsi male gessimus. Vnde neque in peccata futura cadere potest retractatio, & emendatio, sed tantum odium & cautela. Quòd etiam in peccata condonata cadere possit retractatio, patet: nam etiam de ijs dolere, ac tristari possumus, quatenus à nobis commissa fuerunt.

76.

Dico 4. non solum malum culpæ, sed etiam malum pœnæ, & quidem propinquius, quæ malum culpæ, est materiale obiectum pœnitentia: *Aureol. Aureolus.* in 4. dist. 14. q. vnic. art. 1. Fundam. malum pœnæ est proximè compensatiuum iuris diuini; nam per pœnam voluntariè assumptam peccator proximus satisfacit Deo, & compensat, quantum est de se, ius diuinum Iesum: igitur est propinquius obiectum, quæ malum culpæ. Illud enim est propinquius obiectum materiale, quod proximiū attingit obiectum formale, & finem virtutis: sed compensatio diuinæ iniuræ, quæ est obiectum formale pœnitentia, proximiū attingitur per pœnam voluntariè assumptam: ergo. Patet ad fundam. primæ, quod tantum procedit de pœnitentia pro habitu propriæ culpæ retractatiuo.

77.

## S E C T I O VI.

*An pœnitentia fit virtus infusa?*

P RIMA sententia *Scoti* in 4. dist. 14. q. 3. s. hic dici-  
tur. Durand. quest. 2. num. 6. Mayo. quest. 3. ne-  
gantium. Fundam. Scot. ex frequentatione actuum  
generabilis est in nobis habitus, per quem ad consili-  
miles actus facilitemur. Nec obstat, quòd pœnitentia  
in detestandis peccatis propter Deum, nitatur  
regulâ supernat. fidei: nam cùm posita, potest volun-  
tas ut *ibid.* *Scot.* contendit, viribus proprijs elicere  
actus pœnitentia, ijsque generare sibi habitum ad  
confimiles actus inclinantes. Fundam. Durand. nulla  
datur virtus infusa, præter Theologales, at pœnitentia non  
Fundam. Scot. 78.  
Fundam. Scot. 79.  
Fundam. Durand.

tia non est virtus Theologalis, sed moralis; est enim ut præced. scilicet species Iustitiae potestatiæ: cuius est ius suum alteri reddere, sive Deo obedientiam, præcepta seruando; sive hominibus obseruantiam, debitum honorem tribuendo. Quod si interdum appellatur infusa, id non tam dicitur ratione sui; quâm ratione virtutis Theologalium sine quarum actibus pœnitentia suas operationes exercere non valet; cum in operando pendeat ab actibus virtutum Theologalium, representantibus obiecta secundum circumstantias, ad quas representandas non se extendit ratio naturalis. Eandem sententiam sequitur Marsil. q. 10. art. 1. in 2. p. art. ad argum. 1. loco ad 1. vbi quamvis dicat, pœnitentiam simul infundi cum charitate; id tamen ipse intelligit de infusione per accidens; vt infunduntur scientia naturalis; docet enim pœnitentiam acquiri posse proprijs actibus. Ex hac sententia sequitur, habitum pœnitentia manere in peccatore, in quo cum fide, & spe manent omnes habitus quoad substantiam naturales.

**80.** SECUNDAM sententiam affirmat: S. Thom. 3. p. q. 85. art. 5. Casel. ibid. Sot. in 4. dist. 14. q. 2. art. 5. §. ex sys. Cansi refert de pœnit. parte 2. concl. ult. Argent. in 4. dist. 24. quest. 1. art. 1. ad 4. cons. 3. p. art. Suarez. dist. 7. secl. 1. Vasquez in 3. p. q. cit. art. 5. dub. 2. Henrig. lib. 4. de sacra. cap. 22. Sylvyn &c.

**81.** DICO 1. Datur aliqua pœnitentia per se infusa: 1. Fundam. datur ex Triden. scilicet 6. can. 3. aliquis actus pœnitentia, quem sine speciali auxilio gratia eliceret non possumus: ergo datur aliquis habitus pœnitentia per se infusa: quia ad hoc dantur habitus infusi, ut sint proxima principia actuum supernat. ad quos eliciendos viribus naturæ sumus impotentes. Igitur si datur actus pœnitentia, quem natura proprijs viribus attingere non potest, dabilis etiam est habitus per se talis actus productivus, ac proinde supernat. & infusa.

**82.** 2. Fundam. omnis virtus, quæ hominem ordinat ad finem supernat. est per se infusa: at pœnitentia hominem ordinat ad finem supernaturalem: quia per pœnitentiam homo consequitur remissionem peccatorum, quæ sola impediebat consecutionem finis supernat. iuxta illud Iere. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei: & Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam vita vives, & non morieris. Maior prob. virtus, quæ hominem ordinat ad finem supernat. excedit vires naturæ: ergo nequit viribus naturæ acquiri: igitur debet à Deo infundi. Anteced. prob. si posset viribus naturæ acquiri virtus, quæ hominem ordinat ad finem supernat. posset homo viribus naturæ, finem supernat. consequi: quæ est hæresis Pelag. Confirm. Non minus sunt necessariae virtutes infusaæ, quæ immediatè versantur circa media ad finem supernat. conducentia; quâm quæ immediatè versantur circa finem supernat. At pœnitentia immediatè versatur circa media ad finem supernat. conducentia; scilicet circa remissionem peccatorum, exhibendo satisfactionem pro iniuriâ per peccata Deo illatâ; remissio autem peccatorum, est medium per se ducens ad finem supernat. Maior prob. media debent proportionari fini: sicut virtus medijs, ad quæ attingenda ordinatur. Etenim cum medium sit causa finis in executione: cumque nequeat medium naturale esse causa finis supernat. non poterit virtus acquisita, quæ ordinatur ad media tantum naturalia, esse sufficiens ad consequendum finem supernaturalem.

**83.** *Igitur est virtus per se infusa.* DICO 2. præter habitum pœnitentia per se infusum, datur etiam habitus pœnitentia acquisitus,

ijsdem actibus pœnitentia infusa in essentia superæ naturalis; diuersæ tamen specie ab infuso, facilitans tantum potentiam ad coësimiles actus elicendos, non autē dans posse simpliciter, sicut dat habitus ipse infusus: ita Baccho. in 3. d. 29. q. 9. art. 3. fine, vbi impugnatis rationibus, quibus alij hanc sententiam probant, dupli ratione illam ipse confirmat, quâ nos etiam infra vtemur: Petr. Bergomas. in concord. locorum S. Thom. dub. 697. & Pet. Hurtad. de antim. disp. 16. s. 8. Vasquez 1. 2. disp. 79. cap. ult. & 83. nn. 1. vtramque partem problematicè defendit. Ceterum illam ut à Theologis concessam refert & admittit Bannez 1. parte quest. 1. art. 2. dub. 2. fine: appobat Molina ibid. art. 3. disp. 3. fine, & Azor lib. 3. Inst. moral. c. 21. nisi quod hi Authores vident, habitum, qui gignitur ex actibus supernat. esse quoad essentiam naturalem; eo quod effectus naturalis eminenter contineatur in causâ supernat. Verum meminiisse oportuit Molinam, quod supra tradidit art. 2. disp. 2. ad 4. nempe habitum Theologicum in Catholicismo esse in substantiâ supernaturalem; eo quod in illum influat saltem una causa supernat. quæ est habitus ipse fidei infusa; potiori igitur ratione assertore debuit, habitum genitum ex actibus supernat. esse in essentiâ supernaturalem: cum in illum influat sola causa supernat. quæ sunt actus ipsi supernat. qui tantum sunt adæquata causa huiusmodi habitus acquisiti. Hæc colligitur ex S. Thom. quest. 17. de verit. art. 1. ad argum. 2. loco. ad 4. vbi docet, ex actibus charitatis infusa gigni habitum dilectionis in nobis: eadem autem ratio est de quo quis alio habitu infuso. Quod si ibid. dicat, hunc habitum esse eiusdem rationis cum habitu infuso, intelligentius est vel eiusdem rationis genericæ: quia vterque est quoad substantiam supernaturalem; vel eiusdem rationis reductiæ: quia talis habitus acquisitus reducitur ad speciem infusi, cum vterque tendat ad idem obiectum formale, licet unus per modum potentia, alter per modum facilitantis tantum. Nec sibi contrarius est in 1. 2. quest. 5. 1. art. 4. ad 3. vbi negat, ex actibus habitus infusi gigni in nobis aliquem habitum, sed præexistentem tantum confirmari ac roborigari: Quia, ut cit. loco Bergomas, solùm in cit. loco Prob. assert. 1. 2. negat S. Doctor, ex huiusmodi actibus gigni in per partes. nobis habitum eiusdem, non diuersæ rationis cum infuso.

Quod ex actibus pœnitentia infusa acquiratur aliquis habitus ab infuso diuersus, manifestâ constat experientia; scilicet maiorem promptitudinem in elicendis actibus pœnitentia experiri eum, qui diu, quâm qui nunquam, vel raro in illis se exercuit. At maior hæc promptitudo aliunde oriri non potest, quâm ex aliquo habitu per huiusmodi frequentatos actus acquisito: nam hæc oriri non potest ab habitu infuso; ergo ab aliquo acquisito per frequentatos actus: scilicet hæc maior promptitudo, cum sit nouus effectus, nouam causam habere debet, ex qua oritur; hæc autem esse non potest, nisi vel habitus ipse infusus; vel aliquis per ipsos actus infusi habitus acquisitus: igitur si non est habitus ipse infusus, necessariò erit aliquis acquisitus. Anteced. prob. scep. homo actus pœnitentia exercet in statu peccati, in quo caret habitu pœnitentia infusa; imò eo statu maiorem promptitudinem elicendi actus pœnitentia experitur, qui frequentius, quâm qui rarijus huiusmodi actus exercuit. Nec dici potest, tali casu maior hæc promptitudo oriri ex vberiori auxilio Dei excitantis, promouentisq; peccatorem ad huiusmodi pœnitentia actus elicendos: i. quia nulla est lex, aut debitum, quo teneatur Deus vberiori auxilio ad pœnitentiam excitare illum, qui frequentius,

85.  
S. Thomae.

86.

Dari habitum pœnitentia secundum supernaturalem acquisitam experientia.

87.

Maior promptitudo in peccatore

quentius, quām qui rariū in actibus pœnitentia se exercuit: alioqui talc auxilium fieret tali homini debitum: 2. fieri potest, vt qui rariū in actibus pœnitentia se exercuit, plura hauevit merita, quām qui frequentius in illis se exercuit, vt si diu vixit in gratia, excercendo plures, intensiorēsve actus charitatis erga Deum, & proximum; quām alter, qui s̄epe peccando, plures actus pœnitentia informes exercuit: 3. pari modo dici posset, maior facilitas, & promptitudo, quam experimur ex frequentatione actuum naturalium, oriri ex maiori vberiorique concursu, quo Deus concurrit cum illo, qui frequentius, quām qui rariū actus naturales exercuit: 4. etiam si vterque eodem præueniatur auxilio, maiorem ceteris paribus facilitatem experietur, qui frequentius, quām qui rariū in ijsdem actibus se exercuit. Nam ille præter auxilium, quo ad huiusmodi actus supernat. excitatur, maiorem etiam promptitudinem habet ex assuetudine eorundem.

88.  
A paritate  
actuum na-  
tural.

Prob. 2. si ex frequentatione actuum naturalium gignitur habitus, cur non etiam ex frequentatione actum supernat. gignet habitus? cùm nullum huius rei assignari possit discrimen. Confirm. vel habitus acquisiti consistunt in speciebus recte ordinatis, & radicatis; sic manifestè constat, actus supernat. habitum gignere, cùm evidenter constet, eos relinquare specie sui, vt patet ex reminiscétiā; vel in qualitate à speciebus distinctā; nec sic est maior ratio, cur hanc efficaciam gignēdi habitum habeant actus naturales, & non habeant supernaturales: præsertim cùm eodem modo per frequentationem actuum supernat. ac naturalium reddamur promptiores ad eosdem consimiles eliciendos.

89.

Contrà sentiunt Caiet. 1.2. quæst. 51. art. 4. Medina ibid. Valen. disp. 4. quæst. 3. pnnct. 4. Suarez lib. 6. de gratia cap. vlt. Salas Tract. 10. disp. 3. scđ. 6. Curiel. 1.2. quæst. 112. art. 2. dub. 2. §. 5. ad 3. Turria. 2.2. disp. 46. dub. 9. &c. docentes, nullum habitum neque naturalē, neque supernat. per actus supernat. in nobis gigni: vnde ad experientiam, Respondent, vel illam oriri ex maiori intensione habitus infusi, qui per huiusmodi frequentatos actus supernat. meritorie augetur; vel ex maiori vberiorique auxilio, quo Deus hominem, qui in huiusmodi actibus frequentius se exercuit, præuenit; vel ex habitu aliquo naturali acquisito ex frequentatione non actuum supernat. sed naturalium, qui plerumque cum ipsis actibus naturalibus exercentur; vel certè illam oriri ex sublatione impedimentorum, & meliori dispositione organorum, quæ per huiusmodi frequentationem actuum supernat. magis perficiuntur: cùm non valeat animus in corpore existens operari, nisi dependenter à sensibus, & organis.

Varia resp.  
de maiori  
promptitu-  
dine &c.

1.

2.

3.

4.

90.  
Tres prima  
resp. non  
subsistit.

Veram 1. resp. non subsistit: cùm hanc facilitatem homo non solum experiat in statu gratia, sed etiam in statu peccati, in quo caret habitu infuso pœnitentia. 2. impugnatur *supra*. Tertia confutatur 1. nullus habitus naturalis facilitare potest circa actus supernat. sed ex frequentatione actuum supernat. homo experitur facilitatem circa actus supernat. Maior prob. nullus habitus potest potentiam facilitare, nisi per ordinem ad motiuum, ad quod potest habitus ipse se extendere; At nullus habitus naturalis potest se extendere ad motiuum actuum supernat. quia cùm hoc sit supernaturale, est extra sphæram habitus naturalis, qui nequit se extendere, nisi ad motiuum naturale, à quo specificatur: igitur nullus habitus naturalis potest potentiam facilitare circa actus supernaturales. 2. s̄pè potentia exercet actus supernat. nullum excercendo circa idem obiectum materiale actum naturalem, vt

constat tum de animâ separata, tum dè angelo in statu beatitudinis. Quod sanè euidens est, si habitum constituamus in rectâ coordinatione, & maiori radicatione specierum. nam certum est, tam animam separatam, quām angelum beatum habere species rememoratuas suorum præteriorum actuum supernat. quæ species magis ac magis per huiusmodi frequentatos actus radicata, ac perfectæ facilitate potentiam animi, vel angelii ad consimiles actus efficiendos, non minus, quām in nabis. Suppono autem, non omnium obiectorum supernat. Beatos proprias & intuitiuas habere species, sed aliqua intelligere per species tantum abstractas; & consequenter posse per maiorem frequentationem actuum circa ea perfectiores species abstractas comparare, quibus promptiores reddantur ad eadem obiecta intelligenda. Quòd si habitum constituamus in qualitate à speciebus diuersâ, recurrat eadem s̄pè repetita ratio; cur nimisrum actus naturales habeant vim causandi habitum sibi proportionatum, & illam non habeant actus supernat. Ex his patet ad 4. resp. tum quia hoc pacto facilitarentur potentia tantum organicæ: cùm tam inorganica, ob indifferentiam in operando, maximè sint habitus capaces: tum quia saltē in animâ separata, & angelo non sunt organa, ex quorum impedimentorum sublatione oriri posset hæc facilitas.

Habitum ex actibus supernat. comparatum, esse in essentiâ supernaturalem, prob. 1. habitus naturalis, vt *supra*, non potest potentiam facilitare ad actus supernat. sed iste habitus ponitur ad facilitandam potentiam circa actus supernat. ergo. Neque dicas, facilitare potentiam ad actus supernat. tantum mediata, facilitando circa actus naturales, qui simul excentur cum actibus supernat. nā hoc modo non esset necessarius habitus naturalis productus ab actibus supernat. sed sufficeret naturalis productus ab ipsis naturalibus, qui simul excentur cum actibus supernat. vt altera sententia philosophatur: quippe cùm superflus esset hic habitus naturalis productus ab actibus supernat. cùm totam facilitatem, quam ex frequentatione huiusmodi actuum experimur, conferre posset habitus naturalis productus à naturalibus, posito quòd in hæc sententia non debeat huiusmodi habitus facilitare circa actus supernaturales immediatè. 2. Vel habitus acquisitus consistit in speciebus magis perfectis & radicatis; itaque cùm species actuum supernaturalium, sint supernaturales, habitus quoque ex ijs genitus, supernaturalis sit oportet. Quòd illæ sint supernaturales, prob. Angelus, vel animus separatus habet reminiscientiam præteriti sui actus supernaturalis: at nulla species naturalis est repræsentativa obiecti supernat, ergo eandem speciem præteriti actus supernaturalis habet animus corpori coniunctus, cùm hæc species producatur ab actu supernaturali, naturaliter & necessariò: igitur si illa producitur in animo separato supernaturalis, etiam in coiuncto; siquidem actus in producendâ specie sui non pendet ab aliâ concusâ, cùm ipse ex se, sit adæquatâ causa productiva speciei repræsentativæ sui: item actus supernaturalis, vt supernaturalis est formaliter, intelligibilis est cùm intelligibilitas sit proprietas entis ut sic: ergo per speciem supernat. cùm nequeat obiectum supernat. vt sic intelligi per speciem naturalem: ergo productivus est speciei supernat. sui repræsentativæ: tum à paritate actus naturalis, qui est productivus speciei naturalis adæquate repræsentativæ lui: & cùm actus supernat. ponatur producendum speciei naturalis, cur non speciei supernat. quæ

91.  
Ad quar-  
amen inorgani-  
cas, ob in-  
differentiam in  
operando,  
tam respon-  
sionem.

92.  
Potentia  
inorganica  
sunt capa-  
ces habitus.

93.

94.

Species a-  
ctus su-  
pernat. sit  
supernatu-  
rals, prob.  
Angelus, vel  
animus sepa-  
ratus habet  
miniscientiam  
præteriti sui  
actus super-  
naturalis: at  
nulla species  
naturalis est  
repræsentativa  
obiecti super-  
naturalis.

At actus su-  
pernat. sunt  
productivi  
specierum  
etius speciei  
naturalis, cur  
non speciei  
supernat. quæ

quæ magis proportionatur ipsius intelligibilitati? item species ista naturalis, cuius ponitur produc-  
ctiuus actus supernat. est omnino frustranea & in-  
utilis in angelo, & animo separato; cùm per eam  
non possint præteriti sui actus supernaturalis remi-  
nisci. Vnde cohærentius philosophantur ijs, qui ne-  
gant, actum supernaturalem vllam sui speciem pro-  
duecre; eò quòd talis species naturalis sit superflua:  
quamquam hi non effugunt argum. à paritate a-  
ctus naturalis petitum. Confirm.vcl angelus habet  
reminisciam præteriti sui actus supernaturalis,  
quà supernaturalis est formaliter, vel non. Secun-  
dum dici non potest; nam valde imperfecta pone-  
retur potentia angelii, quæ non posset reminisci a-  
ctus à se producti. Si primum, cùm talem remini-  
scientiam habere non possit angelus per speciem  
naturalem, illam habere debet per supernatura-  
lem expressiuam actus supernaturalis, vt supernatu-  
ralis. Vel ergo talis species producitur ab actu su-  
pernaturali & habetur intentum: vel à Deo; & hoc  
ideo esset, quia actus supernaturalis esset impotens  
ad producendam speciem supernaturalem repræ-  
sentatiuam sui. Et contrà: si potest actus naturalis  
producere repræsentatiuam sui, cur non poterit su-  
pernaturalis? & cùm hic idem actus per aduersi-  
ponatur speciei naturalis productiuus, ita ponit pos-  
set productiuus speciei supernaturalis, & quidem  
cohærentius, & conformius ipsius intelligibilitati,  
quod cùm sit ens supernat. connaturaliter possit in-  
telligi per speciem supernat. propriæ intelligibili-  
tati proportionatam: præsertim cùm eadem, vel  
fortè maior sit difficultas ponendi illum produc-  
tiuum speciei naturalis, demum si actus supernat.  
producit speciem repræsentatiuam sui, producit  
illam vt causa naturalis & necessaria: ergo produ-  
cit illam vt perfectè assimilatiuam sui: cum omnis  
causa naturalis non impedita producat effectum  
quantum potest sibi similem: ergo producit illum  
vt supernaturalem, cùm hæc sit magis assimilatiua  
ipsius.

96. Vcl habitus constituitur in qualitate à speciebus  
distinctâ, & recurrūt argumēta *sprā*: tum à paritate  
actuum naturalium, qui sicut gignunt habitum sibi  
similem; ita & actus supernat. Tum quia gignunt  
illum vt causa naturalis, & necessaria, proinde vt  
perfectè sibi similem: tum quia habitus naturalis  
non iuuat ad facilitandam potentiam circa actus  
supernaturales, circa quos ex frequentatione a-  
ctuum supernat. facilitatur potentia præsertim an-  
geli, & animi separati.

97. Quòd hic habitus, ex actibus supernaturalibus  
genitus, sit diuersæ speciei ab infuso, prob. 1. infusus  
dat simpliciter posse, assimilatur enim potentia;  
Habitus su- sine quâ nequit actus simpliciter fieri; acquisitus  
pernat. in- confert solam facilitatem, præsupponens potentiam  
fusus dat posse simpli- completam per habitum infusum: respondet enim  
cetero, ac- hic habitu naturali acquisito, qui supponit poten-  
quisiuit fa- tiam sufficientem ad actum: quo sit, vt sola poten-  
tia cum hoc habitu non sit sufficiens ad actum su-  
pernaturalem pœnitentia eliciendum: vti nec natu-  
ra sine pœnitentiâ cum solo habitu acquisito esset  
sufficiens ad eliciendum actum naturalem, Ratio:

Habitus su- hic habitus acquisitus non supplet influxum poten-  
pernat. ac- tia, sed obiecti, qui diuersus est ab influxu poten-  
quisitus supplet in- tia: potentia autem ad actus supernaturales non  
fluxum ob- habetur, nisi per habitum infusum. 2. Hic physicè  
iecti, non augetur, & intenditur ab actibus pœnitentia insu-  
potentia. fæ; sicut cæteri habitus acquisiti augentur, & inten-  
duntur ab actibus, ex quibus generantur, cùm idem  
sit generans, & intendens. Ille nec produci; nec au-  
geriphysicè potest ab actibus, propter quos infun-

ditur: quia cùm ille dat simpliciter posse, vt ex  
Concil. constat, habet rationem potentia: potentia  
autem nec produci, nec intendi potest à suis acti-  
bus: quia supponitur ijs, vt ipsorum principia:  
& cùm actus sint diuersæ rationis à potentia, non  
possunt illam intendere, cùm intensio fiat per gra-  
duis eiusdem rationis. Confir. iuxta probabilem sen-  
tentiam actus intendunt habitum per speciem sui:  
potentia autem non est intensibilis per speciem;  
ergo. 3. Habitus infusus pœnitentiæ per peccatum  
mortale deperditur vñâ cum reliquis infusis (exceptâ  
fide, & spe, ex Trident.) acquisitus verò remanet, vt  
constat ex facilitate, quam amissio infuso, peccator  
experitur ad supernaturales actus pœnitentiæ exer-  
cendos, quam non experitur, qui nunquam tales  
actus exercuit. 4. Habitus infusus est simplex qua-  
litas, quæ ad plura se extendit, quam habitus ex ip-  
suis actibus genitus: nam ille respondet potentia;  
hic habitui potentia actibus comparato: at ad plu-  
ra se extendit potentia, quam ipsius actus, & conse-  
quenter habitus ipsius actibus genitus.

Obijcitur 1. Omnis habitus aut est naturalis, aut  
supernaturalis; omnis supernaturalis est infusus;  
excedit enim vires naturæ: naturalis est acquisitus: partem af-  
igitur nullus datur supernaturalis acquisitus. Maior  
patet; nam naturale & supernaturalis sunt membra  
adæquate diuidentia ens; cùm implicet dari ens,  
quod re ipsâ neutrum sit. 2. Nequit hic habitus ge-  
nitus ex actibus habitu infusi esse diuersæ speciei  
ab ipso: nam omnis habitus acquisitus naturâ suâ  
tendit in idem obiectum formate, in quod tendunt  
actus ipsi, quibus acquiritur: sed actus habitus infu-  
si, quibus hic habitus acquiritur, tendunt in ob-  
iectum formale sui habitus, à quo producuntur;  
cùm non possit actus respicere obiectum formale  
diuersum ab obiecto formalis sui habitus: ergo etiâ  
habitus his genitus tedit in idem formale &c. 3. Se-  
qucretur, dari in nobis duas fides, duas spes, duas  
charitates, supernat. quarum alterutra esset frustra-  
neæ; & inauditum. 4. Falsum est, huiusmodi habitu  
acquisitum supernaturalem manere in peccatore:  
alioqui posset peccator per illum sc ipsum iustifi-  
care: Item manere in damnatis, quod falsum est;  
alias in ijs etiam maneret habitus Fidelis, qui per  
peccatum non amittitur. 5. Cùm hic habitus non  
sit distinctus à speciebus, quas relinquunt actus su-  
pernat. habitu infusi, non potest inclinare ad actus  
virtutum: nam habitus non inclinat ad actus, nisi  
adiuvando potentiam ad tales actus producendos:  
sed potentia productua actuum virtutum, est vo-  
luntas, ad quam iuuandam non conducunt species,  
quæ solum deseruunt intellectui: eam quippe po-  
tentiam iuuant habitus, cum quâ possunt coagere:  
nam coagendo cum potentia faciunt, vt illa minus  
agit, minus conetur, adeoque vt magis faciliteretur.

6. Vel hic habitus concurrit ad substantiam actus  
supernaturalis, vel ad modum tantum. Si primum;  
ergo non differt ab infuso, cuius est producere  
substantiam actus; si secundum, explicari non po-  
test, qui sit iste modus, ad quem habitus is acqui-  
sus concurrit. 7. Visio beatifica non gignit spe-  
ciem sui in intellectu beati; ergo neque alij actus A pari.  
supernat. 8. Possunt omnia saluari per habitum  
acquisitum naturalem, qui comparatur per actus  
naturales, qui simul excentur cum ipsis superna-  
turalibus: ergo frustra ponitur iste habitus super-  
naturalis acquisitus per actus supernaturales. 9. Ex  
S. Thom. 1. 2. quest. 51. art. 4. omnis habitus superna-  
turalis disponit hominem ad finem excedentem fa-  
cultatem naturæ; est enim propter operationem  
supernaturalem, quæ disponit ad finem supernat.  
at si ali-

99.

Confirm.

101.

Contraria utramque  
partem argu-  
menta.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

- at si aliquis habitus supernaturalis producibilis es-  
set per actus creaturæ, posset creatura se ipsam  
disponere ad finem supernat. excedētem propriam  
naturam. 10. Si species, quam producit actus super-  
naturalis, esset supernat. posset per eam intellec-  
tus humanuscognoscere suum actū supernaturalium,  
ac proinde actum charitatis; erga Deum adeoque  
certus fieri de suâ iustificatione, contra *Trident. scđ.*  
*6. cap. 9.* Qui autem per propriam speciem euiden-  
ter cognoscit, se eliciisse actum charitatis erga  
Deum, certus est, se Dei gratiam consecutum esse;  
cūm de fide sit, ad actum charitatis erga Deum gra-  
tiam consequi. 11. Ex hâc sententia sequeretur, ini-  
tium salutis esse in nostrâ potestate, contra illud  
*Osea 13. perditio tua Israel: tantummodo in me auxi-  
lium tuum. nam in nostrâ potestate est, vti huius-  
modi specie, vel habitu ad eliciendos actus consi-  
miles ijs, ex quibus est genitus: qui actus nos ad fi-  
nem supernaturalē consequendum proximè dispo-  
nerent. 12. Sequeretur, non modò fore speciem su-  
pernaturalē per quam reminiscimur actū super-  
naturalis præteriti, sed etiam speciem, per quam re-  
miniscimur reminiscentiæ, ac reminiscentiam remi-  
nientiæ in infinitum.*

*Præg.  
Habitus su-  
pernaturalis  
aliter per  
modum po-  
tentie, aliter  
per modum  
facilitans  
potentiam.*

Resp. Ad 1. nego minor. quoad 1. partem, vt con-  
stat de habitu Theologico, qui est supernaturalis  
quoad essentiam, vt *tom. I. disp. 1. scđ. 4.* & tamen  
hic non infunditur, sed acquiritur medijs actibus  
Theologicis: igitur habitus supernaturalis, unus  
per modum potentia, dans posse simpliciter; alter  
per modum facilitatis potentiam, supponens illam  
completam per habitum infusum. Prior habitus  
infunditur; posterior acquiritur, ad prob. minor.  
concedo omnem habitum supernaturalē exceedere  
naturæ vires: nego hunc habitum acquiri nu-  
dis naturæ viribus; sed vt cleuatis per gratiam: ac-  
quiritur enim per actus supernaturales, qui eliciuntur  
cum gratia operante, & cooperante. Ad 2. ad-  
misso toto discursu in argum. facto, adhuc nego ha-  
bitum acquisitum non distingui specie ab infuso;  
vt licet actus supernaturalis tendat in idem motiu-  
**Dico 1. Actus pœnitentia Christianæ non potest esse naturalis:** quia actus naturalis fieri potest solius naturæ viribus; continetur enim intra vires potentia naturalis: nequit autem actus pœnitentia Christianæ fieri solius naturæ viribus: igitur nequit actus pœnitentia Christianæ esse naturalis; Minor constat 1. auth. Scriptu. quæ donum pœnitentia tribuit Deo, vt speciali authori: sola autem ea tribuuntur Deo, vt speciali authori, quæ pendent ex speciali motione ipsius: nam quæ mere naturalia sunt, ea non dicuntur specialia dona Dei, cùm sint omnibus communia. Maior habetur Ierem. 31. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam. In quem loc. Hieronym. ergo idipsum, inquit, quod agimus pœnitentiam, nisi Dei nitamur auxilio implere non possumus. Et paucis interieatis: Vide, quantum sit auxilium Dei, & quam fragilis humana conditio, ut hoc ipsum, quod agimus pœnitentiam, nisi nos Dominus ante conuerterit, nequaquam implere valeamus. 2. ad Timoth. 2. Nequando, inquit Apost. Deus des illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & respicere à diabolis laqueis. Quæ interpretans Chrysost. homil. 6. Tu planas, inquit, tu rigas, ille seminas, & fructus parere facit, arque ad incrementum perducit. & in eund. Anselma scribit: non enim aliquid proficit, nisi cùm facit, ut peccati sui quemcumque pœnitiat: & quis hoc dat, nisi quis respicit Petrum negantem, & fecit flentem? ideo non solum cùm agitur pœnitentia: verum & vt agatur, necessaria est eius misericordia. Eandem veritatem docuerunt Leo Papa Epist. 91. ad Theod. Epis. Foro. 1. & August. de fide ad Pet. cap. 31. Ipsam, inquit ille, pœnitentiam ex Dei credimus inspiratione concepitam: Firmissime, inquit Hste, tene, & nullatenus dubites neminem hic posse hominum pœnitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit, & gratuita sua misericordia conuerterit. Hanc definit Trident. sess. 6. can. 3. his verbis: Si quis dixerit, sine praueniente Spiritus sancti inspiratione, arque eius adiutorio, pœnitere posse sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit. Ratio: Actus pœnitentia Christianæ disponit hominem ad iustificationem: per hoc enim distinguitur à quâuis aliâ pœnitentiâ, quæ ad iustificationem non disponit, vt ex cit. Concil. in quibus supponitur aliqua pœnitentia, quæ ad iustificationem disponit. Quod autem ad iustificationem disponit, nequit fieri solius naturæ viribus vt idem cit. & Arau. 2. can. 6. 2. & 20. definiunt: alioqui sola natura inchoare posset iustificationem, contra diuina oracula. Confirm. Obiectum formale, quod respicit pœnitentia Christianæ est supra naturalem capacitatem hominis: est enim detectatio peccati, quatenus compensatius est iuris, quod Deus, vt prima regula tam naturalis, quam supernaturalis, habet in omnes actiones morales, etiam supernaturales; repugnat autem, creaturam proprijs viribus attingere obiectum, quod est supra naturalem capacitatem ipsius.

**Dico 2. Actus pœnitentia Christianæ non solum est supernaturalis quoad modum, sed etiam quoad substantiam; ex cit. Trident. vbi ad pœnitendum**

34.

Fundam.

Authoritat. Script.

Patrum.

35.

Prob. ra-

Confir. 37.

38.

Repugnat autem fieri physico concursu gratia, & non esse in entitate supernaturalem.

39.

tendum sicut oportet, non solum requirit diuinam inspirationem, quæ se tenet ex parte principij moraliter excitantis, ac suadentis; sed etiam Spiritus S. adiutorium, quod se tenet ex parte principij physicæ concurrentis, & concausantis. Quod expressit Milenit. II. can. 4. vbi definit, non modo necessariam nobis esse gratiam, vt cognoscamus, quid agere debeamus, quod se tenet ex parte principij moralis; sed etiam quid efficere valeamus, quod se tenet ex parte principij physicæ concurrentis: Repugnat autem, actum fieri physico concursu gratia, & non esse in entitate supernaturalem; cùm physicus concursus tendat ad entitatem actus, cùm sit essentialis via & tendentia ad illum. Ex ijsd. Concil. testimonijs manifestè colligitur falsitas illius sententia, quæ docet, sufficere solam notitiam supernaturem ad actum pœnitentia Christianæ: cùm expresse citata Concil. præsertim Milenit. præter gratiam tenentem se ex parte intellectus, requirat gratiam tenentem se ex parte voluntatis.

Habitus super naturales infusi dantur propter actus supernaturales quoad substantiam.

40. Dispositio est in eodem ordine cum forma. A priori.

41. A pari.

42.

Prob. 2. ex communisententia admittentium habitum per se infusum pœnitentia Christianæ: quo posito, sic arguo. Datur habitus per se infusus pœnitentia Christianæ: ergo ipsius actus est supernaturalis quoad substantiam: nam habitus per se infusi non dantur propter actus supernaturales tantum quoad modum, cùm ad huiusmodi actus producendos sufficient habitus acquisiti naturales quo ad substantiam, cum potentia naturali adiutâ aliquo concursu indebito intra ordinem naturæ; sed dantur propter actus in essentiâ supernaturales, quorum principium nequit esse potentia naturalis, vel habitus acquisitus cum concursu tantum indebito naturali. 3. Actus pœnitentia Christianæ est per se dispositio ad iustificationem; sed dispositio est in eodem ordine cum formâ, ad quam disponit, vt inductione constat: ergo cùm gratia, quæ est forma iustificans, sit supernaturalis quoad substantiam, etiam actus pœnitentia Christianæ. Nec refert, quod non sit proxima, sed remota tantum dispositio ad gratiam; nam remotior dispositio est fides, quæ præcedit actum pœnitentia; & tamen, quia per se disponit ad gratiam, est supernaturalis quoad substantiam. 4. Non implicat actus pœnitentia supernaturalis quoad substantiam: tum à paritate reliquorum actuum supernaturalium, Fidei, Spei, Charitatis, & visionis beatificæ, qui cùm procedant ex habitibus supernaturalibus infusis, sunt supernaturales quoad substantiam: nec est repugnantia, vt est actus vitalis supernaturalis talis virtutis, scilicet pœnitentia; ergo reipsâ est concedendus: tum quia connaturalius homo disponitur ad gratiam supernaturalem per pœnitentia actum supernaturalem quoad substantiam, quam quoad modum; cùm magis ac melius proportionetur fini supernaturali quoad substantiam, qualis est visio gloriofa. Tum quia per actus supernaturales quoad substantiam melius salvatur necessitas habituum infusorum, qui non dantur, nisi propter actus supernaturales quoad substantiam, cùm ad supernaturales quoad modum sufficiat potentia naturalis cum habitu acquisito, & aliquo concursu extraordinario intra ordinem naturæ.

Dico 3. Præter actum pœnitentia supernaturalis datur actus pœnitentia naturalis; Richard. in 4. dist. 14. art. 4. q. 1. contra Vagin. 3. p. q. 8. 5. art. 5. dub. 2. fine, ex cit. loco Trident. quod dum ad pœnitendum sicut oportet requirit speciale auxilium, non obscurè indicat, darialiquod pœnitentia non sicut oportet, ad quod non requiritur speciale auxilium Dei: hoc autem aliud esse non potest, quam actus pœ-

nitentia naturalis, qui quoniam non procedit ex supernaturali motu, neque ex aliquo speciali cursu indebito, non est supra vires naturæ, proinde produci potest naturæ viribus: unde hoc ipso non est ad iustificationem sufficiens; cùm omnis dispositio ad iustificationem etiam remota, debeat inchoari à gratiâ Dei. Ratio: Potest ratio naturalis inchoare & cognoscere peccatum, ut auersuum à Deo, & de gratia Dei. iustitium à primâ regulâ, & consequenter lœsiuum diuini iuris; ergo potest voluntas illud naturaliter cognitum inefficaciter saltem detestari, & odio habere: dixi, inefficaciter, nam efficax detestatio peccati includit virtuale propositum seruandi totam le- gem naturalem, quæ sine speciali gratia per Christum seruari non potest, ex 3. tom. Confirm. Potest homo naturaliter diligere Deum ut auctorem bonorum naturalium dilectione saltem inefficaci; quia potest hoc non excedit naturalis vires creaturæ: & aliâs homo inclinat ad amandum suum benefactorem: ergo & odio habere peccatum ut illi contrarium: nam quâ ratione diligimus bonum, detestamus malum, illi oppositum; cùm eadē sit inclinatio in bonum prosequendum, & in oppositum malum evitandum. Fundam. primæ, solum procedit de actu pœnitentia naturalis, qui ad iustificationem non sufficit. Ad fundam. secundæ, concedo in potestate hominis esse, ad gratiam se preparare, sed ex speciali auxilio Dei, quod nunquam homini denegatur. Ad confirm. nego minor. loquendo de bono morali merè naturali; hoc enim nullum habet ex naturâ suâ ordinem & connexionem cum gratiâ.

In sententia Caiet. displicet, 1. quod possit homo naturaliter diligere Deum, ut beatitudo Sæctorum est: nam sic est obiectu supernaturale excedens vires naturales creaturæ; 2. quod possit creatura viribus Inconvenientijs, saltem quantum est ex parte suâ, disponere se ad gratiam, vt Caiet. cit. loco 1. 2. concedit: nam licet Deus; vt ipse docet, non teneatur illam acceptare per motionem gratuitam; tamen quantum est ex parte hominis ponitur dispositio ad gratiam, quod falsum est: quia dispositio habet aliquam proportionem, connexionem cum formâ, ad quam disponit; nec potest homo vlo modo viribus proprijs gratiam attingere. Propter ea hanc Caiet. opinionem Sotus in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. appellat numerum audiat, & nulli credendam. Ad auctorit. S. Dolz. dico, illum mutasse sententiam in sum. vt Caiet. testatur 1. 2. q. 109. art. 6.

Rogas, Quotplex sit actus pœnitentia Christianæ? Voco pœnitentiam Christianam, quæ ad gratiam aliquo modo disponit, siue in, siue extra sacramentum; siue remotè, siue proximè, quo pacto idem est ac pœnitentia supernaturalis, & Resp. duplex est: altera perfecta, quæ contritio dicitur; altera imperfecta, quæ atritio nominatur. Diuisio est Trident. sess. 14. c. 4. & omnium Schol. Perfecta est, quæ vim habet iustificandi ex se independenter ab a- perfecta, etiali susceptione sacramenti, quæque per se medietate pœnitentia est ad conciliandum hominem cum Deo. Imperfecta est, quæ de se non sufficit ad iustificandum, sufficit autem cum Baptismo, vel sacramento pœnitentia. Fundam. diuisio est; omnis pœnitentia aut detestatur peccatum ex supremo motu, quantum malum Dei est, & sic dicitur pœnitentia perfecta seu contritio; aut ex aliquo motu infra Deum, & sic dicitur pœnitentia imperfecta, siue atritio. Confirm. contritio est actus omnium perfectissimus, quem cum auxilio Dei potest peccator elicere, cùm procedat ex supremo motu, quod creatura rationalis eleuata potest attingere, ergo est perfecta pœnitentia; Vnde August. lib. de vera, & falsa

*De bī dīf-  
puso.* & falsa pœnit. cap. 17. vocat illam simpliciter conuer-  
sionem, ad differentiam attritionis, quam vocat ver-  
sionem; quia infallibiliter secum afferit prefectam  
amicitiam, & conuersione Dei ad nos.

## DISPUTATIO III.

## De Attritione.

## SECTIO PRIMA.

## An attritio sit actus virtutis?

**R**ATIO dub. attritio ex Trident. sess. 14. cap. 4. concipitur ex gehennæ metu; qui autem detestatur culpam propter pœnam, magis odit pœnam, quam culpam: hoc autem ordinatum non est nām implicitè & virtute includit hunc affectum, peccata non detestarer, nisi eis imposita esset pœna. Propter hoc est hæresis Lutheri damnantis dolorem extimore pœnæ conceptum; quippe qui homines facit hypocritas, & magis peccatores; tum quia est extortus, & violentus, cum originem ducat à pœnâ, quæ timetur, non à iustitiâ, quæ amatur: tum quia quod non fit ex charitate, non fit ex corde; simulatum est, fictum: tum quia non est verum odium, quod in amore non fundatur: ergo non potest verum esse odium peccati, quod ex timore nascitur; sed tantum quod ex amore iustitiae progignitur. Demum, si timor seruilius est bonus, erit etiam bonus timor mundanus: at hic bonus non est, quippe qui homines malos facit; ergo nec timor seruilius. Catholica sententia est à Trident. definita sess. 14. cap. 4. dolorem ex gehennæ metu conceptum, si voluntatem peccandi excludat, cum spe venia, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem: verum donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitans: sed tantum mouentis, quo pœnitens adiuvit viam sibi ad iustitiam parat. Ex Proverb. 1. Eccles. 1. timor Domini principium sapientie: quæ loca Basilius Homil. in princ. Proverb. post init. Beda in 1. cap. Prosa. Aug. tract. 9. in Epist. Ioan. post init. Gregor. Homil. 19. in Ezech. ante med. Bernard. serm. 23. in Cant. fine, & Epist. 9. ad Archiepisc. Colon. Magister sententiarum cum Schol. in 3. dist. 34. explicant de timore seculi: nam hic est, qui sapientiam inchoat; non filialis, qui illam perficit & consummat: Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum. Qui locus intelligendus est de expulsione mediata, & inchoatiuâ, non de immediata & vltimâ, quæ fit per actum charitatis. Eundem timorem ex pœnarum metu concipiendum docuit Christus Matth. 10. Timete enim, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam: Prophetæ inculcant peccatoribus ut co. vtiliter concussi à peccato resplicant. Eandem veritatem docent Patres; Hieron. in 2. cap. Mich. med. Qui pudore & verecunda non tenetur, agat pœnitentiam saltem comminatione pœnarum: & in 1. Malachi. Filius honorat Patrem, & seruus Dominum suum, ita scribit: vult itaque primum Deus, ut Filii eius simus, & bonam voluntate faciamus: si hoc non conseguiri volumus, ut saltem seruus nos habeat, & à malis per suppliciorum formidinem recedamus. Chrysost. 1. lib. de compunctione. hoc solum est, quod exposcitur à nobis, ut semper recordemur mala nostra, & ad animum renocemus, & conscientiam gestorum nostrorum habeamus ante oculos, ut pro bus suplicemus Deo, ut gehennam ponamus in conspectibus nostris &c. Aug. in psalm. 127. ille timor nondum castus,

presentiam Domini, & pœnam timet, timore facit, quidquid boni facit, non timore amittendi bonum illud sed timore patienti illud malum: non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timeret, ne mittatur in gehennam. Bonus est, & iste timor, utilis est. De quo supra dixerat: Habent timorem, & per timorem continent se à peccato. Timent quidem; sed non amant iustitiam; Cum autem per timorem continent se à peccato, si consuetudo iustitia, & incipit quod durum erat amari, & dulcescit Deus, & iam incipit homo iuste vivere, propterea non quia timeret pœnas, sed quia amat eternitatem. Ecce quomodo iuxta August. timor iste seruilius bonus est, quia initium timoris filialis. Fundam. detectari peccatum ad euitandam pœnam peccato debitam, est actus de se botius & honestus; nam licet proximè ordinetur ad euitandam pœnam, ex cuius timore elicitur; non tamen excludit Deum ultimum finem, ad quem implicitè ordinatur. Confirm: hic modus vitandi peccata propter pœnas à Deo impositas, est maximè connaturalis homini existenti in peccato, qui maximè ducitur timore supplicij. Deus autem, quantum fieri potest, se accommodat modo operandi connaturali hominis in eius salute procurandâ. Vnde sicut in quâvis bene constitutâ Republ. duplex est modus impellendi ciues ad virtutes consestandas, & virtus declinanda; alter spe & amore præmiorum; alter timore pœnarum: ita Deus summus Gubernator hoc duplice modo homines ad salutem excitat, & impellit.

Attritio ad  
Deum im-  
plicitè ordi-  
natur.

Ex his patet ad rationem dub. esto qui peccatum detestatur propter pœnam, plus actu detestetur pœnam, quam culpam, cum pœna sit ratio detestandi culpam: Nego tamen, huiusmodi actum non esse honestum: tum quia non semper tenemur actu plus pœnam: tum quia non tollit, quin propter alia motiva, & rationes possimus plus culpam detestari, quam pœnam: falso autem est, in tali actu contineri illam conditionalem: peccarem, si peccato non esset imposta pœna: quia in eo motivo non sicut ultimò affectus, sed tantum proximè; vnde virtute tendit etiam ad Deum finem ultimum: sicut actus spei proximè & formaliter tendit ad Deum ut bonum ipsi speranti, virtute autem & implicitè ad Deum secundum se. Verum est in simili actu contineri similem conditionalem: Si non esses pœna gehenna, non detestarer peccatum, quâdo causa formalis est principalis propter quam, & à quâ affectus per se ita pendet, ut non possit formam seu denominationem formalem habere ab aliâ principaliore causâ: idcirco Conimb. in cap. 2. de scientia quæst. 2. art. 6. & alij, putant axiomam illud, propter quod unumquidque est tale & illud magis, non habere veritatem in causâ minus principali comparata ad suum effectum, ut in pœnâ gehennæ comparata ad peccatum, in retributione comparata ad Deum, nec sequi: Fideles diligunt Deum propter retributionem; ergo diligunt retributionem magis quam Deum. Nihilominus concedendum est axiomatici, plus diligere retributionem actu tali quam Deum: nec enim tenetur quis diligere Deum plus quam retributionem, quovis actu; aut detestari culpam plusquam pœnam: dandum quoque est Conimbric. & veritati, quoties forma est minus principalis propter quam, seu quoties denominationis formalis non ita per se pendet ab eâ, quiri si hæc ipsa tollatur, possit effectus ille, detestari culpam, diligere Deum; formaliter habeti ab aliâ principaliore causâ formaliter, tunc actus ita est efficax ut non admittat tales conditionales, si non esset pœna, non detestarer peccatum: nam etiamsi non detestarer id propter pœnam, possem adhuc ipsum detestari etiam magis propter

*Lutheri ar-  
gumenta.*

*Catholica  
sententia.*

*Ex varijs  
Scriptis.*

*Tota Schol.  
in Theolog.*

*Hieronym.*

*Chrysost.*

*Augustin.*

Non semper  
tenemur  
plus dete-  
stari cul-  
pam quâmo  
pœnam.

Exhausti-  
tur difficult-  
tas & veri-  
tas incla-  
re se.

propter Deum. Actus autem hic, detestor peccatum propter Deum summè dilectum, cùm causa motiva sit principalis, admittit hanc conditionalem, non detestarer peccatum, si Deus non esset summè bonus: qui enim principali supremoque motivo efficaciter mouetur, ita vi istius est affectus, vt inferioris infimive motui nullam rationem habeat, nec possit tantum ultimumve bonum ad finem ulteriore nec meliorem, nec peiorem ordinare, scilicet nec amorem summi boni ad vitandam pœnam, cùm pœnam pati vellet ex amore summi boni; nec amorem summi boni ad retributionem, cùm amor retributionis sit dispositio transiens ad amorē summi boni: ita in patriā spes, timor, attritio excidunt per amorem summi boni eos actus expellentem: ad quem amorem illi actus in via disponunt.

**Dices.** 7. Dices, attritio ex metu pœnæ non excludit affectum, quo quis vellet peccare si non esset pœna. Resp. neg. Assumpt. cùm enim affectus hic sit re ipsa peccatum, & peccatum sit inductuum pœnæ, timor pœnæ efficaciter auertit ab isto affectu, statim ac homo aduertit hunc affectum esse peccatum. Instabit: si quis peccare malit quam pati pœnas inferni; hic affectus nequit sufficienter retractari per attritionē ex metu pœnarum: ergo attritio hęc nō excludit efficaciter affectū peccati. Prob. antec. metus inferni non disponit ad actū, quo quis mallet infernum quam peccatum. Resp. neg. antec. ad prob. dico, vt istud peccatum efficaciter retractatur, non est opus hoc actū, mallem potius pati infernum; sed hoc efficaci, nollem hunc talem affectū, quo malui peccare quam pati infernum; negatiū interim se habendo circa obiectum talis affectus.

8. Imò attritio disponit ad hunc actū, malo potius subire infernum quam peccare, si talis affectus reflexè ei proponatur vt necessarius ad vitandum infernum; offerre enim se ad patiendum infernum potius quam peccare, est medium optimum ad vitandum infernum. Vrges: si quis ex ignorantia crederet, hęc & nunc necessarium esse peccare ad vitandum infernum, non posset is ex metu inferni vitare istud peccatum. Resp. non desinit id motiuum esse vniuersale ex natura rei & auertete ab omni peccato, seclusa ignorantia aut stultitia. Alioqui nec amor Dei super omnia esset motiuum efficax: si enim quis credat peccatum manens peccatum non displiceret Dco, non potest ab illo auerti ex motiuo amoris Dei, vt num. 22.

Attritio est sufficienter obiecta. 9. Ad 1. Lutheri, nego anteced. licet huiusmodi detestatio non sit ita libera; sicut quæ sit amore iustitiae: non tamen caret libertate sufficiente ad actū humanum, cùm sit à principio intrinseco libero. Nec refert, quod originem ducat ab aliquo extrinseco, quia hoc non cogit voluntatem: & adhuc eo posito, posset voluntas non agere; sicut etiam amor Dei originem ducit ab obiecto extrinseco: quod quia non necessitat voluntatem, non dicitur coactus; neque est contra naturam hominis, interdum ad operandū moueri metu pœnæ. Ad 2. Nego major. nam qui de peccatis dolet metu pœnæ, non fictè & simulatè sed verè & seriò dolet; nec tantum externum actum, sed etiam internum affectū à peccato reuocat, alioqui sibi cōtradicaret: quia non doleret vitādo, sed incurriendo pœnam, si tantum fictè & simulatè doleret. Ad 3. Esto omne verū odium in amore fundetur: quia omnis detestatio mali supponit amorem boni: nego tamen, in eo semper fundari proximè, sed post fundari remotè tantum: sic odium peccati ob metum gehenna proximè fundatur in timore pœnæ, remotè in amore supernaturalis beatitudinis. Vnde falsum est, so-

lum odium immediate ortum ex amore iustitiae, secundū sc̄ esse verum odium. Ad 4. nego se quel. nam timor mundanus est timor creaturæ, affectu cuius non veretur homo offendere Deum: timor vero seruīlis est timor Dei, quem timet offendere metu pœnæ, quā peccatis infligit; quo fit, vt ille non tollat effectum peccandi; sed potius sit causa peccati; hic tollit peccatum & effectum peccandi.

## S E C T I O II.

*An quicumque dolor ex quouis motiuo infra motiuum charitatis conceptus sit saltem cum sacramento sufficiens dispositio ad iustificationem?*

**R**atio dubit. Trident. sess. 14. c. 4. motiuum attritionis sufficientis cum sacramento pœnitentiæ ad iustificationē, non solum assignat gehennam; sed alias etiam pœnas, ipsamque peccati turpitudinem: ergo ex quouis motiuo infra charitatem elicta, erit sufficiens dispositio cum sacramēto ad iustificationem: quia contra quodvis motiuum virtutis infra charitatem potest esse turpido peccati sufficiens motiuum ad concipiēdum dolorem ad iustificationem in sacramento requisitum. Nam sicut quævis virtus infra charitatē habet pro motiuo peculiarem suam honestatē; ita contra eandem honestatē opponitur specialis turpitudō, propter quā moueri potest voluntas ad dolorem concipiendum. Ex quo sequitur, omnem timorem vitandi peccatum, siue sit propter pœnas ab humano iudice impositas, siue propter malum infamiz &c. fore sufficientem dispositionem cum sacramento ad iustificationem.

Dicendum tamen est, non quemcumque dolorem ex quoniam motiuo infra motiuum charitatis conceptum, esse sufficientem cum sacramento ad iustificationem; ex Trident. sess. 6. can. 3. vbi indicat, esse aliquem dolorem, qui non est sicut oportet ad iustificationem. Ratio: is dolor est cum sacramento ad iustificationem sufficiens, qui aliquo modo animali peccatoris conuertit ad Deum obiectum supernaturale. At non omnis dolor animalis conuertit ad Deum obiectum supernaturale. non dolor peccati propter infamiam apud homines contraria; nec propter pœnas ab humano iudice impositas; nec propter damnum in corpore, vel externis bonis passum; nec disformitatem peccati cum humana ratione; cùm hęc omnia motiuia sint mercè naturalia, à solā ratione naturali, absque ullā notitiā infusa fidei cognoscibilia, & detectabilia. Maior prob. is dolor est sufficiens, qui opponitur peccato; sed is tantum opponitur qui ex aliquo motiuo supernaturali conceptus animū conuertit ad Deum obiectum supernaturale. Maior constat: nam sicut de ratione connaturalis dispositionis, qualis est detestatio peccati ad iustificationem consequendam, est, vt sit eiusdem ordinis cum forma, ad quam connaturaliter disponit: ita de ratione eiusdem est, vt opponatur contraria formæ, quam debet expellere: cùm hic sit primarius effectus formalis dispositionis, habilitare, aptumque reddere subiectum ad formam, ad quam connaturaliter disponit: habilitat autem illud, contraria fortinata expellendo per suum effectum formalem. Minor prob. omne mortale in hoc statu naturæ eleuatæ per gratiam ad finem supernat. includit auersio ncm

Quia ti-  
mor mu-  
ndanus, qui  
seruīlis?

Ratio dub-  
bitandi ex.  
Trident.

Conclusio  
colligitor.  
ex Concil.  
Tridente.

12. Prob. ratio-

ne.

**Peccatum committi-  
tur cum notitia Dei finis super-  
naturalis.** ném à Deo fine, & obiecto supernat. committitur enim cum notitiâ saltem implicitâ, & confusâ Dei finis & obiecti supernaturalis, vel quam saltem peccator habere debet, & consequenter non potest dispositiū expelli, nisi per actum, qui sit conuersio ad Deum obiectum supernaturale; cùm non minus dispositio expulsiva peccati debeat conuertere hominem ad Deum, quā ab eodem auertit ipsum peccatum. Confirm. vt attritio etiam cum sacramento ad iustificationem sufficiat, debet ex Trident. includere spem veniæ, quæ necessariò procedere debet ex motiu supernaturali, cùm non possit naturaliter cognosci, veniam peccati esse à Deo certò expectandam.

**Quo mori-  
so dolor sit  
sufficiens  
dispositio ad  
iustificatio-  
nem cum  
sacramēto.** Deducitur 1. non modò dolorem peccati propter gehennæ metum; sed ob quascumque pœnas à Deo infligendas, etiam si temporales sint. vt propter pœnas purgatorijs corporis ægritudines, damnificatio- num, & amissionem bonorum temporalium, esse sufficientem dispositionem cum sacramento pœ- sacramēto. nitentia ad iustificationem: ex Trident. sess. 14. cap. 4. dum præter gheennaem pœnam, assignat alias temporales, quarum timore ut ille concusſi. Niniu- ra pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Deo impe- trarunt. Confirm. per earundem pœnarum timorem præparamur ad iustificationem, per quarum pa- tientem tolerantiam pro peccatis satisfacimus; tam enim tolerantia quā timor potest esse superna- turalis & ex meritis Christi procedere, vt idem c. 8. sed ex eodem c. 9. per patientem pœnarum tempo- ralium à Deo inflictarum tolerantiam pro pecca- tis satisfacimus: ergo per earundem à Deo infligen- darum timorem ad iustificationem præparamur.

**Qua pec-  
cata turpi-  
tudo sit suf-  
ficiens moti-  
vum Chri-  
stiane at-  
tritionis.** Deductur 2. eam dumtaxat peccati turpitudinem esse sufficiens motiuum attritionis Christianæ, quæ opponitur alicui perfectioni diuinæ su- pernaturaliter cognitæ; seu peccato in hoc statu commisso; quod includit auersionem à Deo ob- jecto supernaturali; vt sunt irreuerentia contra Deum finem supernaturalem, ingratitudo, inobe- dientia, &c. 3. Nulla turpitudo contra virtutem, & honestatem naturalem est sufficiens motiuum attritionis Christianæ; imò etiam nulla turpitudo contra virtutem & honestatem supernat. est sufficiens motiuum Christianæ attritionis, nisi quatenus detestatur vt laesia alicuius perfectionis diuinæ; nam potest detestari ea turpitudo, quatenus est est contra virtutem supernaturalem, vt nostra per- fection est; vel quatenus participatio est alicuius perfectionis diuinæ, cui mediatè saltem ea opponitur. Hoc 2. non 1. modo, est motiuum sufficiens Christianæ attritionis: scilicet quatenus aliquo modo opponitur alicui perfectioni diuinæ superna- turaliter cognitæ.

**Obijcies 1. non repugnat, aliquem in hoc statu peccare absque sufficienti notitiâ Dei finis & obiecti supernaturalis; ergo non omne peccatum in hoc statu commissum est auersio à Deo fine & obiecto supernat. cùm hæc supponat sufficientem notitiam finis supernat. & consequenter non omnis attritio debet esse ex motiu supernaturali. Resp. supposi- to casu, concedo, tale peccatum non esse contra Deum finem, & obiectum supernaturale: nego ta- men, illud posse remitti solâ attritione naturali, quia vel remitteretur extra sacramentum: & fal- sum est illud remitti posse solâ attritione naturali: quia cùm saltem esset contra Deum finem natura- lem, non sufficeret attritio naturalis; sed ad mini- mum necessaria esset contrito naturalis: sicut non sufficit sola attritio supernaturalis, ad remittendum extra sacramentum peccatum contra Deum, finem**

& obiectum supernaturale. Vel tale peccatum re- mittetur cum aliquo sacramento: & tunc necessarius esset dolor supernat. tum propter proportionem ad gratiam formam supernaturalem, ad quam peccator accedere debet dispositus: tum propter actus fidei, spei, & pœnitentia supernaturalis, quos elicere teneretur peccator circa Deum iam cognitum vt finem supernaturalem; cùm non posset ad sacramentum accedere, nisi instructus fide, spe, & pœnitentia supernaturali.

**Obijcies 2. peccator per attritionem non necessariò conuertitur ad Deum obiectum supernaturale: igitur conuersio ad Deum obiectum supernaturale necessaria non est ad iustificationem cum sacramento consequendam. Anteced. prob. sufficit, vt peccator de peccato doleat ob timorem pœnæ: sed timor de peccato ob timorem pœnæ non conuertit animum peccatoris ad Deum; sed solùm illum auertit à ma- lo culpæ propter malum pœnæ, quod timetur: ergo. Resp. dist. anteced. attritio non necessariò con- uertit animum peccatoris ad Deum explicitè & immedietè, concedo; implicitè & medietè, nego. Nam hoc ipso quod animum peccatoris auertit à peccato propter pœnas à Deo infligendas, implicitè & medietè, seu indirectè conuertit ad Deum, ad Deum. vt ad supremum iudicem pœnarum.**

**Obijcies 3. Attritio non detestatur peccatum vt offensam Dei: ergo neque cum sacramento sufficit ad iustificationem: quia non est sufficiens ad com- pensationem offensæ, & recōciliationem cum Deo; cùm non detestetur peccatum vt offensam Dei, nec fiat intuitu offensi: scilicet iustificatio peccatoris essentialiter importat condonationem offensæ ex parte Dei offensi, qui vt condonet, aliquam postulat satisfactionem ex parte offendit. Resp. dist. anteced. attritio nō detestatur peccatum vt offensam Dei formaliter & explicitè, concedo: materialiter & implicitè, nego: quia dum illud detestetur, vt est ut est off- contra aliquam honestatem, & legem creatam, im- sa Dei non plicitè etiam detestatur, vt est contra honestatem, & legem increatam; cùm lèx creatam sit participatio legis increatæ: sicut è cōtrario, qui offendit legem creatam, simul etiam offendit legem increatam; quia Lex creatam est expressa manifestatio legis increatæ, est expressa manifeſta- lex creatam est expressa manifestatio legis increatæ, sed implici- tio legi in- creatæ.**

Vrges: vera ac sincera ad Deum conuersio non videtur posse intelligi sine voluntate placendi Deo per mandatorum eius obseruationem: hæc autem voluntas non est absque aliquâ dilectione Dei seu complacentiâ Diuinæ bonitatis explicitâ & forma- li: idèd enim quis vult placere Deo per mandatorū obseruationem, quia sibi complacet in eius bonitate secundum scipsum: ergo vera ac sincera conuersio ad Deum detestatur peccatum vt offensam Dei formaliter & explicitè: at timor seruilis dolor- que propter pœnam non detestatur peccatum vt offensam Dei: vt sic enim esset timor filialis veraq; contritio: ergo attritio non est vera ac sincera conuersio ad Deum, proinde nec sufficit ad iustificationem cum sacramēto. Resp. dist. maior. vera conuersio nequit intelligi sine voluntate placendi Deo negatiuè, seu non disiplendi per mandatorū trans- gressionem, ob timorem pœnarum à Vindice infligendarum, concedo: non potest intelligi sine vo- luntate placendi Deo positivè per mandatorū obseruantiam ex amore filiali eius infinitæ boni- tatis, nego: Hæc autem voluntas est absque complacentiâ efficaci Diuinæ bonitatis, quæ complacen- tia est amor filialis; licet non sit sine aliquâ di- lectione Fontis iustitiae, seu Dei vt pœnas iuste in- fligentis legum suarum transgressoribus. Et hic est virtus.

virtualiter aliqualis amor Dei super omnia secundum quid, quo peccator ita afficitur in Deum, ut non tantum veniam ac vitam aeternam speret, sed & habeat voluntatem suam non peccandi, seu omnia mandata etiam difficultas implendi: Tamen qui non vult disperdere Deo per mandatorum transgressionem ob timorem poenarum, non id est sibi complacet in obseruantia mandatorum ob Diuinam bonitatem propter seipsum: quapropter negatur conseq. prima ac secunda, quia sufficit imperfecta conuersio in Deum, qualis est detestatio peccati ex motu supernaturale & Deum aliquo modo respiciente & diligente, ubi ipsa sacramenti efficacia supplet imperfectionem conversionis, ut infra. Confirm. sic ad Deum affici, ut poenitentia a Deo veniam speret, habeatque voluntatem illi ultra non disperdere, seu ipsum non offendendi, quia fons iustitiae & vindictae est, includit saltem virtualiter aliquem Dei amorem, quo Deus pluris estimatur quam creatura & quidvis Deo inferius; cum anteponatur omnibus, quae possunt hominem ab eius amicitia excludere: Sufficit autem ad iustificationem cum sacramento efficax voluntas facienda omnia, quae necessaria sunt ad Diuinam amicitiam conservandam, & isto sensu placendum Deo, licet haec voluntas concipiatur ex motu inferiore poenarum &c.

Resoluitur quæstio; an attritio fieri possit contritio? si sensus est, attritionem intrinsecè mutari in contritionem, falsum est; cum sint actus essentialementer diuersi: Si sensus est, attritionem extrinsecè tantum mutari in contritionem; quia nimis suscepit gratiam per sacramentum, ea, quae ex intrinseco motu erat, & perseverat attritio, dicitur ex ex superueniente gratia contritio, quia habet esse etiam contritionis, quod est esse gratum, & amicum Deo, verum est: & hoc sensu explicandi sunt auctores, cum dicunt, attritio fit contritio. Notat Sotus in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. concl. 2. significantius dici, homo ex attrito fit contritus aqueniente gratiam, quam attritio fit contritio: quia hic posterior modus significat mutationem intrinsecam attritionis in contritionem. Leg. S. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 1. q. 3. 3.

### S E C T I O III.

*An sola, & omnis attritio supernaturalis fit sufficiens dispositio saltem cum sacramento ad iustificationem?*

24. *I. Sententia.* PRIMA sententia negat solam attritionem supernaturalem esse sufficientem dispositionem cum sacramento ad iustificationem; Sotus in 4. dist. 14. quæst. 1. art. 1. §. Hoc autem, & quæst. 2. art. 5. §. & confirm. & dist. 17. quæst. 2. art. 5. & dist. 18. quæst. 3. art. 3. §. atque, & §. seqq. & lib. 2. de natura cap. 14. fine, & 15. ubi affirmat: attritio Christiana cum sacramento Baptismi, & poenitentia ad iustificationem sufficiens, non necessario est supernaturalis: scilicet cit. cap. 14. tam attritio, quam contritio eliciti potest vel ex speciali auxilio Dei, vel naturæ viribus: & quidem ad iustificationem extra sacramentum semper requiritur contritio supernaturalis ex speciali auxilio Dei elicita; ad iustificationem vero in sacramento sufficit naturalis, naturæ viribus producta. Eadem sententiam sequitur Nagnez in suppl. ad 3. p. S. Thom. quæst. 1. art. 2. dub. 2. ubi defendens hanc Sotis opin. ait; illam esse quidem intelligendam de attritione naturali quoad sub-

stantiam, supernaturali tamen quoad modum: quantum eadem ordinata ab actu spei ad sacramentum, euadit supernaturalis, & sufficiens cum sacramento ad gratiam iustificationis consequendam. Pro hæc sententia citatur Canis de sacram. pœnit. p. 3. sed ibi solum docet, disciplicentiam imperfectam de peccatis dici posse attritionem: quam diuidit in naturalem, & in supernaturalem, ad quam speciali auxilio opus est, ut constat ex §. primum, & ex §. postrem. Cæterum an attritio naturalis sit attritio Christiana ad iustificationem cum sacramento sufficiens ibi non definit; imò dubitat, an eam Theologii attritionem appellauerint. Illam tamen insinuat in 6. p. §. tertio: ubi sub dubio affirmat, attritionem procedentem ex amore naturali Dei super omnia esse sufficientem dispositionem cum sacramento Baptismi, & poenitentia ad iustificationem. Fundam. ex Soto dist. 14. quæst. 2. art. 5. Attritio requisita ad iustificationem in sacramento, solum requiritur ut remotio obicis, cum tota iustificatio fiat virtute sacramenti; at obex tollitur per quamcumque attritionem, etiam naturalem: est enim obex, complacentia & affectus in peccatum, qui tollitur sola sublatione complacentia & affectus, & consequenter quamcumque peccati detectione: Confirm. Sufficit actus absolutionis, & confessionis naturalis ad validitatem, & effectum sacramenti poenitentiae: ergo etiam sufficiet attritio naturalis, cum non minus ille; quam hic integret essentialiter sacramentum poenitentiae.

SECVNDA negat, saltem necessariam esse attritionem supernaturalem quoad substantiam; sed sufficere ait quoad modum: est eorum, qui docent, actus fidei, spei, & poenitentiae esse tantum supernaturales quoad modum. Fundam. cum talis attritio sit ex speciali auxilio per Christum, qui non solum nobis promeruit auxilia specialis ordinis supernaturalis, sed etiam naturalis, erit sufficiens dispositio cum sacramento ad iustificationem. Supponit autem hæc sententia, dari quædam auxilia specialia intra eundem ordinem naturæ indebita creature intellectuali, quæ nobis preparantur per Christum, qui huiusmodi auxilia nobis promeruit. Nam omnia ea auxilia nobis Christus promeruit, quæ nobis peccato protoparentis sublata fuere: fuerunt autem per peccatum non solum nobis sublata auxilia indebita ordinis supernaturalis, sed etiam naturalis. Confirm. talis ait: us ex speciali auxilio ordinis naturalis elicitus, est meritorius, cum fundetur in meritis Christi, ex quibus sufficientem valorem desumit ad merendum: ergo à fortiori idem actus erit sufficiens dispositio cum sacramento ad iustificationem: cum plus requiratur ad merendum coram Deo; quam ad disponendum subiectum ad recipiendam iustificationem in sacramento: quia quod deest dispositioni, supplere potest virtus sacramenti.

TERTIA affirmit, attritionem Christianam sufficientem cum aliquo sacramento ad iustificationem, esse supernaturalem quoad substantiam, nec sufficere quoad modum; & multò minus purè naturalem. Hanc docent Henr. lib. 4. de sacramentis cap. 26. num. 5. Suarez disput. 5. scit. 2. & disput. 20. scit. 4. Egid. Coninck de sacramento Pœnitentia disput. 4. dub. 5. num. 34. fine, &c. Pro cuius explicatione,

Dico 1. Sola attritio supernaturalis quoad substantiam est sufficiens dispositio cum aliquo sacramento ad iustificationem; ex Trident. scit. 14. c. 4. assertio affirmante, attritionem, quæ peccatorem disponit colliguntur ad gratiam impetrandam in sacramento Pœnitentiae, ex Trid. esse

Veritas enī  
eleat nr.

Attritio  
fieri potest  
contritio,  
sed extrin-  
seco.

27.

Fundam.

28.

2. Sencens.

Fundam.

29.

30.

3. Sencens.

esse donum Dei, & Spiritus S. impulsum: & *seff. 6.*  
*can. 3.* vbi ad poenitendum sicut oportet, vt nobis iustificationis gratia conferatur, requirit Spiritus S. inspirationem, & adiutorium. Cum igitur in hoc canon. Concilium non distinguat poenitentiam, quæ requiritur ad iustificationem extra sacramentum, à poenitentiâ, quæ sufficit cum sacramento; sed absolute definit, ad poenitendum sicut oportet, vt nobis iustificationis gratia conferatur, speciali adiutorio Spiritus S. opus est, manifestè sequitur, utramque poenitentiam, tam perfectam, quæ requiritur ad iustificationem extra sacramentum; quam imperfectam, quæ cum sacramento sufficit, esse supernaturalem quoad substantiam. Confirm. Non minus Concil. *cit. can.* requirit speciale auxilium, & adiutorium Spiritus S. ad actum poenitentie, quam ad actus fidei, spei, & charitatis: sed actus hi etiam vt disponunt cum sacramento ad iustificationem, debent esse supernaturales quoad substantiam; ergo etiam actus poenitentie.

*32.* Prob. 1. attritio requiritur ut dispositio ex parte subiecti ad connaturaliter recipiendam gratiam iustificationis ad connaturalem autem dispositionem requiritur unitas ordinis inter dispositionem, & formam, ad quam dispositio ipsa tendit. Sola autem attritio supernaturalis quoad essentiam habet unitatem ordinis cum gratia iustificationis, ad quam disponit; seu participat eundem ordinem supernaturalitatis cum gratia: ergo ea tantum est sufficiens ad connaturaliter disponendum animum peccatoris ad gratiam iustificationis in sacramento recipiendum. Maior prob. omnis dispositio tendit ad habitandum subiectum ad formam recipiendam: habilitat *ex se*, ponendo illud in eodem ordine, in quo est forma, ad quam disponitur. Minor ostend. cum dispositio ad formam sit proprietas eiusdem formæ, ut inductione patet in dispositionibus naturalibus, connaturaliter requirit unitatem ordinis cum formâ, ad quam disponit.

*33.* DICES. Esto dispositio naturalis & physica debeat seruare hanc ordinis unitatem cum formâ, ad quam disponit; id tamen necessarium non est ad dispositionem moralem, quæ non tam subiectum habilitat ex intrinsecâ naturâ sua, quam ex voluntate extrinsecâ acceptantis. Talis est attritio ad effectum sacramenti requisita, ex extrinseca voluntate Christi. Sed contrâ: gratis dicitur, hanc ordinis unitatem, & proportionem seruandam non esse inter attritionem ut dispositionem, & formam iustificationis per sacramentum recipiendam; cum hic sit connaturalior modus, quem semper Deus, quoad fieri potest, seruat in rebus: & colligitur ex *citat. locis Trident.* Cum igitur huic nostrâ sententia faueant, & connaturalior modus rerum, & Concilia, quorum est, ex Spiritus sancti assistentiâ reuelatas veritates Ecclesiaz declarare, illa ut longè probabilius erit alteri preferenda.

*34.* Prob. 3. attritio ad iustificationem etiam virtute sacramenti recipiendam, debet esse ex motiu supernat. diuina fide proposito, seu ex notitiâ Dei bonorum supernaturalium largitoris, & poenarum inflitoris: ergo necessariò est in substantiâ supernaturalis: quia motiu dat speciem actui, trahendo illum ad eundem proportionalem ordinem, in quo ipsum est; ergo motiu supernat. quoad substantiam, specificando actum, trahit illum ad eundem ordinem proportionalem supernaturalitatis, in quo ipsum est.

*35.* DICES 1. circa motiu supernat. versari potest actus mere naturalis, ut circa autoritatem Dei reuelantis versari potest actus fidei naturalis, velut

cum hereticus credit aliquem articulum fidei, propter ipsam autoritatem Dei reuelantis, cum talis actus non possit esse fidei infusa supernat. erit actus fidei acquisitæ naturalis. Agitur potest circa motiu supernat. qualis est auctoritas Dei reuelantis, versari actus naturalis. 2. Deus ut clare visibilis, est in ordine actus puri: & tamen non trahit visionem beatificam, quam specificat, ad eundem ordinem actus puri, in quo ipse est: Falsum igitur est, motiu supernat. trahere actum, quæ specificat, ad eundem ordinem, in quo ipsum est. Resp. ad 1. neg. antec. ad probat. concedo, actu illum, quo hereticus credit unum articulum, esse naturalem quoad substantiam: nego, talem actum ab heretico elici propter autoritatem Dei, ut propter motiu supernat. formale, propter quod *Artus quo credit articulum fidis est natura-*

*36.* immediate moueat ad articulū fidic credendum: sed solum elici propter auctoritatem Dei, ut obiectum materiale, ut *so. 4.* Cum igitur obiectum materiale non moueat potentiam ad actum eliciendū; sed solum extrinsecè terminet, non specificat illum, & consequenter non trahit illum intra eundem ordinem, in quo ipsum est. Ad 2. ideo Deus actus purus non trahit visionem beatificam, quam solum in ratione entis supernat. specificat, in eum ordinem actus puri, in quo ipse est; quia visio beata, sicut & quius actus creatus, non est capax talis ordinis: est autem omnis actus creatus capax ordinis supern. dispar igitur est ratio de ordine supernat. & actus puri.

DICO 2. non omnis attritio supern. quoad substantiam est sufficiens cum sacramento ad iustificationem: quia multi actus attritionis eliciuntur ex motivo supernat. qui tamen cum sacramento ad iustificationem sufficientes non sunt. Constat 1. de attritione conceptâ ex turpitudine peccati contra aliquâ *Que attri- virtutem supern. quatenus perfectio nostra est, seu tur- raliter sit insufficiens ad iustifi- cationem cum sacra- mento.*

*37.* 2. de attritione ineffaci eliciâ ex aliquo motivo supernat. Certum quippe est, circa motiu supern. non modò versari posse actus efficaces, & obedientiales, ut vocant, sed etiam ineffacces, & simplices complacétias. Possimus enim per modum simplicis complacentiæ, velle placere Deo, etiam ut auctor est honorum supern. ex eodemque motivo de ipsis perfectionibus supernat. gaudere; nec non de offensis contra ipsum à nobis commissis ineffaciter dolere; & tamen non efficaciter conari ad tollenda peccata per condignam poenitentiam, & efficax propositu seruandi omnia ipsis præcepta. Porrò tales actus, etiam ineffacces, sunt quoad substantiâ supernat. cum sint ex motivo supernat. cum tamen non sint etiam cum sacramento ad iustificationem sufficientes: nam ut attritio sit cum sacramento ad iustificationem sufficiens, debet, ut *Trid.* definit *seff. 14. cap. 4.* excludere voluntatem peccandi: attritio autem, quæ tantum ineffaciter peccatum detestatur, non excludit voluntatem peccandi, cum adhuc peccator retineat effacem affectum erga illud. 3. de attritione effaciâ circa unum peccatum, & non circa reliqua: *Constat 3.* Ut si quis efficaciter detestetur blasphemiam contra Deum, quatenus speciale irreuerentiam continet contra Deum, non autem peccata intemperatiz; vel iniustiz; contra proximum. Cum enim non possit per sacramentum remitti unum peccatum mortale sine reliquis: cumque nullum peccatum mortale in sacramento remitti possit, nisi de illo aliquis præcedat dolor, saltem sub aliquâ ratione

communi cadente super omnia peccata, non poterit talis attrito esse cum sacramento ad iustificandum sufficiens.

**Objecies 1.** Nullus habitus, vel auxilium supernaturale inclinat ad imperfectè dolendum de peccatis: ergo nullus actus supernaturalis inefficax elicci potest ex motu supernaturali. Resp. neg. consequent. nam defectus, cum quo talis actus producitur, non prouenit ex habitu, vel auxilio supernaturali, quæ quantum in ipsis est, inclinant ad perfectè operandum; sed ex libertate creatæ nolente cum tali habitu, vel auxilio perfectè operari; sicut non est defectus potentiaz motricis, quod homo valens, & robustus tardè intedat; sed voluntatis nolentis applicare illam ad incedendum iuxta perfectam, & adæquatam ipsius virtutem. Cùm igitur habitus infusi, & auxilia supernaturæ dentur creaturæ intellectuali, ut potentiaz subordinatz ipsius libertati, ut ijs prohibitu vtratur ad actus supernaturæ non erit defectus ipsorum habituum vel auxiliorum, si perfectè & adæquate iuxta eorum virtutem non applicentur ad actus producendos; cùm eorum applicatio ad operandum pendeat à libertate creature.

**Objecies 2.** actus inefficax non est virtuosus, tum quia caret definitione actus virtuosi, quæ secundum Philosoph. est dispositio perfectæ ad optimum: tum quia non firmat animum ad virtutem, cùm vi talis actus homo non auertatur ab opposito vicio. Concedo, talem actum non esse perfectè virtuosum; nego, non participare aliquam saltem rationem virtutis, alioqui essent extra omnem sphæram habituum, & auxiliorum supernaturalium, quæ nequeunt influere in actus purè indifferentes, & nullo pacto virtuosos, scilicet tales actus sunt conformes rectæ rationi, & honestati sui obiecti, quamvis non perfectè, & adæquate: & in homine iusto sunt meritorij, & in peccatore saltem de congruo merentur aliquod auxilium supernaturæ, cùm cedant in aliquod obsequium Dei.

Ad fundamentum primæ, nego, quod ex Sæc dicebatur, attritione naturali tolli obicem ad sacramentum: nam obex ad sacramentum est affectus ad peccatum: affectus autem ad peccatum non tollitur, nisi tollatur auersio peccatoris à Deo, à quo per peccatum fuit auersus: Quamdiu enim manet talis auersio, manet affectus habitualis in peccatum. Porro hæc auersio, cùm sit à Deo obiecto & sine supernaturali, non tollitur, nisi per conuersionem ad Deum vt obiectum & finem saltem ei supernaturalem: quæ conuersio solius naturæ viribus fieri nequit. Est igitur obex ad sacramentum, peccatum non sufficienter retractatum contra Deum finem & obiectum supernaturæ.

Ad confirmat. quod attinet ad absolutiōem, neg. consequent. nam absolutio in sacramento Pœnitentiaz non requiritur vt dispositio subiecti ad gratiam, sed tantum vt extrinseca causa, sive physica, sive moralis ad gratiam causandam. Attrito vero non solùm requiritur vt extrinseca causa producitiua gratiæ, sed etiam vt intrinseca dispositio subiecti ad eandem recipiendam. Porro dispositio connaturaliter exigit unitatem ordinis cuan formâ ad quam disponit; cùm eadem, quæ est dispositio ad formam, sit etiam proprietas formæ. Confirmat. si quid propositum argumentum probaret, probaret etiam, quod sicut absolutio ex humano, imò ex prauo fine impensa, sufficit ad effectum sacramenti; ita dolor ex humano, vel etiam ex prauo fine conceptus, sufficeret ad effectum sacramenti.

Habitus supernaturæ  
lùs quærum  
est ex se in-  
clina ad  
perfor-  
toperandum.

44.

Actus inef-  
ficax est ve-  
rè virtuosus  
licet im-  
perfectæ.

45.  
Ad Sæc  
fund.

Absolutio  
non requi-  
ritur vt  
dispositio  
ad gratiam,  
sed vt can-  
sa.

Quod attinet ad confessionem, dico, ea modo, quo illa capax est supernaturalitatis, debere etiam esse ordinis supernaturalis: est autem illa vt actus exterior solùm capaz supernaturalitatis, extrinsecè, & per denominationem ab interno imperio pœnitentiaz supernaturæ quo, vt sit legitima, & ad effectum iustificationis consequendum sufficiens, Im-supernatu-  
perari debet. Vnde sicut confessio imperata à dolore ex humano fine concepto sufficiens non est ad sacramenti effectum consequendum; ita neque imperata à dolore ex naturali motu elicto.

Cæterū falsum est, quod Nagnez docet, sufficere ad effectum sacramenti consequendum, vt attrito sit tactum supernaturalis extrinsecè & comitanter, ratione actuum fidei, & spei supernaturalium, qui illam in sacramento comitantur: cùm Concil. non minus requirat speciale auxilium, & adiutorium Spiritus S. ad actum formalem pœnitentiaz, quam ad actus Fidei & Spei. Nec satisfacit dicendo, attritionem euadere intrinsecè supernaturalem per passiuam ordinationem ad effectum supernaturalem sacramenti, ad quem ordinatur per imperium supernaturalē spei: tum quia hoc modo etiam dolor mundanus ex humano fine conceptus ordinari posset per supernaturale imperium spei ad effectum sacramenti, & consequenter etiam hic fieri posset sufficiens dispositio ad iustificationem sacramentalē, quod meritò ibid. Nagnez negat. Tum quia hæc passiuā ordinatio est extrinseca attritioni: ergo non potest illam reddere intrinsecè supernaturalē. Neque extrinsecum imperium supernaturalis spei efficere poterit, vt dolor à potentia naturali eliciatur quoad substantiam supernaturalis: cùm nulla virtus imperans per suum imperium efficere possit, vt potentia imperata operetur extra suum obiectum: Cùm igitur dolor iste in sententia Sæc & Nagnez elici debeat à potentia naturali, siquidem per ipsos elicitur viribus naturæ, non poterit per fidem extrinsecum imperium spei supernaturalis elici quoad substantiam supernaturalis, cùm talis effectus sit extra sphæram potentiaz naturalis operantis viribus proprijs, quæ per extrinsecum imperium non mutatur in suo modo operandi: tum quia hæc Nagnez explicatio appetam inuoluit implicantiam, dum sit: attritionem istam esse quoad substantiam naturalem, & tamē per coniunctionem cum imperio spei euadere intrinsecè supernaturalē.

Ad fundamentum secundæ, concedo, actum elicium ex speciali auxilio indebito ordinis naturalis esse ex meritis Christi; nec non alicuius præmij apud Deum meritorum saltem de congruo: nego, esse sufficiens dispositio ad gratiam iustificantem, siue extra, siue in sacramento: nam Cœv non dispositio, cùm eadem sit simul proprietas formæ, ad quam disponit, suā naturā poscit, vt sit eiusdem ordinis cum formâ: Meritum vero, cùm tantum sit opus obsequiosum à præmiante requisi-  
tum ad præmium retribuendum, ex naturâ suâ iustifica-  
non postulat, esse eiusdem ordinis cum præ-  
mio. Imò cùm præmium principaliter fundetur in liberalitate præmiantis, per se non requirit opus meritorum eiusdem ordinis, & perfectionis. Quod si de facto inter meritum condignum, & gloriam hæc unitas ordinis servatur, id non est ex naturâ meriti, & præmij vt sic: sed quia, cùm inter condigne merentem, & præmiante intercedere debeat amicitia (supponit enim retributio præmij merentem esse amicum præmianti, vt possit illius obsequium esse præmianti gratum, & acceptum) & inter creaturam, & Deum nequeat sine

47.

sine gratia sanctificante intercedere amicitia illam  
necessariò in condigne merente supponit, quæ gra-  
tia in merente supposita omnia illius opera reddit  
condigna.

esse proxima dispositio ad remissionem peccati in sacramento. Opus vero ex speciali auxilio ordinis naturalis productum, non est proxima; sed remota tantum dispositio extra sacramentum ad remissionem mortalis.

55.

**Ex his patet ad confirm. falso est, plus requiri ad promerendam iustificationem, quam ad disponendum subiectum ad illam recipiendam. Nam etiam dispositio de congruo promeretur iustificationem: & simul etiam intrinsecè habilitat subiectum ad illam recipiendam: quam intrinsecam habilitatem nostra necessariò confert meritum:**

## SECTIO IV.

*Quomodo attritio à contritione distinguitur?*

**A** Liqui contritionem ab attritione distinguunt, vel per maiorem durationem, & intensionem actus; vel per acceptationem Dei; vel informatiō- nem gratiæ. Verum contra hos omnes efficax ar- gument. est; cum attritio, & contritio sint actus, qui versantur circa diuersa motiva, & obiecta, pe- nes ea sumenda est eorum distinctio potius, quam penes temporis durationem; vel gradus intensio- nem, &c. eo quod hæc omnia vel sunt extrinseca actibus, eosque supponunt in suâ specie per ordi- nem ad sua obiecta constitutos: vel certè si sunt in- trinseca, ut perfectio gradualis, illa non pertinent ad speciem; sed ad individuationem actus: cum spe- cies actus non sumatur ex maiori, vel minori per- fectione graduali; sed ex diuerso ordine, & ten- dentiam ad diuersum obiectum. Nam hæc sola est for- ma, quæ tribuit speciem actui: gradualis autem in- tensio solum perficit actu intra suam speciem: quod patet, nam singuli gradus eiusdem actus tendunt ad idem obiectum formale: ac proinde singuli gradus actus fortiuntur eandem speciem ab eodem motiu formalis, in quod omnes tendunt.

Potissimum ergo discrimen inter attritionem, &  
contritionem sumendum est ex diuerso motiuo for-  
mali, in quod tendunt: formale motiuum, in qtd  
contritio tendit, est peccatum vt offensiuum Dei,  
eique aduersatiuum vt fini supernat. Super omnia  
diligibili: formale motiuum, in quod tendit attritio  
est peccatum detestabile propter aliquod motiuum  
infra Deum super omnia diligibilem, quo sit, vt for-  
male motiuum contritionis semper sit idem, scilicet  
peccatum detestabile vt offensiuum Dei vltimi finis  
super omnia diligibilis; motiuum attritionis sit mul-  
tiplex, sicut multiplex est motiuum, quo peccatum  
est detestabile infra Deum super omnia diligib-  
le: proinde multiplex specie, iuxta multiplicem  
varietatem motiuorum potest esse attritio, non  
contritio, quæ semper uno eodemque nititur moti-  
uo. Præterea semper immediatum motiuum attri-  
tionis est aliqua honestas creata; Deus autem solùm  
extrinsecè terminat actum attritionis Christianæ, vt  
finis *cui*: inmediatum verò motiuum, quo nititur  
contritio ad peccatum detestandum, est Deus ipse,  
ex cuius complacentia mouetur ad illud detestan-  
dum. Ex hoc essentiali discrimine sequuntur hæc  
alia. 1. quod omnis contritio necessariò cadit su-  
per omnia peccata: cùm omnia peccata sint offensi-  
ua Dei, eique aduersatiua vt vltimo fini super om-  
nia diligibili: non autem attritio, quæ esse po-  
test de peccato, vel vt causatio peculiaris pœnæ  
à Deo inflictæ, vel vt continentie specialem defor-  
mitatem, & irreuerentiam contra Deum. 2. quod

quoad substantiam disponit perfectè, & ex intrinsecā naturā subiectum ad formam iustificationis.

Cæterū cur dici non possit saltem imperfectè, & ex ordinatione Dei attritio ex speciali auxilio ordinis naturalis elicita ad iustificationem in sacramento disponere, multiplex ratio: potissima, quia Concilia id negant, dum æquè Spiritus sancti adiutorium requirunt ad proximam dispositionem extra ac in sacramento: cùm tamen per aduersarios etiam proxima dispositio ad iustificationem extra sacramentum debeat esse supernaturalis quoad substantiam. 2. si attritio naturalis esset cum sacramento dispositio ad gratiam, esset proxima ad illum: vt autem extra sacramentum sit dispositio ad gratiam, necesse non est, vt sit proxima; sed tantum remota: potior autem est ratio, vt proxima; quam remota dispositio, sit ciudem ordinis cum formā, ad quam disponit. 3. magis expedit, vt qui fidei supernaturali instructus ad sacramentum accedit, ad illud accedat cum dolore ex motiuo supernaturali concepto: Contrà verò qui nondum est illustratus, vt ethnicus, ad suauorem, connaturaliter modum operandi spectat, vt priùs disponentur per actus honestos naturales, ex speciali auxilio Dei elicitos, quam per actus ordinis supernaturalis. 4. attritio quoad substantiam naturalis ex solo speciali auxilio Dei elicita, non sufficienter retrahet peccatum mortale contra Deum finem supernaturalem commissum; proinde non potest

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

contritio excludit omnem affectum peccati: quia cùm detestetur omnia sub ratione communis, nequit retinere affectum ad aliquod particulare; cùm hoc repugnet efficaciter displicantia de omnibus in communi: Contrà verò attritio, quia esse potest de aliquo peccato particulari, retinere potest complacentiam circa alia. Non enim implicat voluntatem vi vnius actus supernaturaliter detestari unum peccatum ut tale formaliter; & vi alterius actus naturaliter sibi complacere in alijs. Sicut per actum Fidei, & Spei supernatur. retrahimus voluntatem à peccato infidelitatis, & desperationis; cùm tamen vi eiusdem actus illam non necessariò retrahamus à reliquis peccatis. Ratio: non quæuis attritio supernaturalis opponitur cuilibet peccato: igitur non quæuis affectum remouet ab omnibus; sed tantum ab eo, cuius est specialis attritio: quia affectus ad peccatum non remouetur, nisi per oppositam displicantiam. Antecedens probatur, omnis oppositio, vel est formalis & expressa, quæ fundatur in expressâ detestatione peccati; vel virtualis, & implicita, quæ fundatur in motivo vniuersali cadente super omnia. Neutram autem oppositionem habet attritio elicita ex motivo speciali contra unum peccatum ad alias, ad quæ neque ex speciali, neque ex vniuersali motivo se extendit: cùm nec ea detestetur formaliter, vt constat; nec virtualiter, quia non detestatur peccatum particulare ex motivo communis, cadente super omnia. 3. Attritio potest esse informis; contritio nunquam: quia attritio neque ex naturâ suâ, neque ex diuinâ promissione afferit secum infallibiliter gratiam iustificantem: Contrà verò contritio ex diuinâ promissione infallibiliter secum habet annexam diuinam amicitiam, & perfectam conuersionem Dei per infusionem gratiæ sanctificantis ad peccatorem. 4. Non semper vna attritio, etiam si efficax respectu peccati, quod detestatur, sufficit ad iustificationem peccatorum in sacramento obtinendam: nam quando attritio est de peccato solùm ex specificâ ratione peccati, non sufficit vna attritio pro omnibus peccatis, sed tot debent multiplicari, quot sunt peccata specie diuersa: at semper vna contritio sufficit pro omnibus peccatis: quia semper contritio est ex motivo vniuersali, cadente super omnia.

5. Omnis contritio progignitur ex timore filiali erga Deum: non attritio, quæ esse potest ex timore seruili, dixi, *esse potest*: quia non repugnat, vt etiam attritio oriatur, & de facto interdum oritur ex timore filiali, qualis est attritio concepta ex simplici, & ineffaci complacentia Dei; vel ex turpitudine peccati contra peculiarem honestatem virtutis, & perfectionem diuinam.

6. Attritio vniuersalis; particula-

*Omnis hæc motiva sunt vniuersalia.*

Ex his colligitur duplex genus attritionis supernaturalis, alterum vniuersalis cadentis supra omnia peccata; alterum particularis cadentis solùm super aliquod peccatum speciale, vt opponitur aliqui virtuti speciali: Prius est, quo peccata detestamur ex motivo vniuersali, vélut ex motivo pœnæ æternæ, amissionis beatitudinis, notabilis deformitatis nostrarum moralium operationum cum recto dictamine primæ regulæ; nisi quis velit detestari peccatum, quatenus intra eandem notabilem disformitatem cum primâ regulâ, continet specialē aliquam, quam non continent cætera peccata, at tunc motiuum detestandi peccatum non est vniuersale; sed particulaire, limitatum ex intentione operantis ad certam speciem, & inlatiam peccati. Vnde tale motiuum pertinebit ad attritionem posterioris generis, quæ peccatum detestatur ex aliquo motivo particulari, siue hoc motiuum sit tale ex naturâ suâ,

siue ex intentione operantis. Nota, non posse voluntatem operari cōtra motiuum, quod sibi in operando præfixit; alioqui cùm motiuum sit maximè, & principaliter ab operante intentum, posset simul illud efficaciter velle, quia illud sibi præfixit ut scopum suæ operationis; & efficaciter non velle, quatenus non adhiberet media, ad illud consequendum, sed potius media ad illud destruendum: vnde simul haberet oppositas intentiones respectu eiusdem, quod implicat. Posito igitur, quod peccator in detestando peccato pro motiuo sibi præfigit liberacionem à pœnis æternis; vel consecutionem diuini iuris læsi, non potest unum peccatum detestari, non detestatis reliquis omnibus: cùm quodlibet peccatum opponatur motiuo, quod sibi in peccato detestando præfixit. Vnde si posset adhuc stante motiuo non omnia peccata detestari, simul vellet idem motiuum, quatenus illud per suam operationem consequendum proposuit; non vellet, quatenus ad illud consequendum non adhiberet detestationem omnium peccatorum, quæ necessaria est ad consecutionem talis motiuo, quare hoc ipso quod non adhiberet media efficacia ad consecutionem finis præintenti, cùm posset, necessariò deberet mutare motiuum, cùm nequeat homo operari contra motiuum efficaciter intentum.

Ex hoc principio infertur, quod quotiescumque, voluntas ex tali motiuo vniuersali peccata detestatur, nisi expresse illud limitet ad rationem particularem, semper censetur omnia peccata sub vñâ ratione communis detestari: ac proinde attritio, quæ hoc modo detestatur unum peccatum sub motiuo cadente super omnia, erit sufficiens cum sacramento ad iustificationem consequendam. Est & aliud signum à posteriori dignoscendi, quando attritio detestando unum tantum peccatum, censetur simul detestari & reliqua omnia, quæ tunc menti non occurunt: nimis quando vi talis attritionis ex eodem motivo concepta homo prorumperet in formalem detestationem omnium, si omnia essent memorizæ præsentia. Sed de his seq. disp. quippe quæ communia sunt cum contritione.

Ex omnibus infertur, vt Christiana attritio sit cum aliquo sacramento sufficiens dispositio ad iustificationem, non necessariò debere esse alicuius virtutis specialis: sed sufficere vt illa ex quâcumque virtute, & motivo supernaturali eliciatur, modò efficax sit, & voluntatem ad omnia peccata excludat. Ex Trident. sess. 14. c. 4. vbi plura motiva assignat attritioni, quæ sufficiens est ad gratiam impetrandam in sacramento pœnitentiaz. Nam 1. assignat dolorem conceptum ex turpitudine peccati: 2. metum gehennæ, & pœnarum. Per primum virtute simul docet, dolorem conceptum ex turpitudine cuiuscumque peccati contra quâcumque honestatem supernaturalem esse sufficientem ad iustificationem in sacram. pœnit. Cùm enim hæc Concilij dispositio sit indefinita, & in materia doctrinali, equivalet vniuersali. Et prob. illa attritio est sufficiens cum sacram. ad iustificationem, quæ tollit obicem ad probas. sacram. quæ sufficienter tollit affectum ad peccatum; quæ actu animum peccatoris efficaciter conuertit ad Deum, à quo auerterat peccatum: sed omnis attritio concepta ex aliquo motivo supernaturali cum ordine ad Deum obiectum, & finem supernat. cui, si animum peccandi excludat, efficaciter conuertit animum ad Deum: igitur omnis attritio concepta ex motivo supernaturali cum ordine ad Deum obiectum, & finem supernatur. cui, si voluntatem peccandi excludat, erit sufficiens dispositio cum

65.  
Voluntas  
non potest  
operari con-  
tra motiuum  
efficaciter  
intentum.

66.  
Quando  
attritio  
conferi possit  
vniuersalit.

67.  
Coroll. non  
obscure col-  
ligitur ex  
Tridens.

cum sacramento ad iustificationem. Cæterum, cùm dicitur attritio ex turpitudine peccati concepta sufficere ad iustificationem cum sacramento vel intelligitur de turpitudine peccati sub aliquâ ratione communi cadente super omnia; vel de ratione particulari, quæ sit sufficiens prorumpere in detectationem reliquorum, si menti occurrant.

## DISPUTATIO IV.

## De Contritione.

## SECTIO I.

*Ex quo motiuo elici debeat Contritio, vt sit proxima dispositio ad iustificationem?*

**E**X dictis constat, actum pœnitentia, quæ est ipsa detestatio peccati, elici posse ex varijs motiuis; quæritur nunc, ex quo motiuo elici debet, vt proximè disponat ad gratiam iustificantem extra sacram.

**PRIMA** sent. Scotti in 4. dist. 14. q. 2. §. de 2. Basso. q. 2. art. 2. Richardi art. 7. quest. 1. Durandi dist. 17. quest. 1. num. 8. Altisidor. lib. 4. tract. 3. cap. 2. affirmantium, sufficere ex motiuo satisfaciendi Deo, vel consequendi remissionem peccatorum, aut reconciliacionem cum Deo, vitæque emendationem: aut ex motiuo religionis vel obdientiæ, vt videtur Durand. docere, quam sententiam probabilem putat Suarez. disp. 4. sect. 2. num. 13. Fundamentum: talis actus est vera pœnitentia: sed veræ pœnitentiæ in Scriptura promittitur remissio peccatorum, Ezech. 18. *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatuum eius non recordabor.*

**SECUNDA** Gabr. in 4. dist. 14. quest. 1. art. 2. post conclus. 5. opinantur, sufficere ex motiuo amoris Dei naturalis: quia hic est nobilissimus actus, quem potest creatura viribus proprijs elicere: Dispositio autem ad gratiam debet antecedere ipsam gratiam, cùm sit ipsius causa. Quod autem requiratur, vt fiat ex motiuo amoris, & non alterius virtutis, ostendit: quia vt actus sit ultima dispositio ad gratiam, debet esse perfectè circumstantionatus in genere moris: potissima autem circumstantia in genere moris, est finis: ergo, vt sit ultima dispositio ad gratiam, debet habere circumstantiam finis, ac proinde elicitus propter Deum ultimum finem.

**TERTIA** Palat. in 4. dist. 17. disp. 1. probabiliter putantis, actum pœnitentiæ ante baptismum elicitum ex alio motiuo, quam charitatis; modò probabiliter putetur esse elicitus ex motiuo charitatis, simul cum voto ad baptismum, esse ultimam dispositionem ad iustificationem extra sacramentum. Fundamentum: minor pœnitentia requiritur ad delenda peccata commissa ante, quam post baptismum; sicut minor pœnitentia requiritur ad delenda eadem per baptismum; quam per sacramentum pœnitentiæ.

**QUARTA** Alenf. 4. parte quest. 17. membr. 2. art. 1. S. Thom. quodl. 1. quest. 5. art. 9. & 4. cont. gent. cap. 72. & 3. part. quest. 85. art. 2. & 86. art. 3. & 6. ad 2. Palud. in 4. distinct. 17. quest. 1. art. 1. Capreol. quest. 1. art. 1. conclus. 1. Argent. q. 1. art. 3. Ochan. q. 9. ad 4. dub. Sot. q. 2. art. 2. Cans de Sacram. pœnit. 1. p. propos. 1. 2. & 3. Medina cod. de pœnit. tract. 1. qu. 4. Pet. Sot. quest.

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

14. de integritate pœnit. Vega lib. 13. in Trident. cap. 21. Palat. in 4. dist. 14. disp. 4. & dist. 17. disp. 1. Nauarr. in summ. cap. 1. num. 21. Henrig. lib. 4. de Sacram. cap. 24. Suar. disp. 4. sect. 2. Vafsq. in sect. 85. art. 2. dub. unic. num. 45. Valente. disp. 7. quest. 8. punct. 1. Bellarm. lib. 9. de Pœnitent. cap. 7. & 9. Coninck. disp. 2. dub. 2. affirmantium, vt actus contritionis proximè disponat ad gratiam & peccati remissionem extra sacramentum, debere esse ex motiuo charitatis, adeò vt oppositum erroneum censeat citat. loco Vafsq.

Dico. Ut contritio sit proxima dispositio ad gratiam, procedere debet ex supernaturali dilectione Dei: ex Trident. sect. 6. cap. 6. vbi describens pœnitentiam adulorum ad iustificationem necessariam, docet, eam procedere ex dilectione Dei: & sect. 14. cap. 4. Pœnitentiam, quæ extra sacramentum hominem cum Deo reconciliat, affirmat esse charitate perfectam: ex Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: vbi peccatorum remissio soli dilectioni tribuitur. Eandem docent Patres, præsertim August. serm. 7. de temp. init. Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati, & amor Dei: & contra Cresconium lib. 2. cap. 12. Mundatur, inquit, sacrificio contriti cordis; mundantur, & eleemosynis, mundantur ipsa, quæ supereminet omnibus, charitate; quæ una si adsit, omnia illa recte fiunt; si autem desit illa, omnia frustra fiunt. Cùm ergo inter opera, quibus à peccatis mundamur, numeret contritionem, quam tamen docet, frustra fieri, si desit charitas, euidens est, ut pœnitentia valeat ad peccati remissionem, egere consortio charitatis. Afferetur locus de vera & falsa pœnitent. sed hic liber August. non est, vt constat ex cap. 17. Ratio: perfecta conuersio Dei ad creaturam, quæ sit per gratiam iustificantem, supponit saltem de lege ordinariâ extra sacram. perfectam conuersionem peccatoris ad Deum; nequit hæc fieri absque dilectione supernat. eiusdem: nam omnis alia conuersio inferior est istâ; hæc vero ex genere & obiecto suo formalis, est omnium suprema: quia est ad Deum diligibilem propter se. Maior probatur 1. ex Scripturâ, in quâ ad perfectam conuersionem Dei ad creaturam supponitur perfecta conuersio creaturæ ad Deum, Zachar. 1. *Connvertimini ad me, & ego conuerter ad vos.* Quod conuersio creaturæ debet esse perfecta, patet Ioel 2. *Connvertimini ad me in toto corde vestro:* Deuter. 4. *Cum quesieris Dominum Deum tuum, innuenies, si tamen toto corde quesieris.* Cæterum si interdum in Scripturâ habetur, quod conuersio Dei ad nos præcedit conuersionem nostri ad Deum, intelligitur de conuersione Dei inchoatâ, & imperfectâ, quæ sit per gratiam excitantem, lege Trident. citat. Prob. 2. conuersio Dei ad creaturam per gratiam iustificantem, est conuersio in genere amicitiæ, quæ connaturaliter saltem, & extra sacram. suppedit sublationem fundamenti Fundamen: inimicitiæ ex parte creaturæ, quæ est illa virtualis tum: inimicauersio ab ultimo fine, quam creatura incurrit, per circu. intey mortale: vnde quæcumq[ue] hæc virtualis auersio non est peccatorum per oppositum actum perfectè retractata, non censetur saltem connaturaliter creatura disposita ad ab ultimo terminandam supernat. amicitiam Dei ad se. At hæc fine non perfectè retractatur, nisi per actum dilectionis Dei supern. quia hæc sola perfectè nos conuertit ad Deum finem ultimum diligibilem propter se, cùm reliquæ virtutes immediate conuertant, vel ad Deum diligibilem nobis, vt spes; vel ad aliquid creatum rectæ rationi conforme.

Ad fundam. primæ, nego, cuicumque pœnitentiæ in Scripturâ promitti peccatorum remissio-

nem; sed solum quā hominem ex toto corde ad Deum conuertit: h̄c autem requirit motuum charitatis.

10. Ad 2. Constat non queincunque nobilissimum actum esse dispositionem ad gratiam; sed quem potest creatura elicere viribus gratiae: ceterum actus antecedit gratiam iustificantem, ad quam disponit, non auxiliantem, vi cuius elicitur.

11. Ad 3. nego antec. nam quidquid sit de iustificatione, quā sit per Baptismum, & p̄nitentiam, certe ea, quā sit ex opere operantis extra sacram. eandem poscit dispositionem, siue fiat ante, siue post Baptismum.

## SECTO II.

*Quo pacto contrito includat supernaturalem dilectionem Dei?*

12. *Triplex est Dilectio Dei includitur in a-ctu p̄nitit.* Potest dilectio Dei includi in actu p̄nitentia: 1. virtualiter elicitiū, si peccatorum detestatio eliciatur ex motu charitatis: 2. formaliter imperatiū, si peccatorum detestatio imperetur à virtute charitatis: 3. mere concomitanter, quatenus extrinsecè tantum coniungitur cum actu, vel habitu charitatis, prima dilectio dicitur virtualis, inclusa in explicita detestatione peccatorum propter Deum: 2. formalis imperans: 3. formalis concomitantia, supponens detestationem peccatorum. Controversia est, qualis dilectio sufficiat ad actum contritionis, ut sit ultima dispositio ad gratiam.

13. *i. sentent.* PRIMA sententia Scoti in 4. dist. 14. q. 2. §. de 2. *An-recol. art. vlt. Mayo. dist. 15. q. 3. Richar. dist. 17. art. 1. q. 2. Palud. q. 1. art. 1. Caiet. 10. I. opusc. tra. 4. q. 1. afferentium, sufficere dilectionem concomitantem. Docet enim eundem actum p̄nitentia viribus naturae, aut ex alio motu, quām dilectionis supernat. elicium, antequam coniungatur cum habitu charitatis infusa, dici attritionem: & actum imperfectum p̄nitentia; & solum de congruo disponere ad remissionem peccatorum: coniunctum verò cum habitu charitatis infusa, dici contritionem, fierique actum perfectum p̄nitentia: & de condigno disponere ad remissionem peccatorum; atque hoc modo docent, attritum fieri contritum, nempe per supernientem habitum infusa charitatis, quā, quia est forma omnium virtutum, coniuncta cum earum actionibus, reddit illos formatos & perfectos.*

14. *ii. sentent.* SECUNDA affirmit, necessariam esse dilectionem formalem imperantem. ita *Canus relect. de sacra. P̄nit. I. part. prop. 2. Per. Soto lect. 4. 14. & 16. de p̄nit. Conimic dist. 2. de effectu p̄nit. dub. 6. concl. 1.* Indicat *S. Thom. q. 85. art. 6.* vbi asserti: actum dilectionis Dei natura præcedere actum p̄nitentia: cùm sit ratio, & causa ipsius. ex *Trident. Jeff. 6. cap. 6.* vbi requirit dilectionem Dei, ut causam p̄nitentia, & detestationis peccati. Fundamentum, ex Scripturis, & Patribus perfecta p̄nitentia procedit ex dilectione Dei: ergo procedit ex illa ut ex actu imperante distincto. Confirm. ad perfectam p̄nitentiam requiritur formalis dilectio Dei; nam hoc indicant Patres: sed formalis dilectio Dei non saluat in solo actu detestationis peccati, etiam ex motu charitatis elicito: Nam ut actus dicatur formalis dilectio Dei, non satis est, ut eliciatur à charitate; sed requiritur, ut directe tendat in Deum, ut in obiectum quod, non tantum quo: alioqui etiam amor proximi, qui diligitur propter Deum, ut propter rationem qua, dicitur formalis amor Dei.

15. *Confir. TERTIA Durandi in 4. dist. 17. quest. I. n. 7. Ocha. quest. 9. ad 4. dub. e Maio. dist. 14. qn. 1. §. ex ista pro- pos. Gabr. q. 1. a. 2. post 5. concl. Sot. q. 2. art. 5. §. hinc ergo, & lib. 2. de natura, cap. 13. & 16. Canis relect. de Pa- nit. p. 1. fine ad 3. qui non est sibi contrarius: nam su- pra docuerat, primum actum contritionis impera- ri ab amore Dei formaliter præsente; secundum & reliquos elici posse vi amoris, præteriti: *Cordub. lib. 1. Theolog. quest. 1. §. dub. 2. Vasquez quest. 85. art. 2. dub. vn. num. 43. Suar. disp. 4. secl. 2. docentium, suf- ficeret dilectionem virtualem, inclusam in detesta- tione peccati, elicitem propter Deum.**

16. *Dico 1. p̄nitentia, ut formata habitu chari- tatis, non disponit ad iustificationem, & peccati re- missionem. Fundamentum ut sic supponit iustificationem, & peccati remissionem; ergo non disponit ad illam. quia nulla forma disponit ad effectum formalem, quem includit, alioqui disponeret ad se- ipsam; adeoque eadem effet simus dispositio, & for- ma, & consequenter causa materialis, cuius causa- litatem gerit dispositio, & formalis simul. Antec. Quid im- prob. iustificatio ex *Trid. Jeff. 6. ca. 7.* est ipsa gratiae, & donorum infusio, quā formaliter fit ipsa peccato- rum remissio. Iḡitur nequit p̄nitentia, ut formata habitu charitatis, disponere ad iustificationem, in quā formaliter includitur ipsa charitatis infusio, & peccatorum remissio. Vnde *Scotus cit. versu Refp. & Bosso. art. 2.* solum concedunt p̄nitentiam, non quidem ut charitate formatam, sic enim conse- quitur, inquit, iustificationem, & peccati remis- sionem; sed quā est formata charitate, & in sensu di- uiso, disponere ad iustificationem. Verū h̄c resp. incidit in aliud absurdum, nempe actum p̄nitentia, ut est prævia dispositio ad iustificationem, non includere dilectionem Dei: cūm in h̄c sententia actus p̄nitentia, ut præcedit habitum charitatis, non procedat ex dilectione Dei.*

17. *Dico 2. actus p̄nitentia, extrinsecè tantum coniunctus cum actuali motione Dei, non est ultima dispositio ad iustificationem, contra Caiet. af- serentem, eundem actum naturae viribus elicium esse attritionem, & dispositionem ad gratiam solum ex parte hominis; non simpliciter, cūm infallibile non sit, Deum ad talēm actum suam motionem in- fundere: eundem verò actum fieri contritionem per motionem Dei eleuantem illum ad esse super- naturale.*

18. *Affirio h̄c probatur primò auctoritate S. Tho. in 4. distinctione 17. questione 2. art. 1. questio- ncula 3. vbi impugnat hanc Caietani sententiam, negatque eundem numero actum ex informi fieri formatum adueniente charitate: Primò, quia ad- ueniente actu charitatis seu contritionis, cessat attrito, cūm nequeat attrito mutari in contritionem. Secundò quia contritio producitur ex habitu p̄nitentia infusa, quā non antecedit; sed con- sequitur gratiam.*

19. *Probatur secundò, vel ista motio est nouus actus, quo creatura cum speciali auxilio Dei detestatur peccatum ex motu supernat. charitatis; & sic superfluous est primus, qui naturaliter cessat adueniente perfectiore: vel est noua tantum dependentia, & conservatio prioris actus naturalis, per quam idem actus liberè continuatur à creaturā, sub novo respe- cto ad auxilium, & agens supernat. Et contra hoc est: si talis motio est per modū nouę actionis cōser- vatiū intrinsecè influētis in præcedentē actu, diffi- cilē saluatur, quo pacto entitas actus maneat natu- ralis, mutata eius actione in supernaturalem; cūm actio essentialiter sit via & tendentia ad entita- tem actus; vnde repugnat actionem intrinsecè, & enti-*

**Repugnat** & entitatiè mutari de naturali in supernaturalem,  
**actionem** intrinsecè non mutatà entitate termini : cùm nc-  
**mutari, in-** quacut actio actu non communicare esse termino,  
**trinsecè, non** & consequenter actio supernaturalis esse superna-  
**mutata en-** turale: cùm actio essentialiter sit formalis commu-  
**titate ter-** nicatio esse termini. Confirmi. Vel prior actio na-  
**mini.**

21.

**De essentia** pernaturalis est; cum sit una indivisibilis actio Dei  
**actus liberi** & creaturæ, & implicet, simul esse entitatiuè natu-  
rali, & supernat. Neque dici potest, talem actum  
**procedere à principio** conseruatiuè pendere tantum à Deo, non à crea-  
**intrinseco** turâ: cum de essentiâ actus liber sit, actiuè proce-  
**libero.** dere à principio intrinseco libero.

230

Sidicatur secundum; contrà est i. hæc responsio admittit, eundem effectum adæquatè procedétem ab vnâ causâ, vltérius procedere ab alia; quod est contra ipsum auth. 3. p. quest 67. art. 6. §. Ad penul. afferentem, impossibile esse, à duabus ciusdē rationis totalibus causis eundem per se prouenire effectum. Nec dici potest, huiusmodi causas esse diuersæ rationis: nam vtraque concurreret in gene-  
re causæ efficientis principalis: Nam tam creatura esset causa efficiens principalis actionis naturalis, quām Deus actionis supernat. 2. hæc responsio ad-  
mittit, eundem effectum conseruari dupli actio-  
ne, naturali & supernat. simul; scilicet actio natu-  
ralis necessariò communicat esse naturale; actio su-  
pernat. esse supernaturale: cùm nequeat esse mo-  
dus, & non actu dare, quidquid potest; & actio en-  
titatiuè supernat. formaliter contineat in ratione  
viæ, & communicationis formalis, esse supernat.  
Vnde sequeretur, eundem terminum simul habe-

24.

*Homo cer-  
tus est de  
sua iustifi-  
catione.*

*Homo certus esset de suâ iustificatione.* tritione Deus infallibiliter infundat suam motionem, per quam contritio naturalis sit ultima disposicio ad gratiam, certus esse poterit de suâ iustificatione, quod est contra Trident. scff. 6. ca. 9. & ipsum Caiet. Aut non semper habenti naturalem contritionem Deus infundit suam motionem: & cum non sit in nostrâ potestate talem motionem habere, aut aliquid efficere, quo illam habere possimus, non erit in nostrâ potestate nostra salus, contra illud Ecclesi. 15. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, tribuitur illi.* nam et si salus nostra principaliter sit à Deo, qui solus sine nobis illam inchoat; ita tamen ex se paratus est, omnia ad consecutionem illius conferre, ut infallibile omnino sit, nunquam ex parte suâ defuturum, si creatura fecerit, quantum in se fuerit: cum tamen in hac Caiet. sententia, etiam si creatura fecerit, quantum in se fuerit; infallibile tamen non sit, eam salutem consecuturam. Nam postquam elicuit actum naturalis contritionis, quod est facere quantum in se est, adhuc certum non est, quod sit salutem consecutara, cum adhuc pendeat ex motione diuinâ, quam Deus habenti actum naturalis contritionis non semper infallibiliter infundit. Vnde non posset defectus salutis tribui nobis; sed Deo, contra illud Osea 13. *Perdixio tua ex te Iysael.* At vero si dicamus, Deum infallibiliter per liberum suum decretum

*Defectus  
salutis cui  
adhibuitur*

omnibus offerre proportionata auxilia supernat. quibus ynusquisque possit, si velit, actum contritionis supernaturalis, qui solus extra sacramentum est vltima dispositio ad gratiam, elicere, optimè salvatur & libertas nostra in consequendâ salute; nam his auxilijs infallibiliter nobis præparatis, in nostrâ potestate est, cum illis cooperari; vel non cooperari: & simul nostræ salutis inchoatio soli Deo tribuitur: quia solus Deus, nullis nostris præcedentibus meritis, huiusmodi auxilia, sine quibus actus supernaturalis contritionis elici non posset, nobis præparat: & defectus salutis nobis tantum tribui potest; quia nostrum tantum est, cum talibus auxilijs non cooperari. At respondebit Caiet. etiam in meâ sententiâ defectus salutis tribuitur tantum nobis non cooperantibus diuinę motioni, per quam salutem consequi possemus. Verum hæc responsio supponit secundum modum à nobis impugnatum, scilicet Deum infallibiliter actum naturalis contritionis elicienti suam motionem infundere; proinde peccatorem certum esse posse de suâ iustificatione.

*Caietani  
responso  
occurritur.*

25.

Dico 3. perfecta contritio non necessariò supponit dilectionem Dei formalem, à quâ imperatur; sed sat est virtualis, quam includit in ipso actu detestationis: *Sotus lib. 2. de naturâ cap. 16. p. 16. putat esse S. Doct. 3. part. quest. 85. articul. 5. vbi ipsam peccati displicentiam propter Deum appellat actum charitatis. Fundamentum: possibile est, uno actu ferri in peccatum detestandum propter Deum summè diligibilem: nam potest quis uno actu ferri in plura ordine aliquo inter se connexa: Sic intellectus uno actu fertur in premissas & conclusionem; hanc ex illis deducendo: voluntas in medium, & finem; unum propter aliud intendendo: ergo simul poterit in peccatum, & in Deum; in peccatum ut id, quod detestatur; in Deum ut id, propter quem, & amore cuius detestatur: Sicut cum Deo bonum aliquod diligimus, uno actu simul tendimus in bonum, quod amamus; & in Deum, cui bonum illud amamus, qui respectu boni amati dicitur amor concupiscentiarum; respectu verò Dei, cui tale bonum amatur, amor amicitiae: ita cum detestamur peccatum, ut malum & offendam Dei, detestamur illud, ut obiectum quod, propter Deum, ut propter finem cui: quæ detestatio respectu peccati dicitur fuga, auersio, odium abominationis; respectu Dei, prosecutio, conuersio, amor amicitiae implicitus, & virtualis. At talis actus sufficit ad iustificationem: nam ea pœnitentia sufficit, quæ procedit ex motu charitatis, Dei, ut ex diuinis oraculis & SS. Partibus colligitur: talis autem est hic actus pœnitentiae, cum non minoris dilectionis sit, detestari malum amico, quam velle bonum eidem: eiusdem quippe virtutis est, diligere bonum proprij obiecti, & detestari malum illi oppositum.*

Nec refert, quod contritio sit tantum amor virtualis, & non formalis: cum non minus possit esse perfectus & efficax amor virtualis, quam formalis, cum yterque procedat ex eodem motu ultimato diuinæ bonitatis, propter quam peccatum detestatur: solumque amor virtualis inclusus in actu contritionis differt a formali, quod formalis habet Deum pro obiecto quo, quod, cui: virtualis vero, pro obiecto quod habet peccatum; pro obiecto quo, & cui: Deum ipsum, propter quem peccatum testatur: actus autem principaliter specificatur a motu quo, non ab obiecto quod; cum illud currat formaliter, hoc tantum materialiter.

26.

Secundò, probatur ex Patrum axiome fundato in Ezech. 18. & 33. In quacunque die : hoc est  
C 4 tempo-

Prob. 2.

tempore, ut communiter exponunt, ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor: sed peccator detestando peccatum propter Deum, verè ingemit, & non nisi propter Deum: ergo neque Deus recordabitur amplius iniquitatum eius.

28.

Tertiò, illa est perfecta pœnitentia, quæ perfetè conuertit peccatorem ad Deum: scilicet quæ tantum ipsum conuertit in Deum, quantum peccatum auerterat à Deo: at detestatio peccati propter Deum tantum conuertit peccatorem in Deum, quantum peccatum auerterat à Deo. Peccatum enim formaliter conuertit peccatorem in creaturam: virtualiter verò & interpretatiè auerit à Deo: sed detestatio peccati propter Deum, formaliter auerit peccatorem à creaturâ, & formaliter, indirectè saltem, & in obliquo conuertit peccatorem in Deum, dum peccatum detestatur ut malum, & offendit Dei.

29.

Quartò, ex oppositâ sententia sequitur, non posse peccatorem unico actu iustificari cum in oppositâ sententia duo requirantur actus, alter dilectionis; alter pœnitentia, realiter inter se distincti. Quo fit, ut si peccator, detestato peccato propter Deum, statim moreretur, in hac sententia non saluaretur: quia hic non eliciisset actum dilectionis formalis; cùm tamen hic verè ingemisset in Deum.

30.

Quintò, non minus attritio procedere debet ex motu alicuius virtutis infusa, quam contritio ex motu charitatis: sed ut attritio sit sufficiens dispositio cum sacram ad iustificationem, satis est, ut sit expressa detestatio peccati propter motuum talis virtutis: ergo ut contritio sit sufficiens dispositio ad iustificationem extra sacram, sat erit, ut sit expressa detestatio peccati, propter motuum charitatis.

31.  
Ad fund.  
1. sensus.

Ad fundam. primæ, nego vel contritionem solius naturæ viribus elicitarum, esse dispositionem de congruo ad iustificationem; vel ut charitate informata, posse disponere ad illam, cùm charitate informata includat effectum ipsum, ad quem deberet disponere, qui est ipsa charitas.

32.  
Ad fund.  
2. sensus.

Ad fundam. secundæ, dico vel Scripturas & Patres loqui de pœnitentiâ, quæ ordinariè concipiatur ex dilectione formalis imperante, quippe quæ visitationis; cùm altera sit difficilior: supponit enim, voluntatem humanam uno actu ferri in peccatum per modum detestabilis, & in Deum per modum diligibilis: & idcò Trident. & S. Thom. pridem tantum meminerunt. Vel intelligendi sunt de dilectione virtuali, quæ est vera & propria dilectio, cùm sit actus formalis charitatis, non minus quam dilectio formalis: solum enim dicitur virtualis, quia non est per modum prosecutionis respectu obiecti quod, nec tendit in Deum, ut in obiectum quod; sed solum ut in motuum quo, & finem cui: Vnde S. Tho. cit. illum appellat motum charitatis: quia procedit ex motu charitatis.

33.  
Ad confir.

Ad confirm. neg. assump. 1. formalis dilectio intelligatur actus per modum complacentiae, & prosecutionis respectu obiecti quod. Neque hanc requirentes Patres, virtualem negant: sed huius potius meminerunt, quia visitationis est & facilior: vel certè per dilectionem Dei intelligunt etiam virtualem, quæ saltem sub nomine charitatis comprehenditur, quæ communis est ad dilectionem formalem & virtualem; seu contritionem & amorem.

## SECTIO III.

An ad contritionem sufficiat virtualis detestatio peccatorum?

**D**icitur virtualis detestatio peccatorum dilectio formalis Dei, quatenus de se efficax est prorumpere in formalem detestationem peccatorum, quoties menti occurrerent, aut ea per tempus excogitare liceret: qui enim efficaciter diligit Deum super omnia, vi talis dilectionis paratus est tollere quidquid tali disfectioni aduersatur: quia verò peccata nondum retractata aduersantur tali dilectioni, qui Deum super omnia diligit, vi talis dilectionis paratus est ea omnia destruere ac detestari: & quia illa detestari non possumus, nec tenemur, nisi menti occurrant; aut per tempus excogitare liceat, potest esse formalis, & efficax dilectio Dei super omnia, absque formalis detestatione peccatorum, cùm per dilectionem non sit, quin prorumpat in formalem detestationem peccatorum. Quo fit, ut vnu *Quid sit* actum virtute contineri in alio, nihil aliud sit, quā *vnum atque* *vnum actum habere* *talem connexionem cum alio,* *virtute cō-* *tineri in al-* *tero.*

Nota, omnes conuenire, quod aliquando necessaria sit pœnitentia formalis, & expressa peccatorum detestatio in eo, qui peccata commisit. 1. quia id colligitur ex Scripturâ, quæ pœnitentiam sèpe inculcat ut necessariam ad salutem: *pœnitentiam agite, huicmodi sextantes Actor. 2. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peri-* *loci.* *bis, Lucæ 13.* Quæ Patres explicant de pœnitentiâ formalis: nec possunt de solâ virtuali explicari; tum quia id non patitur Scripturæ proprietas: tum quia id exigit natura perfectæ reconciliationis, ut offendens perfectè retractet offendit. Nec obstat, quod alia etiam opera virtutum Scriptura numeret inter media salutis: nā ea solùm numerat ut media remota, quatenus disponunt ad perfectam pœnitentiam, ut ex alijs Scripturæ, & Patrum testimonijs colligitur. 2. quia id docet Trident. *scilicet 14. c. 4.* vbi describens actum contritionis per animi dolorem, & detestationem de peccato iam commisso, cum proposito non peccandi de cætero, sic ait: *Fuit quoniam tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis mox necessarius, & in homine post Baptismum lapsi, ita demum preparat ad remissionem peccatorum.*

Conueniunt 2. hanc pœnitentiam formalem esse necessariam necessitate medijs: cum non solùm *scilicet proprium* impediatur peccatum præsens, præsterque ne labamur *munus meum* in distinctum peccatum, illam exercendo tempore *dij ad salutem necessarij.* debito, quod præcepti proprium est: sed etiam conferat primam gratiam, & deleat peccata præterita, si non inueniat deleta; quod est proprium munus medij proximè ad salutem necessarij. 3. certum est apud Scholasticos, & S. Thom. 3. part. *quæst. 84. art. 7. ad 1.* pœnitentiam formalem esse necessariam iure naturali diuino; non tantum positivo, ad iustificationem peccatoris, contra Medin. Cod. de pœnit. tract. I. *quæst. 2.* contendente, id tantum esse de iure diuino positivo. Fundamentum: iustificationis, & amicitia peccatoris ad Deum, suâ naturâ postulat formalem

**Supposita fide ius naturae dictat peccata esse retractanda.** malem detestationem offendit: nam positâ fide, quod peccata sunt offensa Dei, sine cuius retractione non potest fieri perfecta reconciliatio, ius naturae dictat, esse detestanda, ac perfectè retractanda, scilicet per formalem pœnitentiam, quia hæc tantum directè opponitur peccato.

**38. Obiectio triplex.** Sed obijcit *Medita.* 1. Talis pœnitentia non est natura sua condigne satisfactoria Deo. 2. Nullum opus nostrum est Deo satisfactorium, nisi quatenus Deus dignatur illud acceptare: ergo nisi ipse statuisse modum, quo deberemus illi satisfacere, nunquam ius naturæ talem modum satisfaciendi dictassem: igitur quod nunc teneamus Deo per contritionem satisfacere, non est iuris naturalis, sed diuini positiui. 3. Ius naturæ non obligat, nos detestari offendit proximo illatum; sed solum illi satisfacere iuxta qualitatem, & quantitatem dampni, aut iniuriaz illataz: ergo, nec obligat detestari iniuriam illatum Deo; sed solum ad satisfaciendum illi, eo opere exteriori, vel interiori, quod ipse assignauerit. *Resp. ad 1.* Esto tale opus non sit Deo condigne satisfactorium, iustum naturæ dictat, ex parte nostrâ faciendum esse, quidquid cum diuinâ gratiâ possimus: vt esto rusticus nullum possit condignum opus satisfactorium Regi pro illata iniuria offerre, iure tamen naturæ tenetur, ad faciendum quantum potest. Ad 2. Esto nullum opus nostrum pro offensa Deo oblatum sit condigne satisfactorium, nisi ipse acceptauerit: potest tamen cum auxilio eiusdem elicium esse de congruo satisfactorium: & hoc sufficit, vt ius naturæ dicterit, illud esse Deo exhibendum: quia ius naturæ dicit, faciendum esse, quantum ex parte nostrâ fieri potest. Ad 3. nego consequiam: quia satisfactio, quam Deo exhibemus, non solum debet esse compensatiua iniuriæ, sed etiam reconciliatiua amicitiaz diuinæ, cum Deus per hominum peccata non solum offendatur, vt dominus; sed etiam vt amicus: non potest autem satisfactio essere reconciliatiua amicitiaz, nisi per offendit retrationem: quia vt satisfactio mereatur offensi amicitiam, fieri debet motiuo amicitiaz propter amicum: non potest id fieri, nisi fiat cum perfectâ retratione, & detestatione offendit illatum amicor: Nam hoc poscit natura perfectæ amicitiaz, vt amicus doleat de offendit amici, vt offendit amici est, nec satis est, nouam ei tantum satisfactio nem exhibere. Adde, quod peccatum non est latissimum proximi nisi ratione alicuius damni vel iniuriæ, quam illi infert: Vnde non tenemur pro illo proximo satisfacere; nisi quatenus est illi nocuum & iniuriosum: At verò secundum omnem rationem, quam peccatum includit, est offenditum Dei, cù sit contra ipsius legem, & voluntatem: Igitur tenemur illud secundum omnem rationem detestari, ac perfectè retractare. Ceterum hæc non obligant ex proprio iure naturæ, sed suppositâ fide, quod peccatum sit offenditum Dei. Controversia est, an interdum sola pœnitentia virtualis inclusa in actu dilectionis, sit perfecta, sufficiens ad iustificandum hominem à peccatis.

**41. Cur Deo & peccatum teneamus, proximo tantum satisfacere.** *Caret. & desistit.* sequentiam: quia satisfactio, quam Deo exhibemus, non solum debet esse compensatiua iniuriæ, sed etiam reconciliatiua amicitiaz diuinæ, cum Deus per hominum peccata non solum offendatur, vt dominus; sed etiam vt amicus: non potest autem satisfactio essere reconciliatiua amicitiaz, nisi per offendit retrationem: quia vt satisfactio mereatur offensi amicitiam, fieri debet motiuo amicitiaz propter amicum: non potest id fieri, nisi fiat cum perfectâ retratione, & detestatione offendit illatum amicor: Nam hoc poscit natura perfectæ amicitiaz, vt amicus doleat de offendit amici, vt offendit amici est, nec satis est, nouam ei tantum satisfactio nem exhibere. Adde, quod peccatum non est latissimum proximi nisi ratione alicuius damni vel iniuriæ, quam illi infert: Vnde non tenemur pro illo proximo satisfacere; nisi quatenus est illi nocuum & iniuriosum: At verò secundum omnem rationem, quam peccatum includit, est offenditum Dei, cù sit contra ipsius legem, & voluntatem: Igitur tenemur illud secundum omnem rationem detestari, ac perfectè retractare. Ceterum hæc non obligant ex proprio iure naturæ, sed suppositâ fide, quod peccatum sit offenditum Dei. Controversia est, an interdum sola pœnitentia virtualis inclusa in actu dilectionis, sit perfecta, sufficiens ad iustificandum hominem à peccatis.

**42. Controvers. 1. Sent.** PRIMA sent. *Cans. relect. de pœnit. p.3. §. de charitate, Petri Sots. lett. 4. de necess. pœnit. fine, negantium, vello casu, etiam naturalis obliuionis, & inuincibilis ignorantiaz, ac martyrij per Christum perpepsi, sufficere pœnitentiam virtualem in eo, qui peccata commisit; sed semper requiri pœnitentiam formalem peccatorum, saltem in genere ab eo, cui nulla occurrit memoria peccatorum in specie. Fundam. *Sots.* est: implicat esse verâ dilectionem Dei in peccatore, sinc formali detestatione peccatorum: nam ea est natura dilectionis Dei super omnia, vt statim pecc-*

catorum excitet ad formalem detestationem offenditæ contra Deum, saltem in genere, si specialiter memoræ non occurrat. Fundam. *Cans.* 1. pœnitentia formalis est necessaria ad salutem ut mediū: Quæ autem necessaria sunt media, licet admittant excusationem, ne peccemus, quod ex ignoratiâ inuincibili omittimus; non tamen excusatione admittunt, vt sine illis iustificemur. Sicut, quia fides Christi, & Baptismus sunt necessaria ut media, licet ignorantes excusentur, ne peccent, in Christum non credendo, & Baptismum non suscipiendo, haud tamen illis saluantur. 2. Si in aliquo casu sola pœnitentia virtualis sufficeret, in nullo formalis esset necessaria: nam in tantum necessaria est formalis, in quantum Scriptura inculcat, necessariam esse pœnitentiâ. 3. nemo adultus baptizatus iustificari potest absque sacram. pœnit. saltem in voto: nemo autem id votum habere potest, sine peccatorum formalis displicentiâ: ergo nemo saluari potest absque formalis pœnitentiâ peccatorum. 4. nec passio pro Christo suscepit à peccato non iustificat, nisi sit ex charitate. *S. Thom. 2.2. quest. 124. art. 2. ad 2. &c. 3. part. quest. 66. articul. 12. ad 2.* sed charitas in eo, qui peccauit, non remittit peccata sine pœnitentia, teste ex eodem 3. part. quest. 84. art. 5. ad 2. Confirm. voluntas *Confirm.* efficax martyrij, & martyrium actu perpepsi quo ad essentialia non differunt: ergo si martyrium sine formalis pœnitentiâ peccata remittit, eadem quoque remittit efficax voluntas martyrij. 5. Passio pro Christo suscepta in eo, qui est hereticus, vel schismaticus, non remittit peccatum heresim, vel schismatis, nisi prius fuerit Ecclesiæ aggregatus; ergo nec in eo, qui peccauit, nisi prius illum pœnitentiat; cum non minus pœnitentia, quam fides, & Ecclesiæ unitas sint, media necessaria ad salutem. 6. Non potest quis mortem oppetens pro Christo ante Baptismum, sine voto saltem Baptismi iustificari; ergo nec post Baptismum sine voto saltem pœnitentia sacramenti; ergo nec sine formalis pœnitentiâ, quam votum sacram. Pœnit. includit.

**53. 2. Sentent.** SECUNDA affirmat, sufficere virtualem pœnitentiam inclusam in actu dilectionis formalis ad remissionem peccatorum; *S. Thom. 3. part. quest. 87. articul. 1. Caret. ibid. 9. ad 2. dub. Scott. in 4. distinet. 14. q. 1. §. Ex his. Bass. q. 2. art. 2. Maioris q. 1. concl. 5. Gab. q. 1. a. 2. concl. 2. Sot. dist. 15. q. 1. a. 2. §. ad arg. & seqq. & l. 2. de naturâ c. 16. Adria. q. nodub. 7. q. 4. Bellar. l. 2. de sacram. Pœnit. c. 9. Ioan. Med. Cod. depœnit. tratt. 1. q. 2. Vega. l. 6. in Trident. c. 34. Nanar. in sum. c. 1. n. 10. Valent. disp. 7. q. 3. p. 2. Henr. q. 1. q. de sacram. c. 2. nu. 3. Suarez. disp. 9. scit. 1. Vasq. 3. p. sn. q. 86. ar. 2. dub. 1. Coninck disp. 2. de effectu pœnit. dub. 6. concl. 3. & c. Verum citati divisi sunt: *S. Tho.* & *Coninck* virtualem pœnit. solum admittit de peccatis inuincibilitet oblitis. *Maior* in solo actu martyrij, quem docet sine formalis detestatione peccata remittere. *Sot.* *Bellar.* *Henr.* *Suar.* illam in utroque calu admittunt, tamen pro declarata inuincibilis obliuionis, quam martyrij: Reliqui verò absolutè affirmant, efficacem dilectionem Dei sent. remittere peccata.*

**51. Prob. Seque-** DICO 1. potest aliquando peccator per solâ pœnit. virtualem iustificari. Fundam. alioqui daretur casus, in quo peccator destitueretur ordinario medio ad salutem, cōtra Scripturam vbique Dei misericordiam exaggravantem, qui non vult mortem peccatoris; sed magis vt conuertatur, & viuat; quicunque ex *Trident.* *eff. 6. ca. 11.* non prius ipse deserit, quam deferatur, quia si post moralem diligentiam nullum occurrat peccatum, non teneat habere contritionem: ex *Trident.* *eff. 14. c. 5.* nam sicut et tantum teneat confiteri, quæ occurunt menti, vt *sibid.* ita de ijs tan-

**Nota.**  
Huc usque  
pertinet.

**43. Probas sent.**

*A priori.*

ījs tantū cōntritionem habere. Quod si interdū præceptum contritionis obligat, etiā nullū occurrat peccatum in specie, id non est, quia talis cōtritio necessaria est omni casu, quo cōnemur iustificari; sed aliquo speciali, de quo *infra*: ergo eo casu sufficiens erit pœnitentia virtualis, inclusa in actu dilectionis Dei super omnia, vt cum *S. Thos.* excepto *Can.*, fatētur omnes. Ratio: dilectio supernat. efficax, est perfecta conuersio creaturæ ad Deum: ergo statim illi responderet cōuersio Dci ad creaturam: ex illo *Zach.* 1. *convertimini ad me, & ego conseruare ad vos;* alioqui, si positâ perfectâ conuersione creaturæ ad Deum, Deus non conuerteretur ad creaturam, pateretur se vinci à creaturâ. Antec. prob. dilectio, quæ non excitat ad obseruantiam alicuius præcepti, non defectu sui; sed vel defectu occasionis nondum occurrentis, vel probabilis scientiæ de tali præcepto, non est necessariò imperfectior ea, quæ currende occasione, & scientiâ ad talis præcepti obseruantiam excitat: sed dilectio Dci, quæ excitat ad formalē detestationem peccatorum, quæ post diligentem excusione in menti occurront, est perfecta conuersio animæ ad Deum. & sufficiens dispositio ad iustificationem; vt *infra*: ergo etiam dilectio, quæ ad talem detestationem non excitat, non defectu sui, sed inculpabilis ignorantia peccatorum, potest esse conuersio perfecta ad Deum, & sufficiens dispositio ad iustificationem. Maior probatur: quando omissio præcepti non est voluntaria, non minuit perfectiōnem dilectionis, quæ solū se extendit ad ea, quæ humano modo fieri possunt: sed omissio formalis detestationis peccatorum, quæ post diligētem discussiōnem, non occurront, voluntaria non est, cùm non sit cognita: ergo. Confirmatur, Scriptor., & Patres non minus ad actum contritionis requirunt dilectionem Dei, quam detestationem peccatorum: sed saluatur perfecta contritio cum solā dilectione virtuali, vt *suprā*, ergo à fortiori ad eam saluari poterit cuī solā detestatione virtuali. Monet tamen *Henriquez*, tutius esse, vt sic oblitus, sub conditione, si forte peccauit, cōteratur; nam si hæc reuerâ est medium necessarium ad salutem, non iustificabitur homo, nisi illam reipsâ adhibeat. Nec nostra opinio est adeò certa, vt opposita suā carceat probabilitate.

*Quæ dilectio Dei fit sufficiens dispositio ad iustificationem.*

Dico 2. quævis dilectio, ex quâ per se nata est sequi formalis detestatio quorumcunque peccatorū mortalium, quæ menti occurrerent, est sufficiens dispositio ad iustificationem: Contra verò nulla dilectio Dci, ex quâ per se nata non est sequi talis detestatio peccatorum, est sufficiens dispositio ad iustificationem. Hęc est regula ad dignoscendum, quęnam dilectio Dei sit sufficiens ad iustificationem; ex *S. Thom. Caser. Medina. Quar. Vega.* &c. qui propterē docent, non sufficere dilectionē simplicis cōplacientiæ, quâ Deo sua ipsius bona & perfectiones amamus; nam possumus Deo sua bona & perfectiones amare; & tamen nolle de peccatis pœnitere, nouamque inchoare vitam, per efficacem obseruantiam omnium præceptorum; sed debere esse obedientiale, quâ firmiter efficaciterque proponamus, proposito saltem virtuali, omnia eius præcepta seruare, inter quæ potissimum est, formalī pœnitentiâ detestari præteritam vitam. Alias dilectio compatitur secum affectum ad peccatum; vnde cum sacramento, est sufficiens ad iustificationem. ex *Trident. eff. 14. c. 4.* nisi perfectè conuertat creaturam ad Deum; seu actu contineat perfectam conuersiōnem ad Deum, & virtute etiam formalem detestationem peccatorum: Idem enim dilectionis actus essentialiter est conuersio in Deū, & auersio à crea-

*Ratio regulæ posteri.*

*Ex priori artu.*

turā: sicut idem motus essentialiter est accessus ad unum terminum, & recessus ab opposito. Vnde vi huius perfectæ conuersiōnis in Deum super omnia diligibilem, apta est excitare peccatorem ad formalem detestationem omnium peccatorum, quæ vel menti occurront, vel probabiliter occurrere possunt. Quod autem ad illam interdum non excitet, non est ex defectu sui; sed vel inculpabilis memorie peccatorum, vel opportunitatis temporis, in quo aut virget præceptum maius: vt in profitendâ fide coram tyranno, dum ad utrumque simul animus attendere nequit, aut non potest simul in eodem momento utrumque actum dilectionis, & detestationis elicere.

An formalis dilectio Dei, vt sit proxima dispositio ad iustificationem, debeat statim peccatorem excitare ad formalem detestationem peccatorum, quæ menti occurront, vel occurrere probabiliter possunt? an verò illam differre valeat in aliud tempus opportunius, quando præceptum currit de formalī pœnitentiâ, & interim iustificari persolum actum dilectionis formalis?

Hanc poster. partem sequuntur *Medina Cod. de pœnit. tract. I. q. 12. §. occurru. Nanar. Valent. Caser. 3. p. quest. 87. a. 1. ad 2. dub. pro quâ citantur Gabriel. Vega.* ex quibus tamen oppositum colligitur: Docet enim *Vega*, dilectionem disponētem ad iustificationē esse talem, vt ex eā continuo sequatur omnium peccatorum detestatio, quæ memorie occurront. *Gabriel* expressè affirmat, ad perfectam dilectionem Dei necessariò sequi detestationem peccatorum, quæ menti occurront: quia non potest quis, inquit, diligere Deum super omnia; & non nolle peccasse, si peccatum occurrit memorie. Fundamentum: *Fundam. pœnitentia est præceptum affirmatiuum*, de cuius ratione est, non obligare semper; sed suo tempore. Igitur poterit peccator tempore, quo pœnitentia formalis non obligat, habere dilectionem Dei super omnia, absque pœnitentiâ formalī peccatorum, quæ tunc menti occurront; sed solū habere propositum pœnitendi tempore suo: ergo statim hic iustificabitur sine formalī pœnitentiâ peccatorum, quorum præsentem memoriam habet.

Priorem docent reliqui *Doctores citat.* quibus addc *Cordub. lib. I. quest. Theolog. quest. 15. S. Thom.* *Vera sente. S. Thom.* 3. part. quest. 86. articul. 2. vbi docet, impossibile esse remitti peccatum sine pœnitentiâ virtute. Et ne intelligi possit de pœnitentiâ virtuali, subdit: unde requiritur ad remissionem divina offensa, quod voluntas hominis sic immutetur; ut conuertatur ad Deum cum detestatione conuersiōnis prodita: & 87. art. 1. vbi affirmat, ad peccati mortalis remissionem non sufficere pœnitentiam virtualem, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

Dico 3. Non est sufficiens dispositio ad gratiam iustificantem dilectio, quæ non statim peccatorem excitat, vel ad formalem detestationem peccatorū, quorum memoriam habet; vel ad diligentem discussionem eorum, quæ probabiliter possunt memorie occurrere; vel ad detestationem in genere, si dubius sit, an aliquid commiscerit, cuius memoria non occurrit. Hoc sensu puto veram sententiam Petri Sotii citat. lett. 4. & *Dominici Sotii in 4. distinct. 15. quest. I. articul. 2.* nempe non posse esse veram dilectionem Dei obedientiale sine formalī detestatione peccatorum, cūi repugnet peccatorem diligere Deum super omnia, & nō statim intimo affectu detestari, quidquid eius inaestatem offendit: *Colligitur ex Trident. eff. 14. c. 4.* vbi postquam contritionem definiuit, esse animi dolorem, & detestationem de pecca-

*Gravior difficitur.*

36:

57.  
*S. Thom.*

58.  
*Explicitur.*

peccato commisso, subdit: *fuit autem quoniam tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.* Et paulo post: *declarat S. Si nodus, hanc contritionem non solum cessationem a peccato, & vita nona propositum, & inchoationem, sed veteris viam odsum continere.* Huc spectant omnes Scripturæ, & Patrum authoritates, quæ probant, necessariam esse pœnitentiam ad iustificationem peccatoris, quæ saltem intelligi debent de pœnitentiâ formalis corum peccatorum, quæ menti occurrunt.

**59.**  
**Ratio 1.**  
**Ex naturâ reconciliationis & iure natura-**  
**ra.**

Probatur 1. Expressa detestatio peccatorum est ad iustificationem necessaria iure naturæ, orta ex naturâ reconciliationis, quæ supponit in reconciliando offendæ retractationem; vel saltem efficacem voluntatem, illam statim, ac potest retractandi: ex S. Thom. 3. part. quæst. 84. art. scul. 5. ad 2. vbi re querit, inquit, *charitas, quod homo dolet de offendâ in amicum commissâ:* cego nequit talis retractatio sine virgente causâ differri: quia quando præceptum obligat ex naturâ actionis, quæ exercetur, & non ex sola voluntate instituentis, statim obligat, atque actio exercetur. Nam tunc actio, ex suppositione quod exercetur, affert secum obligationem præcepti in operante. Nec potest in aliud tempus præceptum differri; nisi simulcum præcepto differatur & actio; cum quâ naturaliter connectitur executio præcepti. Ratio: quando obligatio fundatur in naturâ actionis, executio præcepti pertinet ad complementum actionis: vnde non exercet completam actionem, qui præcepti executionem voluntariè omittit. At naturali iure tenemur ex suppositione, quod aliquam actionem exercemus, integrum illam exercere: vt ex suppositione quod oramus, tenemur attente orare: & aliter faciendo, transgridimus præceptum actionis orandi. Igitur ex suppositione, quod exerceamus reconciliationem nostri cum Deo, iure naturæ tenemur, præter conuersionem dilectionis in Deum, formalem etiam aversionem à peccatis, quæ memoriarum occurunt; vel probabiliter occurtere possunt, exercere. 2. à paritate iustificationis, quæ sit virtus sacramenti pœnitentiæ: in quâ non satis est dilectio sine formali detestatione peccatorum, ut de consecr. distinct. 4. cap. Omnis, & in Trident. sessione 14. cap. 3. & 4. vbi materiam sacram. pœnit. assignat dolorem de peccatis: ergo à fortiori non satis erit ad iustificationem, quæ sit extra sacramentum, ad quam maior procul dubio dispositio requiritur. 3. qui efficaciter diligit Deum super omnia, non potest non detestari formaliter peccata, quorum est conscius: quia perfecta charitas non exponit se dubio, reliquâ viâ certâ; alioqui non esset super omnia, quia saltem non esset supra illud dubium, supra quod voluntariè, & ex electione non operatur, cum possit; omittendo viam certam de pœnitentiâ formalis. At dubium saltem est. & quidem practicè probabile, an eo casu sola pœnitentia virtualis sit sufficiens compensatio ex parte nostrâ pro offensi contra Deum commissâ: ergo talis dilectio non esset iuxta leges perfectæ amicitiaz, quæ dictat, in dubio standum esse pro amico, eiusque causa faendum, præsertim in re graui, in qua agi-

tem non agere iuxta leges perfectæ amicitiaz, quæ dictat, superandum esse omne dubium graui confessionis amici, quod non ex nostrâ opinione; sed ex naturâ rei, & amici voluntate pendet. Confirm. qui reliqua viâ certâ, sequitur dubiam, præsertim in casu, in quo rei consecratio non pendet ex opinione operantis; sed ex naturâ rei, & voluntate alterius, non satisfacit præcepto charitatis propriæ & proximi: vt qui reliqua aquâ naturali, baptizaret in artificiali, non satisfacret præcepto charitatis, quo tenemur proximo subuenire in graui necessitate spirituali: ergo multò minus satisfaceret præcepto charitatis erga Deum, qui perfectiorem alioquinque postulat amorem à suis creaturis.

**63.**  
**Objecies 1.** Ex hoc sequeretur, teneri eum, cui neque in genere occurrit memoria peccatorum; ad habendam pœnitentiam formalem saltem in genere; nam hæc est tutior via. Resp. neg. sequel. nō enim Rsp. quævis maior securitas obligat ad eam sequendam; sed quæ oppositam partem reddit practicè dubiam. Ceterum maior securitas, quæ est in eliciendâ pœnitentiâ formalis, nullâ occurrente neque in genere memoriarum peccatorum, non reddit oppositam partem practicè dubiam; sicut reddit maior securitas, quæ est in eliciendâ pœnitentiâ formalis statim ac peccata memoriarum occurunt: nam maior illa securitas non habet nisi unum, vel alterum authorem, nec villâ nititur probabili ratione; hæc vero, & multos habet graues autores, & pluribus, ijsq; efficacibus nititur rationibus. Quod si quis priuatâ opinione putet, sententiam de eliciendâ pœnitentiâ formalis circa peccata in genere, esse practicè probabilem, & consequenter oppositam esse practicè dubiâ, procul dubio tenetur illam sequi, & non sequendo, non posset habere veram & sufficientem dilectionem Dei super omnia, eo quod non superaret practicum dubium, quod in oppositâ sent. probabiliter apprehenderet.

**64.**  
**Objecies 2.** non tenemur, præter dilectionem virtualem inclusam in detestatione formalis peccatorum, elicere formalem dilectionem erga Deum: ergo nec tenebimus, præter detestationem virtualem inclusam in dilectione formalis, elicere detestationem formalem. Resp. neg. conseq. quia pluse netur peccator ad remouendum malum, quam ipsæ per peccatum iatulit Deo, quam ad volendum bonum eidem Deo; nam ad illud tenetur duplicitate, amicitiaz, & iustitiaz: ad hoc tantum titulo amicitiaz: ergo non solum tenetur ad illa virtualiter detestanda titulo amicitiaz, sed etiam formaliter detestanda titulo iustitiaz: exigit enim iustitia pro compensatione offendæ formalem retractationem illius: nam dum illa non retractatur, semper censetur moraliter manere.

**65.**  
**Ad fund.**  
Ad fund. de iure naturæ fundatum in naturâ reconciliationis, quæ naturaliter supponit in reconciliando formalem detestationem offendæ, aut saltem efficacem voluntatem detestandi, cum primùm potest: Deus autem semper obligat iuxta naturam præcepti.

Dico 4. vt Deus remittat peccatum, non exceptat ex parte nostrâ formalem detestationem peccatorum; sed statim condonat, positâ efficaci dilectione virtualiter includente detestationem peccatorum. Ratio: formalis detestatio peccatorum non requiritur, vt vim tribuat dilectioni, quæ cū sit causa effectus naturaliter detestationis, non potest vim accipere ab ipsâ; sed solùm requiritur vt effectus naturaliter consequens ad efficacem dilectionem Dei: ergo vt sit causa dif- ponens Dei.

**65.**  
**Seconda à pars.**

**67.**  
**Ratio 3.**  
**Ex naturâ**  
**dilectionis**  
**Dei super**  
**omnia.**

**Loges ami-**  
**cisæ non re-**  
**linquunt**  
**viam cor-**  
**sam pro du-**  
**bis.**

tur de graui iniuriâ amici, eiusque amicitiaz dissolutione. Neque valet, si dicas, hoc dubium practicè tolli per oppositam sententiam probabilem: quia cū hoc non pendeat ex opinione operantis, sed ex naturâ rei, & voluntate diuinâ, secundum quâ, si illa est necessaria, etiamsi probabiliter putes te ad illam non teneri, adeoque excuseris à nouo peccato, non propter ea re ipsa iustificaberis, Deoque saies facies: ac proinde semper verum erit, sic operan-

*Poenitentia formalis requirit ut præceptum naturaliter seruandum.* ponens ad iustificationem, non pendet à detestatione peccatorum, vt à causâ formaliter tribuente effectu, sed solum vt à signo indicate veram & efficacem dilectionem, quæ de se talem infert detestationem peccatorum. Quo sit, vt poenitentia formalis solum requiratur ut præceptum naturaliter seruandum, cum primum seruari potest; dilectio vero ut causa formaliter disponens ad iustificationem: sicut poenitentia sacramentum non concurrit cum actu contritionis in eo, qui iustificatur extra sacram, vt dispositio ad iustificationem; sed solum ut præceptum suo tempore exequendum, vt docuit Trid. scf. 14. c. 4. Fundam. ex Scripturis, & Patribus, qui iustificationem tribuunt dilectionis: Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam duxit mulierum: Vbi remissio peccatorum non tribuitur poenitentia, & lachrymis Magdalena; sed dilectioni. 1. Petri 4. Charitas operis, hoc est, delet, multitudinem peccatorum. August. tra. 5. in Epist. Ioh. med. hæc scribit: dilectio ergo sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli: quam si solam habere sufficit tibi: Gregor. apud Bellarm. lib. 2. de Pœnit. cap. 13. Attende, inquit, quanta sit indulgentia vitalis velocitas, quanta misericordia Dei commendatio; ut confitentis desiderium comitetur venia, antequam ad cruciatum peruenias poenitentia: quid autem est confitentis desiderium, quam dilectio in Deum? Quid poenitentia cruciatus, quam peccatorum displicentia & detestatio & tamen ait, dilectionem præcedere, eamque statim comitari peccatorum veniam. Bernar. epist. 107. post med. Nemo se amari diffidat, qui samamat. libenter Dei amor nostrum, quem præuenit, subsequitur. Vnde Petrus Soto non dubitat asserere ut de fide, quod vera dilectio Dei remittat peccatum.

Ratio 1. ab absurd.

Ratio 2.

a priori.

Note.

duo actus simul ab eadem potentia naturaliter exerceri nequeunt.

Iuxta hæc conciliantur Scripturæ & Patres, qui modò nostram iustificationem tribuunt poenitentia; modò charitati: nam utraque ad iustificationem concurrit; dilectio per modum formalis dispositionis, poenitentia per modum præcepti naturaliter seruandum.

Dilectio ad iustificationem cōcurrit ut dispositio patens ut præceptum naturale.

Objeatur 1. Lucr. 7. Christus Magdalena peccata dimisit, quando protulit illa verba: remittantur ei peccata multa: ergo non statim ac illa diligere coepit: cum remissio peccatorum fuerit ei collata de praesenti, propter dilectionem elicita de præterito, ut verba, quia duxit mulierum, demonstrant.

Nego antec. cum Bellar. lib. 2. de sacra Pœnit. c. 14. non enim verba Christi fuerunt causa remissionis peccatorum; sed signum dumtaxat condonationis collatæ, & sensibilis confirmatio illius. Sicut nec illa quæ ad eandem conversus dixit: remittuntur tibi peccata tua, fuerunt causa remissionis peccatorum, cum iam illa supponerentur remissa; sed confirmatio dumtaxat collatæ remissionis.

Objectus 2. sententia affirmans, posse formalem detestationem peccatorum differri ad tempus præcepti, est probabilis; ergo licet possimus eā uti: igitur sola dilectione Dei super omnia, absque formalis detestatione peccatorum poterit peccator iustificari. Nego ultimam consequentiam: nam licet talis sententia probabilis sit, cum eā tamen considerare non potest efficax dilectio Dei super omnia, quo operatur iuxta viam certam, reliquæ probabiliti, alias non esset super omnia, hoc ipso quod, relictæ viâ certâ, exponeret se probabili periculo non diligendi Deum super omnia, non auferendo omne fundamentum etiam probabile inimicitiae cum Deo. Cū igitur nequeat peccator extra sacram iustificari, nisi per actum dilectionis Dei super omnia, sequitur, nec posse, nisi per dilectionem Dei statim imperantem formalem detestationem peccatorum.

Imò esto talis opinio sit re ipsa vera, aliunde tamen defectu dilectionis Dei super omnia ad iustificationem extra sacram requisita, quam iuxta talem opin. operando peccator habere non posset, non iustificaretur. Ex quo noua nostra sententia sumitur confirmatio: quia cū ut certum habeamus, ad iustificationem extra sacramentum requiri dilectionem Dei super omnia; & hoc considerare non possit cum opinione probabili de non statim conterendo, sequitur hanc opinionem non esse probabilem, cū nunquam posset habere effectum; quia nunquam considerare posset cum dilectione Dei super omnia, quæ ad iustificationem extra sacram. ex voluntate Dei requiritur.

In uno tantum casu posset hæc sententia habere effectum, non per se, sed per accidens: si nimirū casus vni-cessante dilectione Dei super omnia, homo non statim, sed post conscientiæ discussionem propnatur peccata detestari, & interim oppositâ sententiâ probabili persuasus, differat formalem detestationem peccatorum in tempus præcepti, tunc ex una parte supponeretur iustificatus dilectione Dei super omnia, quæ ex certa sententia elicita statim imperauit propriæ conscientiæ discussionem, & post eam formalem detestationem peccatorum: ex aliâ vero parte operando iuxta probabilem sent. de differendâ formalis detestatione peccatorum, non peccaret: ergo sic operando non amitteret gratiam acceptam vi præcedentis dilectionis Dei super omnia. Nec dici potest, hoc ipsum non statim conteri post discussionem factam, esse signum, præce-

præcedentem dilectionem Dei non fuisse super omnia; nam potuit illa esse super omnia, quia potuit statim imperare discussionem conscientiæ, & post illam detestationem peccatorum; & nihilominus potuit posteà homo cessante tali dilectione mutare sententiam operando iuxta oppositam probabilem: ita puto hominem manere iustificatum, etiam si hæc opinio recipit vera non sit, quia sufficit, ut solum secundum prudentum iudicium sit probabilis, ut homo iuxta illam operando non peccet. Ex quo sequitur, non formalem detestationem peccatorum, sed imperiū de ipsa esse necessarium ad dilectionem Dei super omnia; cum illa differri possit post diligentem conscientiæ discussionem: statim tamen sequi debet imperium de ipsa formalis detestatione peccatorum post discussionem faciendā; alioqui non esset efficax dilectio Dei super omnia.

**Dices.** ergo prima ratio ducta ab integritate actionis, quam ex suppositione quod exerceamus, integrè exercere tenemur, nihil probat. **Resp.** nego consequi. tum quia saltem tenemur integrè illam exercere, durante dilectione Dei super omnia: tum quia etiam hæc cessante, tenemur integrā actionem exercere, nisi persuadeamur opposita sententia probabili: tum quia saltem tenemur integrè illam exercere, quando omnia peccata sunt memoriarum præsentia per examen antea factum.

**Coroll. I.** Deducitur 1. peccatorem interdum iustificari per actum pœnitentiæ; nempe quando unico atque detestatur peccata propter Deum, quia tunc idem actus est charitatis, & pœnitentiæ simul; interdum per solum dilectionem formalem cum votu saltem implicito pœnitentiæ formalis exercenda in peccata, vel quæ actu occurunt, aut diligentiæ adhibitæ possunt occurtere; vel quæ inculpabiliter oblitera aliquando sunt cursura.

**Coroll. 2.** Eum qui iustificatur absque pœnitentiæ formalis defectu inculpabilis memoriarum peccatorum, teneri, cum primum ea mentem subeunt, detestari, si nullam detestationem saltem in genere de ijs habuit: *Henriquez lib. 4. de Sacram. cap. 28. numer. 4.* quia cum hoc præceptum sit naturale fundatum in natura reconciliationis, posito quod defectu inculpabilis obliuionis non fuit statim adimpletum, adimplendum est, cum primum potest: potest autem cum primum oblitera peccata mentem subeunt; nisi velut aliam opinionem sequi de differendâ detestatione peccatorum. 3. Eum, qui elicit actum dilectionis Dei super omnia, non teneri posteà ad pœnitentiæ formalem ex motiu charitatis; sed posse illam exercere ex quo quis alio motiu inferioris virtutis; quia tunc pœnitentia imperata facit unum in genere moris cum dilectione imperante. Et si opposita sententia, quæ affirmat, teneri ad detestationem formalem peccatorum, ex motiu charitatis, sic etiam probabilis, & securior; quia extra sacramentum homo tenetur ad perfectissimam pœnitentiam, quæ procedit ex motiu charitatis. 4. Pœnitentiam formalem, quando est distinctus actus à dilectione, esse tantum necessariam necessitate præcepti naturalis: quando vero non est distinctus actus, esse necessariam necessitate medij: quia quando est medij, quæ distinctus actus à dilectione, non ipsa, sed dilectio præcepti. Etio confert dispositiū primam gratiam: Ipsa vero ad summum auget, vel conseruat primam gratiam per dilectionem antecedenter collatam: quando vero non distinguitur à dilectione, ipsa simul cum dilectione confert primam gratiam: at ne-

cessaria necessitate medij sunt, quæ conferunt primam gratiam: reliqua vero, quæ vel primam collatam augent, vel conseruant, vel saltem præstant, ne nouum peccatum committatur, sunt tantum necessaria necessitate præcepti.

Ad fundamentum *Sotii* concedo, implícere dilectionem Dei diligibilis super omnia, qualis ad iustificationem extra sacramentum requiritur, sine pœnitentiæ formalis, positâ dubiâ saltem peccatorum memoriarum; nego, illam implicare, nulla occurrente memoriarum peccatorum: quia nulla virtus inclinat ad operandum, nisi iuxta connaturalem modum operandi subiecti; qui est operari ex aliquâ obiecti notitia: ergo si nulla præcedat peccatorum notitia, saltem in genere, & sub dubio, nullam tenemur peccatorum displicantiam habere.

Ad 1. *Canis*, nego, pœnitentiam formalem esse necessariam, ut unicum medium ad iustificationem; aio, suppleri posse per actum perfectum, in quo ipsa virtualiter contineatur, præferim quando defectu memoriarum peccatorum; vel opportunitatis temporis non potest formalis pœnitentia exerceri: ita Baptismus, & pœnitentiæ sacramentum sunt necessaria necessitate medij, & non tantum præcepti: quia utraque conferunt primam gratiam; cum tamen possint per alios actus suppleri, quando ea in re haberi non possunt. Nec est eadem ratio de fide, quæ, quia teste *Tridentino* *sess. 6. cap. 8.* est fundamentum, & initium salutis, nequit per alios actus suppleri: quia omnis alius actus ad salutem saltem proxime necessarius supponit fidem ut initium & fundamentum: cum enim ipsa sit cognitio obiectorum supernaturalium supponitur ad omnem actum virtutis supernaturalis qui proxime necessarius est ad salutem consequendam. Dixi proxime, ut excluderem remotas dispositiones, quæ saepe fundantur in virtutum moralium actibus supernaturalibus tantum quoad modum, qui per se notiam obiecti supernaturalis non supponunt; ut 3. *tom.* Ad 2. neg. sequela: quia cum pœnitentia formalis sit peccatori naturali iure præcepta, debet quando potest formaliter exerceri: ceterum potest interdum saluari per solum virtuale, quando formalis, defectu memoriarum peccatorum haberi non potest. Ad 3. *Resp.* posse adultum baptizatum in voto sacramenti pœnitentiæ iustificari: 1. habendo memoriam peccatorum; & tunc nequit iustificari absque formaliter detestatione peccatorum, quorum habet memoriam cum proposito ea suo tempore confitendi: 2. absque vila memoria peccatorum; & tunc non necessariò tenebitur habere pœnitentiam formalem; sed simplex dumtaxat propositum confitendi suo tempore. Quare falsa est vniuersaliter minor. Ad 4. tunc charitas sine pœnitentiâ à peccatis non iustificat, quando illam peccator habere potest, & non habet: secus quando illam habere non potest, vel defectu memoriarum peccatorum, ut *S. Tho.* docet *quæst. 87. artic. 1.* vel urgente maiori præcepto, ut in Martyrio, ut reliqui Thomistæ sentiunt.

Ad confir. 1. Nego anteced. nam martyrium actu perpessum habet aliquod priuilegium, quod non habet in voto tantum suscepit: unde non insigniuntur laueolâ, nisi actu Martyres, propter quod docet *S. Doct. 2. 2. quæst. 124. art. 4.* mortem *Mors secunda* secessit de ratione Martyrij. 2. distinguo *sæc. de ratione Martij.* consequi. si efficax voluntas martyrij sit ex perfecta charitate, & nullam habeat probabilem noti-

tiam peccatorum adiunctam, iustificabit à peccatis; sicut & martyrium, quando ipsi martyri, vel nulla occurrat memoria peccatorum; vel vrget maius præceptum de profitenda fide coram tyranno. Ad 5. Nego conseq. eiusque prob. nam fides est necessaria ut initium, & fundamentum totius spiritualis ædificij; sine quâ nullus actus potest esse acceptus saltem proximè ad salutem, cùm, ad *Hebreos* 11. *impossibile sit sine fide placere Deo*; quo pacto necessaria non est pœnitentia. Ad 6. Neg. vlt. conseq. nam sicut potest martyr iustificari per solum votum Baptismi, aut pœnitentia sacramenti, quando ea in re haberi non possunt; ita & per votum pœnitentia virtutis, quando maiori præcepto urgente, vel nullâ occurrente peccatorum memoria, in re exerceri non potest.

## S E C T I O N I V.

*Quale propositum de cætero non peccandi requirat contritio?*

**C**Atholici conueniunt, ad perfectam pœnitentiam requiri propositum de cætero non peccandi, quod definiunt *Florent.* in *decreto de sacramento pœnitentie,* & *Trident.* *sess.* 14. *cap.* 4. quia perfecta pœnitentia animum perfectè auertit à peccato; ergo non solum auertit illum à peccatis præteritis per detestationem; sed etiam à futuris per propositum melioris vitæ. Controversia est, quale debeat esse hoc propositum; an expressum seu formale; an implicitum seu virtuale, essentialiter inclusum in ipsa formalí, aut virtuali detestatione peccatorum.

**PROIMA sententia** *Caiet.* *tom.* 1. *opusc.* *tract.* 4. *quest.* 1. §. *quoad secundum*, *Sotii* in 4. *dist.* 15. *quest.* 1. *art.* 2. §. *sed nihilom.* *Canis* *relect.* *de sacram. pœnitentia* in 1. & 2. *concl.* *Bellar.* *lib.* 2. *de pœnitentia* *cap.* 6. & 7. requirentium propositum formale; adeò, vt oppositam sententiam aliqui apud *Veg.* 13. in *Trident.* *cap.* 21. appellent errorem perniciosum. 1. Quia contraria sententia est contra antiquos Scholasticos, qui omnes ad perfectam pœnitentiam requirunt propositum de cætero non peccandi: vt *Alens.* 4. *p. quest.* 17. *memb.* 3. *art.* 9. §. 2. *Bonau.* in 4. *dist.* 14. in 2. *p. dist.* 5. *dub.* 4. *circa text.* *S. Thom.* 3. *p. quest.* 85. *art.* 3. & 5. & *quest.* 86. *art.* 2. & 87. *art.* 1. *ad* 1. & *quest.* 90. *art.* 4. & 3. *cont. gent.* *cap.* 158. & in 4. *dist.* 17. *quest.* 2. *art.* 1. *quest.* 1. & 2. *ad* 4. *Scotus* in 4. *dist.* 14. *quest.* 4. *ad* 2. *Durand.* *quest.* 2. *Palud.* *quest.* 1. *art.* 1. quin *Magister* in 4. *dist.* 14. *cap.* 1. ex *Ambros.* *August.* *Gregor.* pœnitentiam definit virtutem, quâ commissa mala cum emendationis proposito detestamur: & quod caput est, *Florent.* & *Trident.* contritionem definiunt per huiusmodi propositum de cætero non peccandi. Nec possunt, inquit *Bellar.* intelligi de proposito implicito: quia cùm hoc contineatur in detestatione peccati, superfluum fuisset, iterum in definitione contritionis addere, in quâ principaliter tale propositum continetur: 'Declarat *Sancta Synodus*, hanc contritionem non solum esse cessationem à peccato; sed vita nona propositum, & inchoationem. 2. Quia est contra *Ezechiel*. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & custoderit omnia præcepta mea &c. & in fine, projicite à vobis omnes pranaricationes vestras, & facite vobis cor nonum, & spiritum nonum: *Amos* 5. *Odite malum, & diligite bonum.* Ad *Ephes.* 4. *Deponite veterem hominem, & induite nonum.* In quibus præter detestationem vita præteritæ, semper additur propositum nouæ

vita: Ratio 1. perfecta pœnitentia, teste *S. Thoma* 93. 1. 2. *quest.* 113. *art.* 5. est motus, quo anima per gra- *Prob.* 3. tiam mouetur à statu peccati ad statum iustitiae, *rationib.* 4. iuxta illud: *declina à malo & fac bonum:* hic au- tem includit recessum à malo per detestationem vita prioris; & accessum ad bonum per deside- rium, & propositum vita melioris. Confirm. prin- *Conform.* cipalis finis pœnitentia, est emendatio vita; ergo in eâ principalius includit propositum vita me- lioris: ergo sicut in eâ detestatio vita prioris in- cludit formaliter; ita & propositum vita melio- ris. 2. Perfecta pœnitentia includit obedientialem *Ratio 2.* dilectionem Dei: ergo formale propositum de cæ- tero non peccandi: quia obedientialis dilectio in- cludit promptam, & efficacem voluntatem in om- nibus Deo placendi: ergo formale propositum exequendi diuinam voluntatem, & amplius non transgrediendi eius præcepta. 3. ex *Alens.* non est *Ratio 3.* vera virtus, quæ non importat firmum proposi- tum perseverandi in futurum: ergo non est vera pœnitentia, quæ non importat firmum proposi- tum de cætero non peccandi. 4. Formale obie- ctum pœnitentia est compensatio diuinæ offen- *Ratio 4.* sæ: sed hæc includit voluntatem exequendi diu- na præcepta: ergo voluntas non peccandi de cæ- tero est essentialis pœnitentia. Minor prob. of- fensa compensatur per exhibitionem honoris, & obsequij offenso debiti; sed hic honor & obse- quium maximè Deo præstatur per obseruantiam præceptorum: ergo expressa voluntas exhiben- di Deo honorem per obseruantiam præceptorum, est de ratione pœnitentia; quia obiectum formale debet à virtute expresse intendi; nam virtus ex *Aristot.* debet esse propter ipsam hone- statem.

**SECVNDA Majoris** in 4. *dist.* 14. *quest.* 1. *inie.* *Argent.* *dist.* 17. *quest.* 1. *art.* 1. *ad* 3. *Med. cod.* de pœ- nitentia *tract.* 1. *quest.* 3. §. *ad alind.* *Vega* in *Trident.* *lib.* 13. *cap.* 21. & 22. *Valent.* *disput.* 7. *quest.* 8. de con- trit. *punct.* 1. *Petri Sotii lect.* 17. *de perfectione contrit.* fine, *absolutè affirmantium*, sufficere propositum virtuale inclusum in detestatione peccatorum, vel obedientiali dilectione Dei, licet *Maior* putet op- positam sententiam esse tutiorem; addit *Vega*, & communem, populoque suadendam. Fundam. tam detestatio præteritæ vita, quam obedientia- lis dilectio Dei, quam includit perfecta pœnitentia, essentialiter dicit hoc virtuale propositum de cætero non peccandi: alioqui simul stare posset efficax dilectio Dei super omnia, & detestatio pec- catorum, vt offensa Dei sunt, cum voluntate pec- candi de futuro, quod implicat: At hoc sufficit ad iustificationem: 1. quia per hoc animus perfe- ctè conuertitur ad Deum, & auertitur à peccato; 2. quia hoc & non aliud exigit *Scriptura*, quod sa- nè debuisset explicare, si illud ad iustificationem esset necessarium: sicut explicat dilectionem, & pœnitentiam. Vnde in celebri illâ iustificatione Davidis nulla mentio fit huius propositi; sed statim exclamanti, *Peccavi*, subiungitur à Nathan: *Dominus quoque transtulit peccatum: in his enim tri- bus syllabis, Peccavi* (inquit *August.* *homil.* 41. *de temp.*) *flamma sacrificij coram Domino ascendit in cælum:* 3. quia aliás sequeretur, quod si quis præ- terita peccata ex vehementi amore Dei detestans statim moreretur, gratiam non esset consequitu- rus: quod alienum est à misericordia Dei, qui di- ligentes se diligit.

**TERTIA** sententia media *Richardsi* in 4. *dist.* 17. *art.* 1. *quest.* 1. *ad* 4. *Palati* *dispt.* 1. §. *porrò autem, Na-* *3. Sentent.* *narri in summa cap.* 1. *num.* 10. *Henrig. lib.* 4. *de Sa-* *cramentis*

tramentis cap. 24. Suar. disp. 4. sect. 3. Vasquez in quest. 86. art. 2. dub. 4. Nugnez in addit. ad 3. part. quest. 1. artic. 1. dub. 4. & 5. afferentium, expressum propositum de cetero non peccandi per se quidem esse necessarium, quando illius memoria mentem subit; per accidens tamen, defectu considerationis aut temporis, sufficere virtuale & implicatum.

Dico 1. expressum propositum cauendi peccata in futurum, non est semper necessarium ad iustificationem: patet in casu naturalis obliuionis, aut inuincibilis ignorantiae, vel temporis defectu; in quo aut futura peccata mentem non subeunt; aut inuincibiliter quis ignorat tale propositum obligare; aut deest tempus ad illud formandum: at verisimile non est, in his casibus, si peccator alias fecerit, quantum in se fuit, detestando efficaciter præteritam vitam ex motu charitatis, non iustificari: Nam in his casibus defectus formalis propositi non posset ad culpam imputari, & alioqui peccator nihil omittere eorum, quæ probabiliter iudicaret esse necessaria ad iustificationem. Vnde nec talis effectus minueret perfectionem pœnitentiaz: quia nulla virtus minui potest defectu circumstantiaz, quæ non est in potestate operantis: cùm tota perfectio virtutis consistat in actu libero voluntatis.

Dico 2. extra hos casus, quando per tempus licet, & cum detestatione præteritæ vitæ, subit memoria futuræ; & non impedit inuincibilis ignoratio, aut naturalis obliuio talis propositi, illud est necessarium; non quidem ut medium, & dispositio ad iustificationem; sed ut præceptum naturali iure coniunctum cum detestatione præteritæ vitæ. Hanc probant rationes prima sententiaz. Fundam. subeunte memoriam præceptorum, aut deliberationis futuræ vitæ, nequit amor Dei, si sit obedientialis, & efficax, qualem poscit perfecta pœnitentia ad iustificationem requisita, cohære, quo minus voluntas expressè proponat mutationem melioris vitæ per præceptorum obseruantiam, & fugam omnium peccatorum: tum ut satisfaciat Deo per exhibitionem honoris, & obsequijs debiti, quam satisfactionem postulat perfecta reconciliatio: tum quia non minus dispiacent Deo peccata futura, quam præterita; ergo. Sicut non potest amor non expressè detestari peccata præterita, quæ menti occurrunt; ita non potest non efficaciter proponere præcauere futura, si mentem subeant. Tandem cùm probabile, & tuus sit, tale propositum, sive ut medium; sive ut præceptum ad iustificationem requiri, ne efficax dilectio Dei exponat se probabili dubio omittendi, quod necessarium est, statim voluntatem excitat ad tale propositum, ad quod si non excitat, sifnum est à posteriori, dilectionem non esse efficacem; proinde nec sufficientem ad iustificationem; ac in hoc sensu verum est, propositum expressum cauendi peccata in futurum, cùm mentem subeunt, esse necessarium, non quod per ipsum formaliter disponamur ad iustificationem: sed quia sine ipso dilectio Dei, per quam formaliter ad iustificationem disponimur, non est sufficiens.

Deducitur, propositum formale de cetero non peccandi non esse de essentiâ contritionis, prout hæc ad iustificationem disponit; sed ad summum esse proprietatem naturaliter consequentem, quando adsunt omnia requisita, defectu quorum interdum potest impedi, manente integra dispositio contritione, ne ad iustificationem.

Tom. VIII. De Sacramentis.

*Nulla virtus minui potest defectu circumstantia non libera.*

101.

Ad 1. primæ, nego, nostram sententiam esse contra Scholasticos: nam etsi ferè omnes propositum requirant; non tamen explicant, an illud requirant virtualiter, an formaliter, an ut medium, an ut præceptum: vnde æquè possunt intelligi pro nostra, ac pro opposita sententia: quin multi pro secunda sententia citati solum loquuntur de proposito formalis, quando subit in memoria præceptorum, vel deliberatio futuræ vitæ. Concilia autem, & Patres meritò docent, in contritione includi propositum de cetero non peccandi: quia hoc regulariter, & ferè semper in iustificatione peccatoris interuenit: nec laborant, an hoc requiratur essentialiter, an connaturaliter: num separari interdum possit, an non: cùm enim doctrinam tradant de rebus ad salutem necessarijs, ea tantum docent, quæ regulariter vera sunt, & certa moraliter. Definitio verò Magistri vel intelligenda est de proposito virtuali, essentialiter inclusa in detestatione peccatorum, vel de formalis naturaliter consequente. Ad Scripturam, dico, nullibi hoc propositum requirere; sed solum vitæ emendationem; *Ad scripturam.*

104.

Ad 1. rationem distingu. minor de accessu ad bonum per propositum virtuale, vel formale; non est autem contritioni essentialis, ut semper ad bonum accedat per propositum formale; sufficit enim si ad illud accedat per propositum tantum virtuale. Ad confirm. concedo, pœnitentiam æquè principaliter respicere detestationem vitæ præteritæ, ac emendationem futuræ, ex Trident. Nego tamen, utramque æquè proximè respicere: nam retractatio vitæ præteritæ respicitur proximè; Emendatio futuræ, remotè. Quo sit, ut post *Pœnitentia* tūs detestatio præteritæ, quām propositum futuræ requiratur expressè: quia potest remotum virtualliter intendi in proximo; sicut per electionem *detestatio nom pœnitentiæ* respicit proximè, emendationem *zim*, emendationem *vite futura* expressiū intendit medium; quām finis, licet principalius per eam intendantur finis; quām medium intendit proximè, finis remotè. Ad 2. nego conseq. ad prob. dico, id tantum esse verum, quando conscientia stimulat de dispositione futuræ vitæ. Ad 3. resp. ad id sufficere propositum virtuale essentialiter inclusum in actu firmo, ac stabili virtutis. Ad 4. concedo, compensationem diuinæ offensæ esse obiectum formale pœnitentiaz, tamque non solum includere voluntatem excendi diuina præcepta, sed etiam detestandi peccata commissa; nego tamen, actum pœnitentiaz semper expressè intendere, quidquid est in obiecto formalis, defensu temporis, vel considerationis; neque ad quemlibet *virtus intentio* omnem virtutis essentialiter spectat, ut expressè intendat omnem honestatem, quæ est in suo obiecto formalis; sed sufficit si intendat aliquam, ex quâ obiecto formalis, censeatur intendere reliquias.

105.

106.

107.

108.

109.

Argumenta secundæ, quatenus ostendunt, interdum sufficere solum propositum virtuale, confirmant nostram: quatenus verò probant, nunquam requiri propositum formale, remanent soluta ex iacto principio: quia alioqui non salvatur efficax, & obedientialis dilectio Dei, quam perfecta pœnitentia requirit.

110.

## SECTIO V.

An contritio necessariò cadat super omnia peccata memoriae præsentia?

111. 1. Sentent. PRIMA sententia negativa. *Medina cod. de Pa-*  
*nitentia tratt. 1. quast. 12. §. occurrit.* Docet enim, posse peccatorem non solum verè; sed etiam fructuose dolere de uno peccato propter Deum summè dilectum, absque eo, quòd doleat de reliquis actu memoriarum occurrentibus, ita ut per talum actum consequatur fructum pœnitentiarum, qui est remissio omnium peccatorum.

112. Prob. 1. possumus verè, & meritorie diligere Deum super omnia, etiamsi de peccatis memoriarum occurrentibus actu non conteramur: patet, si diligamus tempore, quo non tenemur pœnitere formaliter; quia cum hoc sit præceptum affirmatum, non obligat ad semper: ergo dabile est tempus, pro quo non tenemur pœnitere de peccatis: ergo possumus tunc diligere Deum super omnia, non pœnitendo actu de peccatis; sed tantum in voto, habendo propositum dolendi suo tempore: sed tunc consequemur gratiam, & remissionem omnium peccatorum, etiamsi actu de illis non doleamus; ergo eandem remissionem consequemur, si cum tali dilectione doleamus de uno, & non de reliquis actu; sed tantum virtute. Minor prob. sola dilectio Dei obedientialis super omnia, sine formali pœnitentiā tempore, quo ista non obligat, sufficit ad iustificationem: sed per hoc, quòd cum tali dilectione connectatur formalis pœnitentia unius tantum peccati, non minuitur efficacia dilectionis: ergo nec fructus ipsius. 2. Nulla est connexio, vel inter dilectionem Dei, & actualē dolorem omnium peccatorum; vel inter actualē dolorem unius peccati, & reliquorum: ergo diligendo Deum, non necessitamus dolere de peccatis; nec dolendo de uno, dolere de omnibus. Anteced. prob. neque hæc connexio oritur ex aliquo præcepto: quia supponimus pro tunc nullum esse; neque ex vi dilectionis obedientialis: quia hæc non necessitat ad detestanda peccata, nisi tempore præcepti; nec dolor unius peccati est conexus cum dolore omnium; sicut complacencia unius non est necessariò connexa cum complacencia alterius.

114. 2. Sentent. SECUNDA S.Thom. 3.p. quest. 86. art. 3. Sotii in 4. dist. 15. quest. 1.art. 3. *Cordub.lib. 1. Tholog. quest. 15.* & communis, negantium posse veram contritionem cadere in unum, quin cadat super omnia peccata; & multò minus posse peccatorem iustificari per dolorem unius, & non aliorum peccatorum. Triplex potest esse de hæc re controversia; 1. An contritio, quæ contritio est formaliter, cadere possit super aliquod mortale, quin simul cadat super omnia memoriarum præsentia. 2. An saltem aliquis actus charitatis elicitus ex motu incrementarum bonitatis, detestari possit unum mortale, quin simul detestetur reliqua; 3. An talis actus esset sufficiens ad iustificationem, & remissionem omnium peccatorum, vel saltem illius, quod propter Deum detestatur.

115. Triplex controver. DICO 1. Implicat, vt contritio, quæ contritio est formaliter, detestetur unum mortale, quin simul detestetur omnia. Fundamentum: contritio, vt contritio formaliter, detestatur peccata propter Deum ultimum finem super omnia dilectum:

ergo implicat vt detestetur unum mortale, quia simul detestetur omnia. Anteced. colligitur ex ipsa contritionis natura, quam nobis diuina oracula, Concilia, & Patres passim tradunt. Vnde August. vel Author. lib. de verâ & falsâ pœnitentia cap. 17. cohtitionem appellat, conversionem, ad differentiam versionis: eo quod per contritionem peccator perfectissimè conuertatur ad Deum. Veretur, inquit, à peccato, qui iam vult dimittere peccatum: conuertitur, qui iam totus, & omnino vertitur: qui iam non tantum pœnas non timet: sed ad bonum Domini contendere festinat: & lib. de natura cap. 42. charitatem appellat, verissimam, plenissimam, perfectissimamque iustitiam: quia nimirum hominē adæquate, ac perfectissimè in Deum conuertit. Et Trident. sess. 6. cap. 6. contritionem describens, illam, ait, esse odium, & detestationem peccati originatam ex dilectione Dei fontis. omnis iustitiae. Et quod caput est, illam nobis descripsit Deus ipse in præcepto charitatis de diligendo Deo, Deuteronom. 6. quam postea confirmavit Christus Matth. 22. Marci 12. Luca 10. Dileges, inquit, Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni gero Deum super omnia tua. Quid autem est Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, ex omni mente, quæ Deum diligere super omnia? cum igitur contritio sit actus procedens ex hac dilectione nobis à Deo præscripta, erit actus omnium perfectissimus, quem potest viribus gratiarum homo in hæc vitæ elicere: ac proinde est actus tendens in peccatum propter Deum super omnia dilectum. At si per contritionem homo detestatur peccatum propter Deum super omnia dilectum, implicat cum contritione retinere affectum, & complacentiam ad aliquod mortale: nam hoc ipso non ferretur in peccatum detestandum propter Deum super omnia dilectum; siquidem non detestaretur illud propter Deum dilectum supra illam creaturam, cuius complacentiam & affectum præferret complacentiarum & dilectioni Dei: nam hoc ipso, quod retineret affectum ad aliquod mortale, talem affectum interpretatiè præferret perfectiori dilectioni, quam de eodem Deo habere posset, amando illum supra talem complacentiam, quam de peccato retinet.

Præterea, cum contritio detestetur peccatum propter Deum ut amicum, repugnat, non detestari omnia mortalia, cum quodlibet mortale impedit amicitiam diuinam: nam offendit grauius Deum, ac proinde eius amicitiam erga nos dissoluit: ergo propter quodlibet mortale Deus manet grauius offensus, & inimicus nobis; ergo manente affectu & complacentia ad unum mortale, manet gravis offensa contra Deum, & consequenter fundamentum inimicitia, tam nostri ad Deum, quam Dei ad nos: Ergo implicat, peccatorem per actum contritionis velle Deum ut amicum sibi; & tamen retinere affectum ad aliquod mortale: nam simul vellet illum ut amicum, quatenus ad illum tenderet ex motu perfectæ amicitia; & non vellet illum ut amicum; sed potius ut inimicum; quatenus non tolleret proximum fundamentum, ex quo necessariò resultat mutua inimicitia tam nostri ad Deum; quam Dei ad nos: cum implicit, Deum odio inimicitia non ferri in peccatorem ratione peccati, cum nec possit Deus esse suspensus erga aliquod obiectum creatum; nec in peccatore ferri amore amicitia. Confirm. vt infra, per actum detestantium unius tantum peccati, & non aliorum, homo non potest iustificari: igitur per talem

talem actum non poterit habere Deum ut amicum sibi.

118. Ad hanc nostram rationem reducitur fundamentum, quo S. Thom. 3. p. quast. 86. art. 3. probat, contritionem non posse cadere in unum mortale, quin simul cadat super omnia: quia vera contritio peccatum detestatur ut offensum Dei super omnia dilecti: & consequenter nequit detestari unum, quin detestetur cetera: cum omnia sint offensia Dei, & opponantur dilectioni super omnia.

119. Insurgit Medina cit. nō quia offensum Dei, denotare potest, vel solam causam dolendi sine qua non; vel formale motuum. Ceterum licet qui de peccatis dolet, quia sunt offensia Dei secundo modo, non possit dolere de uno, quin doleat de omnibus; potest tamen dolere de uno, quin doleat de omnibus primo modo: quia tunc ratio dolendi adaequata & præcisa nō est, quia sunt offensia Dei, sed quia voluntas pro sua libertate vult haec potius detestari, quam alia. Confirm. licet omnia mysteria fidei sint credibilia propter eandem autoritatem diuinam, possumus tamen nunc credere unum mysterium, non credendo omnia; quia non teneor nunc omnia credere: ergo pariter, quia non teneor nunc omnia peccata detestari, possum detestari unum, & non alia. Resp. non posse contritionem ferri in peccata, ut offensia Dei, ut propter conditionem sine qua non, & non ut propter motuum formale. Ratio: nullus actus elici potest sine suo motiuo formalis expressè volito, ac intento: cum propter illud in cetera obiecta tendat: at motiuum formale contritionis sunt peccata ut offensia Dei, ut amici super omnia dilecti: ergo implicat detestari illa ut offensia Dei, solum ut propter conditionem sine qua non, & non ut propter motiuum formale: nam hoc esset tollere motiuum formale contritionis, & consequenter contritionem ipsam, quæ absque suo motiuo formalis consistere non potest.

120. 121. Peccata ut offensia Dei ut amici super omnia dilecti, non sunt conditio finis qua non elicere tur contritio. Cur crediti unum fides articulum non credit omnes relis. quos att. Ad confirm. neg. conseq. quia reliqua mysteria fidei actu simul non credita non opponuntur formalis motiuo actus fidei, quo fidelis unum tantum mysterium credit: at verò reliqua peccata actu simul non detestata opponuntur formalis motiuo contritionis: & consequenter non possunt reliqua peccata actu non detestata simul stare cum motiuo formalis contritionis: possunt autem simul stare cum motiuo formalis actus fidei cetera mysteria actu simul non credita. Ratio autem, cur reliqua mysteria fidei actu simul non credita, non opponantur motiuo formalis actus fidei, est: quia motiuum formale actus fidei non est auctoritas diuina actu mouens ad credendum omne obiectum à Deo repelatum: unde in sua ratione formalis non dicit, quod simul debeat actu mouere ad omnia mysteria reuelata: motiuum verò contritionis, cum sit peccatum detestabile propter Deum summè dilectum, in sua ratione formalis includit, ut debeat voluntatem peccatoris actu mouere ad detestandum omne peccatum; alioqui peccatum non detestaretur propter Deum summè dilectum: sicut unum mysterium fidei creditur propter auctoritatem Dei reuelantis, etiamsi actu simul non credantur reliqua mysteria: cum reliqua mysteria ut simul actu credita non sint necessariò inclusa in formalis motiuo credendi unum mysterium: ut omnia mortalia simul actu detestata includuntur in motiuo formalis detestandi unum peccatum propter Deum super omnia dilectum.

122. Dico 2. Potest peccator actu aliquo charitatis elicio ex motiuo alicuius perfectionis diuinæ Tom. VIII. De Sacramentis.

detestari unum peccatum, quin simul eodem actu detestetur cetera: hoc sensu veram puto sententiam Medina: quia non repugnat, peccatorem moveri ad detestandum unum peccatum propter peculiarem oppositionem cum aliquo attributo, & perfectione diuinâ: quia potest peccator, motus ex peculiari affectu erga sanctitatem diuinam, detestari peccatum blasphemiz, propter peculiarem oppositionem, quam habet cum tali attributo, non detestando reliqua peccata intemperantiz, vel iniustitia contra proximum, quæ talis oppositionem non habent: Quod autem talis actus, sit charitatis, licet imperfectus & inadæquatus erga Deum, clarum est: quia pro motiuo formalis habet increatam sanctitatem Dei, propter quam immediate mouetur ad detestandum peccatum blasphemiz, ut peculiariter oppositum huic perfectioni diuinæ. Confirm. sicut non repugnat, peccatorem ex motiuo charitatis moueri ad eliciendos actus imperfectos & inefficaces erga bonitatem Dei: ut sunt actus simplicis & inefficacis displicientia peccatorum, quatenus offensæ Dei sunt: ita non repugnabit; ex motiuo alicuius perfectionis diuinæ efficaciter moueri ad detestandum unum peccatum, propter peculiarem oppositionem cum tali perfectione diuinâ, non detestando cetera, quæ cum eadem perfectione diuinâ peculiarem oppositionem non habent.

Obijcies 1. Implicat esse actum charitatis absque suo motiuo formalis: sed motiuum formale actus charitatis est Deus super omnia diligibilis: ergo implicat esse actum charitatis, qui non detestatur omnia peccata mortalia. Resp. disting. minor. motiuum actus perfectæ charitatis, est Deus super omnia diligibilis, concedo: motiuum actus alii. cuius imperfectæ charitatis, est Deus super omnia diligibilis, nego. Est enim motiuum charitatis virtualiter diuisibile: unde potest creatura moueri propter illud inadæquate sumptum. Etenim sicut propter idem motiuum potest creatura moueri ad detestandum unum mortale propter notabilem offensam, & peculiarem oppositionem cum aliquo attributo diuino, non detestando reliqua mortalia, quæ tam notabilem offensionem, & peculiarem oppositionem cum tali attributo diuino non habent. Esto igitur actus charitatis perfectæ, & adæquate sumptæ sit Deus super omnia diligibilis, etiam supra omnem affectum, & complacentiam ad quodcumque peccatum etiam veniale: motiuum tamen charitatis imperfectæ, & inadæquate sumptæ potest esse Deus diligibilis, vel secundum unam tantum perfectiōnem; vel simplici dumtaxat affectu, & inefficaciter.

Obijcies 2. Motiuum fidei, & spei est indiuisibile: ergo etiam charitatis; cum omnes sint virtutes Thologicæ, habentes pro obiecto immediato Deum. Anteced. quoad fidem prob. implicat, fidelem obiectum credere propter auctoritatem diuinam, & illud non credere propter auctoritatem diuinam adæquate mouentem, alioqui dari posset unus actus fidei diuinæ certior, & infallibilior altero. De spe etiam prob. obiectum spei est Deus, ut beatificatiuus nostri: est autem Deus beatificatiuus Car. motiuus nostri secundum omnes perfectiones, quas in se in-fidei sit includit. Resp. neg. conseq. quoad motiuū fidei; quia diuinabile, mouet ut prima veritas, summè infallibilis: id non charitatis diuinabile.

posset, nisi adæquate moueret secundum utramque rationem, & vt infallibilis in cognoscendo, & vt infallibilis in dicendo: nam quævis ratio, vt infallibiliter moueat, necessariò pendet ab aliâ: cùm nec possit mouere vt summè infallibilis in dicendo, quin etiam moueat vt summè infallibilis in cognoscendo; nec contrà: quia licet possit esse summè infallibilis in cognoscendo quoad sc̄; posset tamen non esse summè infallibilis respectu nostri, nisi etiam moueat vt summè infallibilis in dicendo. Motiuum autem charitatis est Deus, vt diligibilis secundum suas perfectiones, quæ quia virtualiter saltem, & quoad nos diuersæ sunt, potest diligi vñā perfectione, & non aliâ, adhuc manente motiuo saltem inadæquato charitatis, nempe Deo ipso diligibili aliquâ perfectione ipsi intrinsecâ: item motiuum fidei, vt moueat intellectum ad assensum præbendum, non pendet ab intellectu limitante ipsum motiuum, cùm sit potentia necessaria, quæ à suo motiuo mouetur, quantum motiuum ipsum mouere potest: motiuum autem charitatis pendet in mouendo voluntatem, saltem in hâc vita, à libertate voluntatis, à quâ limitari potest, vt non moueat, quantum de se aptum est mouere. Quoad spem verò est eadem ratio, quæ de charitate. Nam sicut possumus diligere Deum vñā perfectione, & non aliâ: ita possumus sperare, nos beatificandos potius vñā perfectione diuinâ, quâm aliâ; exempli gr. potius diuinitate, quâm personalitate.

Motiuum  
speci diuisibile  
charitatis.

127.

*Objicies* 3. omnis actus charitatis tendit in Deum diligibilem vt amicum: ergo implicat aliquem à etiâ charitatis compati secum complacentiam ad mortale: quia omnis complacentia ad mortale tollit amicitiam Dei, & consequenter motiuum formale charitatis, quod est Deus diligibilis vt amicus. Antec. prob. omnis actus charitatis debet participare motiuum sui habitus: sed motiuum habitus charitatis est Deus diligibilis vt amicus. Resp. omnis actus charitatis tendit in Deum diligibilem vt amicum propter sc̄, concedo; vt amicum nostrum, nego. Etenim possumus velle bonum amico, & detestari malum propter amicum; 1. propter bonum amici; 2. propter ipsum amicitiam erga nos, vt sit, & maneat noster amicus. Ceterum etiâ utrumque sit motiuum amicitiae; amicus enim & vult bonum amico propter amicum, & vult illum habere sibi amicum: primum tamen est motiuum magis proprium amicitiae, & separabile à secundo, quod sit magis proprium, patet: quia magis attendit ad bonum amici, quod primariò exigit lex perfectæ amicitiae: amicitia enim amici erga nos magis spectat bonum nostrum, quâm bonum amici. Quod sit separabile à secundo, prob. possumus velle bonum amico propter bonum amici, etiamsi sciamus, ipsum nolle esse nostrum amicum, vt non infreuenter accidit inter homines, vt sape unus amet alium amore amicitiae, velit que illi omnia bona propter amicum, etiamsi sciat, ipsum non esse sibi amicum. Poterit igitur peccator velle bonum Deo, velle detestari aliquod malum propter Deum, & consequenter illum prosequi amore amicitiae, esto nolit efficaciter illum habere vt amicum. Ex his patet ad utramque conseq. nam complacentia ad peccatum solùm tollit motiuum amicitiae Dei erga nos; non motiuum amoris amicitiae propter Deum, qui est amor terminatus ad Deum propter bonum Dei. Patet etiam ad prob. anteced. quia cùm utrumque sit motiuum habitus charitatis, & quidem primum magis proprium, quâm secundum, talis actus parti-

128.  
Distinguo  
anteced.

Velle bonum  
amico propter  
amicitiae est magis  
proprium  
motiuum  
amicitiae.

129.  
Cum com-  
placentia  
peccati sit  
motiuum  
charitatis.

cipabit proprium motiuum sui habitus, licet non adæquate.

Dico 3. Actus, quo peccator detestatur vnum mortale, vt specialiter oppositum cum aliquo attributo diuino, non detestando cetera, non est sufficiens, ne quidem cum sacramento ad iustificationem: Fundam. I. ad iustificationem etiam in Fundam. sacramento requiritur ex parte peccatoris actus duplex. efficaciter reconciliatus: non enim est dignus reconciliatione cum Deo, qui ad reconciliationem accedit absque animo efficaciter se cum Deo reconciliandi: sed talis actus non est efficaciter reconciliatus: tum quia non excludit affectum ad peccatum, vt requirit Trident. sess. 14. cap. 4. in attritione, vt sit sufficiens dispositio cum sacramento pœnitentiae ad gratiam consequendam: tum quia actus efficaciter reconciliatus tollit omnia impedimenta, etiam probabilita, ad reconciliandum peccatorem cum Deo: sed peccata non detestata saltem probabiliter sunt impedimenta ad reconciliandum peccatorem cum Deo: quæ reconciliatione requirit perfectam conuersionem peccatoris cum Deo, iuxta illud Zachar. I. & Ioel. 2. *Conseruatin ad me in tecto corde vestro, & ego conservar ad vos: tum quia qui vnum tantum peccatum detestatur non exhibet integrum, & perfectam satisfactionem Deo, & consequenter non est dignus ipsius reconciliatione & amicitia.* 2. Implicat in Fundam. 2. meâ sententiâ remitti peccatum absque præviâ retractatione ex parte peccatoris, & infusione gratia ex parte Dei, quæ essentialiter pugnat cum quolibet mortali: ergo implicat, vel cum peccato detestato remitti etiam reliqua non detestata; aliás reliqua non detestata remitterentur absque peccatoris retractatione; vel tantum remitti peccatum detestatum, non remissis reliquis non detestatis, & sic gratia habitualis, per quam illud remitti deberet, maneret cum reliquis peccatis non remisis; vt 3. tom. disp. 32. sect. 2.

130.  
Contra Me-  
dium.

Infertur, quod si huiusmodi detestationes multiplicarentur iuxta numerum peccatorum, per illas posset peccator, etiam extra Sacramentum iustificari. Fundam. vt supponitur, omnes istæ peccatorum detestationes sunt ex motiuo charitatis propter Deum dilectum ob varias ipsius perfectiones, & attributa: ergo sunt actus charitatis: ergo si aliunde adæquant omnia peccata, erunt sufficiens dispositio etiam extra Sacramentum ad iustificationem, cùm ad hoc aliud non requiratur, quâm vt omnia peccata quis detestetur propter Deum ex charitate super omnia dilectum: ac licet quiuis actus seorsim acceptus non esset, omnes tandem simul sumpti essent detestatio propter Deum super omnia dilectum: nam omnes simul æquivalerent vni cadenti super omnia peccata. Confirm. singulæ attritiones conceptæ ex singulis prauitatisibus peccatorum, si multiplicentur iuxta numerum peccatorum, sufficiunt ad iustificationem in Sacramento: ergo singulæ detestationes conceptæ contra singula peccata ex motiuo charitatis, vt offensiva sunt peculiarium perfectionum Dei, si multiplicentur iuxta numerum peccatorum, sufficient ad iustificationem extra Sacramentum.

Ad 1. primæ, nego anteced. ad prob. nego, nos posse diligere Deum super omnia dilectione perfectæ amicitiae, etiam extra tempus præcepti ab illo formaliter detestatione omnium peccatorum memorizæ occurritum: nec sufficit detestatio virtualis, quando commode haberi potest formalis; nam efficax dilectio Charitatis, cùm sit affectus perfectæ amicitiae in Deum super omnia, non patitur secum com-

131.  
Ad arg. 1.  
sentens.

complacentiam, super vllum mortale; nam hoc ipso non esset dilectio super omnia. Ceterum eti non semper teneamur omnia peccata detestari, nisi tempore suo; tamen ex suppositione, quod conterimus, & Deum super omnia diligimus, tenemur omnia detestari; tum ob connexionem inter contritionem, dilectionemque Dei obedientiale, & detectionem omnium peccatorum; tum ob connexionem inter iustificationem, & detectionem eorumdem, quando commodè haberi potest, eo quod implicat efficax, & obedientialis dilectio Dei, sine virtuali proposito detectandi omnia peccata, cum primum possunt. Ad 2. nego anteced. ad prob. dico, connexionem hanc inter efficacem dilectionem Dei super omnia, & detectionem omnium peccatorum, ori ex naturâ dilectionis Dei super omnia, quæ hoc ipso, quod est super omnia, non patitur secum complacentiam ad aliquod mortale; nam hoc ipso non esset super omnia: quia non esset super complacentiam illius peccati, quam adhuc retineret; ori etiam ex dolore vnius peccati cum dolore aliorum, non simpliciter, sed ratione motui, in quo nictitur dolor perfectæ contritionis; quia scilicet sunt offensionia Dei ut nostri amici; ac summè dilecti, quæ ratio non militat in complacentia vnius respectu aliorum; quia possum complacere in uno, & non in alijs ob peculiarem delectationem, quæ repertur in uno, & non in alijs; sicut possum ob peculiarem turpitudinem dolere de uno peccato, & non de alijs; non tamen dolore perfectæ contritionis.

## SECTIO VI.

*An contritio debeat esse de omnibus mortaliibus distinctè recognitatis, an tantum confusè cognitis.*

1. *Sentent.* PRIMA sententia affirmat de singulis peccatis singulas esse contritiones habendas: *Lodulp.* 1. parte vita Christi cap. 20. *Palud.* in 4. dist. 17. quest. 1. art. 2. *fauet S. Thom.* in 4. disp. 17. qua. 2. art. 2. quest. 6. & dist. 21. in *exposit.* *Text. vlt.* & *Catechismus de Sacra pœnit.* §. maxime. Fundam. *Palud.* magis tenemur ad habendam contritionem, quam confessionem de peccatis; nam à contritione nulla necessitas excusat, cum sit in solâ potestate nostrâ; at tenemur omnia, & singula in particulari confiteri; ergo & de omnibus & singulis conteri: Eundem enim modum debemus interius per contritionem habere, quem foris per confessionem gerimus: quia confessio est signum interioris doloris. Confirm. graues morbi speciales requirunt medicinas: ergo & graues culpas speciales poscunt detectiones. Eandem sent. approbare videtur *Gabriel.* in 4. dist. 16. quest. 1. art. 3. dub. 2.

2. *Sentent.* SECUNDA negat requiri plures contritiones singulorum peccatorum, aut distinctam recognitatem, & examen culparum, in quas distinctè feratur contritio; sed sufficere unam cadentem super omnes confusè, & in generali tantum cognitas: quin interdum sufficere contritionem de uno tantum peccato ex vniuersali motu virtualiter se extende ad reliqua inuincibiliter ignorata, aut naturaliter oblita, de quibus tamen tenemur confiteri saltem generaliter, cum illorum recordamur: *Maior.* in 4. disp. 17. quest. 3. *Argent.* quest. 1. art. 2. *Palat.* disp. 3. *Caiet.* 3. p. quest. 87. art. 1. & tom. 1. opus. tract. 4. quest. 2. *Vega* 13. in *Trident.* cap. 25. propos. 7. *Pet. Sotij de pœnit.* le. Et. 13. fine, *Nazar.* in sum. cap. 1. num. 21. *Sua-*

rez disp. 4. sect. 6. *Vasquez* quest. 86. art. 2. dub. 7. *Henrig.* lib. 4. de *Sacram.* cap. 28. *Coninck.* disp. 2. dub. 8. quia nullum est præceptum naturale, aut positivum, Fundam. ex quo hæc contritionum pluralitas, aut distincta peccatorum recognitatio colligatur. Confirm. hæc recognitatio distincta peccatorum non requiritur in instanti, quo elicetur contritio; quia non est necesse, vt talis distincta perseueret usque ad instantis contritionis, sed potest loco illius succedere confusa tantum memoria peccatorum: alioqui peccator nec posset quovis instanti conteri & iustificari; nam ad illam distinctam requiritur tempus; contra axioma: *In quacumque hora ingemuerit peccator &c.* nec illa requiritur post contritionem, vt quædam humiliatio, & interna confessio hominis ad Deum; ex nullo enim iure colligi potest.

TERTIA conuenit cum 2. non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere unam pro omnibus; docet tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recognitatem omnium peccatorum: *Alens.* 4. p. q. 17. memb. 3. art. 8. §. 2. *Bonav.* in 4. dist. 16. p. 2. art. 2. qu. 1. *S. Thom.* 3. p. quest. 87. art. 1. in 4. dist. 17. q. 2. art. 2. qu. 6. & art. 3. quest. 3. & 1. 2. quest. 113. art. 5. ad 3. & de veritate. quest. 8. art. 5. ad 4. *Capr.* in 4. d. 16. quest. 1. art. 3. ad 5. *Richar.* dist. 16. art. 4. quest. 2. *Durand.* dist. 17. quest. 2. ad 1. *Sotij* quest. 2. art. 3. *Maior.* dist. 14. quest. 2. §. 2. principaliter, *Medina Cod.* de pœnit. tract. 1. quest. 3. *Canig* relect. de pœnit. parte 3. fine, *Bellar.* lib. 2. de pœnit. cap. 11. propos. 5. *Valent.* disp. 7. de contrit. quest. 8. pn. 6. *Nugiez* in addit. ad 3. part. quest. 2. art. 6. dub. 1. concl. 2. Nota controueriam non esse de pœnitentiâ relata ad Sacramentum confessionis: sic enim requirit examen, & distinctam recognitatem omnium peccatorum; sed de pœnitentiâ secundum se, quatenus vim habet iustificandi extra Sacram, quo modo in omni lege necessaria fuit.

DICO 1. ad perfectam pœnitentiam non requiritur, vt vnicuique peccato mortali sua respondeat specialis detectione: nam hoc est contra Patrum axioma, *In quacumque hora ingemuerit peccator &c.* sed peccator per unum actum contritionis vere ingemiscit: non enim datur alias perfectior, quo melius possit pœnitere, & ingemiscere Deo: ergo statim ad 1. actum contritionis Deus offensas condonat; vel dici non potest, quod statim (hoc sonat in quacumque hora) nos amplius recordetur iniuritatum eius, sed quod statim condonet, cum onere postea eliciendi de singulis singulas contritiones; sicut cum onere distincte eas confitendi at onus confitendi peccata per contritionem iam remissa, est præceptum diuersum, quod non adimpletur per solam contritionem; onus vero habendi alias contritiones de iisdem peccatis iam condonatis, non est diuersum præceptum à præcepto contritionis, quod per primum contritionis actum perfectè est adimpletum. Confirm. sçpe hoc præceptum est seruat impossibile, vt cum peccator multo plures commisit culpas, quam per tempus liceat de singulis singulas habere contritiones, vt in extremo vitæ. 2. neque hoc præceptum impositum est sacramento confessionis, in quo tenemur, singula peccata distinctè confiteri; sufficit enim de illis omnibus unum actum contritionis habere ex motu vniuersaliter se extendente ad omnia. 3. p. *A priori.* unum actum contritionis perfectè conuertimur ad Deum: ergo & Deus perfectè conuertitur ad nos: ergo perfectè iustificamur: quia ad perfectam iustificationem nihil aliud requiritur, quam perfecta conuersio mutua ex parte nostri ad Deum, & Dei ad nos.

D 4

Dico

142.

Fundam.

DICO 2. distincta recognitatio peccatorum, non est necessaria ad contritionem ut medium, vel ex naturâ rei, vel ex institutione Diuina: est omnium: quia quod est necessarium hoc modo, est simpli- citer necessarium; nec posset haberi contritio sine tali recognitacione peccatorum: conseq. est falsum ut omnes concedunt in articulo mortis, quando de- festu temporis nequit peccator distinctè sua peccata recognitare, vel si ante distinctam recognitacionem peccatorum mouatur pœnitens ex dilectio- ne Dei ad detestanda omnia peccata in genere. An- teced. prob. quando aliquid est necessarium, ut me- dium ex naturâ sua requisitum ad actum; nequit actus sine tali medio elici; sicut quia fides est hoc modo requisita ad contritionem, nequit hæc sine illâ produci. Eadem est ratio, quando medium est necessarium ex diuinâ institutione: nam tunc Diui- na institutio facit, vt talis actus non sit validus sine tali medio: sic attritio sine baptismô, aut pœnitentia Sacramento non est valida ad iustificandum, quæ tamen cum illis valida est.

Quid me- dium ex naturâ rei  
requisitum.143.  
Maxima  
vix auferri-  
tatu S. Ioh.  
G.c.

Fundam.

Discrimen  
propositi à  
distinctâ  
recog.144.  
Confirm.145.  
Prob. 2.  
Nō ad plus  
obligantur  
homines in  
nouâ, quâm  
in veteri  
lege.

pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & ficerit indi- cium, & iustitiam, vita vivet. Confirm. in veteri lege 146. varia fuere sacrificia pro varijs peccatis instituta: Confirm. ergo etiam in eâ necessaria erat distincta recogni- tatio peccatorum: quia sacrificium erat signum inter- ioris pœnitentiaz, sicut nunc confessio interioris doloris: constat ex cap. 4. 5. 6. Lenit. vbi pro va- rijs peccatis yaria recententur instituta sacrificia. 3. Hanc distinctam peccatorum recognitacionem in- dicat Isa. 38. recognitabo tibi omnes annos meos in anima. Prob. 3. ritudine anima mea: Psal. 37. iniurias meas au- en script. nuntiabo, & cogitabo pro peccato meo: vbi legit Au- gust. iniuriam meam ego pronuncio, & curam gero pro peccato meo: Psal. 76. Cogitans dies antiquos, & me- ditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum: vbi August. in secretario, inquit, suæ mentis agit, velut qui vapulauerat foris, tu- lit se intro: scrutabatur spiritum suum: se ipsum interrogabat: se ipsum examinabat: in se index erat. Et, us- Canus, quid opus erat tam anxiam curam, vt ab occuleis mundaretur, Psal. 18. si generalis pœnitentia satis erat ad peccata omnia delenda? Nec dici potest cum Sua- rez, hoc esse consilium, non præceptum; nam citata plus indicant, quâm consilium.

Ceterum non existimo, hanc distinctam pecca- torum recognitacionem toties esse repetendam, quo- ties elicienda est contritio; sed semel duntaxat de nondum recognitatis; vt una tantum confessio suf- ficit de nunquam confessis, quo fit, vt si hæc recog- itatio præcesserit actum contritionis non sit alia circa eadem peccata facienda: si verò non præcesserit, quod contingit, quando antequam peccata distin- ctè recognitatur, elicetur contritio de peccatis con- fusè tantum cognitis, tunc recognitanda sunt distin- ctè peccata, distinctèque retractanda, cùm antea non fuerint, nisi confusè, & implicitè retractata. Ratio: cùm hæc distincta recognitatio, & retractatio specialis peccatorum non sit necessaria ut medium ad contritionem; sed vt præceptum naturali iure annexum reconciliationi diuinæ, non debet neces- sariò præcedere, aut statim subsequi actum con- tritionis; sed potest in opportunum tempus differri. Lege S. Thom. de ver. queſt. 28. art. 5. ad. 4. Nec est eadem ratio de retractatione implicitâ peccatorum, quam supra docui debere statim subsequi effica- Discrimen cem dilectionem Dei, si statim ad illam subsequi à contritio- tur memoria confusa eorum: nam hæc, vt exercea- ne implicitio- t. ad. Nota. recogitationem, nunc suppleri per annuam confes- sionem Sacramentalis, in qua quisque tenetur moralem adhibere diligenter ad recolenda omnia commissa.

Dices: si tutius est, distinctè peccata recognitare, nequit opposita opinio esse practicè secura: quia dilectio Dei, quam includit contritio, debet esse super omnia: ergo debet operari iuxta tutiorem opinionem. Confirm. non satisfacit præcepto propriæ charitatis, qui in articulo mortis operatur iuxta opinionem minùs tutam. Nego sequel. Ad Rep. prob. nego conseq. nam duplex opinio: 1. quæ quo- ad practicam securitatem, solùm pendet à ratione humana: 2. quæ pendet à re ipsa existente; vel à diuinâ institutione independenter ab humanis institu- tionibus: priora sunt, quæ inter Doctores contro- uertuntur, an sint necessaria necessitate præcepti, caque tuitiora, aut probabiliora dicuntur, quæ plu- res habent rationes. Auctoresve: & in his: quæ tu- tum est, sequi partem minùs probabilem, minusque quæ sequi tutam

*potest senti-* tutam, relictâ parte probabiliore ac tuiore, eo  
*tiam minus* quod hæc maior probabilitas, & securitas proximè  
*probabilem.* prouenit ex ratione humana, quæ non obligat ad  
sequendum, quod nobis tutius, probabiliusque vi-  
*Opinio pro-* detur; quia etiam opinio minus probabilis, mi-  
*babilis est* nusque tuta, modò probabilitate non caret, est  
*sufficiens* regula ad rebus evidentiæ non habet, suf-  
*regula ad* ficiens regula ad operandum ex honestate virtu-  
*beneficè opo-* tis. Posteriora sunt, quæ controuertuntur, an sint  
*randum.* necessaria ut media ex naturâ ror; vel ex Diuinâ or-  
151. dinatione: securitas enim in his rebus non pen-  
det ex iudicio humano; sed ex re ipsa existente; vel  
ex Diuinâ voluntate sic instituente: & in his te-  
nemur sequi partem tuiorem, præsertim quan-  
Quando nemur sequi partem tuiorem, præsertim quan-  
sequi partem possumus. Quia igitur di-  
quid tuus stincta recognitatio peccatorum non requiritur ut  
medium, sed ut præceptum, potest quæ tutâ con-  
scientiâ oppositam sententiam minus tutam, mi-  
nusque probabilem sequi. Contrà verò, quia multi  
contendunt, pœnitentiam formalem requiri ut me-  
dium ad iustificationem, non possumus, tutâ con-  
scientiâ, eam non adhibere circa peccata, quæ men-  
ti occurunt; quia cum natura medij ea sit, ut si  
non adhibetur, non possit aliunde suppleri, dum  
probabilis opinio affirmat, quod ea sit necessaria  
ut medium, omittendo hanc, exponimus probabili  
periculo non consequendi salutem, & amicitiam  
Dei, quod est per se malum; cum illam commo-  
dè sequi possumus: non sic est, cum controuersia  
tantum est de necessitate præcepti: quia hoc requi-  
ritur solum ne nouum incurramus peccatum: hoc  
autem non incurrimus, si probabilis opinione re-  
gulamur; nam etiam hæc est licita regula humano-  
rum actuum.

152.  
Ad 1. sent.153.  
Ad confirm.154.  
Ad 2.155.  
Ad confirm.

Ad fundam. primæ, Resp. quod sicut in ordine  
ad confessionem sufficit una contritio de omnibus  
confitendis; ita in ordine ad pœnitentiam una de-  
testatio de omnibus pœnitendis. Ceterum *Catechismus*  
hoc tantum suadet ut quid perfectius; non præ-  
cipit ut necessarium; *Hortandi*, inquit, & monendi  
sunt. Ad confirm. nego conseq. potest enim dari de-  
testatio cadens super omne detestabile. *S. Thom.* ex-  
plicatur iuxta tertiam sententiam. Ad fundam. se-  
cundæ, nego anteced. quoad distinctam recogni-  
tationem peccatorum; nam hæc rectè colligitur tum  
ex ipsâ naturâ perfectæ reconciliationis, quæ per-  
fectam postulat detestationem omnium peccato-  
rum: tum ex scripturâ, quæ nobis præcipit forma-  
lem pœnitentiam de omnibus peccatis. Ad confir.  
hæc recognitio non requiritur ut medium ad con-  
tritionem: sed solum ut præceptum; vnde non est  
necessæ, vt illam præcedat; sed potest subsequi, &  
in opportunum tempus differri.

## SECTIO VII.

*An contritio certam requirat actus in-*  
*tenzioneum?*

156.  
1. Sentent.

*P*RIMA sententia *Adria.* in 4. quest. 2. summam  
requirentis intensionem, sine quâ pœnitentia,  
inquit, non est sufficiens ad iustificationem. quia  
scriptura ad perfectam pœnitentiam requirit to-  
tius cordis contritionem, *Iocelius* 2. *Conuertimini ad*  
*me in toto corde vestro:* *Deuter.* 4. *Si quæsieris Domini-*  
*nun Deum tuum, innuenies eum;* si tamen toto corde  
quæsieris, & tota tribulatione anima tua.

157.  
2. Sentent.

*SECUNDA Bonav.* in 4. dist. 16. 1. p. art. 2. quest. 1.  
*Durand.* dist. 17. quest. 4. *Palaud.* quest. 1. art. 5. *Richar.*  
art. 1. quest. 5. ad 3. *Petri Sotii de perfett. contrit. scđt. 15.*

& 16. *Nugneq; quest. 3. in addit. ad 3. p. art. 1. conclus. 3.*  
affirmantium, contritionem quoad intensionem  
doloris intellectualis, non sensitui, debere re ipsa  
excedere omnem alium dolorem. *Fauet S. Thom.* in  
4. dist. 17. quest. 2. art. 3. quest. 1. vbi docet, dolorem  
contritionis excedere alios dolores: quia quantum  
aliquid placet; tantum displacebit eius contrarium; at  
finis super omnia placet. cum omnia propter ipsum  
appetantur: ergo peccatum, quod ab ultimo fine  
auerit, debet super omnia displacebit. Hanc opin. *Censura.*  
*Petr. Sotii* ita certam putat, vt oppositam censeat  
periculosam, nec posse sine errore doceri. 1. *Quia*  
scriptura hortatur ad pœnitendum cum magno do-  
lore: *Mich. 4. Dole quasi partursens: Ila. 59. rugiemus*  
*quasi viri. Psal. 37. rugiebam à gemitu cordis mei:* quod  
notauit *Trident. sess. 14. cap. 4.* hos sanctorum cla-  
mores ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio,  
& ingenti peccatorum detestatione manasse. 2. re-  
prehenduntur in scripturâ, qui remissè operantur,  
*Ierem. 48. Maledictus qui facit opus Domini negli-*  
genter: *Apocal. 3. quia tepidus es, incipiam te euomere*  
*ex ore meo.* 3. Patres requirunt dolorem excedentem,  
aut saltē æquantem delectationem peccati. Cy-  
pria. serm. de lapis: quā magna delinquimus; tam gran-  
diter desleamus. *Ambr. ad Virgi. lapsam cap. 8.* quanta  
putas, & qualis necessaria pœnitentia, qua aut aequet  
crimina, aut certè excedat? *Hugo de S. Victore lib.*  
2. de Sacram. parte 14. cap. 2. *Si in correptione minor est*  
*afflictio, quā in culpa fuit delectatio, non est dignus*  
*pœnitentia tua fructus.* Nam dolor teste *August.* fun-  
datur in amore: ex hoc enim quod aliquid atnaimus,  
de amissione eius dolemus; sed dolor contritionis  
fundatur in amore charitatis: ergo tantus debet esse  
dolor contritionis; quantus est amor charitatis, quo  
Deum diligimus: sed hic excedere debet omnem  
alium amorem iuxta illud *Math. 10. qui amat Pa-*  
*trems, aut matrem plusquam me, non est me dignus: ergo*  
& dolor contritionis excedere debet omnem alium  
dolorem. Non potest excedere, nisi per conatum  
& intensionem maiorem: quia forma accidentalis,  
quæ intenduntur, & remittuntur, non aliâ ratione  
dicuntur perfectiores, & maiores alijs, nisi quia tenui-  
cius hærent subiecto, maiores radicatione, in illo, ra-  
tione cuius, & melius resistunt contrariis, & fortius  
adhærent subiecto.

TERTIA *Sotii* in 4. dist. 14. quest. 2. art. 2. *Aureol. 3. Sentent.*  
art. 4. *Bass. quest. 2. art. 2.* requirentium certum gra-  
dum intensionis in actu contritionis, quem (vt in-  
quit *Bassus*) Deus determinauit. Inclinat *Alens.*  
4. p. quest. 17. memb. 2. art. 1. §. 3. *S. Thom.* in 4. dist. 17.  
9. 2. art. 5. quest. 3. *Caiet. tom. 1. opusc. tract. 4. quest. 1.* vbi  
docet, non quamcumque peccati displicebitiam suf-  
ficeret ad contritionem; sed esse posse ita remissam; vt  
ad iustificationem non sufficiat: at verò nullum  
huius opinionis inuenio probabile fundamentum.

QUARTA *Altisiod. lib. 4. tract. 6. c. 2. quest. 3. Ar-*  
gent. in 4. dist. 17. quest. 1. art. 3. ad 4. *Gabriel. dist. 14.*  
quest. 1. art. 2. conclus. 5. *Sotii dist. 17. quest. 2. art. 4. Pala-*  
ty dist. 1. fine, *Med. cod. de pœnit. tract. 1. quest. 5. Canis*  
*relect. de Sacram. Pœnit. parte. 3. med. Nauar. in sum.*  
*cap. 1. num. 9. Henr. lib. 4. de Sacram. cap. 27. Suar.*  
*dist. 4. scđt. 4. Bellarm. lib. 2. de pœnit. cap. II. afferen-*  
tium; contritionem nullam poscere certam inten-  
sionem; sed dici summam duntaxat appretiatuè, seu  
prælatiuè. Controuersia non est de intensione doloris  
sensitui; quia hic est passio consequens actum *Nota.*  
contritionis, qui non semper illi quoad inten-  
sionem commensuratur: sed de intensione doloris, seu  
displacentia intellectualis, in quâ formaliter consi-  
tit contritio.

DICO 1. contritionem debere esse summam in-  
tensiue,

162.

4. Sentent.

163.

164.

Censura.

tensiū, est opinio omnino improbabilis, quin *Sotus* §. restat, ait esse temerariam, & sacris literis parum consonam: ex *Trident. eff. 6. cap. 7.* vbi docet in iustificatione vnumquemque suā recipere iustitiam, secundūm mensuram propriæ dispositionis. Supponit ergo inæqualitatem in contritione, quæ est dispositio ad iustitiam. Vnde ex oppositâ sententia sequitur, æqualem semper gratiam dari iustificandis, nec ullum fore inter iplos discrimen: eadem quippe gratiam consequutus esset *Paulus*, Magdalena, & alij insigniter iustificati, ac cæteri communiter conuersti, quia si omnis tenetur ad maximam dispositionem; ergo omnes tenentur ad æqualem, cùm non detur maior maximâ: sed gratia iustificationis datur iuxta mensuram dispositionis: ergo omnes æqualem consequerentur gratiam. Fundam. opposita sententia est seruata impossibilis, saltem moraliter: at nullum præceptum Dei est moraliter impossibile, teste *Trident. eff. 6. cap. 11.* maior prob. operari secundūm ultimum posse, est moraliter impossibile homini viatori, qui ad operandum applicatur per notitiam obscuram, & abstractiūm finis, quæ voluntatem applicat imperfectè ad operandum. Vnde vix hoc ex peculiari priuilegio conceditur B. Virginis. Confirm. hæc maior intensio, & conatus in contritione non est sumendus ex parte potentiarum naturalis, sed obedientialis, cum speciali auxilio gratiæ: sed hæc in intensione non habet terminum: ergo.

**DICO 2.** improbare etiam est, contritionem debere esse summam intensiū in ordine ad alios dolores, vel certum aliquem gradum intensionis habere: ex cap. talis de pœnit. causâ 33. dist. 3. talis est, erga homines pietas Dei, ut quantumcumque, & quamlibet non respuit pœnitentiam. quia hoc ex nullo capite colligi potest: non ex scriptura, aut Patribus: quisi quando iubent summum dolorem, summamque detestationem peccatorum, rectè possunt explicari de summo dolore appretiatiū, quem vel minima contritio habet ex suo motu formali; neque ex naturâ contritionis; quia hæc solum dicit detestationem peccati, vt est offensa Dei: at quævis contritio quantumvis remissa dicit hanc peccati detestationem: nam hoc habet ex obiecto, & motu suo formali: neque ex aliquo præcepto naturali contritioni annexo: quia nullum assignari potest.

**DIC 3.** colligi ex præcepto naturali, quo vñusquisque tenetur æternam salutem tuiorū viâ procurare. Sed contrà: hoc præceptum non obligat, nisi in ijs, quæ probabiliter censemur vt media ad salutem necessaria; at hoc ne probabiliter quidem censeo ad salutem necessarium. Non inficior, cum, cui opposita opinio est practicè probabilis, teneri saltem in articulo mortis, aut quando currit præceptum de contritione, ad conandum habere talem dolorem, intensiū excedentem omnes alios dolores, cùm non sit sola probabilitas præcepti; sed medij, nempe ipsius contritionis. Confirm. nunquam præcepta dantur de ge òncertâ, & ignotâ: cùm enim debeant humano modo seruari, humanam requirunt certitudinem, & cognitionem, vt inductione constat in omnibus præceptis Diuinis, & humanis, quæ non obligant, nisi humano modo nota: at certa istæ intensio doloris ad actum contritionis requisita, est homini prorsus incerta, & ignota: ergo nequit in humanum præceptum cadere. 2. non minùs fides, spes, & charitas, quæ pœnitentia sunt in præcepto; sed hæc non cadunt in præceptum sub certâ intensione; ergo neque illa: quia non minùs charitas tendit ad Deum super omnia diligibilem; quæ pœnitentia ad peccatum super omnia detestabile:

nec minùs de charitate, quæ de pœnitentia dicitur toto corde in Deum ferri. Minor prob. quando datur præceptum de actu virtutis, præceptum non cadit nisi in essentialia, non in accidentalia actus, nisi exprimantur: quia præcepta non sunt seruanda, *Præcepta sunt seruanda secundum rigorem verborum.*

170.

**DICO 3.** contritio est summus dolor appretiatiū. Conclus. hanc Sotus appellat Euangelicam veritatem, secundūm quam intelliguntur scripturæ, Patres, & Scholastici, cùm docent contritionem esse totius cordis, & animi conuersionem: nec non excedere omnes alios dolores. Fundam. contritio habet pro motu, & obiecto formalis Deum summè dilectum, quippe cùm peccatum detestetur vt est malum, & offensa Dei super omnia diligibilis: ergo ex suo motu formalis habet, vt sit supra omnes alios dolores, ac proinde summus appretiatiū: quia actus perfectionem sumit ex obiecto; sed obiectum formale contritionis est Deus, vt bonum summè appretiabile; ergo contritio est summa appretiatiū: nam perfectiō motu communicatur actui, cùm actus vitalis sit adhæsio potentiarum ad obiectum. Vnde eò actus est præ cæteris firmior, ac fortior, quod ipsius obiectum est præ cæteris dignius, ac præstantius: quia enim fides est adhæsio intellectus cum primâ veritate, est certior quâlibet notitiâ etiam evidenti: quia spes est adhæsio voluntatis cum summo bono consequibili per auxilium infallibile Dei, est firmior quâlibet spe humanâ: quia charitas est adhæsio animi cum Deo summè diligibili, est fortior quolibet amore naturali: ergo, quia contritio est fuga, & auersio à peccato vt summo malo, cùm sit auersio ab illo, vt offensa Dei super omnia diligibilis, cuius malum tantum est detestabile, quantum eius bonum est diligibile, quippe cùm malum sit priuatio boni, erit summa detestatio, & auersio, excedens omnem aliam mali detestacionem, & auersionem. Ex his sequitur, nullam certam intensionem ad actum contritionis requiri, sed posse in quolibet remississimo gradu saluari: quia nullus remissus gradus contritionis potest dari, qui non specificetur à motu formalis contritionis: sed formale motiuum contritionis, est auertere voluntatem à peccato super omne detestabile: ergo;

**leg. Argent. loc. cit. ad 4.**

**DIC 3.** Repugnat dolorem esse sumnum appretiatiū, & non intensiū. Nego anteced. cùm oriantur ex diuersis principijs: vñus ex perfectione motu; alter ex perfectâ applicatione obiecti & conatus potentiarum.

171.

**DICO 4.** pœnitens ex vi contritionis, non solum præeligit malo culpæ omne malum pœnæ, etiam inferni, si ab eo culpa præscindatur; sed vi eiusdem detestatur magis vnum peccatum, quæ aliud, non quidem formaliter, sed virtualiter. Primum constat; quia contritio includit dilectionem Dei super omnia, vi cuius creatura diligit Deum supra se ipsam: sed malum culpæ est malum Dei obiectiū, quia immediate opponitur Deo: malum autem pœnæ est malum proprium: ergo ex vi contritionis pœnitens præeligit omne malum pœnæ malo culpæ saltem implicitè: nam explicitè non est obligandus, imò nec consulendus ad huiusmodi comparationes ob periculum: quia mala in particulari considerata magis terrent. Secundum prob. quod offensa in Deum est grauior, cò est detestabilior: sed *Prob. pars vna est grauior aliâ: ergo vna est detestabilior aliâ: ergo ex vi contritionis pœnitens magis detestatur vnum*

172.

*Dolor. appretiatiū & intensiū oriantur ex diuersis principijs.*

173.

174.

165.  
Vnicum ac  
potissimum  
fundam.

166.

Fundam.

167.  
Dicos.  
Reff.

168.  
Confirm.

169.  
Prob. 2.

vnum peccatum, quām aliud; non quidem formaliter: quia cūm per vnum actum detectetur omnia, non potest formaliter vnum magis alio detestari; sed virtualiter: quia ex vi contritionis paratus est vnum magis alio detestari formaliter, leg. S. Thom. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 3. quest. 3. Alens. 4. p. quest. 37. memb. 2. art. 1. §. 2. Bonav. dist. 16. p. 1. art. 4. quest. 2. Vnde ex suppositione, quod debetas ad euitandum vnum peccatum, aliud necessariò committere, tencris eligere minus, vt euites maius; et si eligendo maius, non pecces mortaliter, vt recte Henr. nam excessus vnius mortalis supra aliud non est notabiliter grauius. Suppositio tamen implicat: quia nunquam datur casus, quo ad euitandum peccatum maius, sit necesse minus committere: nam hoc ipso, quod talis necessitas vrget, cessat ratio culpæ in peccato minore; secus esset in alienā persona: quia posset ille esse determinatus ad committendum maius, & tunc licitum est, consulere minus: quia tunc non consultur formaliter peccatum; sed fuga maioris.

Ex his patet ad fundam. primæ: intelligitur enim de totalitate integratatis cordis, non intentionis: quia qui ad Deum conuertitur, totus debet conuerti, nihil cum Deo diligens, quod non propter Deum diligit; alioqui, vt recte August. non est Deo dignus, qui aliquid cūm Deo amat, quod non propter Deum amat.

Ad 1. secundæ, Resp. dictas similitudines afferri ad explicandam vim doloris appetitatiui. Ad Consil. dico, illud solum explicare vehementiam doloris, quem antiqui patres ex commisso peccato conceperunt, nullam verò regulam tradere de intentione actuum. Ad 2. dicitur negligenter opus Dei facere, qui defectu moralis diligentia multas omitit circumstantias debitas: Vnde facit illud mancum, & imperfectum: tepidus autem ex S. Thom. quest. 3. de malo art. 13. ad 1. dicitur peccator Christianus, qui cūm fide non adhibet charitatem, est quæ veluti medius inter infidelem, qui defectu omnium virtutum frigidus est, & iustum, qui merito charitatis calidus dicitur. Ad 3. dico, vel Patres loci de excessu appetitatio, vel de pœnitentiâ non solum in ordine ad remissionem culpæ, sed etiam pœnæ, ad quam maximè conductit intensio actus; lege Sotum §. restat. Nego autem, quod in argum. assumentur, nempe formas accidentales intensibiles, non posse aliâ viâ esse perfectiores alijs, nisi maiore intentione, & radicatione in subiecto: nam possunt esse perfectiores ex obiecto, & motu formalí, ratione cuius dicuntur maiores alijs virtute, & perfectione obiectiuâ.

Dubitatur hic 1. An sit magis detestandum mortale proximi; quām veniale proprium. Respondent Palud. & reliquæ ferè, negatiuè; quia sicut non debemus diligere maius bonum absolutum, sed maius nobis: ita nec tenemur detestari maius malum simpliciter, sed maius malum nobis: veniale autem proprium est maius malum nobis, quām mortale alienum. Verum, quia hæc ratio solum militat iuxta leges dilectionis erga nos, non dilectionis erga amicum, cuius sicut maius bonum præferendum est minori bono nostro: ita maius malum detestabilius est, quām minus malum nostrum; id est addenda est hæc alia ratio. Nunquam lex amicitia dictare potest, vt vel latiter offendatur amicus ad euitandam grauem offensam eidem amico ab altero inferendam: quia nunquam lex amicitia dictare potest, vt faciam contra voluntatem amici: sed hoc ipso, quod venialiter peccarem, facerem contra voluntatem Dei, etiam si per hoc intenderem vita-

re graue peccatum alterius. Igitur non potest hoc dictare lex amicitia; alias hoc ipso, quod lex amicitia hoc dictaret, licitum esset, proindeque nulla eo casu foret offensa: nam quidquid licitum est, peccatum non est: sicut nulla foret offensa Dei, si ad euitandum mortale proprium, eligerem veniale proprium. Vel igitur implicat in adicto, ad euitandum grauem offensam proximi, committendam esse leuem propriam; nam hoc ipso quod hoc licitum esset, cessaret ratio offensæ propriæ; vel esset contra leges amicitia, quæ dictat, in nullo casu operandum esse contra voluntatem amici; alioqui amicitia inclinaret ad obiectum destructiuum sui: nam finis amicitia est, in omnibus obsequi voluntati amici, & nunquam contra illam conari.

2. An possit pœnitentia excedere limites virtutis. Resp. affirmatiuè, non solum per defectum, sed Dubium 2. etiam per excessum. Vnde si dolor sit destructiuus, vel notabiliter laesiuus subiecti, & fiat cu[m] aduentia rationis, est culpabilis: ita Alens. loco Ratio. cit. §. 4. Durand. num. 6. Sotum conclus. 4. quia omnis

actus, vt sit studiosus, non debet excedere mensuram rationis: Mensura autem omnium actuum corporalium sumitur per ordinem ad conseruationem subiecti: ergo actus, qui est destructiuus, vel notabiliter laesiuus subiecti, non est studiosus; si autem fiat sine aduentia rationis, detrimentum, vel mortem inde sequutam docet Palud. imputari ad martyrium. 3. Quænam grauior culpa sit excessus, an defectus in Pœnitentia. Resp. esse defectum: quia quando virtus datur ad intendendum actum, defectus est peior excessu: quia magis opponitur virtuti: sic timiditas est peior audacia, quia magis opponitur fortitudini, quæ datur ad roborandum animum circa pericula mortis: sic avaritia est peior prodigalitate: quia magis opponitur liberalitati, quæ datur ad impellendum animum circa donationes. Quando verò virtus datur ad remittendum actum, tunc excessus est peior defectu: quia magis opponitur virtuti: sic intemperantia peior est insensibilitate: quia magis opponitur temperantia, quæ datur ad compescendam vim concupiscentiæ circa delectabilia sensu[m]: quia igitur pœnitentia datur ad impellendum animum circa punitiones peccatorum, circa quas sumus naturaliter remissi, culpabilior est eius defectus: quia magis opponitur pœnitentia: lege Mayronum in 4. dist. 14. quest. 4.

Dices. Desperatio est peior impenitentiæ sed desperatio est excessus: ergo. Nego, desperationem Dices. esse excessum pœnitentia; sed potius defectum speci, quæ virtutem pœnitentia comitatur.

## S E C T I O VIII.

*An ad contritionem requiratur certa temporis mora?*

P RIMA sententia Scoti in 4. dist. 14. qn. 2. art. 2. Anreco. art. 4. Mayo. dist. 20. quest. 3. fine, Basso. 1. Sententia. dist. 14. quest. 2. art. 2. affirmantium: putat enim Scotus, peccatorem viribus propriis detestari peccatum vt offensum Dei, & nocium sibi, & per hunc actum continuatum per aliquod tempus in termino illius, & non ante de congruo mereri infusionem gratia, remissionemque peccatorum, ita vt in principio elicitionis non sit dispositio ultima ad iustificationem: fieri autem dispositionem in termino alicuius temporis, in quo talis actus continuatur.

Determinatio ad co-mittendum  
maius peccatum, licet  
consulere minus.

175.

176.  
Ad 1.  
Secunda.

177.

Peccator  
Christianus  
medius est  
inter infide-  
lum & in-  
fum.

178.

179.  
Dubium 1.

Solutio-

180.

Dubium 3.

182.

Dices.

Resp.

183.

1. Sententia.

tur. Quantum autem debeat esse hoc tempus, Deus, inquiunt, scit, qui illud ad meritum de congruo determinauit. Mayro docet et tempus fore maius, quod actus est remissior; eoque tempus esse minus, quod actus est intensior.

ret mors: vel quia in phrenesim incideret, ante quam præfixum terminum attingeret: vel demum quia pœnitens ipse voluntariè desisteret ab actu contritionis, præsertim si ab eo desisteret ad subueniendum proximo in graui necessitate constitueto. 3. Deum proniorem esse ad puniendum, quam ad miserendum, & præmiandum: nam statim, posito peccato, punit, tollendo gratiam, nullâ temporis morâ expectatâ: cum tamen in contrariâ sententiâ non statim positâ contritione, peccata condonet, restituendo gratiam in poenam peccati sublatam, nullâ temporis morâ expectatâ. Confirm. In opin. Scoti in 4. dist. 14. quest. 1. ad ult. non maiorem malitiam habet peccatum in ratione offensæ; quam habeat bonitatem in ratione satisfactionis contritio: sed Deus ut peccata puniat, nullam exspectat temporis moram: ergo neque ut contritionem remuneret. 4. cum hæc mora temporis sit nobis incerta, currente præcepto de contritione, iure naturali teneremur præsertim in causa necessitatis, diu actum contritionis continuare, ne exponeremur periculo æternæ damnationis; proinde nouum peccatum contra hoc præceptum committeret, qui diu contritionem, in casu præsertim necessitatis, non continuaret. Vnde gratiam, quam per actum contritionis acquisiuisset, statim per non continuationem actus perderet.

Probo à priori; Sola temporis mora non variat actum: ergo non potest contritio per solam temporis moram fieri congrua dispositio ad gratiam. Nam si hoc esset, maximè esset per aliquam variationem factam in actu contritionis per ipsam temporis moram. Anteced. patet: nam tempus est extrinsecum actui: ergo nequit variare intrinsecè actum: continuari enim actum in tempore, formaliter non est aliud, quam actum coësistere temporis at vnam rem coësistere alteri, nullam addit nouam perfectionem ipsi reicoëxistenti. Respondent Scoti tali continuatione actum magis intendi, ac proinde magis intrinsecè perfici. Sed contrà: 1. ad contritionem nulla est certa intensio necessaria: tum quia tota hæc intensio, quæ singitur successiue acquiri per continuationem temporis, produci posset in instanti, vel per maiorem conatum potentiae, vel per perfectius auxilium: 2. non necessariò sequitur, debere actum per continuationem intendi: quia potest continuari eodem gradu intensionis, quem alia sua habuit à principio. Probabilius respondere posset Scotus, actum contritionis per temporis continuationem fieri magis meritorum apud Deum: ac proinde magis condignam dispositionem ad gratiam iustificationis. Sed contrà: cum per hanc temporis continuationem actus contritionis non acquirat valorem altioris ordinis, quam à principio habuit; sed solum in eodem extensiue moraliter crescat, non poterit per huiusmodi continuationem fieri condigna dispositio ad iustificationem, si anteà non fuit. Adde, quod hoc extensiui valoris incrementum suppleri potest per incrementum intensionis, eliciendo à principio actum tantæ intensionis, quæ moraliter æquualeat: vel etiam superet incrementum extensiuum eiusdem actus.

184.  
2. Sentent.  
amplectens.  
da.

SECVNDA S. Thom. in 4. dist. 17. quest. 1. art. 2. quest. 1. & ad 1. & quest. 2. art. 5. quest. 1. & 1. 2. quest. 11. art. 7. Gabriel. dist. 14. quest. 1. art. 2. cap. 5. Sotus dist. 17. quest. 2. art. 4. fire, Medin. Cod. de pœnit. quest. 5. Canis relect. de Sacram. pœnit. p. 3. §. ex eodem, Bellar. lib. 2. de Sacram. pœnit. cap. 11. proposit. 4. Henrig. lib. 4. de Sacram. cap. 27. Suar. diff. 4. sect. 5. Valent. diff. 7. quest. 8. de contrit. punct. 5. Nugnez. quest. 4. in addit. ad 3. p. art. 1. diffi. 2. negantium. Quæ sententia vera est, & opposita omnino improbabilis, quam Sotus temerariam censet: eamque docet Catechis. de Sacram. pœnit. §. Maxime autem. Prob. 1. ex Ezech. 18. & 33. In quacumque die, sine hora, vel momento (ut Patres expoñunt) conuersus fuerit peccator ab impietate suâ, omnium iniquitatum eius non recordabor. Isa. 30. ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, nempe Dominus, respondebit tibi. Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Igitur contritio, quæ peccator in Deum ingemit, clamat, & conuertitur, nullam postulat temporis moram, ut peccatorum condonationē à Deo impetraret. Ex propositionibus conditionalibus, quibus Deus salutē peccatori promittit sub conditione, si pœnituerit. Isa. 30. Iuxta Septuag. Cum reuersus ingemueris, tunc saluus eris. Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo; agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Apocal. 3. Si quis auerterit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & sp̄se tecum. Porrò propositio conditionalis ad sui veritatem non requirit, nisi solam conditionis purificationem. 2. Eandem docent Patres: Cypria. siue Author serm. de cœna Domini, fine, ita scribit: Nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec hora extremitas, nec vita enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia; sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos fascipit reuertentes. Quod confirmat exemplo boni Latronis, cui statim contrito dictum fuit: Hoc mecum eris in Paradiso: Cuius impietas in momento religionem, crudelitas induit pietatem, & statim consummatus cinis sanctorum & domesticus Dei, permisus est in regnum reconciliationis humanae. Basil. homil. de pœnit. med. loquens de filio prodigo ad patrem per veram cordis conuersionem reuertente, cœperat, inquit, dicere, & mox illum pater complexitur: particula enim mox idem ibi sonat, quod statim. Chrysost. 1. Epist. ad Theod. lapsum: In eo, inquit, momento totius vita peccata abſurgit: Leo Papa Epist. 91. ad Theod. Foroiiliens. Episc. Apud Deum nullas patitur venia moras vera conuersiq. August. in Enchir. cap. 65. Non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. Cor enim contritum, & humiliatum Deus non spernit.

187. Tertiò prob. ex oppositâ sententiâ sequitur 1. Probs. 3. ex absurdu op. dari moram temporis, in quâ homini diligenti Deum super omnia præclusus sit aditus ad salutem, nempe illam moram, quæ ad contritionem, ut sit sufficiens dispositio ad iustificationem, necessaria est; nam intra huiusmodi moram non haberet peccator sufficiens medium ad salutem consequendam extra Sacram. 2. falli illud axioma receptum & in scripturâ fundatum: Facienti quod in se est adiuto viribus gratia Deus non denegat suam gratiam. Nam posset hic facere, quantum in se esset cum viribus gratiæ, amando Deum super omnia, & detestando peccata propter Deum summè dilectum; & tamen gratiam non consequi; vel quia conting-

185. Prob. 1. ex propheta- rum oracu- li.

186. Ex Patrib.

Abſurdum

190. Abſurdum

191. Refellitur responsio Scoti.

192. Refellitur responsio Scoti.

193. Refellitur responsio Scoti.

## DISPUTATIO V.

De effectu Pœnitentiae, quoad  
Mortalium peccatorum  
remissionem.

## SECTIO PRIMA.

*An contritio sit ultima, & infallibilis dispositio ad quorumcumque peccatorum remissionem?*

1. **P**RIMUS error fuit cuiusdam Catholici apud *Bellarminum* libr. 2. de *Pœnitentia* cap. 13. qui paucis ante annis in libello, quem de charitate conscripsit, docuit nemini quantumvis pœnitenti remitti peccata, nisi in Baptismo; vel in Sacramento pœnitentiaz: nisi forte in articulo mortis. Non absimilis huic errori est is, quem docent aliqui discipuli Baij, nempe, contritionem charitate perfectam, non semper, immo nec frequenter annexam habere remissionem peccatorum ante susceptionem Sacramenti, nisi in articulo mortis, & in casu necessitatis, in quo nequit pœnitens adire confessarium. Vnde communen illam doctrinam Conciliorum, & Patrum, quod contritio ad iustificationem certò disponat, sic explicant: ut si contritus nouum obicem peccati non opponat, intuitu illius certò, & infallibiliterante morte consecuturus sit suorum peccatorum remissionem.

2. **T**e<sup>2</sup>stimonio *Patrum*. Quam sententia confirmant ex *August. tract. 13. in Ioan. medium*, vbi sic scribit: *quantumcumque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam sua iniquitatis portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad Baptismum. Quo modo non caruit populus Israël populo Egyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum: sic pressuris peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi peruenierit.* Leo. Pap. Epist. 91. ad *Theod. Episc. Foro-Insulensem*: *Divina bonitatis prædispositum est, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri.* Bernard. Epist. 77. ad *Magistrum Hugonem de S. Victore ante medium* concedit, posse hominem cum solo voto Baptismi saluari: sed si mortis, inquit, præoccupatus articulo Baptismum obtinere nequiverit: & scrm. 1. de *Petro* dicit, quod sententia Petri præcedit sententiam cœli: ergo in solo mortis articulo per actum charitatis sine Baptismo est salus. 2. ex *Trident. sessione 6. cap. 6.* vbi describitur dispositio necessaria ad iustificationem recipiendam in Sacramento Baptismi, per actum perfectæ charitatis, quo baptizandus Deum ut omnis iustitiaz fontem diligere incipit, moueturque aduersus peccatum per odium, & detestationem: cum tamen statim sequenti cap. dicatur: *Hanc dispositionem, seu preparationem iustificatio ipsa consequitur: Cuius iustificationis causæ omnes ibidem recensentur, efficiens Deus; finalis, gloria Dei, & Christi; meritoria Christus; instrumentalis, Baptismus.* Igitur iustificatio etiam perfectè contrito non datur ante, sed post susceptum Baptismum; & sess. 14. cap. 4. Concilium de perfectâ contritione loquens clare ait: aliquando continere ut illa hominem Deo reconciliet, priusquam Sacramentum pœnitentiaz actu suscipiat: ergo non semper illa ante susceptum Sacramentum hominem Deo reconciliat. Confirmant 1. si sola

3. **P**robandi *2. auditor. Trident.* 2. ex *Trident. sessione 6. cap. 6.* qui assertur dispositio necessaria ad iustificationem recipiendam in Sacramento Baptismi, per actum perfectæ charitatis, quo baptizandus Deum ut omnis iustitiaz fontem diligere incipit, moueturque aduersus peccatum per odium, & detestationem: cum tamen statim sequenti cap. dicatur: *Hanc dispositionem, seu preparationem iustificatio ipsa consequitur: Cuius iustificationis causæ omnes ibidem recensentur, efficiens Deus; finalis, gloria Dei, & Christi; meritoria Christus; instrumentalis, Baptismus.* Igitur iustificatio etiam perfectè contrito non datur ante, sed post susceptum Baptismum; & sess. 14. cap. 4. Concilium de perfectâ contritione loquens clare ait: aliquando continere ut illa hominem Deo reconciliet, priusquam Sacramentum pœnitentiaz actu suscipiat: ergo non semper illa ante susceptum Sacramentum hominem Deo reconciliat. Confirmant 1. si sola

4. **C**onfirmans *rationib.* 1.

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

contritio ad iustificationem sufficit, quid opus est confessione? 2. si sola contritio peccata delet, hominemque in gratiâ reponit, cur *Tridentinum* scff. 13. cap. 7. præter contritionem ad Euchar. dignè suscipienda, Sacramentalem requirit confessio- nem; cum satis sit ad illam accedere in statu gratiæ per contritionem acquisitæ? 3. Peccatrix Euang. quanvis multum diligeret, non priùs tamen accepit veniam peccatorum, quam quod paralytico dictum fuerat, audiret, remittuntur ei peccata multa. Huc pertinet illud *August. hom. 23. inter 50. Acces-* sit ad Dominum immunda, ut rediret munda: accessit agra, ut rediret sana. Sed & Paulo mirabiliter couer- so peccata demum remissa fuisse in baptismo, indi- cat illud *Act. 21. Exurge & baptizare & ablueret pecca- ta sua.* Per peccata intelligi nequeunt poenæ & rea- tus, cum non sint sordes animæ, nec faciant eam sor- didam, sed miseram; ergo culpæ & maculae intelli- guntur. 4. Sequeretur quod Sacerdotes deberent procurare effectum Sacramenti ante Sacram. debet enim curare ut pœnitentes sint contriti. Item quod peccator pœnitens, vel raro, vel nunquam viuifi- catur ministerio Sacerdotis. 5. *August. epist. 180. Sacerdotum erga pœnitentes ministerium vocat ne- cessarium.*

Tribuebatur hæc sent. Francisco Syluio, sed Ion- Fr. Syluino  
gè aliter sentit ac se explicat hic Doctor in *suppl. clarè expli- ad 3. par. S. Thom. quest. 5. art. 1. edit. 3. concl. 2. vt legen- catur.*  
ti patet, & fusiū fidei feci edit. 1. huius tomo. & facit Card. de Lugo litteris Duacum datis 1. Jul. 1644. asse-  
rens se Typographo suo mandatum dedisse, ut in 2.  
edit. tomi sui de pœnit. disputat. 5. ante titul. sent. 9.  
adderet hunc §. *Hec omnia ego dixeram in 1. edi-  
tione huius operis, quo tempore solam noctu fueram  
primæ editionem operis D. Sylui fallam Duacian.  
1648. ex quo fideliter eius verba retuleram. Nunc an-  
tem ex testimonio eorum, qui fide digni sunt, intelle-  
xi eundem Auctorem in 3. edit. eiusdem operis aliter  
in hæc quest. loqui, & explicare, se superiorem doctri-  
nam non intelligere de contritione perfectâ, sed de im-  
perfectâ, qua communiter Attritio appellatur, & qua  
non afferit secum gratiam iustificantem. Quod quidem  
libentissime audiens: quia dolebam, quod tantus vir &  
de Theologica schola optimè meritus posset adferri un-  
quam procâ sentent. quia decretis summorum Pontifi-  
cum suprarelatis & à S. D. N. Urbano VIII. nuper re-  
nouatis & confirmatis aperte repugnat. Imò gratulor  
Doctoribus bene sentientibus, quod Doctorem talem se-  
cum rectè sentientem & consentientem expressis verbis  
consequuntur fuerint. Ita Card. de Lugo.*

Secundus error fuit *Cathar. & Cathaphry.* qui affirmabant, nullam pœnitentiam esse validam pro peccatis, quæ committuntur post Baptismum. ex illo *Hebraorum 6.* impossibile est eos, qui semel sunt illu- minati, rursus renouari ad pœnitentiam: & 10. *Volun-  
tarie peccantibus nobis post acceptam notitiam verita-  
tis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.*

Tertius fuit *Nouati* ex *Ambr. l. 1. de Pœnit. cap. 8.* Error 3. No-  
& 9. & l. 2. c. 4. qui assertebat, esse quedam peccata adcō uasi bare-  
gravia, ut nulla valeant pœnitentia deleri ( *Quod sic.* probabile censuit. *Armata. l. 9. de q. Armen. c. 27.* )  
tum ab exemplo Antioch. 2. *Machab. 9.* orabat hic  
scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam conse-  
quentia: us: *Quod etiam de Elau tellatur Paulus Heb.  
12. quod non inuenit pœnitentia locum, quamquam cū  
lachrymis inquisivisset eam.* Tum ex *Mat. & Luca 12.  
Marci 3.* vbi dicitur blasphemia in Spiritum S. non  
remitti, neque in hoc seculo; neque in futuro: & 1.  
*Ioan. 5.* *Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut ro-  
get quis: Igitur sunt aliqua peccata, pro quibus nulla  
sufficiens est pœnitentia.*

E

Dico

8. *Pro explicatione vero & Catholicis sententias.* Dico 1. omnis contritio, quæ peccata detestatur propter Deum summè dilectum, statim infallibiliter secum afferat remissionem omnium peccatorum. Est constans omnium Schol. sentent. & opposita damnata est à Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. in quibusd. propos. Buij, quarum 31. est. *Charitas perfecta, & sincera, que est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, tamen Catechumenis, quam in pénitentibus, potest esse sine remissione peccatorum:* 32. *Charitas illa, que est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum:* 33. *Catechumenus iustè, rectè, & sanctè vivit, & mandata Dei obseruat, ac legem compleat per charitatem ante obtentam remissionem peccatorum, que in Baptismi la:acro demum percipitur:* 42. *In omnibus pénitentibus ante Sacramentum absolutionis, etiam in Catechumenis ante Baptismum est vera iustificatio, separata tamen à remissione peccatorum:* 66. *Homo existens in peccato mortali, sive in reatu eterna damnationis, potest habere veram charitatem, & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu eterna damnationis.* 67. est: *per contritionem, & cum charitate perfecta, & cum voto suscipiens Sacramentum coniunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti.* In quibus expressè continentur primus error citat. cui opponitur hæc assertio: ac proinde si hæc propositiones sunt damnatae, cum illis pariter damnatus est primus error supra.

9. *Adversariorum respondens.* Respondent 1. in his propositionibus Pontifices solum damnare, posse habitualē charitatem, non actualem stare cum peccato. Sed contrà: cum eā charitate peccatum stare posse damnant. Pontifices, de quā in citat. propositionibus loquitur Author: at hic præcipue de actuali loquitur; scilicet charitate, quā lex & præcepta adimplentur, hæc non est habitualis, sed actualis; cùm non per habitus, sed per actus præcepta adimpleantur, scilicet per illam charitatem, quæ præcipitur in scripturis, cùm nihil aliud sit præceptum, quām actus præceptus; præceptum pénitentia, vel charitatis, nil aliud, quām actus ipse pénitentia & charitatis. Et quia de eācharitate loquitur in suis propositionibus Author, quæ vt dispositio prærequiritur ad remissionem peccatorum in Sacramento consequendam: vt constat ex proposit. 67. sed hæc est actualis; non enim ad Sacraenta suscipienda disponimur per habitus, ne quidem in sentent. Buij; sed per actus.

10. *Responsio 2.* Respondent 2. Pontifices tantum damnare, charitatem nunquam coniungi cum remissione peccatorum extra Sacramentum, & casum necessitatis; quod aduersarij non negant, scilicet illam aliquando, etiam extra casum necessitatis, præsertim quando feruentissima est, coniungi cum remissione peccatorum. Sed contrà: Pontifices non solum damnant hanc proposit. *Charitas nunquam extra Sacramentum, & casum necessitatis consingitur cum remissione peccatorum:* sed etiam has: *Charitas potest esse sine remissione peccatorum;* *Charitas non semper est coniuncta cum remissione peccatorum,* vt ex 31. 32. & 42. constat:

11. *Catholicis assertio prob. 2.* Prob. 2. scripturâ, Patribus, Concilijs, communis consensu Ecclesie, & rationibus. 1. ad eam confirmandam faciunt omnia scripturæ, & Patrum testimonia, quibus disputatione precedens sectione ultima ostendimus, ut iam contritionem nullam expectare temporis moram ad peccatorum condonationem impetrandam; sed illam statim, eodem tempore momento à Deo obtinere. Ex quo à fortiori sequitur, non posse veram contritionem ad longum tempus simul esse cum mortali.

12. Addo 1. testimonium Isa. 30. iuxta vers. LXX. quam sequuntur Leo Papa Epist. 91. ad Theod. Episc. Primum Cyprianus serm. 5. de lapsis, Aug. lib. 2. con. Cresco. ca. 12. testim. & alij Patres: *Cum reuersus ingemueris, tunc saluus eris;* nota tunc quod nullam interponit moram inter reuersionem peccatoris per contritionis gemitum, & salutem eiusdem per iustificationis gratiam collatam: alioqui id verum esse poterit, si adhuc post contritionis gemitum in pristinis maneret peccatis & æterna damnatione. 2. Ezech. 33. *Impietas impij non nocabit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Quo pacto non nocebit, si adhuc perfectè ad Deum conuersus in pristinis maneret peccatis? An non maximum nocumentum est hoc, esse inimicum, & offensum Deo? omnia opera bona intali statu facta nihil ad vitam æternam conferre? Præterea ipsa comparatio, quæ 4 pari. inter peccatorem à suâ impietate conuersum, & iustum à suâ iustitiâ auersum, ibi fit, manifestè ostendit, quod sicut nullâ interpositâ morâ, statim post peccatum auferitur à iusto iustitia: ita nullâ interpositâ morâ, statim post contritionem restituitur peccatori iustitia, quæ fuerat per peccatum sublata: cùm non minùs Deus sit pronus ad præmiandum, quām ad puniendum. 3. ex Davidis iustificatione 2. Reg. 12. in qua vix David ad Deum per Tertium pénitentiam conuersus profert duo verba: *Peccaui Domino, statim audit à Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Vbi nota, non dixisse Prophetam, *Dominus transferet peccatum tuum,* de futuro, sed transtulit, de præterito: vt significaret, statim ad actum contritionis secutam fuisse peccati remissionem. Quod & David testatus est in Psalm. 31. iuxta interpretationem Catech. Romani de sacramento Pœnit. *Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* In quem locum Augustinus loquens in personâ Davidis: *Confesso, inquit, mea ad os nondum venerat, & Deus audiuit vocem cordis mei.* Vox mea in ore nondum erat, & auris Dei iam in corde erat. Quid hoc nisi prius Deum peccatum remisisse per cordis contritionem, quām illud ore David confiteretur? 4. sit illud Proverb. 8. *Ego diligentes me diligio.* At quo pacto Deus diligētes se diligenter, si peccatori diligenti Deū per verā contritionē peccata nō dimitteret, sed adhuc ei inimicus, & infensus maneret? hanc veritatē confirmat Christus Luca 7. dum Magdalena pénitentē dicit: *Remittuntur es peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vbi statim remissio peccatorum vt proprius effectus tribuitur dilectioni. Nec refert, quod non dixerit: *Remissa sunt ei peccata multa, de præterito; sed remittuntur, de præsenti.* nam hoc non dixit, quia charitas tempore præcessit peccatorum remissionem; sed vt de præsenti apud homines confirmaret id, quod de præterito factum est; sicut cùm Marci 5. mulieri à fluxu sanguinis sanatae de præsenti dixit: *Esto sana à plaga tua;* quam tamen de præterito sanauerat. 5. ex 1. Ioan. 4. *Omnis qui diligit, ex Deo natus est:* explicat cap. 3. & 5. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.* Igitur qui diligit Deum, natus est ex Deo; semen habet Dei, gratiam iustificationis, quæ est participatio Gratia est diuinæ naturæ: quam qui in se habet, peccatum habere non potest, quod cum gratia directè pugnat, vt *una natura* 3. et. diff. 32. sect. 1. *ad. veritas ex Patribus præter testimoniis acit.* 17. *sect. vlt. præced. diff. 1. sit Chrysost. hom. 7. in 2. ad Timoth. Chrysost. post. med. Sicut, inquit, ignis, ubi syneoccupauerit, omnia purgare coſuet, ita & charitatis fervor (loquitur autē de charitate actuali; nā in cātā est fruor) quocunq; incide-*

inciderit, omnia perimit, atque perrumpit, que diuinam segetem demoluntur, emundatq; humum suscipiens, atque fouendis altè seminibus. Pergit: *Vbi charitas est, omnia sublata sunt mala.* Et infra: *Pleniendo, legis est charitas: cuncta nempe scelera, qua pacem perturbant, ubi charitas fuerit, solunntur.* 2. sit Augustini tract. 5. in Epist. Ioan. post med. *Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli.* At quo id pacto, si manere potest cum peccato, & consequenter cum filiis diaboli? & lib. 15. de Trinit. cap. 17. fine, probat, per dilectionem manere in nobis Deum: *vbi ad init. cap. seq. repetit, Nullum est isto Dei dono excellētius, solum est, quod dividit inter filios regni aeterni, & filios perditionis aeterna.*

Probatur 4. ex Cœcilijs: 1. sit Colon. sub Paulo III. an. 1536. quod in 7. part. cap. 31. docet, per contritionem, nos confugere ab irâ Dei ad misericordiam; conuerti ab operibus mortuis ad Deum viuentem; subduci à peccatis, ac diaboli laqueis, & Christo concorporari. Quo id pacto, si adhuc contriti manemus infensi, & inimici Deo; si adhuc opera nostra in statu peccati facta, ut mortua nullius valoris, ac vigoris sunt apud Deum; si adhuc peccatorum funibus ligati captiui manemus sub potestate diaboli? 2. sit Trident. quod *sess. 6. cap. 4.* definit, translationem à statu peccati in statum gratiæ post Euangeliū promulgatum fieri non posse sine lauacro regenerationis, aut eius voto. Supponit igitur, solo voto in contritione inclusō posse peccatorem à peccatis iustificari, & in gratiam filiorum Dei acceptari. & *sess. 14. c. 4.* testatur, *Contritionem charitate perfectam hominem Deo reconciliare, prinsquam pœnitentie sacramentum actu suscipiatur.* Quam contritionem opponit attritioni, quæ sine sacramento pœnit. per se ad iustificationem perducere peccatorem nequit. Igitur in sententia Concilij est aliqua contritio, quæ à peccatis iustificat ante sacramenti susceptionem, nempe quæ ex perfecto motu charitatis procedit. idem *sess. 13. c. 7.* prohibet, ut nullus peccati mortalis conscientia Eucharistiam sumere præsumat: cùm tamen idem concedat, urgente necessitate, & deficiente copiâ confessarij, posse Sacerdotem missam celebrare: quod sanè non concederet, nisi vt certum supponeret, posse peccatorem per solam contritionem absque sacramentali confessione consequi remissionem mortalium, cuius conscius nemo ex præcepto Concilij potest ad hoc sacramentum accedere. Hæc ipsa veritas traditur *cap. Talis, de pœnitent. distinct. 3.* *Talis est erga homines pietas Dei, ut nullam quantulamcumque, & quamlibet brevi tempore gestam respuat pœnitentiam.*

His accedit Catech. Rom. qui de sacramento Pœnit. §. Sed quoniam, docet, contritionem statim peccata remittere, hominemque Deo perfectè reconciliare; quin etiam statim, ut eam mentibus nostris concepimus, peccatorum remissionem nobis à Deo tribus: confirmat *tum ex cit. Psal. 31. Dixi: Confitebor &c. tum exemplo decem leprosorum, qui Luca 17. à Christo ad Sacerdotes missi, ut à lepra mundarentur, mundatis sunt, antequam ad illos peruerirent.* Ex quo colligit, eam vim esse contritionis, ut illius beneficio omnium delictorum veniam statim à Domino impetreremus, etiam antequam perueniamus ad sacramentalem absolutionem.

Prob. 5. ex communisensu Ecclesiæ quo motu summi Pontifices, indulgentias sâpe concedunt solis contritis, & non confessis, quâ concessione supponunt, posse peccatores per solam contritionem consequi remissionem peccatorum & statum gratiæ, qui necessarius est ad fructum indulgentiarum percipi-

piendum. Eodem spiritu ducti monent, ut fideles ad sacraenta viuorum, vnâ excepta Eucharistiâ, saltem contriti accedant, si alicuius mortalium concijs sint: supponentes, posse per contritionem absque sacramentali confessione comparari remissionem peccatorum, quæ necessaria est ad dignam susceptionem cuiuscunque sacramenti viuorū.

Prob. rationib. 1. Contritio estactus perfectissima amicitia, quem homo auxilio gratianus potest erga Deum elicere, cùm procedat ex amore Dei super omnia dilecti: ergo statim ex parte Dei respondet actus amicitia erga hominem, & consequenter perfecta iustificatio peccatorum, quam necessariò secum afferit amicitia Dei erga hominem, qui promittit Proverb. 8. *Diligentes me diligo.* idque postulat æquitas amicitia, vt, si unus amicus faciat quantum potest, summè detestando offendit latam amico, propter dilectionem ipsius, ab eoque veniam humiliiter deprecando, alter oblatam satisfactionem acceptet, eumque in pristinam restituat amicitiam: hanc enim mutuam conuersionem amicabilem indicant illa *Zachar. 1. Conseruimini ad me, & ego conuertar ad vos.* 2. nulla potest huius dilationis assignari causa; nā vel contritio est sufficiens dispositio ad iustificationem; vel non: Si non, sequitur, nunquam Deum, propter illam iustificare hominem. Si sufficiens est; nulla est ratio, cur non statim Deus propter illam hominem à peccatis iustificet, cùm prior sit ad præmiandum, quam ad puniendum. Confirm. sicut Deus non differt iustificationis gratiam cum debitâ dispositione accedenti ad sacram. Baptismi vel pœnit. ita nec illam differt cum debitâ dispositione contritionis accedenti ad se. Ex dictis colligi potest, quâ censurâ digna sit opposita sententia, aliqui illam erroneam vocant; alij temerariam; alij nostram sent. de fide, & Catholicam appellant; ego oppositam sententiam, non solum censore temerariam; sed etiam errori proximam, & scandalosam; 1. quia sine solidi fundam. contradicit omnibus Schol. & Patrib. 2. ex certis Scripturæ, & Concil. testimonij, et si non omnino evidenter, vt illa dici possit erronea, saltem moraliter certò nostra deducitur: 3. quia fideles retrahit à contritione procuranda extra sacramentum, cùm afferat, per eam nō remitti peccata ante susceptionem sacram.

Dico 2. nullum est peccatum adeò gravis, nec mult. tuto peccatorum adeò magna, ut nequeat vere contritione extra sacram. deleri. Colligitur ex ijs Script. in quibus absque ullâ limitatione, aut restrictione promittitur verè contritis remissio omnium peccatorum: *Ezech. c. 18. Si impius egerit pœnitentia ab omnibus peccatis suis; omnium iniquitatū eius non recordabor.* *Ioëlis 2. Omnis quisunque invocaverit nomen Domini, saluus erit.* *Christus Mat. 11. omnibus ad se per fidem, & veram pœnitentiam acceditibus promittit suam gratiam: venite ad me omnes, & ego reficiam vos.* Viden' quo pacto nullâ factâ restrictione, vel peccatoris, vel peccatorū, Deus omnibus ad se venientibus promittat salutem, & remissionem omnium peccatorum? Eadem veritas ex Patribus constat, ex Chrysost. & Leone supra.

Secundò, tam latè se extendit contritio, quam sacram. pœnit. hoc n. in nouâ lege succedit contritioni: tam latè se nec minus vniuersale remedium ad salutem habere extendit debet peccator per contritionem; quam per sacram. pœnit. sed hoc se extendit ad remittendam omnia peccata, nullo excepto; ita Christus *Ioan. 20. Quorum remissis peccata, remittuntur eis:* hanc ipsâ potestatem regnandi sacramentaliter peccata promisit omnibus discipulis *Mat. 18. Quocunq; solueritis super terram, erant soluta & in cælo; absque ullâ limitatione.*

18.  
Augusti.Dilectionis  
encomium  
repetitum.19.  
Concil.  
Coloniæ.20.  
Trident.  
expresione  
hac  
veritatem  
tradit.21.  
Catechis.  
Rom.22.  
Sensus com-  
muni Ec-  
clesiae.23.  
Potissima  
ratio.24.  
Secunda rati-  
o.25.  
Deus off.  
provisor ad  
premiandum  
quam ad  
punientum.26.  
Alter a ve-  
ritatis.27.  
Contritio  
tam latè se  
cramentum  
pœnitentie.

28. Tertio autem contritio non esset sufficiens dispositio ad defendendum quocunque peccatum, vel multitudinem peccatorum, defectu propriæ virtutis, aut ex voluntate Dei, non acceptantis illam pro quoevere peccato, vel multitudine peccatorum: Nec deficit virtus conmissionis; neutrum dici potest. Non primum; quia etsi hanc vim non habeat ex se; habet tamen ut coniuncta cum meritis Christi, ex quibus, teste Tridentino

Nec voluntas Dei,

eff. 14. ca. 8. Omnia opera nostra tam meritoria, quam satisfactoria vim habent: ipse enim Christus, qui pro peccatis nostris satisfecit, vim tribuit nostris operibus, ut cum ipsis meritis coniuncta condigne possent pro quibuscumque peccatis satisfacere. Non secundum; tum quia nullibi talis voluntas Dei nobis declaratur; sed potius contraria, quæ non vult mortem peccatoris; sed magis ut convertatur, & vivat; Ezech. 18. & 33. tum quia hæc voluntas pugnare videtur cum summo illo amore, quo sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum, non pereat. Ioan. 3. Nam qui proprio filio suo non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cū illo (ut arguit Paulus ad Rom. 8.) omnia nobis donauit? aut quo pacto pro nobis omnibus tradidisset illum, ut omnis, qui in eum crederet, non periret, si non omnia peccata posse sunt per quocunque fidem, & conuersationem in Christum deleri? demum opposita sent. valde derogat copiosa redēptioni Christi, à quâ nullus mortalis quātumcumque peccator excluditur.

29. In speciali autem, quod pœnitentia valeat pro quibuscumque peccatis post Baptismum commissis, definitur in Concil. Lateran. h.s verbis: Si tamen post susceptionem Baptismi prolaberit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Quod etiā colligitur ex cit. testimonij Patrum addit. S. Tho. 3. p. q. 86. a. i. si aliquid esset peccatum, quod vera pœnitentiâ deleri non posset, vinceretur quodammodo Deus ab homine: quia homo vellet peccatum deleri, quod Deus delere nollet.

30. Ad 1. argum. primi erroris, ex August. Respondet Ad primum Bellar. cit. lib. de sacram. Pœnit. c. 14. August. ibi loqui de catechumenis, qui ad Baptismum accedere negligunt: hi enim ne quidem verum votum Baptismi habere possunt. Colligitur hæc resp. ex ipso textu: Ne quis arrogans, eo quod habeat abundantiam alicuius gratia, dignaretur baptizari Baptismo Domini: post quæ statim subdit: *Quantumcumque enim Catechumenus proficiat &c.*

31. Vera conuersio nullas patitur venia morum.

Ad 2. Leonis Resp. illum intelligi de sacramento Pœnit. vel in re, vel in voto: aliqui ibid. docet, ut supra, veram conuersationem nullas pati veniam moras.

32. Ad 3. Bernar. satis hic scipsum declarat, quo sensu dixerit, hominem absque Baptismo non iustificari, nisi in mortis, vel necessitatibus articulo: quia, ut ibid. docet, nisi articulus necessitatis Baptismum excludat, non potest quis veram contritionem habere. Sic enim ex verbis August. dedit: *Satis evidenter ostendit, fidelem, & conuersum ad Dominum, non si neguerit; sed si contempserit baptizari, fructu primari Baptismatis, vbi ideo extra calum necessitatis negat quempiam posse sine Baptismo solâ contritione iustificari, quia non potest quis habere veram contritionem, dum potest, & non vult Baptismum suscipere.*

33. Ad 1. auth. Trident. neg. conseq. concedo enim cit. loco Concilium describere perfectam contritionem, ut 3. to. disp. 33. sect. 3. ostendo contra Vasquez, ad quam consequitur peccatorum remissio, ut seq. cap. Concil. definit: vbi & causas iustificationis recenser, inter quas est Baptismus. Nego tamen in-

de sequi, gratiam iustificationis non dari perfectè contrito ante Baptismum: quantum inde sequitur, cō- Contritio tritionem etiam charitate perfectam, non esse for- charitate mam iustificationis, ut cit. loco, sed dispositionem tan- perfecta nō eft ipsa for- tum, ut illam Concil. vocat: ad quam tamen infalli- ma iustifi- biliter ex diuinâ promissione sequitur iustificatio, catione.

& peccatorum remissio, cuius causæ sunt, finalis gloria Dei & Christi, & respectu iustificati vita æternæ: efficiens, Deus; meritoria, Christus formalis vñica iustitia nobis inhærens; instrumentalis, Ba- ptismus: non quod semper hic ad iustificationem baptizandi concurrat ut actu suscepimus; sed saltē vt in voto suscipiendus: sicut de sacram. Pœnit. idem eff. 14. cap. 4. dixit, quod etiam quando contingit, contritionem charitate perfectam hominem Deo reconciliare; priusquam hoc sacramentū actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationē ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: quia nimis ad ipsam iustificationem per contritionē factam vtrūque sacram. concurrit, ut in voto suscipiendum.

34. Ad 2. auth. Concilij, neg. conseq. nam nō contingat, non cadit supra nō reconciliare, quasi contingens sit, & non omnino infallibile, contritionem charitate perfectam hominem Deo reconciliare: sed cadit supra esse ipsius contritionis perfectæ, quæ contingit, ut aliquando sit perfecta, cùm possit non esse perfecta. Sunt enim in hâc Concilij doctrinâ duæ proposit. altera contingens, nempe quod aliquando contritio elicatur ex perfectâ charitate; quæ tam potuit, ut sufficiens dispositio ad sacram. pœnit. elicere non ex perfectâ charitate: altera est necessearia, quæ sequitur ex priori contingente; nempe ex perfectâ contritionem ex perfectâ charitate elicitar reconciliare hominem cum Deo, ante susceptum sacramentum.

35. Ad priorem rationem. Ad 1. rationem Resp. etiamsi sola contritio sine sacram. pœnit. fuisse simpliciter sufficiens ad salutem, vti de facto fuit in veteri lege, in quâ nullum erat sacram. quod adulterum ex attrito redderet cōtritum, ut ex preced. tom. suppono: posita tamen hominum fragilitate, & contritionis difficultate, fuit sacramentum pœnit. penè necessarium; nam hoc cum solâ attritione, ut infra, peccatorem iustificat: Ceterum posito novo præcepto diuino de sacramentali confessione, etiam si quis certâ revelatio sciat, se per contritionem cōle iustificatum, adhuc teneri ad sacram. pœnit. suo tempore suscipiendum: sicut etiam qui certâ revelatione sciret, se ante Baptismum esse iustificatum, teneretur ad Baptismum suscipiendum.

36. Ad posteriorem rationem. Ad 2. Resp. meritò Concilium ad dignam susceptionem Euchar. non esse contentum solâ cōtritione in eo, qui conscient est peccati mortalis; sed requirere sacramentalem cōfessionem, propter reuerentiam tanto sacramento debitam. Cùm enim incertum valde sit, an semper peccator attingat illam contritionis perfectionem, quæ ad iustificationem extra sacram. requiritur, ob maximam difficultatem, quam in se continet, meritò Concilium ob reuerentiam tanti sacramenti certiore viam statuit, ut fideles per sacramentalem cōfessionem, in quâ minor dolor requirit, iustificati ad hoc sacramentum accederent. Posito autem hoc præcepto de præmitienda confessione ab eo, qui conscient est mortalis, omnes tenentur illam præmittere, etiamsi aliis certi essent de iustificatione per contritionem comparata.

37. Ad fundam. erroris 2. respondet Ambr. l. 2. d. Pœnit. c. 2. priorem locū Pauli intelligi de renouatione errorem. per Baptismum, qui iterari non potest, ut colligitur ex to Re-

ex nō Renouari, quod proprium est Baptisini: nam per lacrum, inquit, renouamur, per quod & renascimur: Hebræi enim, ad quos scribebat, putabant per nouum Baptisma posse hominem denuò renouari, quam expositionem admittit S. Doctor 3. p. qu. 84. art. 10. ad 1. de eodem Baptismo intelligitur posterior locus.

<sup>33.</sup> Ad 1. fundam. tertij erroris ductum ab exemplo Antiochi, & Esau, resp. neutrum veram egisse pœnitentiam: nam ille solum petebat corporis salutem; hic non culpas flebat, sed hereditatem amissam; quippe qui eo ipso tempore necem sui fratri moliebatur, ut textus indicat. Leg. S. Tho. 3. p. qu. 86. art. 1. ad 1.

<sup>34.</sup> Ad 2. vel afferimus cum August. libr. 4. contra Crescon. cap. 8. & alibi, peccatum in Spiritum sanctum esse finalem impenitentiam, & tunc iure hoc peccatum dici irremissible: quia extenditur extra statum viæ, in quo de lege ordinariâ non fit remissio; vel cum alijs esse peccatum ex malitia; siue quia committitur contra personam Spiritus S. siue quia fit ex peculiari obstinatione cordis, cum despractione venia, & proposito non pœnitendi, ut communiter Scholastici; & tunc idem est hoc peccatum non remitti, ac difficile remitti, iuxta illud Matth. 19. Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum: quia quod difficulter fit, impossibile moraliter reputatur, causa difficultatis est, quia directè resistitur inspirationi Spiritus S. & peccatum ex malitia difficulter deponitur. Addit S. Thom. cit. ad 3. dici hoc peccatum irremissible in hoc sæculo & in futuro, quia punitur in hoc sæculo, & in futuro.

<sup>40.</sup> Ad illud ex Ioan. responderet S. Thom. in 2. dist. 43. fine, vel peccatum ad mortem significare peccatum finalis impenitentia, quod etiam censet Cathari. in opusc. de desertione veri, & pro eo nullo modo est orandum: vel significare quodcunq; peccatum enorme; & tunc non prohibetur absolute, ut nullus ore; sed vt non quicunque; sed aliquis magnæ sanctitatis vir iuxta peccati grauitatem, alioqui Aug. lib. 1. retrahit. e. 19. docet de nullo quantumuis pessimo in hac vitâ esse desperandum: quia pro illo non imprudenter oratur, de quo non desperatur, ut ibid. subiungit.

## SECTIO II.

### An semper in hac vita vera pœnitentia haberi possit?

<sup>41.</sup> Error Orig. PRIMA sententia; seu error Origenis libr. 3. per risar. fine afferentis, non modo peccatores in hac vitâ; sed damnatos in aliâ posse de suis peccatis pœnitere, & de facto fore, ut aliqui à malâ vitâ recipiscentes ad bonam conuertantur: sicut è conuerso futurum esse, ut aliqui à bonâ vitâ, & à beatitudine excidentes, ad malam sint conuertendi. Fundam. sicut damnati, ita nec beati liberum arbitrium amittunt; ergo tam hiin malum, quam illi conuerti possunt in bonum.

<sup>42.</sup> 2. Sensus. SECUNDA Armacani lib. 9. q. Arme. c. 2. Abul. in Exode. 4. q. 12. & Deuter. c. 2. qu. 12. Mich. Medina lib. 3. de rectâ in Deum fide cap. 1. med. Roffens. art. 36. con. Luther. 5. Neutr. Catharini discop. 5. negantium, semper in hac vitâ veram pœnitentiam haberi posse: nempe quando peccator peruenit ad tantam grauitatem, vel multitudinem peccatorum, ut se indignum fecerit auxilio Dei, sine quo vera pœnitentia haberi non potest: nam tunc subtrahitur auxilium, etiam sufficiens in pœnam priorum pec-

catorum. Citatur Henricus quodlib. 8. quest. 1. sed nihil ibi. Fundamentum sunt Scriptoræ, quæ testantur, Deum aliquos indurare, repellere, dese-<sup>43.</sup> Fundam. rere, despicere, excæcare, ingrauare, in tentationem inducere, cor in malum conuertere, odium excitare, in reprobum sensum tradere; quæ omnia subtractionem important auxilij ad bene operandum necessarij, defectu cuius dicebantur Iudei non posse in Christum credere, Ioan. 12. & ad Thessalonicens. 2. dicitur ira Dei peruenisse super peccatores usque in finem; quid hoc nisi cum terminum attingere, quo vterius progredi non possit? talis est, quâ & damnatus in aliâ, & insignis reprobis in hâc vitâ deseritur auxilio ad pœnitendum necessario. Id confirmant August. de naturâ & gratiâ cap. 67. Illa, inquit, est peccati pena iustissima, ut amittat quisque quo bene vti noluit, cum sine illa posset difficultate, si vellet; id est autem, ut qui sciens recte non facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectum facere cum posset, noluit, amittat posse, cum velit: & Ambros. in cap. 11. ad Roman. quidam, inquit, in pertinacia manentes, severitatem sententiae non evadunt, in perpetuum curvati, hoc est excacati, ne de cetero possint veritatis viam aspicere. Et, qui cum intellexisset, credere noluit, id debet consequi, quod vult ne de cetero possit fidem recipere, & salvare; quam sciens prudensque abnuit. Confirm. sicut Deus confirmat aliquos in bonum, ne possint amplius peccare; ita indurat aliquos in malum, ne possint amplius benefacere.

DICO 1. Sicut nullus conceditur locus pœnitendi dominatis; ita nullus permititur casus peccandi beatis. Vtrumque est de fide, quâ constat, tam pœnam damnatorum, quam præmium beatorum fore æternum, Matth. 25. Ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam. Fundamentum: utriusque sunt in termino: ergo neutri possunt discedere à termino: quia terminus dicit ultimum statum xci. Confirmatur si aut conuerti possint damnati, aut damnari Beati, & omnes damnati conuerterentur, ut vitarent atrocissimas penas, quas patiuntur; & Beati non essent Beati: nam beatitudo includit securitatem. Adde, quod implicat, Beatos peccare ratione ipsius beatitudinis, quâ redundunt impeccabiles.

DICO 2. Deus nulli in hâc vitâ, ob quamcumque multitudinem, aut grauitatem peccatorum, denegat auxilia gratis ad salutem necessaria: est S. Thom. & communis Schol. cuius oppositam sent. S. Tho. Sotus in 4. dist. 1. q. 1. a. 1. Valent. dist. 7. q. 3. p. 1. appellant erroneam: Alij apud Suar. dist. 8. lett. 2. in piam & temerariam: Suar. & Petr. Sot. lett. 5. de pœnit. nullâ eam censurâ dignam putant. Fund. Scriptura Fundam. nullum excipit; sed omnes ad pœnitentiam inuitat, affer. quantumuis grauissimis ac innumerabilibus peccatis irretitos; cui consonat vox illa Christi Mat. 9. Non debet vocare iustos; sed peccatores ad pœnitentia; que cum sit indefinita, æquivalet vniuersali. Cöcordant Patres, & Concilia, quæ absolutè definiunt, semper in hâc vitâ esse locum pœnitentia: (ap. Talis de pœnit. dist. 3. Etsamfi, inquit, ad summa quis perueniat malorum, & inde tamen velit revertere ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur Dens.

Sequeretur 1. huiusmodi hominem non peccare: nam ad peccandum requiritur libertas, quæ esse non potest, vbi non est potentia ad vtrumlibet, vbi non est auxilium necessarium ad superandas difficultates, quæ in euitandis peccatis occurunt. Nec satisfacit Abulen, dicens: huiusmodi peccata non esse libera formaliter; sed causaliter, ex eo, quod peccator liberè dedit causam, ut illa sequeretur. nam mala quæ non possunt præuideri, neque causali-

*Mala que non possunt præsideri non sunt libera.*

47. 48. *Ratio à priori.*

49. *Dicēs.*

50. *Resp.*

51. *Ad alias sententias.*

52. *53.*

causaliter dicuntur libera; at ignoratur quodnam sit peccatum, vel multitudo peccatorum, ad quām consequitur subtraction auxiliū sufficientis. 2. hunc hominem non teneri ad præcepta supernat. credendi, sperandi, diligendi, pœnitendi: nam hæc sine auxiliū supernat. gratiæ seruari non possunt. 3. quamdiu homo est in hæc vitâ, semper est in via ad terminum, ergo debet habere ea omnia, quæ necessaria sunt ad constituendum illum in via: interalia autem sunt auxilia quæ reddunt hominem potentem ad consequendum terminum, alioqui esset in via, & nō esset in via. Dicere autem, ut aduersarij dicūt, quod talis non esset amplius in via; sed in termino, gratis, & non coherenter dicitur: nam sicut est in via ad pœnam per noua peccata, quæ potest committere; ita est in via ad præmium, per auxilia sufficientia & bona opera.

DICES, nos semper Deus actu excitat peccatum ad pœnitentiā: ergo non semper est in potestate peccatoris, pœnitere: quia sine diuina excitatione non est homo potens ad pœnitendum: quia diuina excitatione requiritur, ut morale principium ex parte intellectus, quod necessariō præcedit actus voluntatis. Antec. probatur, nec continuo Deus auxilio suæ gratiæ peccatorum excitat; nec voluntas humana aliquid ex se facere potest, quo talem gratiam mereatur; alioquin gratia non esset gratia, sed merces, & remuneratio.

Nego conseq. nam, ut recte S. Tho. 3. con. gent. ca. 159. peccatorum non semper excitari diuinâ gratiâ, non prouenit ex parte Dei excitare nolentis, sed ex parte peccatoris, impedimentum apponentis; Deus enim, qui semper star ad ostium, & pulsat, ut per gratiam iustificantem intret in animam, continuo peccatorum excitat ad pœnitentiam medijs objectis naturalibus honestis, naturaliter cognitis, & voluntati propositis; vel proximè, ut in fidelibus, vel remotè, ut in infidelibus. Vnde sicut in potestate hominis est, varia obiecta naturalia honesta virtutum sibi proponere, quibus mediantibus Deus supernaturaliter peccatorem excitat ad pœnitentiā, ita in eiusdem potestate erit, à Deo excitari, non quidem posituè merendo excitationem; sed negatiuè, non apponendo impedimentum ad illam, seu peccando. Nam sicut citat. loco S. Thom. quod aliquis à sole non illuminetur, non est defectus solis omnia illuminantis; sed culpa hominis oculos claudentis: Ita, quod aliquis diuinâ gratiâ non illuminetur, non est defectus Dei illuminantis omnem hominem venientem in hunc mundum; sed culpa hominis oculos intellectus per peccata claudentis.

Ad fundamentum primæ, nego vel damnatos habere liberum arbitrium ad pœnitendum, vel Beatos ad peccandum.

Ad fundam. secundæ, dico, omnia illa intelligi de subtractione auxiliij dumtaxat efficacis, cuius negatio in homine diu in vitijs & peccatis radicato reddit voluntatem difficile ad conuersionem, & quasi moraliter impotentem, ut Prosper lib. I. de vocati. gent. ca. 12. illam Pauli propos. Deus vult omnes homines salvos fieri, scribit: quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, mala consuetudinis pondere oppressi, & diaboli vinculis alligati, neque deceptions suas enincere valer, quibus tam pertinaciter inhaerunt, ut quantum amanda est veritas; tantum diligent falsitatem. De hæc morali impotentia intelligitur cit. locus Iqan. 12. & reliqui Patres cit. Locus Pauli ad Thessalo. intelligitur de irâ Dei usque in finem vitæ per subtractionem auxiliij efficacis, ne aliquando, inquit Ambr. misericordiam consequi mereantur.

Ad confirm. discrimen est: per confirmationem

in bono non tollitur potentia ad malum, quæ salvatur in solâ naturâ liberi arbitrij, quæ per gratiam confirmantem non tollitur, sed adiuuatur, per subtractionem verò auxiliij sufficientis tollitur potentia ad bonum, quæ sine auxilio gratiæ, non est potentia ad sufficiens, consequenter tollitur sufficiens potentia ad consequendum terminum, quæ est de essentia viatoris, ut sic.

### SECTO. III.

An remitti posse unum peccatum mortale fine alio?

**P**RIMA sententia Adriani in 4. qnest. 4. Medin. Cod. de Pœnit. tra. I. q. 12. Angles ar. 3. diffic. penale. 1. Sententia. 34. *Suar. disput. 10. sc̄t. 1. Nugne 3. part. qnest. 86. articul. 3. Conrict disputat. 2. dub. 11. affirmantium, & sequitur ex principijs A lens. 4. part. qn. 17. me. 4. a. 6. §. I. Bonau. in 4. dist. 17. p. 1. art. 1. q. 1. Scotti dist. 14. q. 1. Baff. q. 2. ar. 2. Major. q. 1. Gabr. q. 1. ar. 1. & 2. Arimin. in 1. dist. 17. qu. 1. art. 2. Bellarm. lib. 2. de iustific. c. 16. &c. qui docent, peccata à Deo remitti posse solâ condonatione extrinsecâ. Hæc sent. varia habet fund. iuxta varias opin. de iustificatione peccatorum. Qui docent, iustificationem fieri per absolutionem à solo reatu pœnæ, ad quam ex diuinâ voluntate peccator ordinatur, ut Scotista, & Nominales. Fundam. assignant: posset Deus de potentia absolutâ absoluere ab una pœnâ peccato debitâ, & nō ab aliâ; ergo posset unum peccatum remittere sine alio. Qui verò putant, posse Deum peccata remittere, absque eo quod peccatorem in gratiam recipiat, ut reliquistati existimant, fundamentum assignant: potest Deus condonare unam offensam, non condonatis alijs: nam ex eo quod potest peccatori culpas remittere, absque eo quod illum in suam amicitiam admittat, poterit condonare unam culpam, non condonatis reliquis. Tandem qui censem cum gratiâ non repugnare peccatum, idem docere tenetur, ut docet Medinacit. quia in hæc sent. sola gratia ex se non delet peccatum, nisi accidente extrinsecâ condonatione, & fauore diuino: nam licet hic sit connaturaliter debitus gratiæ; est tamen ab eâ separabilis: ergo potest dari gratia cum extrinsecâ condonatione vnius, & non alterius peccati.*

**SECUNDA** Alber. in 4. dist. 15. a. 1. Dur. q. 2. n. 6. So. 1. q. 1. a. 3. Richar. dist. 1. a. 6. q. 3. Vsq. 1. 2. disp. 207. c. 5. Henrig. L. 4. de sacram. c. 13. in textu, Valent. 3. p. disp. 7. q. 3. pu. 3. incantum, posse unum mortale remitti sine alio. Nota, quæstio non est de potentia ordinata, quâ de fide est, unum mortale remitti non posse sine alio, ex Trident. sc̄ff. 6. ca. 15. quod docet, quocunque mortali amitti gratiam. quia de facto nullum mortale remittitur, nisi per gratiam, quæ suâ naturâ reddit subiectum sanctum, amicum, & filium Dei, cum quâ saltem naturaliter pugnat quodcumque mortale: quia hoc, teste Trid. sc̄ff. 6. c. 7. facit subiectum inimicum, & inuisum Deo. Est ergo tantum controversia de possibili & quæ intelligi potest de peccato in quo quis statu commisso.

**DICO.** Implicat Deum remittere unum mortale sine alio in hoc statu naturæ eleuatæ ad finem supernat. S. Thom. 3. p. qnest. 86. art. 3. vbi, impossibile, inquit, est per pœnitentiam unum peccatum sine alio remitti, & quod loquatur de impossibili simpliciter, constat ex eius ratione: quia nullum, inquit, peccatum remitti potest sine gratiâ, ut supponit ex 1. 2. vbi qu. 113. articul. 2. affirmat, remissionem peccatorum intelligi non posse sine infusione gratiæ: sed quodlibet

*Principia  
duo.*

*Deductor  
assertio.*

58.

bet mortale, ut hic docet, opponitur gratia. Conclusio pendet ex duobus principiis; 1. quod nullum mortale remitti possit in hoc statu sine gratia sanctificante; 2. quod gratia repugnet cum quis mortali, eo quod gratia sit amicitia, peccatum verò inimicitia Dei, ex Trident. *eff. 6. cap. 7.* implicat autem hominem esse simul amicum, & inimicum Deo, ut *3. tom. disp. 32. sect. 1.* Ex his assertio: Implicat mortale remitti sine gratia sanctificante; ergo implicat unum mortale remitti sine alio: quia nullum mortale remitti potest sine gratia; ergo si cum nullo mortali stare potest gratia, non potest remitti unum, quin remittantur reliqua.

Ceterum, an potuissest in pura natura unum mortale sine alio remitti, pendet ex modo, quo Deus in eo statu mortalia homini condonasset, de qua difficiliter. *3. tom. disp. 33. sect. 4.*

## SECTIO IV.

*An remissa culpa per contritionem remittatur omnis pena culpa debita?*

59.  
*Lutheri &  
Calvinis er-  
ror.*

Oncedunt Lutherus, & Calvinus; ad remissio- nem culpa remitti omnem penam, tam æternam, quam temporalem, primò: quia *Ezech. 18. Deus obliuisci dicitur omnium iniquitatum, si impius pœnitentiam egerit;* & *ad Rom. 8. dicitur nihil damnationis esse in ijs, qui sunt in Christo Iesu.* 2. Si potest contritio tollere culpam, & penam æternam, à fortiori tollere poterit omnem aliam penam temporalem. 3. Christus infinitè satisfecit pro nostris peccatis: ergo non est necessaria alia satisfactio. Ex quo inferunt, nullum esse purgatorium, nulla sacrificia, nullas indulgentias pro defunctis offerendas. 4. Repugnat Deum remittere totam culpam, & relinquere aliquam penam: nam pena dicit essentialē respectum ad culpam. 5. Non videtur explicabile, quo pacto Deus remittendo penam æternam, iniungat temporalem.

60.  
*Ratio prioris  
partis.*

Ceterum Catholica sentent. duo docet: 1. remissa culpa per pœnitentiam, semper remitti penam æternam: 2. non semper cum remissione culpa, & pena æterna remitti totam penam temporalem, ut remittitur in Baptismo: *Trident. eff. 6. cap. 14. & eff. 14. cap. 8. & can. 12.* quia non remittitur culpa, nisi per gratiam: gratia ex *Trident. eff. 6. cap. 4.* est filiation adoptiva Dei, suā natura constituens subiectum hæredem vitæ æternæ, ut *idem cap. 7.* insinuat: repugnat autem, saltem de lege ordinata, ut aliquis sit hæres vitæ æternæ, & simul addicetus pena æterna. Item ex Scripturâ, sèpè Deus peccatum ob culpam iam remissam, & non tantum ad emendationem culpæ futuræ, ut garriunt hæretici; sed etiam in vindictam præteritæ: ut fuit mors, quâ Aaron, & Moyses in deserto puniti sunt, antequam promissam terram attingerent, eo quod Deum non glorificauerunt ad petrâ, *Num. 20. Den- ter. 32.* rationem insinuat *Trident. eff. 14. cap. 8.* tum quia per huiusmodi penas magis à peccato reuocamur, cautorésque efficimur in futurum: tum quia per actus satisfactorios, quibus temporalem penam exoluimus, reliquias peccatorum, vitiososque habitus male vivendo contractos ut per cōtrarios actus tollimus. Alia ratio: Deus non solum per peccatum offenditur ut priuatus amicus; sed etiam ut publicus legislator, & Princeps: ergo, licet ut priuatus amicus gratis cum offensâ remittat penam æternam, quæ cum amicitia saltem de lege ordinaria stare non potest; tamen ut publicus legislator relin-

quit aliquam penam temporalem in ultionem commissi sceleris, propter bonum commune lucendam, ne, ut inquit, *Trident. homines peccata leniora putantes, in graviora quotidae impunè labantur.*

Ad 1. argum. heret. dici Deum propter pœnitentiam peccatoris obliuisci omnium iniquitatum eius: quia illas condonat in ordine ad offensam, & penam æternam, eodem modo explicatur locus *Pauli.*

Ad 2. nego, contritionem remittere culpam, & penam æternam; sed Deum gratis, positâ contritione ut dispositione, & meritò tantum de congruo; nec sequitur, quod debeat etiam remittere penam temporalem: quia hoc non pendet à contritione formaliter; sed etiam à voluntate Dei, qui non necessariò, si remittit unum, debet remittere & alterum.

Ad 3. nego conseq. Christus enim satisfecit pro nobis ut causa satisfactoria universalis, applicanda singulis per propriam cooperationem: nam hic est modus proportionatus liberae naturæ, ut sicut libere deliquerit; ita libere sibi applicet causam satisfactionis. Quo fit, ut quia parvuli per originale non habent libere deliquerunt, sed ipsorum caput, non sit necesse ad talis peccati, & penæ remissionem ipsorum libera cooperatio, sed sufficiat aliena.

*Cur in par-  
nus non sit  
necessaria  
libera coo-  
peratio.*

Ad 4. nego antec. ut patet in offensis humanis, in quibus remissa tota offensa per acceptationem in amicitiam, adhuc potest offensus ab offendente exigere aliquam satisfactionem, ad resarcendum ius læsum publicæ iustitiae: quia culpa remittitur per redintegratam in amicitiam, repugnat quippe culpa grauis cum amicitia: quia culpa grauis infert offensam grauem: pena autem imponitur ad resarcendum iustitiam: at potest quis esse alteri amicus, & simul debitor iustitiae: quia hæc iura, cum sint diuersa, non sibi contradicunt: ergo potest Deus acceptare peccatorem ad suam amicitiam, condonata perfectè culpa, & adhuc ab eo exigere aliquam penam in compensationem publicæ iustitiae læsa, unde ad prob. antec. concedo, penam dicere essentialē respectum ad culpam, vel presentem, vel preteritam: pena autem à iustificato luenda respectum dicit ad culpam præteritam, non ad presentem, quæ iam supponitur condonata.

Ad 5. varijs sunt modi explicandi, quo pacto pena æterna commutetur in temporalem: probabilior est, quem docet *S. Thom. 3. p. q. 86. art. 4.* quia scilicet in peccato sunt duo, auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonum commutabile; ratione auersionis debetur illi pena æterna; ratione verò conuersonis pena aliqua temporalis: sublatâ 66. igitur penâ æterna per gratiam, remanet temporalis debita conuersioni; non quod simul maneat malitia conuersonis; sed quia iustum est, remissa culpa, aliquam penam purgandam manere ob publicam iustitiam; æterna manere non potest, quia saltem naturaliter pugnat cum amicitia; ergo temporalis.

*Sublatâ  
æterna pœ-  
nâ cur re-  
maneat i.e.  
temporalis.*

**S E C T I O V.**

*An de potentia absoluta posse Deus remit-  
tere culpam, non remisso debito pœ-  
na æterna?*

**P**RIMA sent. negat: *Scot. in 4. dist. 14. qn. 1. art. 1.* 67. *& 2: & dist. 21. q. 1. 9. In ista quest. Bajsol. dist. 14. 1. Sentent.* *q. 1. art. 5. Gabr. q. 1. art. 1. not. 2. Medin. Cod. de Pœnit. tract. 1. quest. 7. Vasq. 1. 2. dist. 20. 4. cap. 4. & vide- tur*

## 56 Disp. V. De effectu pœnitentia, quoad moralium &c. Sect. V.

68. **Fundam.** *Alens. 4. p. memb. 4. art. 4. §. 1. ad obiecta, quatenus docet, vitam æternam ad quam ius confert gratia, per quam peccatum remittitur, oppositionem habere cum pœna æternæ. Cuius sententia varia sunt fund. iuxta varias opin. de peccato habituali, eiusque remissione.*

**Scoti & Gabriele.** *Primum fund. *Scoti, & Gabr.* habituale relictum ab actuali præterito nihil aliud est, quæ ordinatio ad pœnam æternam præterito actui debitam; ergo implicat remitti peccatum, & simul manere debitum pœna æternæ, cum nihil aliud sit habituale, quæ hoc ipsum debitum & obligatio ad pœnam æternam. Antec. prob. nihil potest transactio actu in peccatore assignari, quod habeat rationem peccati, ipsumque denominet peccatorem; quæ passiva ordinatio ad pœnam æternam, quæ, ut est disconueniens peccatori, dicitur macula; ut est formaliter obligatio ad pœnam, dicitur reatus; ut est actua ordinatio Dei, dicitur offensus; dicitur enim Deus formaliter offensus: quia est formaliter volens vindicare peccatum contra suam legem commissum.*

69. **Confirm.** 1. manere offensum principi, nihil aliud est, quæ manere obligatum ad pœnam, principi voluntate taxatam. 2. aliquem esse iustum, posito quod Deus nullum habitum infundat, nihil aliud est, quæ hominem ordinari ad gloriam: ergo aliquem esse peccatorem, nihil aliud erit, quæ hominem ordinari ad pœnam. 2. Fundam. *Vasquez.*

70. **Fundam.** *Implicat remitti peccatum absque infusione veræ sanctitatis: implicat autem cum verâ sanctitate manere debitum æternæ pœnæ: nam vera sanctitas suâ naturâ reddit hominem filium Dic adoptuum, hæredem, & dignum æternâ gloriæ: at implicat, simul esse dignum æternâ gloriæ, æterno supplicio, seu priuatione æternæ gloriæ; posset enim simul puniri, quia dum priuaretur æternâ gloriæ in pœnam sibi debitam, verè puniretur, cum nihil aliud sit puniri, quæ pati pœnam sibi debitam, & non puniri; quia priuaretur bono, quo non esset dignus carere: ergo simul puniretur, quæ tale damnum condigne pateretur; & non puniretur, quæ non condigne pateretur; igitur in uno eodemque subiecto simul esset ius habendi gloriam, & debitum non habendi gloriam. 3. Fundam. *Gratia,* per quam remittitur peccatum, est mutua amicitia tam Dei erga hominem, quæ hominis erga Deum: implicat autem Deum esse amicum homini per gratiam, quam illi, peccata remittendo, infundit, & simul inimicum ob debitum pœna æternæ: nam quamdiu perseverat in homine debitum pœna æternæ, perseuerat in Deo eadem voluntas illum æternum puniendi, & consequenter perseuerat in Deo idem odium inimicitæ, quod erga peccatorem Deus conceperat. *Confirm.* Voluntas excludendi à gloriæ, est voluntas excludendi ab amicitia, cum gloria sit perfectissima amicitia Dei erga hominem, & hominis erga Deum: sed voluntas dandi gratiam, est voluntas acceptandi ad amicitiam; ergo simul Deus haberet voluntatem acceptandi hominem ad amicitiam, per infusionem gratiæ, & excludendi ab amicitia, per priuationem gloriæ. 4. Implicat remitti*

71. **Fundam.** *totum peccatum ex parte peccatoris, & non deponi totum odium ex parte Dei, quod contra peccatorem concepit. Sed manente debito pœna æternæ in homine, manet in Deo odium æternum illum puniendi. 5. Implicat tolli peccatum, manente condignitate ad pœnam æternam: ergo implicat remitti peccatum, manente debito pœna æternæ: nam idem est condignitas ad pœnam, & debitum ad eandem. Antec. prob. condignitas ad pœnam vel est ipsum peccatum, vel passio inseparabilis à peccato.*

72. **Sententia.** *Confirm. Implicat, sublatâ gratiâ ab homine, manere in eodem ius ad gloriam: ergo implicat, sublato peccato ab homine, in eodem manere debitum ad pœnam: nam ita se habet debitum ad pœnam in peccato; sicut ius ad gloriam in gratiâ.*

73. **Scoti & Gabriele.** *SECUNDA affirmat: *Mayro.* in 4. dist. 14. quest. 2. art. 2. fine, *Henriq. lib. 4. de sacram. cap. 13. Suarez. disp. 10. sect. 2. & disp. 13. sect. 2. n. 14. Coninck. disp. 2. dub. 13.**

74. **Fundam.** *obligatio ad pœnam non repugnat cum gratiâ & amicitia Dei, ut patet, inquit *Mayron.* in Christo, qui fuit obligatus ad pœnam mortis; & si ut potuit obligari ad tempus; ita potuit ad semper. Nota debitum in peccato, alterum pœna sensus, sustinendi æternos cruciatus; alterum pœna damnii, priuationis æternæ gloriæ, & familiaritatis diuinæ: utrumque enim incurrit per mortale. De utroque hic disp. An simul stare queat cum perfectâ remissione peccati. Sumitur autem hic pœna sensus, non prout de facto inuoluit obstinationem ad peccatum; hoc enim pacto implicat remitti peccatum, & simul manere obstinationem ad peccatum, cum obstinatio ad peccatum, sit per se uerantia in peccato: sed solum sumitur prout dicitur personæ in peccato.*

75. **Fundam.** *Dico 1. non implicat, remitti peccatum, manente debito pœna æternæ sensus. Fundam. non implicat, Deum acceptare peccatorem in suam amicitiam per gratiam, & intimam familiaritatem per gloriam, & beatitudinem supernaturalem, & simul illum æternâ pœnâ cruciare; vel in animo; vel in corpore propter præteritum peccatum: nam si potest simul cum gratia, & beatitudine supernaturali ad tempus stare obligatio ad pœnam sensus, vt istet in Christo, qui ex præcepto Patris obligatus fuit ad pœnam mortis, cur non poterit in æternum? Neque enim æternitas obligationis ad pœnam sensus addit ex parte subiecti aliquam repugnantiam, propter quam nequeat simul stare cum homine amico, & familiari Deo, ac proinde cum homine ab omni peccato perpurgato. At tali casu Deus remitteret peccatum, manente debito pœna æternæ: De facto enim remisso peccato, manet debitus ad pœnam temporalem; igitur remissio peccati per se non repugnat cum debito ad pœnam: nam ideo repugnat, quia debitus ad pœnam inuoluit rationem peccati, cum omnis alia causa superabilis sit à Deo, quæ contradictionem non inuoluit: at si debitus ad pœnam inuoluit rationem peccati; etiam debitus ad pœnam temporalem inuoluit aliquam rationem peccati, cum sit aliquod debitus pœnae.*

76. **Fundam.** *Confirm. Potest simul stare debitus ad totam pœnam peccato debitam, cum remissione venialis: ergo etiam stare poterit debitus ad totam pœnam cum remissione mortalis. Antec. constat de remissione venialium instanti mortis, in quo remittuntur omnia venialia quoad totam culpam, remanente integro debito quoad pœnam. 2. tali casu Deus deponeret totum odium inimicitæ, quod in Prob. 2. vindictam peccati erga hominem conceperat. commutando illud in amorem amicitiae: ergo in eo casu Deus remitteret peccatum. Implicat enim perseuerare peccatum in homine, & illud à Deo non perseuerare odio haberi; multò magis, talēm hominem à Deo peccatum & amari amore amicitiae: cum nequeat Deus vel cesse suspensus circa aliquod obiectum; vel ad illud aliter per voluntatem tendere; quæ obiectum ipsum naturâ suâ postulet: At peccatum naturâ suâ non postulat amari, sed odio haberi: igitur implicat, quamdiu illud in homine existit, à Deo non odio haberi. Antec. prob. per infusionem gratiæ, & visionis beatæ,*

77. *Prob. 2. à posse.*

78. *Prob. 2.*

79. **Fundam.** *Implicat peccatum in homine, & illud à Deo non perseuerare odio haberi; multò magis, talēm hominem à Deo peccatum & non haberi odio à Deo.*

beatæ, necessariò Deus, talèm hominem amaret amore perfectæ amicitiæ; cùm non possit esse gratia & gloria in homine, & à Deo non amari iuxta eam amabilitatem: cùm nequeat Deus citra tale obiectum vel esse suspensus; vel aliter per voluntatem ferri, quām objectum natura suā postulat: sed gratia & gloria est perfectissima amicitia Dei erga hominem, & hominis erga Deum: ergo implicat Deum infundere gratiam, & gloriam homini, & illum non amare amore perfectissime amicitiæ; seu retinere erga hominem odium inimicitiæ; seu in tali homine perseverare peccatum: scilicet cùm non possit in Deo esse odium inimicitiæ, quin in obiecto sit fundamentum talis odij, implicat in Deo persevereare odium inimicitiæ, sublato ab homine omne

*Fundamen-*  
*tum inimi-*  
*citiæ Dei*  
*erga homi-*  
*nem est so-*  
*lūm pecca-*  
*sum.*

fundamentum inimicitiæ Dei erga hominem; quod est solum peccatum; sola offensa Dei, quæ directè ipsius amicitiæ opponitur; & infusione gratiæ & gloriæ, positâ retractatione peccatoris, necessariò tollitur omnis moralis auersio peccatoris à Deo, in quā peccatum formaliter consistit, eiusque loco ponitur perfectissima conuersio moralis eiusdem ad Deum, vt ad amicum, & familiarem supernaturali-  
lem. Ergo non implicat cùm perfecta remissione peccati manere debitum ad æternam pœnam sensus.

79. *DICES*, in tali homine remanere obiectum inimicitiæ Dei erga ipsum, fundatum in debito pœnam æternæ. Sed contrà; cùm tale debitum non sit formaliter peccatum, non poterit tale debitum constituere obiectum inimicitiæ Dei: scilicet peccatum formaliter est moralis auersio creaturæ à Deo; hoc debitum nullam per se dicit moralē auersiōnē à Deo, quippe quod stare potest cum perfectissimā conuersione morali ad Deum. Confirmatur, hoc debitum non haberet rationem peccati, quatenus includeret ordinationem ad pœnam æternam; quia obligatio ad pœnam stare potest absque peccato, vt fuit in Christo, ad pœnam temporalem; ita de potentia absoluta potuisse esse ad pœnam æternam. Nec quatenus dicit obligationem

*Obligatio*  
*ad pœnam*  
*stare potest*  
*absque pec-*  
*cato.*

80. ortam ex peccato: nam hoc modo licet connotet peccatum fuisse; haud tamen necessariò connotat peccatum esse, cùm possit sublatâ omni auersione morali à Deo, adhuc manere debitum ad pœnam, relictum ex præterito peccato iam remisso: sicut de facto, remisso peccato originali, manet in renatis debitum ad pœnas ex originali relictas, vt docet Trident. *sess. 5. can. vii.* Igitur ex nullo cap. debitum ad pœnam inuoluit rationem peccati. Ratio: per alium respectum constitutur peccatum, & debitum ad pœnam; scilicet peccatum per respectum disformatiæ à rectâ ratione, & moralis auersionis à Deo fine, & amico supernat. debitum ad pœnam per respectum ad publicam iustitiam, cui per talem obligationem pœnam satisfit: non repugnat autem aliquem manere cum obligatione ad satisfaciendum publicæ iustitiæ, & simul esse amicum principi, à quo propter offenditam ciillatam fuit ad pœnam damnatus: quia posset Princeps offenditum acceptare in pristinam amicitiam, & simul illum obligare ad perpetuum exilium ad satisfaciendum publicæ iustitiæ.

81. Dico 2. Implicat de facto Deum adæquatè remittere peccatum, manente debito priuationis vita æternæ in peccatore. Fundamentum de facto voluntaria auersio à vita æternâ habet rationem peccati, & macula in peccatore: sed quamdiu non restituitur forma, in cuius voluntaria priuatione consistit ratio peccati, & macula, non remittitur adæquatè peccatum, & macula: ergo implicat, manen-

te debito priuationis vita æternæ in homine, Deum adæquatè illi peccatum remittere. Maior probat. voluntaria auersio à vita æternâ, est virtualis contemptus, & offensa Dei ut finis, & familiaris supernaturalis: sicut voluntaria auersio à gratiâ sanctificante, est virtualis contemptus, & offensa Dei finis, & amici supernaturalis: ergo non minus una; quām altera constituit rationem peccati, & macula. Minor ostendit. quamdiu non restituitur forma, in cuius voluntaria priuatione consistit macula, manet subiectum tali priuatione maculatum. Sicut quamdiu non restituitur parvulo gratia sanctificans, in cuius priuatione consistit peccatum, & macula originalis, manet parvulus tali priuatione maculatus.

Confirm. 1. macula est voluntaria priuationis pulchritudinis debitum: sed de facto creatura rationalis non solum habet debitum conseruandi in se gratiam sanctificantem, quæ est supernaturalis animi pulchritudo; sed ipsam etiam vitam æternam sibi cum gratiâ promissam, & ad quam per gratiam ius acquirit: ergo de facto non solum voluntaria priuationis gratiæ sanctificantis, sed ipsius etiam gloriæ, & supernaturalis beatitudinis habet rationem peccati & macula. 2. quamdiu non restituitur forma, que Deum ad hominem conuerat, vel ut amicum ad amicum; vel ut familiarem ad familiarem, non extinguitur peccatum, & macula in peccatore. Sed beatitudo supernaturalis conuerit Deum ad creaturam ut familiarem ad familiarem: ergo quamdiu illa homini non restituitur, perseverat in eo peccatum, & macula: saltem ex ea parte, quā dicit voluntaria priuationem beatitudinis supernaturalis moraliter perseverantem. Maior probat. quamdiu non restituitur talis forma, non manet Deus conuersus ad creaturam, vel ut amicus ad amicum, vel ut familiaris ad familiarem: cùm nequeat Deus amicabiliter, vel familiariter conuerti ad creaturam, nisi per formam amicitiæ, vel familiaritatis in ea productam: ergo manet positivè auersus à creaturâ, cùm non possit manere suspensus. Non potest autem manere positivè auersus à creaturâ, nisi ea auersione, cuius oppositam conuersionem exigebat forma, quā creatura voluntariè se priuauit: sed forma hæc est perfecta familiaritas Dei erga creaturam, & creaturæ erga Deum: ergo ea non restitutâ, manet Deus auersus à creatura positivâ auersione perfectæ familiaritatis, qualis est supernaturalis beatitudo. Ergo implicat de facto Deum adæquatè homini remittere peccatum, perseverante in eo debito priuationis beatitudinis: cùm tale debitum inadæquatè saltem constituat maculam peccati: est enim voluntaria separatio à Deo ultimo fine clare visibili.

82. *Obiectus* 1. Potest hoc debitum priuationis supernaturalis gloriæ perseverare in homine solum per modum pœnam; non autem per modum culpæ & macula; sicut perseverare potest debitum pœnam sensus: ergo potest, adæquatè remisso peccato, & maculâ, perseverare debitum priuationis æternæ gloriæ.

83. Resp. neg. anteced. cùm enim peccatum non remittatur per condignam satisfactionem creaturæ, peccatum quā positâ moraliter illud censeatur remisso; & nequeat creatura pro mortali condignam satisfactionem offerre; & esto posset, non teneretur Deus illam ad hunc finem acceptare; sed propter alios fines, propter quos illa Deo debita est: neque remittatur per solam extrinsecam condonationem Dei, cùm nequeat Deus ex non condonante fieri condonans, absque intrinsecâ mutatione peccatoris ex se

*Quid sit*  
*macula.*

*voluntaria*  
*priuationis*  
*gloriæ habet*  
*rationem*  
*peccati, &*  
*supernaturalis*  
*beatitudinis habet*  
*rationem peccati*  
*macula.*

83.

84.

*non remitti-*  
*tur per con-*  
*dignam sa-*  
*tus fact.*

*Nec per ex-*  
*trinsecam*  
*condonatio-*  
*nem.*

85.

Sed per formam in compoſibiliem cum peccato.

ex se ſufficiente ad expellendum peccatum; ſed per formalem incompoſibilitatem formæ ſuâ naturâ expellentis peccatum, quâ Deus conuertatur ad peccatorem ut amicus ad amicum, vel familiaris ad familiarem, non poterit, remiſſâ totâ macula peccati, remanere debitum priuationis gloriæ ſolum per modum pœnæ: nam ut tale debitus perſeueraſet per modum puræ pœnæ, deberet tota macula peccati remitti, abſque iuſtione gloriæ: at nequit de facto tota macula peccati remitti abſque iuſtione gloriæ, ut ſupræ. Confirm. talis macula non remitteretur ſola contritione, cùn contritio peccatoris de fe non ſit ſufficiens ad extinguidam offenſam illatam Deo, quâ non extincta, manet ratio maculæ; vel nec extrinſecâ acceptatione Dei; non enim poſſet remitti peccatum abſque intrinſecâ mutatione peccatoris, de fe ſufficiente ad expellendum peccatum; nec iuſtione ſolius gratiæ; hæc enim expellat maculam contractam voluntariâ auerſione à Deo fine & amico ſupernatur. haud tamen expellit maculam contractam voluntariâ auerſione à Deo clarè viſibili, & familiariter perfectissimo. Igitur nequit de facto manere debitus priuationis gloriæ per modum tantum pœnæ.

87. Differentia inter debitum pœnae ſenſus, & domini.

Nec eſt eadem ratio de debito pœnæ ſenſus: quia poſteſt tota macula peccati contracta voluntariâ auerſione à Deo ultimo fine, ac perfectissimo amico, & familiariter remitti iuſtione gratiæ & gloriæ, manente tantum obligatione ad pœnam ſenſus, quæ de fe non eſt auerſio à Deo, vt eſt voluntaria priuationis Dei clarè viſibilis, ac perfectissimi familiaris.

88.

DICES. Non ſolū voluntaria auerſio à Deo ultimo fine ac perfectissimo amico & familiariter, habet rationem peccati, & offenſe contra Deum; ſed etiam voluntaria contractio pœnæ ſenſus: at tolli poſteſt voluntaria contractio pœnæ ſenſus, manente tantum debito ipſius: ergo tolli etiam poſterit voluntaria auerſio à Deo clarè viſibili, ac perfectissimo familiariter, manente tantum debito priuationis claræ viſionis, ac perfectissimæ familiaritatis diuinae.

89.

Offenſa formaliter tantum operantur a micitia & familiaritate diuina. Nulla priuatione tolli poſteſt per formam inferiorem.

Resp. neg. conſeq. nam voluntaria contractio pœnæ ſenſus, in ratione peccati & offenſe contra Deum ſufficienter tollitur contritione peccatoris, ut diſpoſitione, & iuſtione gratiæ & gloriæ, ut formâ formaliter expellente. Contrà verò voluntaria auerſio à Deo clarè viſibili ac perfectissimo familiariter non tollitur ſola conuercione peccatoris, & gratiæ iuſtione: nam ſicut familiaritas eſt perfectior, quam ſit amicitia, cùm illam ſupponat, & insuper addat ſingularem coniunctionem cum amico, & intimo rem communicationem bonorum ipſius amici, ita voluntaria priuationis illius non tollitur ſola iuſtione gratiæ, cùm nulla priuatione tolli poſteſt formâ inferiorē: at beatitudo ſupernaturalis eſt perfectior forma in ratione amicitiae, eſto in ratione entis ſit perfectior gratia: igitur illius priuatione tolli non poſteſt iuſtione ſolius gratiæ.

89.

Obijcies 2. Poſteſt Deus negare iusto gloriam, ut 3. tom. diſput. 31. ſect. vlt. ergo poſteſt remittere peccatum, non collata gloriæ: igitur poſteſt manere debitus priuationis gloriæ ſolū in per modum pœnæ, remiſſa totâ macula peccati. Resp. neg. utramque conſeq. nam potuit Deus promittere homini ſolam gratiam, non promiſſa gloriæ: quo caſu gloria non fuſſet debita homini, ac proinde illius priuatione non poſtuſſet imputari homini ad culpm: ſicut non imputatur ad culpm priuationis hypostaticæ, ex eo quod per peccatum homo reddat ſe indignum illâ, cùm non ſit ei debita. Sicut nec pri-

90.  
Reſp.

uatio gratiæ habitualis imputaretur ad culpm homini peccanti in purâ naturâ. Ratio: illius tantum Ratiō. formæ priuationem culpabiliter contrahimus, quam habere, vel conſeruare tenemur, cùm omnis culpa fundari debeat in transgressione alicuius debiti. De facto autem gloria eſt debita homini ex promiſſione diuina, quam conſequi tenetur per bona opera: ac proinde priuationis illius imputatur homini ad culpm, quæ nequit remitti, niſi reſtitutâ formâ, in cuius priuatione illa conſtituit.

Obijcies 3. priuationis gloriæ eſt pœna, quæ peccato incurrit: ergo non eſt culpa: nam pœna diſtinguitur à culpm: hæc enim committitur ab ipſo peccatore; illa taxatur à Deo. Anteced. prob. priuationis gloriæ eſt à Deo in pœnam peccati commiſſi. Resp. diſting. anteced. priuationis gloriæ eſt tantum pœna à Deo taxata, nego: eſt pœna, & culpa ſimul; concedo: culpa, ut eſt moraliter ab homine voluntariè culpa ſiſe illâ priuando; pœna, ut physiæ à Deo inflicta mul. ob commiſſam culpm. Vnde eadem priuationis gloriæ, ut moraliter eſt à peccatore, ratione præcedit ſeipſam, ut physiæ eſt à Deo: nam ideo Deus illam physiæ ſubtrahit: quia peccator liberè ſe ab illâ ſubtraxit.

91.

Obijcies 4. priuationis gloriæ conſtituit peccatum ſolū ut terminus extrinſecus: at auferri poſteſt tota ratio peccati, manente tantum termino extrinſeco; ut patet de peccato homicidij, quod totum auferri poſteſt, manente extrinſeco termino occiſionis. Maior probat. priuationis gloriæ concurrit ad peccatum ſolū ut terminus extrinſecus moralis auerſionis, quæ peccator auertit ſe à Deo clarè viſibili, ac perfectissimo familiariter. Resp. eſto physica priuationis gloriæ ad peccatum concurrat ut terminus extrinſecus; moralis tamen priuationis eiusdem, quatenus eſt voluntaria auerſio à Deo, ut à perfectissimo familiariter, conſtituit intrinſecè peccatum: quia ut ſic dicit offenſam & virtualem contemptum Dei, ut perfectissimi familiaris. Quæ offenſa & virtualis contemptus Dei ut perfectissimi familiaris tolli non poſteſt, neque ſola contritione peccatoris, neque ſola iuſtione gratiæ; ſed collatione eiusdem gloriæ, cuius eſt voluntaria priuationis & virtualem contemptus; quamdiu enim non reſtituitur diuina familiaritas per collationem gloriæ, tamdiu cenſetur peccator manere moraliter auerſus à Deo, & Dens à peccatore, ut non familiaris à non familiariter. Sicut quamdiu non reſtituitur gratia habitualis peccato deperdita, tamdiu cenſetur & peccator moraliter auerſus à Deo. & Deus à peccatore, ut inimicus ab inimico. Nec ſufficit, quod peccator actu contritionis retractet voluntatem: nam hæc retractatio non extinguit peccatum, quæ offenſa Dei eſt; ſicut nec ſufficit ad illud extinguidum abſque iuſtione gratiæ.

92.

Neque eſt contra rationem peccati, ut illud moraliter perſeueraſet in peccatore, etiamſi hic ex parte ſuâ fecerit, quidquid cum auxilio diuino facere poſterat. Quia cum peccatum, ut offenſa Dei eſt, remitti non poſſet ſoio actu peccatoris, ut condigna satisfactione, neceſſariò ut remittatur, ſimul concurrere debet Deus liberaliter illud condonando; non ſolo actu ſuę voluntatis, ut 1. tom. diſput. 14. ſect. 3. ſed per formam ſuâ naturâ illud expellentem, ut offenſa Dei eſt perfectissimi amici ac familiaris, ſcilicet ſupernaturalis beatit. per quam Deus intimè ſe communicaſt creature.

93.

DICES. Hoc ipſo quod peccator actu contritionis retractat ſuum peccatum, non manet amplius priuationis gloriæ imputabilis ad culpm, cùm per actu contritionis tollatur voluntarium, ſine quo impli-

94.

95.

96.

implicat manere culpam, quæ essentialiter est voluntaria. Resp. 1. Idem argumentum fieri posse de priuatione gratiæ habitualis, quæ sublato voluntario per actum contritionis, dici posset non amplius manere imputabilis ad culpam: quod tamen in communi sententia falsum est. Nam adhuc positâ contritione, priuatio gratiæ manet culpabilis, donec tollatur per ipsam infusionem gratiæ. 2. negat. anteced. ad probat. duplex voluntarium; alterum tantum formale & inefficax; alterum causale & efficax: concedo autem, peccatorem actu contritionis tollere voluntarium formale & inefficax; nego autem tollere voluntarium causale & efficax, quod fuit causa moralis priuationis gratiæ & gloriæ. Nam, ut tollere posset peccator, deberet posse ponere actum, vel suâ naturâ causatum gratiæ & gloriæ; vel saltem æquivalentem illis in perfectione, cuiusmodi non est actus contritionis. Vnde concedo, culpam manere non posse absque aliquo voluntario: nego autem, posito actu contritionis, priuationem gratiæ & gloriæ, manere absque aliquo voluntario; nam manet cuin voluntario causatio, quod fuit moralis causa ipsius priuationis gratiæ & gloriæ, quod voluntarium solo actu contritionis tolli non potest, cum solo actu contritionis reparari non possit gratia & gloria per peccatum amissa.

97. Instabis. Tale voluntarium moraliter causati-  
vum priuationis gratiæ & gloriæ tolli non potest à  
peccatore; ergo nec potest illi ad culpam imputari.  
Rcp. neg. conseq. quia licet non possit à peccatore  
semel positum tolli, potuit tamen à peccatore non  
poni: vnde hoc ipso, quod fuit à peccatore præ-  
uisum, non posse à se positum tolli, imputatur illi  
ad culpam, eò quod voluntariè proiecit se in sta-  
tum, à quo non posset, etiam per vires supernatu-  
raliter eleuatas resurgere, nisi accidente liberali  
condonatione Dei, per gratuitam restitucionem  
pristini status, à quo voluntariè cecidit.

98. Potest autem tolli peccatum homicidij, non sub-  
lato termino occisionis; quia id ad æquatè extingui-  
tur per actum contritionis, & infusionem gratiæ,  
vt per formas superioris ordinis. At offensa con-  
tra Deum, vt contra perfectissimum familiarem,  
nequit extingui solo actu contritionis & infusio-  
ne gratiæ: nam hæc forma non conuertit pecca-  
torem ad Deum, neque Deum ad peccatorem vt  
familiarissimum ad familiarissimum, vti conuer-  
tit beatitudo supernaturalis. Quamdiu autem  
peccator non conuertitur ad Deum eo gene-  
re conuersionis amicabilis, cuius oppositâ auer-  
sione voluntariè fuerat auersus, & Deus mu-  
tuò ad peccatorem, non extinguitur peccati ma-  
cula.

99. *Obijcies* 5. Implicat in nostrâ sentent. esse peccatum simul cum gratiâ: sed tali casu posset esse peccatum simul cum gratiâ: quia posset Deus huiusmodi peccatori restituere gratiam, non restitutâ gloriâ; ac proinde maneret simul cum gratiâ macula priuationis gloriæ. Confirm. Gratia est amicitia, & adoptiuâ filiatio Dei: implicat autem cum amicitiâ, & adoptiuâ filiatione Dei simul esse peccatum: quia cùm peccatum ex *Trident.* *scff. 6. cap. 7.* sit inimicitia hominis ad Deum, implicat simul esse cum gratiâ, quæ est amicitia eiusdem ad Deum, & Dei ad hominem: aliqui Deus simul esset amicus, & in i-

**Quid amicitia & ini-**  
**micitia di-**  
**cant.**

100.

nominiū : anquid Deus nullus est et amicus, & ini-  
micus respectu eiusdem, quod implicat : nam ami-  
citia dicit admissionem amici ad communicationem  
bonorum amici; iniamicitia contrà exclusionem ini-  
mici à communicatione bonorum. Resp. implicat  
peccatum, & gratia simul ratioñe sui præcisè, nego:

implicat ratione tertij, nempe Dei, qui simul amando amore amicitia, poneret gratiam, & odio habendo odio inimicitia, tolleret gratiam, concedo. Quia igitur Deus amando amore tantum amicitia, ponere gratiam; & odio habendo, non inimicitia, sed opposito perfectissimae familiaritati per subtractionem supernaturae beatitudinis. non implicabunt simul gratia & peccatum, non oppositum amicitia, sed perfectae familiaritati. Nam etenim in nostra sententia peccatum & gratia simul implicare, quatenus unum infert negationem alterius per ordinem ad Deum simul amantem, & odio habentem, cum nequeat Deus vel amare, nisi per intrinsecam mutationem creaturarum sufficientem ad amorem; vel odio habere, nisi per subtractionem formae ad odium sufficientem. Unde si possit Deus amare, ponendo unam formam; & odio habere, subtrahendo aliam formam, non implicabunt gratia & peccatum simul. Sicut de facto Deus iuxta communem sententiam infantes absque Baptismo decedentes, amore amicitiae naturalis, per infusionem amicitiae naturalis in illos erga secundum; & simul eosdem odit odio inimicitiae supernaturae per priuationem gratiae & gloriae supernaturalis debitae, in penitentiam peccati originalis, ergo simul poterit amare amore amicitiae supernaturalis, per infusionem gratiae, & odiisse per priuationem perfectissimae familiaritatis debitae: quia quando odium Rationis Dei non tollit, quod ponit amor eiusdem, non implicat simul in Deo amor, & odium erga eundem: cum enim peccatum, & gratia non implicant simul in eodem subiecto ratione sui; sed ratione amoris & odii diuini, necessariò simul ponentis & tollentis eandem formam, si poterit amor Dei terminari ad unam formam, & odium ad subtractionem alterius formae, non implicabit simul amor & odium erga eundem in Deo, & consequenter gratia & aliquod peccatum, quod non sit priuatuum gratiae; sed alterius formae in peccatore. Cum igitur gratia, & gloria sint diversae formae supernaturales, quarum una est amicitia, altera perfectissima familiaritas Dei erga creaturam, & creaturam erga Deum; cumque de facto utriusque priuatio integreret in hominem rationem maculam, cum veraque de facto sit forma debita in genere amicitiae & perfectae familiaritatis, poterit in eodem subiecto simul esse gratia & priuatio beatitudinis, ac proinde amicitia supernaturalis erga Deum, & moralis auersio ab eodem ut a perfectissimo familiariter; & consequenter gratia & peccatum simul, cum tali casu peccatum non constitueret obiectum inimicitiae simpliciter; sed solum obiectum oppositum perfectae familiaritatis: atque adeò odium Dei contra tale peccatum non subtraheret gratiam, quae est simpliciter amicitia; sed tantum beatitudinem supernaturalem, quae est perfecta familiaritas.

Vnde ad confirm. dist. minor. implicat cum amicitia & adoptiuâ filiatione Dei simul esse peccatum *Ad confirm.* oppositum amicitiae & adoptiuæ filiationi Dei, con- cedo: implicat esse peccatum oppositum tantum *Potest esse* perfectissimæ familiaritati diuine, nōgo. *in Deo si-* sequitur, Deum simul esse amicum, & inimi- *mul amor* cum: nam hæc dicunt conuersionem, & auersio- *amicitiae &* nem ab eâdem formâ; sed amicum, & non familia- *odis oppo-* situm perfe- rem. *Ita fami-*

*Obijcies 6. Posset Deus restituere gloriam, non  
restitutâ gratiâ; ergo posset eo casu Deus manere  
perfectè familiaris, & simul inimicus creature, quod  
implicat; nam familiaritas supponit essentialiter  
amicitiam: & consequenter non posset Deus esse fa-  
miliaris creature, communicatione beatificâ visio-  
nis, qui simul esset illi amicus in fusione gratiæ: ac  
pro-*

## 60 Disp. V. De effectu pænitentia, quoad mortalium &c. Sect. V.

103.  
Resp.  
proinde implicat, Deum communicare gloriam, non communicatam gratiam. Nego consequentiam, nam ipsa supernaturalis beatitudo est simul amicitia: ergo ea tantum restituta, cum illa simul restituitur amicitia, in ipsa familiaritate essentialiter inclusa. Contrà verò gratia non est perfecta familiaritas: unde eâ tantum restituta, cum illa simul non restituitur perfecta familiaritas. Nec refert, quod gratia habitualis sit perfectior in ratione entis visione beatificâ: quia sufficit, ut visio beatifica sit perfectior gratia in genere amicabilitatis; quia perfectius & intimius coniungit creaturam cum Deo, iusque bonis.

104.  
Obijcies 7. ex Trident. scilicet S. cap. 7. vñica est causa formalis nostræ iustificationis, scilicet iustitia nobis inhærens: ergo sola gratia habitualis nobis inhærens absque gloriâ, est forma adæquate remittens peccatum. Resp. neg. conseq. nam in ipsa gratia includitur gloriâ: quia sicut non potest à gratia separari ius ad gloriam; ita neque gloria terminatiue sumpta, quam Trident. à gratia non excludit; sed solum ibi assignat formam actu nobis inhærentem. Ad

Ad fund. 1. 1. Scotti & Gabr. neg. antec. 1. quia tam actua, quam passiva ordinatio ad pœnam, est recta & honesta, Falsum est, cùm sit correctiva culpa, actus iustitiae vindicativa, ab ipso Deo, à quo non nisi rectum & honestum esse potest: 2. ordinatio ad pœnam supponit culpam, propter quam infligitur: ergo per illam, non per hanc homo dicitur formaliter peccator; 3. nemo offenditur suo actu: ergo nequit Deus dici offensus suo actu, quo peccatum vindicatur; sed per peccatum, quod vindicatur: nam ideo illud vindicatur; quia illo offenditur; 4. si peccatum habituale consistet in ordine ad pœnam, non posset Deus remittere totum peccatum, quin remitteret totam pœnam; sed de facto Deus remittit totum peccatum, non remissa totâ pœna; quin in peccatis venialibus, quæ Deus remittit in instanti mortis, remittit totam culpm, nullâ remissa pœna illis respondente. Transacto igitur actu peccati, remanet in peccatore priuatio gratiae, & gloriæ cum ordine ad actum præteritum, quæ ut disconueniens animæ dicitur macula; ut contraria rationi, quam intellectualis creatura tenetur sequi in suis actibus, dicitur culpa; ut opposita amicitiae & voluntati diuinæ, dicitur offensa; ut est dignitas ad pœnam, dicitur reatus, qui sumptus radicaliter non distinguitur à peccato; sumptus verò formaliter & proximè, dicit debitum & obligacionem ad pœnam separabilem à peccato; ordinatio vero Dei ad pœnam, est quædam obligatio actua actu obligans peccatorem ad pœnam sustinendam.

Ad 1. confir. nego assumpt. nam qui offendit principem, remanet ex præteritâ offendâ nondum retractata, & compensata, moraliter auersus à principe: nam ideo voluntate principis ordinatur ad pœnam: quia propter præteritam offendam moraliter perseuerantem manet offensus principi. Ad 2. neg. antec. nam etiamsi à Deo non ordinaretur ad gloriam, adhuc ille diceretur iustus ex preteritis actibus iusticie.

105.  
Quid sit  
ordinatio  
Dei ad pa-  
cem.  
Ad fund.  
Vñquez.  
Ad 2. fundamen-  
tum Vñquez, disting. minor:  
Si loquitur de sanctitate includente tam gratiam, quam gloriam; & de debito tam pœna sensus, quam damni; concedo: quia tunc remitteretur peccatum per ablationem omnis moralis auersionis à Deo, & ut ab amico, & ut à familiari per infusionem gratiae & gloriæ, & simul non remitteretur peccatum per moralem auersionem à Deo, ut à familiari, à quo necessariò maneret auersus per debitum priuationis beatitudinis, quod adhuc in tali homine supponeretur persecutare. Si verò aut loquatur de debito tantum pœna sensus, aut de sanctitate per solam gratiam, nego, nam

tam cum sanctitate per gratiam, & gloriam stare potest debitum pœna æternæ sensus; quam cum solâ sanctitate per gratiam debitum priuationis æternæ gloriæ, ut supra. Ad probationem concedo, gratiam quantum est de se, reddere hominem filium Dei adoptiuum, dignum ac heredem gloriæ; posse tamen aliunde hoc ius ad gloriam impediri, quod minùs habenti gratiam gloria proximè debeatur. ita gratia habitualis, quantum est de se, constitueret Christi humanitatem filium Dei adoptiuum, nisi aliunde, nempe à filiatione naturali impeditur. quia ius ad aliquam dignitatem non tantum supponit in subiecto habilitatem, in qua fundetur; sed etiam negationem omnium impedimentorum, quæ tale ius impedire possent; cum ius proximum & expeditum ad dignitatem non solum pendeat ex habilitate ad illam, sed etiam ex negatione omnium impedimentorum: hoc enim pacto per peccata venialia, & pœnam temporalem impeditur ad tempus hoc ius ad gloriam: cur igitur impediri non posset in perpetuum, per debitum pœna æternæ sensus? Confirm. ex suppositione, quod peccata venialia nunquam remittentur quoad culpam, quod non videtur implicare, semper maneret in homine iusto ius ad gloriam impeditum.

Cæterum esse dignum æternâ gloriâ, & non esse dignum æternâ gloriâ, prouenire possunt a diversis formis, scilicet esse dignum, à gratia; non esse dignum, à debito pœna relicto ex peccato iam condonato. si formæ ipsæ simul stare possunt, non est, cur effectus formales contrarij ab ipsis prouenientes, simul etiam stare non possint, cùm prima & radicalis repugnantia sit in formis. Porro tunc dux

Quando  
formæ oppo-  
sitæ simul  
stare non  
possint.  
formæ oppo-  
sitæ simul  
stare non  
possint.

formæ oppositæ simul stare non possunt, quando vel vna contradictione negat aliam, ut gratia & priuatio gratiae; vel vna essentialiter pendet ab aliquo, quod necessariò tollitur per aliam; quia cùm nulla res possit existere absque eo, à quo essentialiter pendet, sublato eo, à quo forma essentialiter pendet per introductionem alterius formæ, repugnabit, tales formæ esse simul; alioqui alterutra existere posset absque suo essentiali conservatio, quod implicat. Hoc pacto implicat simul rectitudo & curitas in eadē quantitate: assensus & dissensus respectu eiusdem obiecti in codem intellectu: nam rectitudo essentialiter connotat tale spatiū, quod necessariò tollit curitas, & è contrario; assensus essentialiter terminatur ad esse obiectum, quod necessariò tollit dissensus. Assensus enim fertur ad esse obiecti cognitione apprehensum; dissensus contrâ, ad non esse obiecti cognitione apprehensum. Quando verò neutra forma contraria tollit aliquid, à quo essentialiter pendet altera, tunc nulla est repugnatio, quin simul esse possint: sic albedo & nigredo; calor & frigus, etiam in summo in eodem subiecto diuinus esse possunt: quia neutrū necessariò tollit aliquid, à quo essentialiter pendet aliud. Gratia autem neque contradictione negat debitum pœna æternæ, ut supra, nec pendet essentialiter ab aliquo; quod necessariò tollitur per debitum pœna æternæ, aut contrâ. Nam gratia solum pendet sustentatiuè à subiecto, & effectivè à Deo: debitum autem pœna æternæ, nec tollit subiectum, nec impedit gratia conferuacionem à Deo: contrâ verò debitum pœna æternæ solum pendet à præterito peccato iam remissio, & ordinatione ad pœnam: neutrū autem necessariò tollitur per infusionem gratiae; nam hæc tantum tollit maculam sibi oppositam, non debitum ex peccato relicturn, vel maculam oppositam familiaritati diuinæ. Vnde ad confirmat. negatur sequel. nam vel talis puniretur æternâ tantum pœna sensus,

107.  
Gratia red-  
dit adopti-  
um filium  
Dei.

Quid re-  
quiratur  
ad ius ad  
aliquam di-  
gnitatem.

108.

Gratia su-  
stentatiuè  
pendet à  
subiecto, ef-  
fectivè à  
Deo.  
Ad confir.  
sequel. nam  
vel talis puniretur  
æternâ tantum  
pœna sensus,

sensus, & sic verè puniretur propter debitū ex præterito peccato relictum; etiam si per gratiam & gloriam esset simul amicus, familiaris, & filius adoptivus Dei: cùm hæc duo non repugnent simul, obligari ad pœnam perpetuam ad satisfaciendum publicæ iustitiae, & condonatā totā offensā recipi in amicitiam, & familiaritatem amici: vel puniretur etiam pœnae damni, & tunc dignè etiam puniretur, non solum propter debitum ex præterito peccato iam remisso; sed etiam propter debitum in præsenti maculâ adhuc moraliter persecutante fundatum.

110: Ad tertium, nego Deum manere inimicum homini propter debitum ex præterito peccato condonato relictum. Sicut non maneret princeps inimicus ciui, quem in pristinam amicitiam acceptatum relegaret in perpetuum exilium ad satisfaciendum publicæ iustitiae: nam illud tantum odium est inimicitiae, quod directè opponitur amicitiae:

*Voluntas puniendi hominem ob publicam iustitiam non opponitur amicitiae.* voluntas autem puniendi hominem ob publicam iustitiam non opponitur amicitiae, quia hæc stare potest cum huiusmodi volūtate. Vnde nego, tali casu perseuerare in Deo eandem voluntatem puniendi: nam ante condonatam offensam, erat in Deo voluntas puniendi hominem propter offensam moraliter existentem: condonatā offensā non persecutrat eadem voluntas puniendi hominem propter offensam moraliter existentem, cùm iam supponatur remissa; sed propter offensam iam præteritam, & condonatam. Prior igitur voluntas terminabatur ad offensam existentem, vt ad motuum formale punitio, ac propterē dicebatur odium inimicitiae: posterior terminatur vt ad motuum punitio, directè, & formaliter ad debitum ex præteritā offensā iam condonatā relictum, ac propterē odium inimicitiae dici non potest; sed tantum voluntas vindicandi malum præteritum ob bonum publicum. Vnde licet talis voluntas terminetur etiam ad peccatum; ad illud tamen non terminatur directè, & formaliter, vt terminatur odium inimicitiae; sed tantum indirectè & in obliquo, directè tantum & formaliter ad solum debitum, ex condonato peccato relictum, vt terminatur eadem voluntas diuina ad puniendum iustum propter debitum pœnae temporalis, relictum ex præterito peccato condonato. Ad confirm.

*disting. maior: voluntas excludendi à gloria non est voluntas ab amicitia simpliciter nego; ab amicitia perfectissima concedo: & quia potest alius esse simpliciter amicus, esto non sit perfectissimè amicus & familiaris, poterit homo per gratiam, quæ est simpliciter amicitia, esse amicus Deo; & simul per negationem gloria, quæ est perfectissima amicitia, & familiaritas cum Deo, non esse perfectissimè amicus & familiaris Deo: & per consequens poterit Deus esse simpliciter amicus creaturæ per gratiam; licet non sit illi familiaris per gloriam: quamvis non possit esse eidem familiaris per gloriam, & simul non amicus: cùm in familiaritate essentialiter includatur amicitia, non contraria.*

112: Ad 4. distingu. antecedens: implicat remitti peccatum, & non deponi totum odium oppositum amicitiae, & familiaritati ex parte Dei, concedo; totum odium puniendi peccatum iam remisso ob publicam honestatem & iustitiam, nego, cum conseq. nam illud odium, quod in Deo remaneret, puniendi hominem æternā pœnam sensus, ob peccatum præteritum iam condonatum, non esset odium inimicitiae oppositum amoris amicitiae; sed odium dumtaxat præteriti peccati con-

donati sub ratione inimicitiae, ad satisfaciendum tantum publicæ iustitiae. Ad 5. neg. anteced. si sermo sit de condignitate proximâ & formalis: secus <sup>113.</sup> de condignitate remota & radicali, quæ ab ipso peccato non distinguitur. Igitur proxima & for- *Peccatum est tanquam radicalis condignitas ad pœnam.*

malis condignitas ad pœnam non est peccatum, vel passio ab eo inseparabilis, sed separabilis, vt constat tum de condignitate pœnae venialis iam remissa; tum de condignitate pœnae temporalis mortalibus condonati; tum de condignitate pœnarum peccati originalis gratiâ regeneratiâ delecti. His enim omnibus peccatis perfectè delectis, adhuc manet condignitas ad pœnam, & quidem inveniabilibus manere potest condignitas ad totam pœnam, in reliquis saltem ad aliquam. Ad confirm. neg.

anteced. nam adhuc sublatâ gratiâ, manere potest ius ad gloriam ex præteritis actibus meritorij. At, inquires, sicut delectis meritis per peccatum, nequit manere ius ad gloriam; ita, delecto peccato per gratiam & gloriam, nequit manere debitum ad pœnam æternam. Nego paritatem: peccatum *Resp.*

enim habet respectum, alterum offensæ & inimicitiae contra Deum, finem & amicum supernatum, *differunt*.

publicæ iustitiae. Poterit igitur remitti sub ratione 1. per acceptationem ad amicitiam, & familia- *Duplex res-*

ritatem diuinam, & adhuc manere sub ratione 2. de- *sedes peccati*

biti satisfaciendi publicè iustitiae peccato lœsa, pu- *publicâ aliquâ pœnâ.*

blicâ aliquâ pœnâ. Meritum verò solum habet respectum iuris acquisiti ad gloriam. Vnde deleto merito sub ratione meriti per peccatum, si

mul deletur ius acquisitum ad gloriam, cùm præter id ius nihil aliud habeat meritum. Instabis. De-

leto peccato, non potest manere condignitas ad *Inß.* pœnam æternam, nam hæc tantum debetur peccato non delecto. *Resp.* neg. anteced. nam præter-

itum peccatum ob sui grauitatem, & malitiam non modò fuit dignum vt puniretur pœna æternâ, dum actu existeret; sed etiam dum præterierit, & à Deo remissum fuerit. Vnde ad prob. concedo. ex vi præ-

sentis decreti pœnam æternam tantum deberi peccato non remisso; vi tamen alterius decreti ea de-*Resp.*

beri potuisset peccato etiam remisso. Vrgebis: Si condignitas ad pœnam æternam sensus manere posset cum gratiâ, manere etiam posset cum vno-

ne hypost. consequens est impossibile, alioqui posset talis homo Deus esse dignus æternâ pœna propter sua peccata præterita. Sequel. prob. posset Deus hypostaticè assumere naturam, quæ anteà peccasset, cuiusque peccata non condonare quoad pœnam æternam sensus, sed solum quoad culpam, sicut con-

donare posset puro homini per gratiam iustificato. *Resp.* neg. sequel. nam hypostatica vno cum per-

sonâ diuinâ euicit naturam assumptam ad eandem *Resp.* dignitatem cum ipsa assumente, cuius per vniōne hypostaticam sit propria. Implicit autem cum di-

gnitate personæ diuinæ manere dignitatem ad pœnam aliquam, etiam temporalem, nedum æternam, nequit man-

ortam ex proprio peccato. Maior constat: nam persona diuina communicando naturæ assumptæ leip- *Cur digni-*

tate personæ diuinæ ne dignitate personæ diuinæ manere dignitatem ad pœnam, communicat illi suam increatam dignitatem, *nam:*

reddendo illam dignam eodem honore, & maiestate, qua digna est persona diuina; ita tom. 6. disp. 28. di- *Nec proxi-*

xi, naturam humanam in Christo non habere pro-

## 62 Disp. V. De effectu pœnitentie, quoad mortalium &c. Sectio V.

nere non potest cum naturâ hypostaticè Deo vñita: nam dignitas naturæ assumptæ est summa, quæ es- se potest: ergo nullam moralem indignitatē ortam ex peccato in se admittere potest, alioqui non esset summa: quia dari posset maior, quæ huiusmodi moralem indignitatem à se excluderet. Dixi, oram ex proprio peccato: quia posset talis natura hypostaticè vñita Deo æternam pœnam subire, vel ex præcepto sibi imposito, vel non ut pœnam formaliter, quo pacto inuoluit moralem indignitatem ortam ex propriâ culpâ: sed vt cruciatum solâ voluntate Dei inflictum. Gratia verò habitualis non repugnat cum dignitate ad pœnam æternam sensus relictâ ex præterito peccato quoad culpam condonato: nec cum amico & filio adoptiuo Dei manere simul id debitum; vt patet in humanis, in quibus potest offendens redintegrari in amicitiam offensi, & simul ob præteritam offensam manere debitor perpetui exilij. Confirm. gratia habitualis, quatenus est amicitia & adoptiuo filiatione Dei, solum secum essentialiter affert extinctionem odij diuini oppositi amicitia & adoptioni: hoc autem formaliter extinguitur per solam cōmunicationem gratiæ habitualis, quæ cùm sit participatio supernaturalis diuini esse, essentialiter secū fert dilectionem amicitia Dei erga hominem: cum quâ non repugnat in eodem debitum ad pœnam æternam sensus relictum ex præterita culpâ remissâ, cùm possit hoc debitum fundari non in odio, & indignatione Dei erga hominem; sed in obligatione hominis satisfaciendi publicæ iustitiæ per peccatum læzæ.

DIC. Gratia iustificans essentialiter poscit dilectionem supernaturalem amicitia diuinæ erga iustificatum: ergo saltem connaturaliter etiam poscit liberationem à debito pœnæ æternæ sensus: ergo stante gratiâ iustificante in homine, non potest Deus illum condignè punire pœnâ æternâ sensus: igitur non potest cum illo manere debitum seu dignitas ad pœnam æternam sensus; eadem quippe forma, quæ connaturaliter poscit liberationem à pœnâ, necessariò tollit debitum, & condignitatem ad pœnam. Prima conseq. prob. vera amicitia, qualis est inter Deum, & hominem fundata in gratiâ iustificante, connaturaliter postulat, vt amicus omne malum saltem graue tollat ab amico, eiusque obsequium acceptet in compensationem illatae offensæ. Resp. dist. primum conseq. gratia quatenus amicitia connaturaliter postulat à Deo, vt à priuato amico, liberationem à debito pœnæ æternæ, concedo: connaturaliter postulat liberationem à debito pœnæ æternæ à Deo, vt à publico Legislatore, ac supremo Iudice, nego, nisi exhibitâ sufficiente satisfactione pro æternâ pœnâ; & consequenter licet priore respectu vt amicus non possit ob præteritam offensam manere dignus æternâ pœnâ; potest tamen manere dignus posteriore respectu, quatenus transgressus leges publicæ iustitiæ manet debitor æternæ pœnæ. Ratio: leges iustitiæ, quas seruat Deus cum peccatore, vt supremus Legislator, & Iudex, connaturaliter postulant condignam pœnam de commisso delicto: contrà verò leges amicitia connaturaliter poscunt liberalem condonationem pœnæ pro illata offensi. Cùm igitur mortale ob sui grauitatem dignum sit, vt etiam remissum quoad culpam, maneat quoad pœnam, vt publicæ iustitiæ læzæ fiat satis, poterit cum remissione præteriti peccati manere debitum æternæ pœnæ. At cum amore amicitia Dei erga iustum non pugnat debitum pœnæ temporalis ad satisfaciendum publicæ iustitiæ in eodē iusto; potuisset enim

Deus ad satisfaciendum publicæ iustitiæ per tota mortalia ab omnibus læzæ obligare Christum ad æternam pœnam sensus (licet Christus hoc debitum non potuisset habere propter peccata à propriâ naturâ assumptâ commissa) propter quæ de facto habuit debitum subeundi mortem. At instabis: Eodem modo posset Deus huiusmodi leges iustitiæ seruare cum assumpta natura ob præterita peccata ab ea extra vñionem commissa; ac proinde posset in natura assumpta manere debitum æternæ pœnæ. Resp. neg. anteced. quia cùm vñio hypostaticæ ponat in naturâ assumptâ principium operatum infinitè dignum, vt est persona diuina, nullum relinquit locum debito pœnæ ad satisfaciendum publicæ iustitiæ ob præterita peccata commissa. Nam natura by omnis pœnæ dignitas in naturâ assumptâ extinguitur, per communicationem principij in infinitum superexcedentis omnem offensæ grauitatem; ac proinde implicat cum tali naturâ manere ullum debitum pœnæ ad satisfaciendum publicæ iustitiæ ob propria peccata præterita. Gratia verò accidentalis cùm de se non sit principium sufficiens condigne satisfaciendi pro iniuriâ illata Deo, adhuc eâ posita manere poterit dignitas pœnæ ad satisfaciendum publicæ iustitiæ læzæ.

Obiectus: d. 5. 7. sect. 2. ostendo, posse cum naturâ hypostaticè vñitâ Deo manere debitum incurriendi præterita peccata sub conditione tantum illi remissa, nisi vñio hypostatica dissoluatur: rego cum eadem manere poterit debitum æternæ pœnæ sensus ob præterita peccata ante vñionem hypostaticam ab eâ commissa. Nego conseq.

debitum enim soluendi pœnam maneret, proxime, & formaliter cum vñione hypostatica, quod implicat: quia cùm talis natura per vñionem hypostaticæ participet eandem dignitatem cum personâ diuinâ, non posset in eâ, vt vñitâ in sensu composito manere debitum soluendi pœnam relictam ex præteritis peccatis ante vñionem commissis: quia hoc pugnat cum infinitâ dignitate actu communicata nigræ assumptæ ex personalitate diuinâ hypostaticè illi vñitâ. Debitum verò incurriendi præterita peccata sub conditione remissa maneret in natura assumptâ tantum remotè, & radicaliter, quantum dissolutâ vñione cum personâ diuinâ, ea incurrire posset in propriâ personâ creatâ. Ita potentia remota ad peccandum manet cum vñione hypostatica, quâ sublatâ, absque ullo absurdo talis pœnæ radicaliter, sed formaliter, posset in actum peccati.

Ratio: totam moralem indignitatem, quam habet hoc debitum, habet per ordinem ad terminum: ergo si dum natura manet vñita Deo, implicat vt hoc debitum coniungi possit cum termino, manere poterit absque ullâ morali indignitate actu refusâ in naturâ assumptâ.

1. S. Thom. 3. parte quest. 87. art. 2. Richar. in 4. dist. 21. quest. 3. art. 2. Sori dist. 15. quest. 2. art. 4. Palat. dist. 16. disp. 2. conclus. 1. Petri Sot. lect. 18. de peccat. venial. remiss. Henrig. lib. 4. de sacramentis cap. 15. num. 2. *Smarek* disp. 11. sect. 2. *Vasquez* quest. 87. art. 3. dub. 3. fine, & communis; ad remissionem venialium requiri gratiam habitualem. Fundam. nullum opus potest esse acceptum Deo, nisi fiat ex gratia; discrepantia tamè inter eos est, quo ex assignatis modis ea requiratur. *Alensis* & *Bonan.* non solùm eam requirunt antecedenter, & concomitanter; sed etiam formaliter. Fundam. veniale est vera macula animæ, quæ tolli nō potest, nisi per gratiam habitualem, ut per suum oppositum. Est enim macula priuationis animæ, & nota disiplentiaz diuinæ: ergo tolli non potest, nisi per gratiam habitualem, quæ est nitor animæ, & obiectum complacentiaz diuinæ. *S. Thomas citat. Palud. in 4 dist. 16. quest. 1. art. 2.* &c. censent, gratiam solùm requiri antecedenter, non formaliter, nec concomitanter. Fundam. veniale remitti potest per actum charitatis minus remissum, quam sit habitus gratiaz & charitatis; sed per actum remissorem non augetur habitus: ergo remitti potest veniale absque vlo augmentatione gratiaz, & consequenter sine gratiâ formaliter, & concomitanter. Reliqui contendunt, ad remissionem venialis non solùm requiri gratiam antecedenter, sed etiam concomitanter: *Nuguez* 3. parte quest. 87. art. 2. diff. 1. docet ad remissionem venialis requiri gratiam etiam formaliter, non in ratione qualitatis, sed gratiaz formaliter. quia veniale relinquit veram maculam animæ, quæ non tollitur, nisi per augmentum gratiaz, non in esse qualitatis, cum in esse qualitatis non augetur, nisi per actus intensiores; sed in esse gratiaz & acceptationis diuinæ, quo pacto augetur, per quemlibet actum supernaturalem, etiam remissum.

DICO 1. Semper ad remissionem venialis requiritur gratia habitualis antecedenter. Fundam. remissio venialis est redintegratio ad familiaritatem Dei, quæ essentialiter supponit amicitiam eiusdem, cum familiaritas sit amicitia perfecta. Implicat igitur ea remitti habitualem gratiam non habentibus: quia unica causa formalis amicitiaz diuinæ, teste *Trident. sess. 6. cap. 7.* est gratia habitualis. Maior prob. remissio venialis nequit fieri sine restitutio specialium auxiliorum, quibus homo per veniale voluntariè se priuauit: sed haec auxilia familiarissime stringunt hominem cum Deo: quia per haec auxilia Deus singulari modo per internas illustrations, & affectus comunicat se homini. Maior prob. veniale displaceat Deo, cum sit aliqua ipsius offensa, contra ipsius legem, & voluntatem: ergo necessariò odit illud, & ratione illius etiam personam, quæ illud commisit. Implicat autem, Deum odire personam, & non subtrahere aliiquid ab eâ, est enim odium Dei, auersio ipsius à creaturâ; auertitur autem Deus à creaturâ, vel per subtractionem gratiaz

*Non potest  
Deus diligere vel  
odisse creaturam de  
nouo sine mutatione  
ipsius crea-  
ture.*

*Deus neces-  
sariò odit  
odibile, &  
amabile  
amas.*

*Odium à  
Deo deponi  
non potest  
absque re-  
stitutione  
gratia.*

75.

76.

77.

*Auxilia di-  
sponsa quæda-  
sunt illus-  
triora &  
frequentio-  
ra.*

*Quædam  
auxilia di-  
sponsa sunt  
communia*

tit habitualis, si peccatum sit graue; vel per subtractionem specialis auxilij, si peccatum sit leue: quia implicat, Dcum de nouo diligere, vel odisse creaturam sine aliquâ mutatione creaturæ. Cùm enim nequacat Deus diligere, vel odisse per mutationem sui, necessariò postulat mutationem in creaturâ: igitur sicut nequit de nouo diligere creaturam, nisi producendo aliquid in creaturâ; ita nec odisse creaturam, nisi subtrahendo aliquid à creaturâ. Quare sicut venialia retrahunt hominem à familiaritate Dei; ita subtractione specialium auxiliorum retrahit Deum à familiaritate hominis: est enim mutua elongatio, vt patet in amicitia, quæ per mortale incurrit, in quâ tam homo auerteritur à Deo per peccatum; quâm Deus ab homine per subtractionem gratiæ habitualis. Vnde sicut in mortali nequit Deus auerti à creaturâ per solam auersionem creaturæ à Deo; sed per subtractionem gratiæ habitualis ab ipsa: ita in veniali nequit Deus elongari à creaturâ per solam elongationem creaturæ à Deo; sed per subtractionem specialis auxilij ab ipsa. Ratio: talis auersio creaturæ à Deo est mala; cùm tamen auersio Dei à creatura sit bona. Cùm igitur veniale essentialiter connotet hanc elongationem Dei à creaturâ per subtractionem specialium auxiliorum: (Deus enim necessariò odit, quod est odibile; sicut necessariò amat, quod est amabile, cùm non possit esse suspensus circa quodcumque obiectum, nec aliter in illud ferri, quâm ipsum postulat:) non poterit remitti sine huiusmodi restitutione specialium auxiliorum; vti nec mortale sine restitutio- ne gratiæ habitualis: cùm nec ex parte Dei fiat remissio sine depositione odij; nec odium ex parte Dei deponi possit, absque restitutione gratiæ, per cuius subtractionem fuit odium à Deo concep- tum.

*Obijcies 1. Remissio venialium, quæ fit simul cum remissione mortalium, non supponit gratiam habitualis: quia hæc non supponitur ante remissionem mortalium. Resp. non supponere illam ordine durationis, supponeret tamen ordine naturæ: prius enim natura remittuntur mortalia, per restitutio- nem gratiæ habitualis, quâm venialia per restitu- tionem specialium auxiliorum: cùm prius restituamur in amicitia, quâm in familiaritatem: sicut prius restituimur ad esse supernaturale mediante gratiâ habituali, quâm ad posse operari supernaturaliter medijs habitibus, & auxilijs supernaturalibus.*

*Obijcies 2. Cuilibet iusto sunt debita hæc atxi- lia: ergo tolli non possunt per venialia: quia venialia non tollunt iustitiam; ergo nec auxilia debita iu- stitia: nam perseverante forma, perseverant principia debita formæ. Anteced. prob. cuilibet iusto debetur posse amicè, & familiariter agere, & conuer- fari cum Deo. Confirm. 1. Auxilia non tolluntur nisi ad sublationem alicuius principij, cui illa de- bentur: sed nullum principium per veniale tolli- tur à iusto: ergo. 2. eadem gratia est antè & post commissa venialia: ergo si antè debentur specialia auxilia, etiam post debentur. Resp. auxilia diuina*

*sunt quædam illustriora & frequentiora, quæ so- lùm debentur mundis corde & familiaribus Deo, iuxta illud, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* atque hæc deperduntur per venialia: quia non est dignus familiarijare Dei, qui ex parte suâ hanc familiaritatem rumpit per venialia; sicut non est dignus amicitia Dei, qui ex parte suâ amicitiam tollit per mortale: Alia sunt communia, debita cui- cumque iusto ratione inhærentis iustitia, & amici- tia habitualis cum Deo, & hæc non amittuntur per venialia; sed manent debita iustis, vi quorum*

auxiliorum possunt iusti à venialibus liberari, & *eniuia infi* in pristinam familiaritatem admitti; non quod debita auxilia hæc ad detestanda venialia sint eadem, quæ debentur familiaribus: quia cùm hæc per venia- lia deperdantur, non possunt manere debita iu- sto: sed quia iusto bene vtenti auxilijs debitibus ad detestanda venialia Deus ex promissione, fundata in ipsâ connaturalitate rei, dabit vberiora & illu- striora, debita familiaribus, per quæ auxilia Deus familiariter se conuertit ad iustum. Ad 1. confirm. duplex est principium in iusto; alterum permanens vt gratia; & hoc non tollitur, neque minuitur per venialia; alterum transiens, vt frequentes actus amo- ris, & charitatis in Deum; & hoc tollitur per venia- lia, ad cuius sublationem tolluntur ex parte Dei vberiora auxilia talibus actibus debita. Ad 2. ne- go conseq. Nam licet gratia sit eadem; affectus tamen creature non est idem: nam ante venialia iustus non est conuersus ad creaturam, sicut post venialia.

*Obijcies 3. Hæc priuatio specialis auxilij est cul- pabilis: quia integrat rationem maculæ, quæ se te- net ex parte hominis, priuantis se voluntariè talibus auxilijs: ergo non potest se tenere ex parte Dei*

*subtrahentis se in pœnam peccati ab homine. Con- firm. priuatio gratiæ habitualis est culpabilis, & in- tegrat mortale, quatenus voluntaria est peccatori; ergo & priuatio auxilij specialis in veniali. Resp. eandem priuationem gratiæ esse culpabilem, & in- tegrare rationem maculæ, vt se tenet ex parte pec- catoris voluntariè auertentis, vel elegantis se à Deo, & simul habere rationem iusti odij, & vindictæ, vt se tenet ex parte Dei, illam in pœnam peccati sub- trahentis.*

*Dico 2. Gratia habitualis non requiritur for- maliter ad remissionem venialis. Fundam. id requiri- rit formaliter ad remissionem venialis, quod re- quiritur vt forma incompossibilis cum illo: at nul- la gratia habitualis, quantumvis intensa, incompos- sibilis est cum veniali: quia quodlibet veniale stare potest cum quâuis gratiâ habituali.*

*DICES. Gratia habitualis est participatio natu- ræ diuinæ; ergo suâ naturâ pugnat cum quouis pec- cato; sicut quodus peccatum pugnat cum naturâ diuinâ: Confirm. eadem gratia habitualis in patriâ expellit omne veniale; ergo etiam in viâ, cùm sit eadem in utroque statu. Nego conseq. nam cito gratia habitualis sit participatio naturæ diuinæ, est <sup>84.</sup> Gracia be- tamen participatio accidentalis infinitè distans à <sup>acciden-</sup> perfectione sanctitatis increatæ, cum quâ tantum <sup>li partia-</sup> pugnat veniale vt patet in Christo, cum quo, quia <sup>patio natu-</sup> communicata est ipsa sanctitas substantialis, pugnat <sup>re divine.</sup> quodlibet veniale. Ad confirm. nego anteced. non enim gratia habitualis, sed visio ipsa Dei radicaliter, formaliter verò amor beatificus expellit etiam veniale in patriâ.*

*Dico 3. Semper ad remissionem venialis infun- ditur gratia habitualis concomitantem. Fundam. si veniale remittitur extra sacramentum, vel subie- ctum est gratum, & amicum Deo, & tunc remitti potest actu attritionis, qui semper in homine iu- sto est meritorius incrementi gratiæ; vel est ini- micum, & tunc remitti non potest veniale, nisi simul remittantur mortalia, cumque mortalia extra sa- cramentum remitti nequeant, nisi contritione, aut dilectione Dei super omnia, quæ peccatorem sta- tim iustificat, non poterit remitti veniale absque gratiâ habituali concomitantem; si verò remittitur in sacramento, hoc non remittit peccata, nisi confe- rendo gratiam, vel primam, si sit mortuorum; vel secundam, si sit viuorum.*

Ad fun-

*Principium  
cui illa de-  
bentur est  
permanens,  
vel transi-  
ens.*

80.

81.

82.

83.

84.

86. Ad fundam. *Durand.* nego, veniale esse solum de-  
*Ad Durand.* ordinatem actus circa bonum commutabile; est aliqua etiam deordinatio à familiaritate Dei, ad quam reordinandam requiritur redintegratio ad familiaritatem eiusdem, quæ necessariò supponit gratiam habitualis. Ad confirm. nego conseq.
87. *Ad confirm.* nam in veniali non solum est poena; sed etiam culpa, cuius remissio est redintegratio ad familiaritatem Dci, quæ necessariò supponit gratiam habitualis. Ad 2. nego conseq. nam nec augmentum fidei, nec auxilium ad actum supernaturalem supponit amicitiam Dei, ut supponit redintegratio ad familiaritatem diuinam. Ad fundam. *aliorum*, nego, veniale cōsistere in solo reatu poenæ, & destinatione ad illam. Ad fund. *Aleij.* quo probat veniale formaliter remitti per gratiam habitualis. Resp. esto ve-  
*veniale non est priuatio*  
*Gratia habitualis.* niale sit animæ macula, nego tamen illam tolli non posse formaliter, nisi per gratiam habitualis: quia non est priuatio illius; sed perfectæ conformitatis moralis ad legem, quæ tollitur per venialia. Vnde concedo, illud displicere Deo; hanc tamen displace-  
ciam tolli formaliter per restitucionem auxilio-  
rum, redintegratiū hominem ad perfectam famili-  
laritatem Dei; fundamentaliter verò per retracta-  
tionem peccati. Ad fundam. *Thomist.* nego, per ac-  
tum remissiōrem non intendi habitum gratiæ, ut 3. tom. *disp. vlt.* Ad fundam. *Nugnez.* nego maculam venialis non tolli nisi per augmentum gratiæ habi-  
tualis, & gratiam per actus remissiores non augeri in esse qualitatibus.
89. *Aliquis Corollaria.* Deducitur 1. Non posse remitti veniale sine mor-  
tali; seu quin homo restituatur ad familiaritatem Dei, quæ pugnat cum mortali, ob eandem ratio-  
nem nec remitti potest veniale sine originali, potest tamen remitti vnum veniale sine alio, aut mortale sine vlo veniali; quia potest homo retractando vel vnum veniale sine alio, vel omnia mortalia sine vlo veniali, restituui vel ad aliquam familiaritatem, vel ad solum amicitiam cum Deo. 2. Veniale coniun-  
*Peccatum in mortali cum*  
*in mortali in malo*  
*altera vita rand.* Etum cum mortali puniri in aliâ vitâ poenâ æter-  
nâ, non per se, sed per accidens: *S. Thom.* quest. 7. de mortali in malo art. 1. & in 4. dist. 21. quest. 1. art. 2. quest. 3. *Du-*  
*altra vita rand.* quest. 2. *Palud.* quest. 1. art. 3. conclus. 3. *Capreal.*  
*punitur pæ.* quest. 1. concl. 2. *Caiet.* 3. parte quest. 87. art. 4. ad 2. *Ri-*  
*nâ-æternâ char.* art. 2. quest. 1. *Anreol.* art. 1. *Palat.* dist. 16. disp. 2. per accidens. &c. Fundam. veniale non potest quoad culpam remitti sine mortalib; ergo neque quoad poenam: nam quamdiu manet culpa, manet dignitas, & reatus ad poenam, & consequenter poena ipsa; quia licet Deus de potentia absoluta possit separare poenam à culpâ, congruentius tamen, & ipsius iustitiae conformius est, ut manente culpâ, maneat poena. 3. Dato casu, quo aliquis obiret cum originali, & ve-  
niali tantum, tale veniale per accidentis fore punien-  
dum poenâ æternâ, proportionatâ tamen originali, cum quo coniungitur: *Sotij*, *Palatiij*, *Suarez*, &c. con-  
tra *Palud.* in 4. dist. 16. quest. 1. art. 1. fine, affirmantem in tali casu posse veniale in aliâ vitâ remitti sine ori-  
ginali. Sed contraria; eadem est ratio de mortali, & ori-  
ginali: vnde si posset veniale in aliâ vitâ remitti, pos-  
set etiam in hâc, & consequenter possent gentiles actibus, solius naturæ viribus eliciti, conquirere-  
missionem venialium, absque remissione originalis. Porrò poena, quæ responderet veniali coniun-  
ctio cum originali, probabiliter esset aliqua animi tristitia, quæ naturaliter consequeretur ad pecca-  
tum; vnde non esset necesse, cam pati in inferno damnatorum; sed in limbo puerorum, absque ba-  
ptismo hinc discedentium. An venialia remitti pos-  
sunt per condignam satisfactionem vide. *som.* 6. *disp. 5. sect. 6.*

## S E C T I O N E VII.

*An venialia remittantur per formam na-  
turâ suâ incompossibilem cum illis?*

92.  
Ratio dub. **R** Ati o dub. in sacramento remittuntur per au-  
gmentum gratiæ habitualis, quod naturâ suâ non pugnat cum venialibus: extra sacramenta per contritionem, & dilectionem Dei, quæ saltem de potentia absoluta stare potest cum venialibus ha-  
bitualibus, sicut etiam cum mortalibus. In contra-  
rium est; venialia remitterentur per extrinsecum fauorem Dei; at cùm voluntas Dei extrinsecā non mutet intrinsecè obiectum, non potest destruere intrinsecam irrectitudinem & obliquitatem pecca-  
ti; quia hæc non destruitur, nisi per intrinsecam formam oppositam; sicut curvitas in linea non de-  
struitur, nisi per oppositam rectitudinem.

93.  
Sentent. **P** RIMA sententia *Suarej* 3. p. tom. 1. *disp. 4. sect. II.* & tom. 4. *disp. 9. sect. 4. num. 24.* & *disp. 12. sect. 1. num. 8.* & *lib. 7. de Grat. cap. 24.* negantis, veniale tolli per formam incompossibilem; sed semper admiseri extrinsecum fauorem Dei condonantis, & remit-  
tentis peccatum. Fundam. nulla forma ex naturâ suâ est incompossibilis cum peccato veniali. Confir.  
minor dispositio requiritur ad remittēda venialia in sacramenta, quâm extra: ergo sicut potest per sa-  
cramentum suppleri defectus maioris illius dispo-  
sitionis, quæ requiritur extra sacramentum, ita pos-  
set de potentia absoluta suppleri omnis defectus, adeoque remitti solâ condonatione extrinsecâ. Ean-  
dem sententiam sequitur *Coninck* *disp. 2. dub. 10.*  
*num. 93.* & *dub. 14.* & alij recentiores.

94.  
Sensent. **S** ECUNDA, *Vafq.* 1. 2. *disp. 107. cap. 4.* & 3. p. 9. 87. art. 3. *dub. 2. num. 11.* affirmantis, venialia semper re-  
mitti per formam physicè incompossibilem, quæ vel est dilectio Dei extra sacramentum, vel gratia habitualis, aut augmentum ipsius in sacramento, datâ intuitu attritionis: nā vt sic opponitur venia-  
libus: quia sicut veniale consistit in solo respectu rationis ad actum præteritum nondum retractatum: ita gratia data cum simili respectu rationis pullulante ex actu propriæ attritionis, sufficienter opponitur veniali, quis vt sic est gratia reconcilia-  
tionis.

95.  
Vniuersum ac efficacissimum fund. **D** ICO 1. Nequeunt venialia remitti per extrin-  
secum dumtaxat fauorem Dei. Fundam. hic fauor  
extrinsecus non tollit moralē obliquitatem, &  
irrectitudinem, quam in animâ iusti veniale relin-  
quit: manente autem moralē obliquitate, & irrecti-  
tudine, manet peccatum; cùm nihil aliud sit pecca-  
tum habitualis, quam moralē obliquitas, & irrecti-  
tudo; seu macula à præterito actu peccati in ani-  
mo relicta. Maior probatur: nam hic fauor extrin-  
secus Dei non est aliud; quam actus ipse Dei libe-  
rè terminatus ad creaturam per modum remitten-  
tis, & condonantis peccatum. Implicat autem pecca-  
tum re ipsâ deleri per extrinsecum dumtaxat actu-  
Dei ad creaturam terminatin: nam actus solus  
extrinsecus Dei, cùm non immutet intrinsecè ob-  
iectum, non potest tollere intrinsecam irrectitudinem, & moralē maculam, quam peccatum relin-  
quit in animâ; hæc enim non tollitur, nisi per for-  
mam ei moraliter oppositam, quæ ex parte pecca-  
toris est actus retractans peccatum, & ex parte Dei  
restitutio familiaritatis in odium venialis subtra-  
ctæ: nam illa forma moraliter opponitur alteri for-  
mæ, quæ tantum ponit, quantum sustulit altera: sed  
veniale sustulit à iusto perfectam conformitatem  
mora-

moralem cum lege, & Deo sine supernat. quam conformitatem nequit re ipsa conferre solus actus extrinsecus Dei: nam hic non ponit, nisi solam extrinsecam denominationem ab actu extrinseco Dei: quæ non tollit habituale voluntarium cum privatione familiaritatis relictum ex præterito actu peccati: quod quamdiu perseverat, perseverat ipsum veniale. Confirm. 1. potest aliqua forma re ipsa tolli, uno modo per suspensionem physici concursus; alio per formalem incompossibilitatem: Nequit autem peccatum habituale tolli per suspensionem physici concursus, cum illud physicè à Deo non pendeat: ergo per formalem incompossibilitatem: at sicut habituale peccatum relictum ex peccato actuali præterito dicit essentialis respectum ad propriam voluntatem peccatoris, à quâ liberè originatur; ita tolli nequit per solam extrinsecam voluntatem Dei; sed necessariò tolli debet per oppositum actum liberè originatum ab eadem voluntate peccatoris: nam hic tantum tollere potest respectum illum, quem voluntarium habituale relictum à voluntario actuali præterito includit. Quādiu enim hoc voluntarium habituale non tollitur, non tollitur fundamentum peccati, cum semper priuatio gratiæ, vel familiaritatis maneat habitualler voluntaria peccatori. Vnde sicut implicat, perseuerante voluntario actuali peccati præsentis, remitti actuale: ita implicat, perseuerante habituali voluntario præteriti, remitti habituale: quia quamdiu perseuerat voluntarium peccati, perseuerat imputabile peccatori, vel actu, si voluntarium sit actuale; vel habitu, si habituale: cùm peccatum sit imputabile peccatori formaliter per ipsius voluntarium. Vnde quamdiu perseuerat voluntarium siue actuale, siue habituale, perseuerat imputabilitas peccati. Quod voluntarium, cùm consistat in essentiali respectu ad propriam voluntatem, à quâ essentialiter dependet: implicat tolli per aliud; quād per actum oppositum, à propriâ voluntate elicitem. 2. Implicat solā extrinsecā voluntate Dei, nullā factā mutatione in creaturâ, tolli physicam formam ex subiecto: ergo etiam implicat solā extrinsecā voluntate Dei, nullā mutatione factā in creaturâ, tolli formam moralem ex subiecto: nam ita se habet forma moralis, moraliter inhærens subiecto, sicut forma physica physicè inhærens subiecto. Anteced. prob. implicat, solā extrinsecā voluntate Dei, nullā factā mutatione in subiecto, vel positivā per productionem alicuius formæ; vel negativā per suspensionē physici concursus, tolli aut ē pariete albedinem, aut ex aëre tenebras: nō enim vel suspendatur physicus concursus, quo albedo conseruatur; vel lux in aëre producatur, impossibile est, vt vel albedo expellatur ē pariete, vel tenebræ ex aëre. 3. Vel extrinseca voluntas Dei tollit maculam peccati, illam amplius ad culpam peccatoris non imputando; vel re ipsa ex animo peccatoris delendo. Si 1. verè macula peccati re ipsa ex animo peccatoris non deletur, sed tantum non imputatur, vt plerique heretici autumant. Si 2. vel illam delet formaliter per formalem dehominacionem sui, quâ obiectum extrinsecè denominat volitum, amatum, & à Deo dilectum; quâ extrinsecā denominatione positâ, statim cesser macula in subiecto: vel illam delet quasi moraliter efficienter; quia vi actus diuini terminati ad peccatorem per modum condonantis, & remittentis, statim re ipsa quasi moraliter efficienter deletur macula peccati ex animo peccatoris. Primum dici non potest: tum quia macula peccati est forma extrinsecè inhærens saltem moraliter subiecto: nulla autem forma extrinseca subiecto re ipsa

tollit ac expelli potest solā extrinsecā formâ. Non ~~socia subiec-~~  
~~do re ipsa~~  
~~tolli possit~~  
~~solā extrin-~~  
~~secā formâ.~~  
enim tolli possunt tenebræ ex aëre per solam lucem extrinsecam existentem tantum in sole: ergo nec macula peccati tolli potest per actum extrinsecum in Deo tantum existentem. Tum quia, vt una forma aliam tollat, debet illi opponi: actus autem extrinsecus Dei non opponitur macula peccatoris: nam hæc consistit in voluntariâ priuatione rectitudinis, & conformitatis debitæ cum regulâ: actus autem liber Dei non est voluntaria rectitudo, & conformitas voluntatis creatæ cum suâ regulâ, sed est tantum rectitudo, & conformitas voluntatis in creatæ cum regulâ, & dictamine increato. Vnde semper manet voluntaria obliquitas, & moralis disformitas cum suâ regulâ in voluntate peccatoris, donec per oppositam rectitudinem, & conformitatem moralem cum eadem regulâ tollatur.

Neque dici potest secundum: nam delere peccatum quasi efficienter moraliter, non est aliud, quād ad positionem solius voluntatis Diuinæ condonare volentis, nullā factā mutatione in peccatore, tolli ac deleri peccatum, virtute solius voluntatis Diuinæ extrinsecè condonantis; at huius rei petitur ratio, quo pacto possit vi solius extrinsecæ voluntatis Dei re ipsa, & non tantum extrinsecâ non imputatione, deleri ac tolli intrinsecâ macula peccati: nec est intelligibile quod mera & sola extrinseca voluntas Dei re ipsa delectat, & abstergat intrinsecam maculam peccatoris, aut tenebras ex aëre, albedinem ex pariete: cùm sit actus immanens intrinsecè denominans Deum volentem, & obiectum extrinsecè volitum, nullam per se ponens moralem conformitatem, & intrinsecam rectitudinem in obiecto volito.

Obijcies 1. Implicat Deum efficaciter velle destrui peccatum, & illud re ipsa non destrui: igitur solā extrinsecâ voluntate Dei destrui potest peccatum. Nego conseq. nam hoc ipso, quod Deus efficaciter vult destrui peccatum, necessariò adhibet media ad illud destruendum; scilicet quā naturâ suâ opponuntur peccato. Quare implicat, Deum efficaciter velle destrui peccatum, & re ipsa non adhibere media, quā suâ naturâ destruunt peccatum: sicut implicat Deum efficaciter velle destrui tenebras, & re ipsa non adhibere lucem, quā suâ naturâ destruit tenebras.

Obijcies 2. Potest Deus cedere iuri auersionis & indignationis, quod in peccatorem ratione peccati, acquirit, cum in tale ius liberum dominium habeat: ergo solā extrinsecâ voluntate potest peccatum remittere: nam per talis iuris cessionem nil necessariò Deus in peccatore producit: & ex alia parte cedendo tali iuri, non potest manere auersus & indignans erga peccatorem; sed necessariò manet conuersus & amicus, cùm non possit manere suspensus. Nego conseq. ac Resp. 1. partis prob. implicat enim Deum ex auerso & indignante contra peccatorem, fieri conuersum & amicum, vel familiarem erga eundem absque physicâ mutatione peccatoris: cùm nequeat liber actus Dei transfire de auersione in conuersionem erga peccatorem, absque physicâ mutatione peccatoris, vt 1. tom. disp. 14. sect. 3. Resp.

2. Esto; adhuc nego, per talis iuris cessionem re ipsa tolli peccatum, & maculam à peccatore: aio do iuri in-  
dignationis  
non tollit  
peccatum.  
Deus ceden-  
tia iuri in-  
dignationis  
non tollit  
peccatum.

96.  
Confirm. 1.

Quamdiu  
voluntariū  
habituelle  
nō tollitur,  
non tollitur  
fundamen-  
tum pecca-  
ti.

97.  
Implicat  
tollit physi-  
cam formā  
ē subiecto  
nullā factā  
mutatione  
in creatu-  
ra.

98.  
Confirm. 3.

Nulla for-  
ma intrin-

Non potest  
dici quid  
extrinsecā  
Dei condon-  
atio de  
leat pecca-  
tum mora  
liter effici-  
tor.

100.

101.

animo peccatoris : nam hæc essentialiter pendet à liberâ voluntate peccatoris, à qua sicut liberè causatur, ita liberè destrui debet: nec tolli potest libera dumtaxat voluntate Dei. Confirmat. sicut Princeps, cedendo iuri suo contra offendentem, non tollit moralem obliquitatem, & intrinsecam deformitatem, quam offensa reliquit in animo offendentis: sed solum ius puniendi, & condignam satisfactiōnem pro illatâ iniuriâ exigendi.

102. *Obiectio 3.* Sicut potest Princeps cedendo iuri suo, acceptare offendentem in pristinam gratiam, & amicitiam ; ita poterit Deus : sed implicat Deum peccatorem acceptare in pristinam gratiam, & amicitiam, vel familiaritatem, & illi peccatum non remittere: ergo potest Deus per solam cessionem iuris peccatum remittere.

*Cur Princeps possit offendentem acceptare in pristinam gratiam cedendo iuri, non Deum.* Nego paritatem, quia Princeps acceptat offendentem in pristinam gratiam, & amicitiam per solam mutationem sui, non per mutationem obiecti. Quo sit, ut voluntas principis, nihil causando in offendente, possit per solam mutationem sui actus acceptare illum in pristinam amicitiam & familiaritatem. Deus autem nequit peccatorem in pristinam amicitiam vel familiaritatem acceptare, quin illi peccatum remittat: quia cum id nequeat Deus neque per mutationem sui, neque per formam suâ naturâ non destruciā peccati, necessariò, si in eam illum acceptat, debet illi peccatum remittere.

103. *Dico 2.* Nequunt venialia remitti vel quâcumque contritione & dilectione Dei extra Sacramentum, vel gratiâ habituali, vel augmento ipsius dato cum respectu attritionis ut dispositionis in Sacramento. *Contra Vasquez citar.* Probat. pars I. non quævis contritio, aut dilectio Dei est forma incompossibilis cum veniali: ergo non quâcumque contritione aut dilectione Dei delentur venialia extra Sacramento: nam venialia non delentur in sententia Vasquez, nisi per formam in-compossibilis est compossibilem; nec quævis contritio aut dilectio Dei est forma incompossibilis cum veniali. Ante-compossibilis cum peccato veniali.

augmenti gratiæ habitualis, cum aliquo respectu ad reconciliationem peccatoris dati, absque ullo actu retractatio. 3. *Contra Vasquez:* veniale non Peccatum includit priuationem gratiæ habitualis, vel au-veniale non gmenti ipsius; sed peculiarium auxiliorum, quæ iustum excitabant, & promouebant ad familiari-privacionē gratia ha-tatem Dei, ut mox: igitur forma deletiuia venialis bisnatus. non potest esse gratia habitualis, vel eius augmentum: nam illa est forma deletiuia peccati, in cuius priuatione consistit macula peccati: igitur si macula venialis non consistit in priuatione gratiæ habitualis, vel augmenti ipsius, non poterit forma expulsiua venialis esse gratia habitualis, vel augmentum ipsius, quocumque tandem respectu hu-iusmodi augmentum detur.

104. *Dico 3.* Forma, quâ venialia remittuntur, est efficax retractatio ex parte peccatoris, & restitu-tio specialium auxiliorum, quæ in odium venialis à iusto subtracta fuere. Fundamentum per eam formam remittitur veniale, quæ illi opponitur: hæc est efficax retractatio ex parte peccatoris, & restitutio specialium auxiliorum ex parte Dei: ve-niale enim tria includit; voluntariam disformitatem ad legem, priuationem specialis familiaritatis cum Deo, & aliquam offensam contra Deum ex his resultantem. At disformitas à legi tollitur per efficacem retractionem peccatoris; priuatio familiari-tatis cum Deo per restitutionem specialium auxiliorum, quibus iustus redintegratur in pristinam familiaritatem Dei; offensa vero tollitur hoc ipso, quod Deus per specialia auxilia conuertitur ad iustum, ut familiaris: implicat enim Deum conuerti ad iustum ut familiarem, & ad-huc manere illi offensum odio opposito familiari-tati.

105. *Nota.* triplex genus auxiliorum distingui; alia, quæ dantur peccatoribus, ut possint ad Deum se conuertere; alia, quæ dantur iustis & amicis, ut possint à venialibus culpis se liberare; alia demum, quæ dantur intimis familiaribus Dei. Ergo sicut per mortale auferuntur simul cum gratiâ habituali auxilia debita iustis, & amicis Dei, relictis tantum ijs, quæ necessaria sunt ad conuersionem in Deum, ita per veniale subtrahuntur auxilia debita familiaribus Dei, relictis tantum auxiliis, quæ dantur communibus iustis, & amicis, ut possint se ad pristinam familiaritatem reducere. Porro hæc specia-lium auxiliorum priuatio iustum excitantium, & specialium promouentium ad intimam familiaritatem cum Deo, ut est voluntaria peccatori habet rationem peccati & moralis maculæ; ut physicè est à Deo, habet aliquam rationem odij & auersionis Dei à iusto; ac proinde nisi restituantur, veniale re ipsa non remittitur: non secus ac de priuatione gratiæ habitualis 3. tom. disp. 24. philosophati sumus: quæ, ut est voluntaria peccatori, habet rationem peccati & maculæ; ut physicè est à Deo, habet rationem odij & auersionis inimicitiz à peccatore, qui nisi illa restituat, mortale non remittit.

106. *Dico 4.* Hæc forma adæquatè sumpta est incompossibilis etiam de potentia absolutâ cum veniali. Fundamentum: implicat, & iustum efficaciter retractare veniale, & Deum pristinam familiaritatem in odium venialis iusto subtractam restituere, & veniale re ipsa non deleri: ergo hæc forma adæquatè sumpta est incompossibilis, etiam de potentia absolutâ cum veniali. Antecedens probatur, si restitu-tis auxilijs, & familiaritate in odium venia-lis subtracta, adhuc perseverare posset veniale,

*Contra Vasquez.*

*Non quævis contritio, aut dilectio Dei est forma incompossibilis cum veniali: ergo non quâcumque contritione & dilectione Dei delentur venialia extra Sacramento: nam venialia non delentur in sententia Vasquez, nisi per formam in-*

*compossibilis est compossibilem; nec quævis contritio aut dilectio Dei est forma incompossibilis cum veniali.*

*Per super-additum respectum rationis gratia non mutatur intrinsecè.*

106. *Posterior pars probat.* I. non videtur, quo pacto gratia habitualis, vel eius augmentum, etiam datum intuitu attritionis ut dispositionis, sit forma suâ naturâ incompossibilis cum veniali. Nam per hoc nihil reale acquirit gratia habitualis, ipso Vasquez teste, nisi purum respectum rationis ad præter-tum actum attritionis. Nec per talem respectum mutatur intrinsecè; cum tamen deberet per intrinsecam repugnantiam veniale expellere; si expel-lit illud ut forma suâ naturâ incompossibilis cum illo. Confirm. per Vasquez neque gratia habitualis ex se, neque attritio ex se dicit ullam repugnanciam cum veniali; ergo neque cum illo respectu rationis, cum hic neque gratiam, neque attritio-nem intrinsecè mutet. 2. Si per Vasquez augmentum gratiæ habitualis, datum intuitu attritionis ut dispositionis in Sacramento est forma suâ naturâ expulsiua venialis; cur non etiam attritio iusti cum respectu ad augmentum gratiæ recipien-dum in Sacramento? Confirm. in eius sententiâ potest Deus de potentia absoluta remittere mortale sola infusione gratiæ habitualis, absque ullo actu retractatio; cur non veniale sola infusione

possit Deus iustum simul amare ut familiarem, & non amare ut familiarem: nam per restitutionem pristinæ familiaritatis Deus necessariò amaret iustum ut sibi familiarem, cùm nequeat Deus non amare obiectum iuxta ipsius amabilitatem: contrà verò non possit Deus eundem iustum non odiisse odio opposito familiaritati, perseverante veniali, cùm nequeat Deus non odiisse obiectum iuxta propriam ipsius odibilitatem: sed macula venialis includit voluntariam priuationem familiaritatis cum Deo: ergo illud Deus necessariò odit odio opposito suæ familiaritati. Quod hoc implicant, ostenditur: nam amando iustum ut familiarem, necessariò ei communicat suam familiaritatem; cùm non possit amare, nisi communicando obiecto eam formam amabilitatis, iuxta quam illud amat, cùm tota specificatio liberi actus in Deo sumatur ex obiecto, ad quod liberè tendit. Contrà verò habendo odio, opposito suæ familiaritati, necessariò ab eodem iusto subtraheret suam familiaritatem; quia non potest odiisse, nisi cå mutatione obiecti, quæ sit condigna odio Dei: ergo simul communicaret, & tolleret ab eodem iusto suam familiaritatem: quæ sunt manifestè contradictoria.

109. ✓ Confirm. ideo in meâ sentent. implicat gratia & mortale simul: quia per gratiam Deus necessariò peccatorem amaret amore amicitiaz, quo exigit amari gratia; & simul necessariò odisset odio inimicitiaz, quo odibile est mortale, & consequenter eidem simul communicaret eandem gratiam, amando illum amore amicitiaz; & subtraheret, cundem habendo odio inimicitiaz. Pari ergo ratione implicabit, amare iustum amore perfectaz familiaritatis per communicationem specialium auxiliorum, & simul odisse odio opposito perfectaz familiaritati per subtractionem eorumdem auxiliorum.

**Obijcies** i. Posset Deus restituere auxilia iusto ex motiuo tantum liberalitatis, non ex motiuo reconciliationis: sed eo casu restituendo auxilia, non remitteret peccatum: quia ut illud remittat, requiritur, ut subtracta auxilia restituat ex motiuo reconciliandi se cum peccatore. Maior probatur: potuit Deus ante ullum commissum peccatum eadem numero auxilia iusto dare ex motiuo liberalitatis; ergo etiam post commissum peccatum.

**Ne quis Deus restituere contrito peccatori gratiam habet ex puro motiuo liberalitatis & non reconciliacionis.**

Ritatu, et salutem odio opponto familiaritati, iudeo nec posset Deus restituere gratiam habitualem peccatori contrito ex puro motiuo liberalitatis, & nullo pacto ex motiuo reconciliationis: quia illum simul amaret amore amicitiae, & odiasset odio inimicitiae: cum non possit Deus formam, quam in obiecto ponit, non amare amore debito tali formæ. Quare concedo, posse, imò de facto semper Deum gratiam peccatori restituere ex motiuo liberalitatis: quia posset illam, quocumque actu retractatio posito, non restituere; haud tamen potest illam simul non dare ex motiuo reconciliationis: quia non potest illam donando, peccatorem non amare amore amicitiae, ac proinde non deponere odium inimicitiae contra peccatorem conceptum. Ad probat. maior. neg. consequent. nam ante commissum peccatum nullam repugnantiam habet iustus ad recipiendam familiaritatem Dei ex solo motiuo liberalitatis; cum nullum habeat peccatum, quod cum familiaritate Dei pugnet.

iii. *Obycies 2. Potest Deus efficaciter venialia re-*

tractanti non remittere: ergo forma, quâ venialia remittuntur, non est cum illis incompossibilis, integratur enim ex efficaci retractatione peccatoris, & restitutione familiaritatis Diuinæ. Antecedens patet: sicut potest Deus peccatori contrito non restituere gratiam iustificantem in odium mortalis subtractam; ita potest iusto attrito, vel contrito non restituere familiaritatem in odium venialis subtractam.

Distinguo conseq. forma venialis remissiuā ad-  
quatē sumpta pro retractatione peccatoris & resti-  
tutione diuinæ familiaritatis non est cum pecca-  
to incompossibilis, nego; inadquatē sumpta pro  
solā retractatione peccatoris, concedo. Sicut for-  
ma, quā remittitur mortale, est incompossibilis cum  
mortali, non inadquatē sumpta pro solā retracta-  
tione peccatoris; sed adquatē, etiam pro infusione  
gratiæ iustificantis.

Cæterum etsi absolute possit Deus efficaciter retractanti venialia non remittere, ex suppositione tamen promissionis, & pacti cum iustis initi de venialibus remittendis, nequaquam potest ex Tridentin. sess. 14. cap. 5. docente, venialia, ut potè quotidiana, multis alijs remedij quām Sacramento pœnitentiarum expiari posse. Quæ concilij doctrina necessariò supponit promissionem, & pactum Dei cum iustis de condonandis venialibus extra confessionem. Porro hæc promissio, non pendet ex mera extrinseca voluntate Dei, sed fundatur in intrinseca lege amicitiæ, quæ connaturaliter exigit, ut semper amicus sit promptus acceptare amicum ad pristinam familiaritatem, & intimam communicationem secretorum, à quâ per leues offensas alter amicus recessit, quoties offendens offensas efficaciter retractat. Vnde quamuis iusti retractatio non cogat absolute Deum ad illam pro condonandis venialibus acceptandam, naturaliter tamen exigit, ut acceptetur.

DICES. Si naturaliter exigit; ergo necessariò <sup>præst.</sup> illam Deus acceptat, cùm necessariò feratur in obiectum iuxta naturalem exigitiam ipsius obiecti. Nego consequentiam: nam hinc tantùm se- <sup>113.</sup> quitur, Deum necessariò amare exigitiam ipsarum retractionis, & terminum qui naturaliter exigitur, non ut actu positum, sed ut possibilem. Sicut necessariò amando gratiam habitualem ut exigen- tem gloriæ, non necessariò amat illam in ordine ad gloriam actu positam, vel ponendam, sed tantum ut possibilem. Eadem ratione necessariò amando suam omnipotentiam, non necessariò amat illam in ordine ad creaturas, cùm quibus habet necessariam connexionem, ut actu existentes; sed tantum ut pos- sibiles.

*Obycies 3.* Venialia non solum remittuntur extra Sacramentum confessionis per contritionem; sed etiam per attritionem. At attritio simul cum restituzione familiaritatis Diuinæ non opponitur adæquatè veniali: quia veniale præter difformitatem cum lege, & priuationem familiaritatis Diuinæ, includit aliquam offenditam Dei, quæ per attritionem non tollitur, cum hæc peccatum non retractet intuitu Dei offendit, quo pacto tantum tollitur offensa per veniale illata Deo.

Distinguo minor. attritio simul cum collatione <sup>collatione</sup>  
familiaritatis, nō opponitur offensæ Diuinæ per mo- <sup>familiari-</sup>  
dum condignæ satisfactionis, concedo, per modum <sup>ratio ope-</sup>  
formæ incōpossibilis, nego. Etenim hoc ipso, quod <sup>natur offensæ</sup> sa Diuina  
Deus restituendo iusto pristinam familiaritatem, <sup>per modum</sup>  
deponit odium contra illum, necessariò tollit offensæ in-<sup>compossibi-</sup>  
fensa, cùm nequeat Deus deponere odium contra <sup>lue.</sup>  
peccato-

peccatorem, & simul manere offensus illi, cum formaliter Deus maneat infensus peccatori per odium contra illum. Confirmatur: codem modo gratia habitualis vna cum efficaci retractatione opponitur offensæ Diuinæ, non per modum condignæ satisfactionis, sed per modum incompossibilis formæ: quia hoc ipso, quod Deus restituuit gratiam habitualem, quæ est vera amicitia & adoptio, peccatori, deponit odium inimicitiae contra illum conceptum, quo deposito, necessariò cessat offensa.

115. Instabis. Saltem hinc sequitur, veniale non remitti absque aliquo extrinseco fauore Dei, sponte & dentis iuri quod ratione offensæ acquirit in peccatorem. Nego sequel. nam cum talis offensa per veniale Deo illata necessariò tollatur per collationem specialium auxiliorum, quæ intrinsecè inhærent iusto, dici non potest tolli extrinseco fauore Dei: nam extrinsecus fauor est, qui nullam intrinsecam formam ponit in obiecto. Sicut neque dicitur mortale quoad offensam contra Deum remitti extrinseco fauore, etiamsi forma remittens mortale de se non sit condigna satisfactio pro illo: sufficit enim ut non dicatur offensa extrinseco fauore remitti, à formâ peccati remissiuâ, talis forma huiusmodi fauorem non modò connaturaliter; sed etiam essentialiter exigat. At tam infusio gratiæ habitualis, per quam remittitur mortale, quam collatio familiaritatis Diuinæ, per quam remittitur veniale, essentialiter includit depositionem odij Dei contra peccatorem, ac proinde offensæ condonationem, quæ cum depositione odij Dei contra peccatorem consistere non potest.

116. Obijcies 4. Nihil intrinsecum acquirit retractatio iusti per coniunctionem cum restitutione familiaritatis Diuinæ: ergo si absque illâ non est incompossibilitas forma cum veniali, neque erit simul cum illâ. Confirm. idè assert. 2. contra Vasquez docui, non posse venialia remitti per augmentum gratiæ intuitu attritionis in Sacramento datum: quia nihil intrinsecum acquirit vel gratia per respectum ad attritionem; vel attritio per respectum ad gratiam.

117. Resp. Nego antec. nam per coniunctionem cum familiaritate diuinâ, cum quâ componit vnam formam adæquate remissiuam venialis, acquirit incompossibilitatem cum odio Dci contra veniale concepto, quam ex se non habebat. Nec est par ratio de augmento gratiæ dato intuitu attritionis in Sacram. nam neque attritio ex se, neque augmentum gratiæ, & consequenter neque totum conflatum ex attritione, & augmento gratiæ habet incompossibilitatem cum veniali. At licet attritio scotsum sumptu non habeat incompossibilitatem cum veniali; habet tamen coniuncta cum familiaritate Diuinâ, cum hæc repugnet cum odio Dci opposito familiaritati, & consequenter cum veniali, quod necessariò extinguitur, deposito odio Dei contra illud, cum nequeat peccatum esse, & actu à Deo non odio haberi.

118. Obijcies 5. Tunc remittitur peccatum, quando infunditur forma opposita peccato: sed specialia auxilia, quæ sunt forma opposita veniali, non infunduntur, quando ponitur efficax retractatio iusti, quia illa non infunduntur statim, & omnia simul; sed successiù, & tempore opportuno; ergo veniale non remittitur statim ac illud iustus retractat: sed quando ei infunduntur specialia auxilia. Confirm. mortale non remittitur, quando ponitur retractatio peccatoris; sed quando à Deo infunditur gratia iustificans, quæ in odium peccati fuit sublata: ergo nec veniale, nisi quando à Deo conferuntur specialia

auxilia, quæ in odium ipsius fuerunt sublata. Resp. Positâ re-dist. minor. quando ponitur retractatio iusti, non tradatione iusti conseruntur specialia auxilia, actu & formaliter, concedo; iure & virtute, nego. Positâ enim efficaci retractatione in iusto, statim ex pacto & promissio-ne Dei iustus acquirit infallibile ius ad omnia ea auxilia, quæ in odium peccati fuerunt subtrahita, ac proinde tunc remittitur veniale. Ad confirm. neg. conseq. mortale enim de facto non dicit solam priuationem iuris ad gratiam sanctificantem, sed priuationem gratiæ sanctificantis. Vnde nisi restituatur gratia sanctificantis de facto non remittitur mortale. Veniale vero solùm dicit actualem priuationem iuris ad specialia auxilia, non actualem priuationem auxiliorum: quia hæc non supponuntur omnia simul collata, & inhærentia iusto; sed successiù tantum conferenda. Vnde solùm ius habet iustus ad ea accipienda opportuno tempore. Sicut *Quo evenit* inquit *tu peccator* veniale non priuat iustum specialibus auxilijs actu simul collatis; sed successiù conferendis: *iustificatus* ita forma remissiva venialis non sunt auxilia actu *fuerit per* collata, & simul existentia: sed ius ad illa suo tempore accipienda. Sicut quia mortale non priuat peccatorem gloriâ actuali, sed futurâ; forma remissiva mortalitatis non est gloriâ actualis; sed ius ad gloriam futuram. Dixi, *de facto*: quia potuisset de possibili Deus iustificare peccatorem etiam à culpâ mortali per solum ius ad gratiam; sicut de facto illum à mortali iustificat per solum ius ad gloriam futuram: quia potuisset Deus tam gloriam, quam gratiam promittere dandam in futuro, & per actum retractationis solùm conferre ius ad gratiam, & gloriam futuram.

Obijcies 6. Non appareat, in quo tale ius fundetur. Non in auxilio antecedente retractationem: nam ante retractationem non remittuntur venialia: hæc enim, cum remittantur intuitu ipsius retractationis, remitti non possunt ante retractationem. Neque in auxilio comitante actum retractationis: nam hoc auxilium, cum sit causa actus, est enim causalitas ipsius, non potest fundare ius, quod datur intuitu eiusdem actus. Nec demum fundari potest in actu retractationis: quia cum hic sit causa mouens Deum ad restituendum ius subtrahit familiaritatem, non poterit simul ius fundare, alioqui esset simul causa, & effectus respectu eiusdem. Esset causa restituti iuris ad Diuinam familiaritatem, quatenus per intrinsecam suam bonitatem Deum moueret ad tale ius testicendum: esset effectus, quatenus idem actus esset ipsum ius collatum & restitutum virtute ipsius actus.

Resp. hoc ius proximè fundari in ipsâ promissione, & pacto Dei initio cum iustis. Hoc ipso enim, quod iustus retractat veniale, ex decreto Dei acquirit ius ad sublata auxilia suo tempore accipienda. Ex dictis deducitur quo pacto iustus simul habeat paratum auxilium ad venialia detestanda, & nihilominus suo demerito priuatus sit specialibus auxiliis ad familiaritatem diuinam: quia auxilia ad detestanda venialia non sunt eadem, quæ conferuntur in ordine ad familiaritatem Diuinam: sunt enim hæc vberiora, & frequentiora: nam præter ea quibus venialia detestamur, sunt alia illustriora, quibus creator intimis communicat se creaturæ, & vicissim creatura Deo per varios affectus reuerentiaz, & amoris,

## SECTIO VIII.

An & quomodo venialia remittantur in alia vita?

<sup>119.</sup> <sup>1. Sentent.</sup> PRIMA sentent. Aenf. 4. parte quest. 15. membr. 3. art. 3. §. vt. negantis venialia remitti post hanc vitam, sed in termino continuatio vita & mortis. Fundamentum, post hanc vitam non est tempus merendi, & satisfaciendi pro peccatis, iuxta illud *Ioan. 9.* *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est; veniet nox, quando nemo potest operari.* Per diem autem Patres intelligunt tempus vita praesentis, per noctem vero futuram. Confirm. aliqui remitti etiam possent mortalia, contra illud *Ecclesiastes 11. Lignum in quocumque loco ceciderit ibi erit.*

<sup>120.</sup> <sup>2. Sentent.</sup> SECUNDA Magist. in 4. distinct. 21. & Scholasticorum affirmantium; ex Matth. 12. *Quis peccauit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro.* Ex quo Patres praecepit Greg. lib. 4. *Dialogorum cap. 39.* deducunt esse aliquapccata, quae remittuntur in alio saeculo. In qua, inquit, sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc saeculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Fundam. potest aliquis ex hac vita decedere cum solis venialibus: nemo autem poterit nisi purgatus ab omni peccato gloriam ingredi: ergo dari debet modus, quo possint haec post mortem remitti. Tota controversia superest de modo, & quando post mortem remittantur.

<sup>121.</sup> <sup>1. Modus</sup> refutatur. PRIMUS modus *Scoti* in 4. distinct. 21. quest. 1. §. in ista quest. *Bassoli*. quest. 1. art. 2. *Gabri. distinct. 16. quest. 5. art. 3. dubius. 2. ad 1. & 2. Major. quest. 1.* affirmantium, remitti in purgatorio per solutionem poenit. vel, ut docet *Scotus*, per mortem voluntarie acceptatam: quia veniale consistit in reatu poenit temporalis: ergo ea soluta, soluitur peccatum. Hic modus fallo nititur fundamento supra impugnato.

<sup>2. Modus</sup> Impugnatur. MODUS 2. *Scoti*, & *Bassoli*. docentium, remitti in instanti mortis non per actum tunc elicitem; quia tunc homo est extra statum viæ, ac proinde extra statum merendi, & satisfaciendi; sed per merita facta in vita, relata ab ipso merente, vel a Deo ad remittenda haec venialia post mortem. Sed contraria; peccatum nequit remitti, nisi retractetur; nequit autem retractari peccatum praesens per reparationem praeteritam, alioquin possemus ordinare praesentem contritionem pro remissione mortalis in futurum committendi: quia hoc ipso, quod peccamus, retractamus praeteritam reparationem in ordine ad praesens peccatum: ergo non potest per praeteritam contritionem, etiam ab ipso poenitente ordinatam ad praesens peccatum, praesens peccatum remitti: nequit enim remitti nisi retractetur. Antecedens constat: quia sicut praesens contrito retractat praeterita peccata; ita praesens peccatum praeteritam contritionem, non quidem quoad praeterita peccata remissa, quia illa nunquam redeunt; sed quoad peccatum praesens, quia non minus peccatum praesens opponitur praeteritæ contritioni, quam praesens contrito praeterito peccato.

<sup>3. Modus</sup> TERTIUS aliquorum apud *Bonaent.* in 4. dist. 21. art. 2. q. 1. & *S. Thom.* q. 1. art. 3. opinantium, venialia remitti post mortem per gratiam finalem, quae sublato somite carnis, & pronitate ad peccandum, quam anima contrahebat ex vincione ad corpus, sta-

tim remittit venialis, tranquillando potentias, & subiiciendo illas perfectæ rationi. Sed contraria; cum *Refutatur.* gratia finali non pugnant venialia, at haec remitti debent per aliquid sibi repugnans; ex autem quod gratia sublato impedimento corporis, ordinat potentias animæ, solum facit, ut tollat pronitatem ad peccandum in futurum, non ut tollat peccatum praeteritum.

Quartus *Bonaent.* citat. *S. Thom.* quest. 7. de malo art. 11. ad 16. *Durandi* in 4. distinct. 21. quest. 1. & *Areoli* art. 1. *Richardi* art. 2. quest. 1. *Argent.* art. 4. ad 2. *Soti* distinct. 15. quest. 2. art. 2. aientium, venialia post mortem remitti in purgatorio per poenit. patienter toleratas. Addit. *S. Thom.* citat. loco de malo: *Impugnatur.* probabiliter esse, ea statim remitti. Sed contraria: nullum est impedimentum, quin statim post mortem remitti possint per actum feruentis dilectionis in Deum.

Quintus, & probabilior modus est *Palaud.* in 4. dist. 21. q. 1. art. 2. conc. 3. *Capreol.* q. 1. art. 1. c. 1. *Palaud.* Modus. *disp. 1. Henr. lib. 4. de Sacram.* c. 15. nu. 9. *Suarez* disp. rior. 11. sect. 4. *Vasqu.* 3. p. q. 87. art. 1. dub. 2. num. 17. affirmantium, venialia remitti statim in instanti separationis animæ à corpore per actum feruentis charitatis, quo anima toto conatu fertur in Deum, detestando omnes suas culpas veniales contractas, & nondum remissas. Quem modum ut probabilem etiam sequuntur *Scotus* & *Bassoli*. cit. Fundam. anima statim è corpore separata agnoscit suas culpas ut impedimentum ad gloriam, & perfectam familiaritatem cum Deo; & nullum habet impedimentum, quo possit à perfecta detestatione corum retardari: ergo statim detestatur, quæ detestatione positâ, statim Deus restituit animæ peculiaria auxilia ad perfectam familiaritatem sui, per quam auxiliorum restitucionem completetur remissio venialium ex parte Dei; at totum hoc fieri potest, antequam ingrediatur purgatorium; in quo tantum purgantur poenitæ ex praeteritis peccatis relicta: ergo.

DICES. Quid si anima nollet praeteritas culpas detestari? RESP. si pro nunquam, peccaret mortaliter; quia vellet in perpetuum carere beatitudine, quod est mortale: hoc implicat in animâ separata quæ sicut non potest mereri, ita nec demereri: si pro certo tempore, nullum puto fore peccatum: quia non statim tenetur ad venialia nondum remissa detestanda. Casus tamen est moraliter impossibilis: quia nulla est ratio, quæ possit animam retardare à subita detestatione venialium, & multæ sunt, quæ illam impellunt ad statim detestandum.

AD 1. sentent. RESP. aut illud instans est intrinsecum morti; & labitur in nostram sent. aut intrinsecum vita: contraria est; cum adhuc anima eo instanti sit in via, posset venialiter peccare; cum igitur non possit peccatum simul retractare, assignandum est aliud tempus, in quo possit remitti; non aliud quam instans intrinsecum morti: quod est terminus peccata viae, in quo potest animam de venialibus poenitentia in re, non tamen amplius venialiter peccare: quia, ut docet *Richardus*, licet mali in termino obstinatur in malum, ut non possint amplius bonum velle, licet possint velle malum; ita boni confirmantur in bonum, ut non possint amplius male velle, quamvis possint velle bonum; & sicut confirmatione in malum non tollit posse bonum velle; sed solum tollit posse bonum velle; ita confirmatione in bonum non tollit posse velle bonum; sed solum posse velle malum. Ad fundamentum ciudem sentent. concedo, post vitam non esse tempus merendi premium essentiale; esse tamen tempus satisfactionis.

*Necessariū fuit anima ex hac vita decedenti posse retrahere venia lio.*

*Discrimen inter culpā, & pœnam. quia venialia tolli nequeunt sine actu retractatiō proprio, necessarium fuit, ut possit anima post mortem sua peccata venialia retractare; sicut & propœnis in purgatorio satisfacere. Est autem discriminētia pœnæ tolerantiā satisfieri: quia pœna naturā suā est inuoluntaria, non potest autem pro culpa sine proprio actu libero peccatoris satisfieri: quia sic ut peccatum essentialiter constitit in actione liberā; ita remitti nequit sine oppositā actione liberā retractatiō.*

Ad confirm. disparitas est: quia mortale tollit gratiam, & amicitiam Dei, quam non tollit veniale, proinde debetur animæ iustæ intermino positæ auxilium ad detestanda venialia, quæ illam retardant à gloriâ: animæ iniustæ, quia caret gratiâ, & amicitiâ Dei, nullum debetur auxilium ad sua peccata detectanda.

## DISPVTATI O VII.

### De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

*1. Duplex questio.* **E**XPLICATA naturâ, & principali effectu pœnitentiaz, quæ est remissio peccatorum, explicanda est irreuocabilitas talis effectus: an peccata per pœnitentiam remissa de facto redeant per subsequens peccatum: & an saltem ea redire possint de potentia absoluta: & quia in peccato duo sunt, culpa seu macula; & reatus seu dignitas pœnæ, controuersia, prout de facto à Catholico disputatur, non est quoad redditum culpæ, sed pœnæ, ut notarunt Gratianus distinct. 4. de pœnit. can. qui recedit, & Palat. in 4. dist. 22. dist. 1. §. Porf. Omnes enim Catholici concordant, peccata semel dimissa, non posse saltem de lege ordinariâ quoad culpam redire. An verò redire possint de potentia absoluta, infra.

#### SECTIO I.

##### An de facto peccata dimissa redeant per subsequens peccatum?

*2. Sentent.* **P**RIMA sent. Gratiani dist. 4. Can. cit. & de confess. crat. dist. 4. cap. Quomodo, fine, affirmantis. Citan- tur Hugo Victor. lib. 2. de Sacram. p. 14. cap. 9. & Guilielm. Paris. tract. de Sacram. fol. 45. colum. 3. Magister vero in 4. dist. 22. adductis auctor. vtriusque sentent. iudicium relinquit lectori. Ocham. in 4. quest. 9. ad 5. dub. neutrām partem ait posse probari; negatiuam tamen docet esse magis consonam Sanctorum dictis. Fundam. 1. Psalm. 108. In memoriam rediatis iniquitas Patrum eius in conspectu Domini. In quem loc. August. Si ergo Iudas teneret illud, ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret: sed quia non tenuit adoptionem in familia Dei; sed iniquitatem vetusti generis, redire iniquitas Patrum eius in conspectu Domini, ut in eo etiam ipse puniretur. Et Matth. 18. Serue nequam, inquit Christus, omne debetum dimisi tibi: cum tamen paulo post ob peccatum immisericordia in fra-

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

trem; iratus Dominus tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet uniuersum debitum; ergo per subseq- quens peccatum reuixit debitum, quod ei dimis- sum fuerat. Et Iacobi 2. qui offendit in uno, factus est omnium reus: ergo, qui de nouo peccat, contrahit peccata iam dimissa. 2. Sicut merita peccato mortificata, per pœnitentiam reuiniscunt ad præmium: ita demerita pœnitentiâ deleta, per subseq- quens peccatum resurgunt ad pœnam. Confirmat. si quis moriatur cum subseqente peccato, non so- lùm torquebitur pœnâ aeternâ debitâ tali pecca- to; sed etiam debitâ prioribus remissis: quia pœna temporalis, in quam fuerint illa commutata, per subseqeuens peccatum fit aeterna.

*4. Secundum Fundam.* SECVNDA sentent. Prepositi apud Altisido- rensem quest. 4. tract. 6. quest. 1. & apud Bonavent. in 4. dist. 22. art. 1. q. 1. affirmantis solùm per quatuor ge- nera peccatorum, videlicet per Apostoliam à fide, odium in fratrem, contemptum confessionis, & do- lorem de præteriti pœnitentiâ, dimissa peccata re- dire.

*5. TERTIA sentent. S. Thom. 3. parte quest. 88. art. 1. & omnium Scholastic. in 4. dist. 22. negantium, per subseqeuens peccatum præterita remissa redire ad omniu[m] ve- culpam, & pœnam; nisi per modum cuiusdam cir- 6. 3. Sentent. ra. sententia vera est, & opposita est omnino falsa, & improbabilis.*

Probat. 1. ex Nahum cap. 1. Non confurget duplex tribulatio. Vertunt 70. non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Quo testimonio Hierony- mus confutat haereticos, qui Deum arguebant ut crudelem, quod hominum peccata saepius puniret. 2. ex resp. Prospcri contra 2. obiect. Gallor. quæ refer- tur, citat. Canon. Qui recedit à Christo, & alienus à gratiâ finit hanc vitam, quid nisi in perditionem ca- dat? sed non in quod remissum est, recidit. 3. ex Gelasio Papa dist. 4. can. 24. Divina clementia dimissa pecca- ta in rationem vleterius redire non patitur, quo quid clarius?

*8. Ratio. S. Thom.* RATIO. Ratio. S. Thom. DEO. Deus absolutè, & sine conditio- ne futuri eventus peccata condonat: Deus est im- mutabilis. Implicat ergo, quod semel absolutè remisit, iterum redire. Maior prob. tum ex Scriptu- râ, in qua absolutè pœnitenti promittitur remissio peccatorum; tum ex forinis sacram. quæ ut instru- menta Christi per se ordinantur ad remissionem ab- solutam peccatorum.

DICES. Etiam Deus absolutè dicitur concedere gratiam; quam tamen per subsequens peccatum subtrahit; ergo etiam si absolutè dicatur dare remis- sionem peccatorum; illam tamen per subsequens peccatum reuocat.

Nego consequent. nam gratia pendet meritorie in conseruari à creaturâ; non præteritorum peccatorum remissio: quia gratia, cum sit amicitia inter nos & Deum, pugnat suâ naturâ cum peccato, quod est inimicitia inter nos & Deum: Remissio vero præteriti peccati non pugnat cum subsequente cul- pâ; vnde non hoc ipso, quo quis committit nouum peccatum, contrahit reatum præteriti: quia nulla est inter ea naturalis connexio, vt est inter pecca- tum & priuationem gratiæ: quo fit, vt in conser- uatione gratiæ, necessariò subintelligenda sit hæc tacita conditio, si homo non peccabit; quæ conditio non est necessariò subintelligenda in remissione peccatorum, vnde si aliunde non exprimatur, semper censenda est dari absolutè, & sine conditione pendente ex futuro eventu: Iuxta hanc doctrinam intelligitur locus Pauli ad Rom. 11. Dona Dei sunt sine pœnitentiâ, hoc est irreuocabilia; intelligitur

## 78 Disp. VII. De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum. Sect. I.

autem de donis, quæ in conseruari meritorie non pendent ab humana voluntate, sive sint dona naturalia, sive supernaturalia, ut sunt characteres sacramentales; qui quoniam nullo modo pendent meritorie in conseruari ab humana voluntate manent etiam in damnatis.

11.  
Circumst.  
tia aggrea-  
nans.

Quod autem per subsequens peccatum redeant priora remissa per modum circumstantiæ aggravantis, est S. Thom. & omnium Scholasticorum: quia, ceteris paribus, grauius peccat, qui post acceptum beneficium iustificationis delinquit; quia in hoc admisceretur circumstantia ingratitudinis, dum delinquit in benefactorem: ratione cuius circumstantiæ dicuntur dimissa peccata redire: non secundum pœnam, quam ipsa ex proprio obiecto meruerunt; sed secundum pœnam, quam meretur nouum peccatum subsequens ex priorum remissione, ut circumstantia ingratitudinis: quia sicut talis circumstantia aggrauat subsequens peccatum in ratione malitiae; ita & in ratione pœnae talis malitiae respondentis. Ceterum falso est, quod docet Scotus dist. 22. art. 3. non solum dimissa peccata redire ratione ingratitudinis; sed etiam ratione nouæ obligationis, quæ pœnitens per pœnitentiam voto se obligavit ad non peccandum impoterum: quia sine tali, inquit, voto non est condigna pœnitentia. Falso, inquam, est: quia propositum de cetero non peccandi, quod pœnitentia includit, non est votum inducens nouam obligationem: alioqui quodlibet peccatum subsequens esset in duplice specie.

Contra Sco-  
tum. Propo-  
situm non  
peccandi  
non est vo-  
tum.

12.  
Remissio  
peccatorum  
redire ut  
circumstantia  
aggrauans  
subsequens  
peccatum.

Aduerte 1. non ipsa peccata proximè & formaliter; sed remissionem peccatorum redire, ut circumstantiam aggrauantem subsequens peccatum. Ratio: quod per modum circumstantiæ ingratitudinis aggrauat subsequens peccatum, est nouum beneficium peccatori collatum; hoc autem non sunt peccata; sed remissio peccatorum, ex quâ subsequens peccatum moraliter aggrauatur. 2: non secundum eandem pœnam, quam præterita peccata ex proprio obiecto meruerunt, redeunt ut circumstantia peccati subsequentis; sed solum secundum eam, quæ consequitur ex malitia peccati subsequentis, ut formaliter aggrauari ex remissione præcedentium. Ratio: non redeunt secundum formalem malitiam, quam habuerunt ex se; sed solum ut terminus, & circumstantia nouæ malitiae subsequentis culpæ. 3. hæc circumstantia ingratitudinis non confert actu nouam speciem malitiae nisi expressè intendatur; sed tantum aggrauare per modum cuiusdam circumstantiæ. Pro quo nota esse aliqua peccata, quorum malitia consummatur in affectu interno voluntatis: aliqua vero, quorum malitia consummatur in aliquâ operatione distinctâ ab ipso interno affectu voluntatis. 1. generis sunt, odium Dei, contemptus superioris, inuidia, &c. Posterioris, fornicatio, furum, homicidium, &c. quæ consummantur in opere externo.

14.

1. generis species non contrahitur, nisi per expressum affectum; posterioris etiam per interpretationem: quia malitia priorum peccatorum formaliter consistit in ipso interno affectu voluntatis: igitur quamdiu hic non ponitur perfectus & consummatus seu expressus in suum obiectum, non ponitur perfecta & consummata malitia talis peccati. Contra vero, quia malitia posteriorum peccatorum formaliter desumitur ex opere externo, eo perfectè posito, etiamsi affectus ipse internus, quo voluntas ad huiusmodi opus tendit, non sit perfectus, & expressus; sed tantum interpretatiuus, contrahitur completa, & specifica malitia talis

Duplex ge-  
nus peccati.

A priori.

peccati, quæ tota desumitur ex opere externo, & affectus voluntatis solum requiritur ut fundatum moralitatis, non ut formaliter præbens malitiam accui. Ad præendum autem solum fundatum moralitatis in actu præuo sufficit voluntarium interpretatiuum, ut constat in omissione præcepti, cuius malitia perfectè contrahitur per solum voluntarium interpretatiuum. Cum igitur ingratis sit peccatum prioris generis, cuius malitia consummatur in affectu internæ voluntatis, eius species non contrahitur, nisi per expressum affectum, quo peccator fertur contra suum benefactorem.

Ad fundamentum, primæ, Resp. vel scripturam, & Patres loqui de reditu quoad circumstantiam ingratitudinis modo explicato; vel de reditu quoad culpam & pœnam æquivalentem: quia per subsequens peccatum contrahitur similis pœna æterna sensus, & priuatio eiusdem beatitudinis, iuxta hunc sensum explicatur illud Iacobi 2. *Qui offendit in uno, factus est omnium reus.* Eadem quippe beatitudine obiectua priuamus per unum, ac per aliud peccatum. Interdum vero scriptura loquitur tantum de pœna temporali, quæ peccata parentum Deus punit in filiis; quo pacto intelligitur citat. Psal. 108. nam Deus non punit peccata parentum pœna æternâ in filiis: siq[ue]d idem anima que peccaverit, ipsa morietur, Ezech. 18. nec filius portabit iniquitatem patris, vel pater iniquitatem filii.

DICES: ergo saltem redit eadem pœna damni: quia hæc est priuatio beatitudinis, quæ est eadem Dices. in quoque peccato, cum sit indiuisibilis. Concedit Darand. in 4. distin. 22. quest. 1. num. 8. Sed nego: nam gloria, quæ per subsequens peccatum priuamus, semper est maior: gloria enim respondet gratiæ; quæ semper est maior: quia præter gratiam resp. innocentia, includit gratiam pœnitentia: suppono enim ex seq. disputatione, per pœnitentiam nos semper ad maiorem gratiam resurgere: quia præter gratiam præcedentem peccato amissam, & pœnitentiæ restitutam, resurgimus ad nouum gradum, quivirtute pœnitentia nobis confertur. Nec obstat, quod gloria obiectua sit eadem in omnibus, nam penes illam non sumitur inæqualitas beatitudinis; sed penes gloriam formalem, quæ diuersa est, iuxta diuersitatem meritorum, ut 1. tom. disputatione 9. sect. 14.

Ad fund. 2. Deus prior est ad præmiandum quæ ad puniendum. Ad confirm. ideo pœna temporalis nondum soluta, in quam commutata fuit pœna æterna peccati præteriti, coniuncta cum subsequente mortali fit æterna; quia ratione mortalis de novo contracti subiectum fit inhabile ad solvendum.

## SECTIO II.

*An saltem de potentia absoluta peccata semel dimissa redire possint?*

Q Væstio est tam de reditu quoad culpam; quæ ad quoad pœnam; & consequenter quoad utramque bac fact. disputo.

PRIMA sentent. Richard in 4. dist. 22. art. 1. quest. 1. Darand. quest. 1. Palnd. quæst. 1. Capreal. quest. 2. art. 1. 1. Sentent. e Argent. quest. 1. art. 1. Palatij disputat. 1. negationum, peccata semel dimissa redire posse quoad culpam: quia nequit idem numero actus peccaminis Fundatus redire virtute naturali, ut patet; nec diuinæ alioqui Deus esset author peccati, quod implicat. Con-

## Disp. V. II. Dereditus peccatorum per paenitentiam dimissorum. Sect. II. 79

20.  
Confirm.

• Confirmat *Palud.* vel Deus reproduceret eundem numero actum peccaminosum, passiuē tantūm concurrente creaturā: & sic nō esset peccatum: quia peccatum non est, quod liberē non sit: nequit autem liberē fieri, quod à creaturā actiuē non sit, quia libertas in actiuā potentia consistit: vel coagente creaturā: & tunc licet esset idem numerū actus formaliter, essent tamen duo peccata formaliter: quia licet unus tantūm esset physicē actus præsens, & præteritus, moraliter tamen censerentur duo.

21.  
2. Sent.  
Probat  
Vasquez.

SECUNDA Sot. 4. dist. 16. quest. 1. art. 1. Vasquez 3. part. quæst. 88. art. 1. dub. vn. num. 73. negantium peccata dimissa redire posse, etiā quoad paenam. Probat *Vasquez*; implicat remitti peccatum, nisi per formam nobis intrinsecam, sua naturā, peccati & maculæ ab eo relictæ abstensiua; r. 2. disp. 104. & 106. at peccatum sic semel destructum, condigne, & ex naturā rei manet destructum; ergo non potest iterum redire ad culpam, nisi ex nouā productione. Nec dici potest, quod Deus illud remittat sub conditione: quia cum remissio non fiat extrinseco favore & ex voluntate Dei; sed intrinsecā formā suā naturā expellente & destruente peccatum, non potest talis conditio apponi; implicat enim redire albedinem à parte rei sublatam per nigredinem ex solo pacto & voluntate Dei, nisi adsit noua causa productiva illius. Ex quo infert, nec redire posse quoad paenam: quia paena supponit culpam, cum sit passio illius: sed implicat redire culpam; ergo & paenam.

22.  
3. Sement.  
Fundam.

TERTIA Suarez disp. 13. scđ. 1. num. 11. & scđ. 2. num. 14. Henriquez lib. 4. de Sacramentis cap. 32. num. 4. Naguer 3. p. quæst. 88. art. 1. dist. 2. Coninck disp. 2. dub. 18. negantium, peccata redire posse quoad culpam; non quoad reatum paenæ, quia potest paena fundari in culpâ iam remissâ: vt patet de paenâ temporali debitâ culpâ iam remissa.

23.  
4. Sensus.  
Diffic. ma-  
ior, quām  
apparet  
primâ foun-  
dat.

QuARTA Scotti in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. Au-  
reolis art. 1. Maior. quæst. 1. Medin. Cod. de penit. quæst. 9. §. nec Valer, Valent. desp. 7. quæst. 5. p. 1. affirmant, peccata redire posse & quoad culpam, & quoad paenam. Quam sententiam probabilem putat Coninck.

24.

Nota, quæstionem fieri posse vel de reditu physico actus peccaminosus vel de reditu morali. 1. modo controversia est, an idem peccatum numero præteritum redire possit. 2. an idem peccatum numero iam remissum redire possit, non quidem physicē quoad entitatem actus; sed moraliter quoad imputabilitatem malitia; ita ut verē quis censeatur maculatus, & à Deo auersus non solum propter peccatum de novo commissum, sed etiam propter præterita iam remissa.

25.  
Fundam.

DICO 1. non implicat redire eundem numero ac-  
tum physicum peccati. Ocham in 4. quæst. 9. ad 2. dub.  
quia posito quod cratura ex sua libertate se deter-  
minet ad eundem actum specie, exempli gratiā  
furti, non repugnat Deum cum creaturā influere  
ad talēm actum physicum, eodem numero, concur-  
su generali quo influxit ad consimilem actum phy-  
sicum præteritum; ac actus indiuiduantur ex con-  
cursu Dei; ergo redeunte cādem formā indiuidu-  
te, redit idem indiuiduum. Maior prob. hoc non  
repugnat, quia Deus determinaret creaturam ad

in indiuiduo. Quare ad hanc iudiuiduationem ac-  
tus non concurrit Deus ut primò determinans, sed  
ut determinatus ab ipsā creatā voluntate se ex sua  
libertate determinante ad hanc speciem actus, ad  
quam Deus non concurrit præueniendo, sed comi-  
tando concursum liberum creature; quia verē crea-  
tura nō potest se ipsa determinare ad iudiuiduationē  
actus, expectat determinationē hanc à primā causā.

DICES. Esto Deus non primò determinet actū  
peccati ad iudiuiduationem in genere, nam ad illam

27.

determinat se ipsa creatura hoc ipso, quod deter-  
minat se ad talem actum peccati in specie, essentialiter  
exigentē alicuius indiuiduationis; saltem Deus  
determinat primò actum peccati ad hanc indiui-  
duationem in particulari: nam ad hanc in particu-  
lari neque exiguitē determinat se creatura, cūm ne-  
quacat illam in particulari cognoscere, sed Deus ip-  
se ex liberā suā voluntate eligens hunc potius con-  
cursum, quām alium. Nego, Deum dici posse pri-  
mò creaturam determinare ad hunc numero actū  
peccati. Nam primò ad aliquid determinare, est ita  
ad illud determinare; vt nulla præsupponatur exi-  
gentia: cūm igitur in creaturā præsupponatur exi-  
gentia ad aliquam saltem indiuiduationem in genere,  
per actum in specie, ad quem primò se ipsā de-  
terminat, non poterit Deus dici primò illam deter-  
minans, ne quidem quoad hanc indiuiduationem  
in particulari: quia licet non præsupponatur exigē-  
tia ad hanc indiuiduationem determinatē; præsup-  
ponitur tamen ad aliquam in genere: ad quam cūm  
non possit creatura se ipsa determinare, exigit, vt  
determinetur à Deo, ut à primā causā. Vnde si  
non formaliter, saltem æquivalenter hæc deter-  
minata indiuidatio peccati est à creaturā.

28.

*Quid sit*  
*primò de-*  
*terminare*  
*ad aliquid.*

Instabis: vt Christus sit author totius operis bo-  
ni præcepti, sufficit ut liberē illud producat quoad  
solam speciem actus, esto illud non liberē produ-  
cat quoad rationem genericam; ergo sufficiet, ut  
Deus author peccati, ut liberē ad illud concurrat  
quoad solam indiuiduationem, esto non liberē  
concurrat quoad rationem specificam. Ita enim se  
habet in peccato ratio individualis ad specificam;  
sicut in opere præcepto ratio specifica ad genera-  
cam: nam sicut in opere præcepto ratio specifica  
contrahit genericam: ita in peccato ratio individualis  
contrahit specificam. Nego consequentiam,  
nam in peccato ratio specifica præsupponitur prius  
ratione liberē à creaturā producta; quām à Deo  
producatur ratio individualis: nam esto Deus con-  
currat etiam ad rationem specificam peccati physi-  
cē, haud tamen ad illam concurrat liberē, sed neces-  
sariō ex suppositione sui decreti, quo ab æterno se  
obligauit ad concurrentem cum omni actū libe-  
ro creaturæ; ac proinde dici non potest Deus co-  
currere ut primò determinans ad indiuiduationem  
peccati, cūm hæc præsupponat ratione priorem  
specificam rationem peccati, alicuius indiuiduationis  
essentialiter exigentem. At verē tota substantia  
operis præcepti, tam quoad rationem genericam;  
quām quoad rationem specificam liberē produc-  
batur à Christo. Solū autem dicebatur præceptū  
necessarium quoad rationem genericam: quia non  
poterat Christus illud refutare, vel circa illud ac-  
tum nolitionis elicere. Ceterū quoniam in po-  
testate ipsius erat, eundem actum præceptum cum  
hoc, vel illo motu; hoc vel illo tempore elicere  
tota substantia actus erat sub liberā potestate ip-  
sius: cūm nihil de substantiā actus præcepti præ-  
supponebatur prius ratione productum indepen-  
denter à liberā voluntate humanā Christi; sed to-  
tus actus è quæ primò proximè producebatur à li-

29.

*Determina-*  
*ta indiui-*  
*datio pec-*  
*ceti est à*  
*creatura &*  
*equivalenter.*

30.

*Resp.*

bertate

Actus indi-  
viduantur  
ex concursu  
Domi.

Determi-  
natio quoad  
speciem, vel  
indiuidua-  
tionem.

G 4

## 80 Disp. V. De reditu peccatorum per paenitentiam dimissorum. Sect. II.

bertate humanâ Christi, ut 6. tom. disputat. 25. sect. 3.

**31.** Nec repugnat Deum talem actum reproducere, quia id non faceret ut causa vniuersalis: Nam quâdem numeri uis Deus reproduceret eundem indiuiduum con-ro concursu cursum corruptum actus peccati ut causa particula-ris peccataris; eo quod non ageret in tali casu iuxta leges naturæ ab ipso præscriptas; non tamen esset causa particularis, neque quoad esse physicum, neque quoad esse morale peccati: quia nec ipse præueniret voluntatem creatam, excitando illam ad talem actum, uti eandem excitat ad actum honestum: nec illam primò determinaret ad talem actum. Vnde solùm esset causa particularis quoad modum reproducendi eundem numero concursum corruptum; non quoad substantiam, vel malitiam actus. Ut si Deus coageret cum igne comburente subiectum distans, esset quidem causa particularis quoad modum agendi in distans, non quoad substantiam ignis producti, cùm nihil plus influeret in illum, quam influeret in eundem, si ageret in præsens subiectu. Ita non plus Deus quoad substantiam actus influeret in peccatum, reproducendo in illo eundem numero concursum corruptum; quâm influeret, si illum produceret distincto numero concursu. quia per hunc modum extraordinarium agendi Dei, nihil in suo modo operâ in intrinseco variaretur creatura: nam eodem modo hæc liberè se determinaret ad aliquam indiuiduationē actus in genere, & Deus concomitanter tantum illam determinaret ad hanc indiuiduationem in particulari. Nec Deus plus influeret in entitatem actus, quâm si ad illum concurredet distincto numero concursu: nam eodem modo actus peccati à creatura fieret per distinctum concursum, ac per eundem reproductum.

**32.** **Dices.** Repugnat Diuinæ bonitati, ut miraculis ad producendum actum peccati. At sicut nulla est repugnantia, ut Deus determinet creaturam ad hæc, vel illam indiuiduationem actus peccati; ita nec ut illam determinet ad eandem numero indiuiduationem corruptam, ex suppositione, quod creatura liberè velit se determinare ad eandem speciem actus. quia hæc ipsa successiva determinatio distinctorum concursuum ad actus eiusdem speciei, decreta est ab ipso Deo propter maiorem perfectiōnem vniuersi: ergo absque ullo præjudicio sua bonitatis decernere potuisse, ut de facto omnes eiusdem speciei effectus reproducerentur per eundem numero concursum.

**33.** **Fundam.** **Dices.** Dico 2. talis actus licet physicè unus, moraliter tamen & in ratione peccati esset duplex. Fundamentum: culpa & offensa in tali actu esset duplex: nam hæc desumitur ex liberâ applicatione creature ad actum rationi disformem: sed hæc applicatio bis fieret à creaturâ, quamvis eodem numero actu: ergo bis peccaret.

**34.** **Dices.** ita se habet anima constituta in dupli-ci tempore, ac in dupli loco; sed constituta in dupli loco, vnum committeret peccatum uno actu utrobique replicato: ergo constituta in duplicitate, vnum committeret peccatum uno actu utroque tempore replicato. Nego maiorem, nam constituta in duplicitate duplē adhibet applicationem ad peccandum, & quantum est de se per duplē actu peccati; per accidens autem, ratione eiusdem concusus reproducti, vnum eliceret numero actu physicum, cum duplicitate tamen malitiâ, ratione duplicitis applicationis liberæ; at constituta in dupli loco, vnam haberet liberam applicationem ad peccandum, à quâ utrobique denominaretur idem peccator: nam hæc denominatio, cum sit moralis,

non requirit actum præsentem, ut subiectum de nominet.

**35.** Dico 3. implicat, etiam de potentia absoluta, redire eadem peccata remissa quoad imputabilitatem, positâ remissione, prout de facto fit. **Fundam.** Fundamentum: defacto remissio fit absolute, absque ullâ conditione de futuro; ut autem possint redire quoad imputabilitatem, debent non esse omnino & absolute delecta: nam quod est absolute delectum, omnino non est: ergo redire non potest reditu morali, & per imputabilitatem: quia hic reditus non fit actione physicâ, reproducente peccata præterita; sed morali resultantia, ut ea, quæ ad peccatum non imputabantur, incipient ad peccatum imputari: quod autem hoc modo redit, supponitur non esse in se absolute delectum; sed tantum sub conditione. Quare supposita absolute remissione peccatorum, non solùm est hic reditus peccatorum impossibilis ratione immutabilis decreti diuini: sed etiam ratione peccatorum, quod aduertit *Smar. sect. 1. num. 6.*

**36.** Dico 4. absolute non implicat, eadem peccata semel remissa redire quoad moralem imputabilitatem: ex citat. *aut. Gelasij.* qui huiusmodi non redditum peccatorum revocat ad clementiam Diuinam, non ad naturam rei. Omitto fundamentum *Scoti;* quod peccatum consistat in destinacione ad poenam; fundamentum *Aureoli, Et enim,* inquit, peccatum macula, & indecentia moralis, habens tantum esse obiectum in apprehensione: quod non potest concipi idem numero cum eo, quod est corruptum. Etenim falsum est, peccatum nullum habere esse in se, saltem mortale independenter ab omni intellectu: alioquin non esset aliquis peccator, nisi quando conciperetur peccator.

**37.** Relinquo rationem *Mayro, Basso, Ochami;* scilicet potest Deus eundem numero actum peccati reproducere. Nam hæc assit, non loquimur de reditu physico, sed morali peccati, per solam imputabilitatem actus præteriti, absque physicâ reproductione illius: nec possit talis actus à solo Deo reproductus imputari nobis ad peccatum, quod essentialiter est actio libera creaturæ. Fundamentum 1. Non repugnat præterita merita, peccato abolita, reuiiscere eadem numero: ergo nec demerita gratiâ condonata, redire eadem numero, nam sicut meritum destruitur per peccatum; ita peccatum deletur per gratiam; cùm non minus iustus definat esse, ac denominari iustus superueniente peccato; quâm peccator definat esse, ac denominari peccator superueniente gratiâ: & tamen possunt priora merita abolita peccato, superueniente gratiâ, reuiiscere in ratione meriti: ergo & priora demerita abolita per gratiam, superueniente peccato, reuiiscere in ratione demeriti. *Beg. S. Th. q. 89. art. 3. ad 1. & Aureol. in 4. disp. 22. art. 1.*

**38.** Respondet *Vasquez* quest. 89. art. 5. dub. 1. num. 40. **42.** efficacius est meritum ad destruendum peccatum, scilicet satisfactione condignâ; quod non potest amplius iuste exigi: peccatum autem non destruit meritum destructione condignâ, quia non tollit, quin meritum semel in gratia factum, semper ius habeat ad præmium; licet tale ius impediatur peccato; quo sublatio, statuarius redit ad præmium.

**39.** Sed contraria: si loquimur de efficacitate physicâ, merita justificans & peccatum sunt contraria, peccatum quorum non minus vnum expellit aliud, quâm habet mortalitatem, ut constat de frigore & calore, luce & tenebris. Si de morali, indignus est peccatum, ut potest contra Deum, quâm sit dignum meritum, ut potest ab homine: ergo efficacius est peccatum ad destruendum quâm contraria.

## Disp. VII. De reditu peccatorum per paenitentiam dimissorum. Sect. II. 81

dum moraliter meritum: quia maiorem ponit indignitatem in subiecto, vi cuius destruatur meritum; quam ponat dignitatem meritum, vi cuius destruatur peccatum. Quod autem de facto peccatum non tollat, quin meritum semel in gratia factum semper ius habeat ad premium, non prouenit ex natura rei, sed ex ordinatione Diuinâ. Leg. Bonav. in 4. d. 14. p. 2. qu. 3. a. 2.

teritum peccatum potest redire quoad antiquam culpam, & moralem imputabilitatem absque nouâ sui reproductione, nondum quoad culpam destruâtum est; ac proinde nec re ipsâ condonatione Diuinâ extinctum; sed tantum sopia & suspensum, donec positâ conditione, possit suum authorem inficere. 2. Nequit peccatum verè & re ipsa à Deo remitti, nisi perfectâ conuersione amicabili ipsius erga peccatorem. vt 3. tom. disputat. 33. sect. 1. quia cùm mortale sit inimicitia contra Deum, ex Trident. sess. 6. cap. 7. nec possit macula deleri, nisi per oppositam formam, vt ibidem ostendo, non poterit peccatum remitti, nisi per amicabilem conuersionem Dei erga peccatorem, quæ fit per sanctificantis gratiæ infusionem. at hoc ipso quod Deus retinet sibi ius odij contra peccatorem, non potest bencuolè ad illum conuertere. 3. Ideò merita peccato mortificata non manent extincta; sed tantum sopia, & suspensa quoad ius, quod habent ad gloriam: quia manent cum obligatione redeundi ad proprium dominum sub conditione, si condignam de peccato egerit paenitentiam. Ergo pari modo, ideo præterita peccata non manebunt exticta, sed tantum sopia, & suspensa quoad naturalem imputabilitatem culpe, & reatus paenæ æternæ, quia manent cum obligatione redeundi ad proprium auctorem sub conditione, si iterum peccauerit. 4. Implicat peccatum sub conditione remissum, manere posse cum naturâ hypostaticè Deo assumptâ. Ergo quod tantum sub conditione remittitur, non verè, & re ipsâ remittitur, quia si verè & re ipsâ remitteretur, manere posset cum naturâ hypostaticè assūptâ. Antecedens probatur, implicat Deum hypostaticè naturam creatam peccatricem sibi vnire, & non absolutè omnia peccata illi condonare; sed tâtum sub conditione, quamdiu illa manebit hypostaticè sibi vñita: atque qui posset talis homo Deus pro suis præteritis peccatis nondum extictis, & delectis orare.

49. Confir. 2:

44.  
Fundam.  
alterum.

Minor.

A pari.

50. Confir. 3.

51. Confir. 4.

45.

A priori.

Conditio de  
futuro non  
suspensus  
effectum de  
presenti.

46  
Prob. pars  
2. minoru.

47.

Quid tota-  
litor & a-  
lter ad  
conuersi ad  
alium.

48.  
Confir. 1.

At dispar, inquires, est ratio: quia peccatum Adæ nūnquam fuit remissum in ordine ad posteros. Sed contrâ: 1. potuit Deus illud remittere, etiam in ordine ad posteros sub conditione, si post actam paenitentiam aliud non commisisset: 2. remissio peccatorum non solum pendet ex actu peccatoris, sed etiam ex voluntate Dei condonantis offensâ: quia igitur nullus actus peccatoris potest esse condigna satisfactio pro offensâ mortali illatâ Deo, potuit Deus eam remittere sub conditione, si de cæstro non peccauerit. Minor prob. gratia, positâ retratatione peccatoris, destruit peccatum vt forma incompossibilis, quoad esse physicum & morale: quia tollit maculam ex parte peccatoris, & extinguit odium ex parte Dei. quod si talis remissio sit cum conditione pendente ex futuro, verè & re ipsâ de præsenti fiet, quia conditio de futuro non suspendit effectum de præsenti: cùm enim remissio peccatorum sit effectus formalis inseparabilis à gratiâ, implicat hanc ponit, & ab eâ de præsenti suspensi remissionem peccatorum. Item per tales conditionem non acceptâr peccatoris paenitentia pro præteritis peccatis, si aliud nouum commiserit: ergo de nouo peccante redirent pristina remissi. Vnde priuatio gratiæ de nouo inducta non solum macularet animam per respectum ad peccatum præsens; sed etiam per respectum ad præterita: & odium Dei non solum ferretur in peccatorem propter peccatum præsens: sed etiam propter præteritum, per subtractionem eiusdem gratiæ in paenam vtriusque peccati.

Hæc argumenta postulant, vt explicem, quo pacto possit peccatum esse sub conditione tantum remissum, & nihilominus verè & re ipsa esse remissum, pro eo saltem tempore, pro quo non ponitur conditio: non obstante quod in Deo maneat ius resumendi pristinum odium, ex suppositione quod iterum homo peccauerit; & in homine debitum incurriendi eandem indignationem, sub conditione quod iterum Deum offenderit. Hoc probo 1. si talis homo iustificatus per solam remissionem sub conditione, si iterum non peccauerit, moretur tempore illo intermedio, antequam laberetur in nouum peccatum; & nullum aliud supponeretur habere impedimentum, præter debitum contrahendi præterita peccata sub conditione, si iterum peccauerit, statim euolaret in cœlum: nam toto eo tempore intermedio non posset homo ille ob præterita peccata sub conditione remissa denominari peccator, cùm præterita peccata per Diuinam condonationem maneat suspensa ad præbendum suum effectu formalē toto illo tempore, quo non ponitur conditio, & respectu hominis maneat, ac si essent absolutè remissa: ergo nec minima peccati labecula maneret, pro eo saltem tempore, quo seruaretur conditio, sub quâ remissum eslet. 2. posset Deus remittendo huiusmodi homini sub conditione peccatum, illi infundere gratiam sanctificantem, aut etiam vñionem hypost. sed implicat cum gratiâ sanctificantem ex 3. tom. disput. 32. sect. 1. & certissimè cum vñione hypost. aliqua peccati mortalis labes: ex 6. tom. disput. 24. sect. 1. ergo quod sub conditione remittitur, verè, & re ipsa remittitur

52. Id ius &  
debitum  
sub conditio.  
nil obstat.

53. Prob. 1.  
& posteriori

Obyses. Implicat Deum verè & re ipsâ offensam condonare, & nihilominus in eam ius odij, & indignationis sub conditione retinere. quia tale ius impedit, quod minus Deus totaliter, & amicabiliter convertatur ad peccatorem: nam ita conuersti est, nullificabitur ius vñlum ad odium sibi reseruare: hoc enim conuersi ad ipso, quod offensus propter offensam ius aliquod odij, contra offendentem sibi reseruat, etiam si sub conditione, non censetur ex animo condonasse, sed adhuc propter illam manere infensus, & auersus ab offendente. Porrò dum manet aliquod ius odij in Deo, manet in offendente aliquod debitum incurri di huiusmodi indignationem Dei. at offensam verè & re ipsa extingui, est, nihil illius manere in animo & voluntate offensi; nec radiciter in actione præterita; in quâ alias maneret tantum so-

54. Prob. 2.

pita, non penitus exticta culpa. Confirm. 1. quod potest redire non est in se ipso destrunctum: cùm implicit quod in se ipso destructum est, redire posse, nisi nouâ actione reproduciâ. Igitur si præ-

*Implicit  
habere gra-  
tiam san-  
tificantem  
& non esse  
verè san-  
ctum.*

55.

56.

*Confirm.* 1. Non esset talis homo pro eo tempore, pro quo non peccaret, dignus æternæ pœnâ: ergo nullam pro eo tempore haberet maculam ex præteritis peccatis, sub conditione tantum remissis, deriuatam. nam ad quamlibet maculam mortalis consequitur dignitas æternæ pœnâ.

Antec. prob. non posset Deus huiusmodi hominem æternâ pœnâ condigne punire, alioqui faceret contra suum decretum, quo illi pro eo saltem tempore peccatum, & consequenter cum eo æternâ pœnam condonasset. Nec dici potest, talem hominem manere dignum aliquâ pœnâ temporali: nam si aliqua macula ex præteritis mortalibus sub conditione remissis maneret, illa non posset esse venialis; sed mortalís. 2. Non minus voluntas diuina potest esse efficax in remittendo peccato pro uno tempore tantum quam pro omnibus: ergo sicut remittendo peccatum pro omnibus tempore, pro omni tempore manet homo à tali peccato mundatus: ita remittendo peccatum pro uno tantum tempore, manebit homo pro eo saltem tempore à tali peccato purgatus. 3. nam cum iure, quod Deus sibi reseruaret ad pristinum odium contra peccatorem resumendum, sub conditione, si iterum peccauerit, non repugnat amicabilis conuersio ipsius erga hominem; neque cum debito in homine incurrendi idem odium Dei, sub eadem conditione, si denuo peccauerit, repugnat perfecta sanctitas, & iustitia in eodem homine: ergo non obstante tali iure in Deo & debito conditionato in homine, verè, & re ipsa de præsenti posset totum peccatum remitti. nam tunc totum remittitur peccatum, quando & Deus amicabiliter conuertitur ad hominem, & homo perfectâ sanctitate & amicitia Dei donatur. Nam per hoc & Deus, deposito saltem ad tempus odio, fit verus amicus homini; & homo, abstensâ saltem ad tempus maculâ, per inhærentem gratiam fit verus amicus Dei. Antecedens prob. ius illud, quod sibi reseruaret Deus, resumendi pristinum odium, sub conditione, si homo iterum peccaret, non est odium, quod tantum pugnat cum verò amore amicitie; & debitum incurrendi pristinum odium Dei, sub conditione, si iterum peccaret, non est peccatum: tum quia tale debitum imponeret solum Deus: tum quia non esset materia confessionis, non enim posset quis de tali debito sacramentaliter se accusare, ab eoque absolutionem petere.

*Cum iure  
illo non pu-  
gnat amica-  
conuersio  
Dei.*

58.

*Soluuntur  
argumenta.*

mittitur pro eo saltem tempore, pro quo seruatur conditio de novo peccato non committendo, non obstante, & iure resumendi pristinum odium in Deo, & debito incurrendi idem odium Dei in homine. Maior prob. si implicantia esset, ea esset, quia remissio peccati sub conditione non extinguiceret omnino peccatum. Sed contraria: licet illud non omnino extinguiceret pro quoquaque tempore, & conditione; illud tamen omnino extinguiceret in ordine ad effectum constitutum hominem peccatore & à Deo auersum pro eo tempore, pro quo conditione non ponetur: nam pro eo tempore esset idem, ac si omnino peccatum esset deletum quoad effectum formalem constitutum hominem peccatorem. Ergo posset pro eo tempore Deus infundere homini suam gratiam sanctificantem, aut etiam unionem hypost. Porro implicat hominem habere gratiam sanctificantem, & à fortiori unionem hypost. & non esse verè sanctum, iustum, & amicum Deo; & è conuerso Deum amicum, & benuolum tali homini. Confirm. 1. Non esset talis homo pro eo tempore, pro quo non peccaret, dignus æternâ pœnâ: ergo nullam pro eo tempore haberet maculam ex præteritis peccatis, sub conditione tantum remissis, deriuatam. nam ad quamlibet maculam mortalis consequitur dignitas æternæ pœnâ.

Antec. prob. non posset Deus huiusmodi hominem æternâ pœnâ condigne punire, alioqui faceret contra suum decretum, quo illi pro eo saltem tempore peccatum, & consequenter cum eo æternâ pœnam condonasset. Nec dici potest, talem hominem manere dignum aliquâ pœnâ temporali: nam si aliqua macula ex præteritis mortalibus sub conditione remissis maneret, illa non posset esse venialis; sed mortalís. 2. Non minus voluntas diuina potest esse efficax in remittendo peccato pro uno tempore tantum quam pro omnibus: ergo sicut remittendo peccatum pro omnibus tempore, pro omni tempore manet homo à tali peccato mundatus: ita remittendo peccatum pro uno tantum tempore, manebit homo pro eo saltem tempore à tali peccato purgatus. 3. nam cum iure, quod Deus sibi reseruaret ad pristinum odium contra peccatorem resumendum, sub conditione, si iterum peccauerit, non repugnat amicabilis conuersio ipsius erga hominem; neque cum debito in homine incurrendi idem odium Dei, sub eadem conditione, si denuo peccauerit, repugnat perfecta sanctitas, & iustitia in eodem homine: ergo non obstante tali iure in Deo & debito conditionato in homine, verè, & re ipsa de præsenti posset totum peccatum remitti. nam tunc totum remittitur peccatum, quando & Deus amicabiliter conuertitur ad hominem, & homo perfectâ sanctitate & amicitia Dei donatur. Nam per hoc & Deus, deposito saltem ad tempus odio, fit verus amicus homini; & homo, abstensâ saltem ad tempus maculâ, per inhærentem gratiam fit verus amicus Dei. Antecedens prob. ius illud, quod sibi reseruaret Deus, resumendi pristinum odium, sub conditione, si homo iterum peccaret, non est odium, quod tantum pugnat cum verò amore amicitie; & debitum incurrendi pristinum odium Dei, sub conditione, si iterum peccaret, non est peccatum: tum quia tale debitum imponeret solum Deus: tum quia non esset materia confessionis, non enim posset quis de tali debito sacramentaliter se accusare, ab eoque absolutionem petere.

Adrationes in oppositum: Nego, vel ius resumendi pristinum odium in Deo, sub conditione si homo iterum peccauerit, impedire, quo minus verè & re ipsa de præsenti amicabiliter conuertatur

ad hominem; cum nō possit Deus per gratiam sanctificantem ad hominem conuerti, quin verè & re ipsa illum diligat, dilectione amicitiae: quia non potest Deus obiectum non diligere, dilectione bonitatis tali obiecto proportionata: vnde nihil odij vel indignationis de præsenti contra talcm hominem in Deo maneret: cum totum de præsenti tolleretur per gratiaz infusionem: nec debitum in homine incurrendi pristinum odium Dei, sub conditione, si iterum peccauerit, ponebat aliquam maculam in homine. Ceterum dicitur pristina macula radicaliter manere in præterito peccato, sub conditione tantum remisso, non quod aliiquid illius de præsenti deriuetur in hominem, cumque moraliter inficiat; sed tantum, quia, positâ conditione, statim reuiuisceret & in pristinum statum redire: eo modo quo dicitur gloria radicaliter manere in meritis peccato mortificatis, non quod aliiquid gloriaz, vel iuris ad gloriam, ex illis de præsenti redundet in peccatorem; sed quia, sublati peccato, statim illa reuiuscunt ad pristinam gloriam, & ius conferunt ad illam resurgentem à peccato.

Ad 1. confirmationem dist. antec. quod potest redire sine nouâ sui reproductione, nō est absolute pro omni tempore, & conditione destructum, concedo; non est pro aliquo saltem tempore destructum, nego. Quare retorq. arg. sicut implicat, quod pro quoquaque tempore, & nullâ conditione positâ, moraliter destructum est, moraliter redire; ita implicat, quod pro certo tempore, & sub certâ conditione moraliter destructum est, pro tali tempore, & tali conditione non positâ, moraliter redire, ut implicat, quod pro aliquo tempore physicè destructum est, pro eodem sine nouâ reproductione posse redire. Ceterum potest peccatum tali modo remissum dici sòpitum, & suspensum, non penitus extinctum eo quod, positâ conditione, possit reuiuiscere, & in pristinum statum redire. at pro eo statu, pro quo maneret sòpitum, & suspensum, nullam maculam deriuaret in suum authorem: nam implicat ut pro eo statu maneat sòpitum & suspensum; & tamen suum authorem inficiat, & maculet; sed pro eo tempore manet, ac si penitus esset deletum, quoad formalem effectum maculandihominem.

Ad 2. neganda minor, eiusque probatio.

Ad 3. concededa paritas, quæ potius est pro nobis.

Ad 4. neg. antec. nihil enim macula actu manet in homine ex præteritis peccatis sub cōditione remissis, pro eo tempore, pro quo non ponitur cōditione, consequenter non implicabit, posse humanitatē cum peccatis sub conditione tantum remissis hypo- staticè aslumiā Deo. Neque sequitur, quod talis homo Deus orare posset pro suis peccatis præteritis, rū sub cōditione tantum remissis, pro quo manet, ac si penitus esset deletum, ex illis nihil macula deriuaretur in talē humanitatē potest orare posset, ne redirent, sublatā hypost. vnione. Neque hoc casu maior esset repugnantia, quam si Deus assumeret naturam, quæ prius peccasset, & post dissolutam vñionem iterum esset peccatura: nam talis humanitas, si vñita hypostaticè Deo futura sua peccata post dissolutam vñionem hypost. præuideret, orare posset Deum pro suis peccatis futuris.

Hacenus probatum est, posse Deum peccata remittere sub conditione, si iterum homo non peccauerit, vtterius indago an possit Deus peccata remittere ad certum tempus, quo elapsio, statim illa quo ad pristinam culpam & moralem imputabilitatem redirent, independenter ab illa conditione, & novo peccato ipsius hominis.

59.  
*Ad 1. confir.*60.  
*Ad 2. confir.*

61.

62.

Ratio

Ratio dub. pro negante parte est, quia eo casu præterita peccata non redire voluntate hominis, sed Dei: hoc autem videtur impossibile: cùm Deus non modò nequeat esse author peccati, sed neque reditus peccati, cùm ipse reditus peccati sit moraliiter malus, & peccaminosus.

64. *Dico potest peccata ad certum tempus dimittit.* Nihilominus dico etiam hoc modo posse Deum peccata remittere: quod sic probo. Potest Deus peccatori contrito suam gratiam infundere, ad eumque conuerti amore amicitia, & post aliquod tempus eandem gratiam ab eo subtrahere in odium præteriti peccati: at sicut per infusionem gratiae peccatum necessariò remitteretur, cùm nequeat gratia & peccatum esse simul; ita per subtractionem eiusdem gratiae in odium præteriti peccati, necessariò rediret pristinum odium Dei, fundatum in præterita offensâ, ad certum dumtaxat tempus condonat: & per consequens rediret pristinum peccatum quoad moralem imputabilitatem ex parte peccatoris, cùm nequeat redire pristinum odium ex parte Dei, quin redeat pristinum peccatum ex parte creaturæ: nam efficax odium Dei necessariò terminatur ad actuale peccatum creaturæ. Maior prob. nulla appareat repugnantia, cur non possit Deus suam gratiam infundere, & per eam se amicabiliter ad hominem conuertere, ac proinde offensam condonare, & post aliquot tempus eandem gratiam ab eo subtrahere in odium præterita offensâ, non solutè, sed ad certum tempus condonat.

65. *Dicas.* DICES, implicat Deum per gratiam ut amicū ad hominem conuerti, ciq̄ue offensam condonare, & adhuc contra eum odium inimicitia pro futuro tēpore propter eandem offensam sibi reseruare. Nā simul eset amicus per amicabilem conuersionem, & inimicus per odium, quod contra eundē pro futuro tēpore sibi reseruaret. Præterea simul remitteret offensam per infusionem iustificantis gratis gratia, & non remitteret offensam per odium, quod adhuc contra eam hominem retineret. Sed nego tali casu Deum simul fore amicum & inimicum pro eodem tempore & respectu hominis, eodem modo se habentis. Eset enim amicus pro uno tempore, & inimicus pro alio: diligeret hominem ut amicum, præditum suā gratia; eundem odio haberet ut inimicum priuatum in pœnam peccati suā gratia. Vt de facto Deus eundem reprobum diligit ut amicum secundū presentem iustitiam; & odit ut inimicum secundū futura demerita. Item remitteret offensam pro uno tempore per infusionem gratiae sanctificantis, & amicabilem conuersionem sui ad hominem: non remitteret offensam pro alio tempore, per subtractionem gratiae in odium præteriti peccati. Falsum quippe est, Deum pro præsenti tēpore retinere odium contra eam hominem; sed ius tantum ad illud resumendum pro futuro tempore per subtractionem suā gratiae: nam per talē subtractionem Deus resumeret suum pristinum odiū contra peccatorem. At ius tantum ad futurum odium non repugnat, ut supra, cum præsenti dilectione amicitia. Instabis. Non potest peccatum semel à peccatore efficaciter retractatum, sub ratione culpa, & moralis imputabilitatis redire, nisi opposito actu ab eodem retractetur prior peccati retractatio. Nego assump. nam cùm peccatum non solū dicat moralem auersionem à fine, & disformitatem à lege; sed etiam offensam & iniuriam contra Deū, quā solā peccatoris retractatione tolli nequit; sed necessariò remitti debet à Deo per infusionē gratiae; sicut potest Deus, adhuc positā retractatione peccatoris, illam non remittere; ita eandem potest ad certum dumtaxat tempus condonare: nā ut eadē

offensa redeat quoad moralem imputabilitatem, non pendet à nouā voluntate peccatoris; sed à solo Deo illam sub tali conditione remittente.

66. *Efficax est illa necessariò terminatur ad actuale peccatum creaturæ.* Vrgebis. Ut iterum eadem offensa redcat culpabiliis, debet redire vt voluntaria peccatori; ergo per nouum actum ipsius retractantem priorē peccati retractationem. Resp. sat esse, vt redeat voluntaria pristina voluntate, quā primò fuit commissu.

At iniquies, pristina voluntas est efficaciter retractata per contritionem: igitur non potest iterum per illam redire voluntaria peccatori, sed nego, illam fuisse retractatam condigne & efficaciter; sed tantum de congruo, & sufficienter; nō enim illa retractata fuit quoad rationem iniuriæ illatæ Deo, cū nulla satisfactio puræ creaturæ possit esse condigna pro iniuriâ illatâ Deo; sed solū tuit retractata quoad auersionem, & disformitatem à lege. Quo sit, vt sicut, positâ retractatione peccatoris per contritionem, adhuc offensa contra Deum manet culpabilis peccatoris ita eadem offensa remissa ad tempus, redire poterit culpabilis eidem peccatori. Nam sicut ex solâ Dei voluntate pendet, vt peccatoris retractatio acceptetur, vel non acceptetur pro offensâ sibi illata, cùm ex se condigna non sit; ita ab eadem solâ Dei voluntate pendet, vt illa acceptetur, pro uno tempore, & non pro alio.

67. *Ref.* Ad rationem dub. dist. maior: redirent peccata hoc modo condonata solâ voluntate Dei influente, & causante peccata, nego: redirent solâ voluntate Dei non remittente absolutè peccata, concedo. Cū enim vt peccatum absolutè extinguitur, pendeat ex voluntate Dei illud absolutè remittētis, nec possit peccator solâ suâ voluntate peccatum delere, hoc ipso quod Deus illud absolutè non remittit, est causa reditūs, non per se influens in peccatum, sed non remittens absolutè peccatum; quā non absoluta remissio vti mala non est, cūm iure Deus possit illam absolutè non concēdere, sicut potest omnino nō concedere; ita nullum erit absurdum, quod ex hāc solâ voluntate Dei non remittente absoluto peccatum, redeat pristinum peccatum.

Vtqđ: An vt per subsequens peccatum redeant præterita, sub conditione remissa, necessarium sit, vt peccator ipse sciat, sub tali conditione præterita peccata sibi remissa fuisse.

68. *Ref.* Ratio dub. pro affirmante parte: nisi peccatori constet, hanc conditionem esse subsequenti peccato appositam, vt per illud non solū incurritur malitia præsentis peccati, sed etiā præteriorum, nō poterunt præterita peccata remissa redire vt voluntaria peccatori: quia quod nullo modo est notū, nullo modo potest esse voluntarium, cūm voluntarium essentialiter pendeat ex notitiâ obiecti: sed vt redeat quoad culpam & moralem imputabilitatem redire debent vt voluntaria peccatori: quia nequit reditus is ad culpam imputari, nisi sit voluntarius; sicut nullum peccatum ad culpam imputari potest, nisi sit voluntarium.

Confirm. I. Non contrahitur malitia circumstātiæ obiecto appositæ, nisi præcedat aliqua notitia illius: ergo nec contrahitur malitia reditūs præteriorum peccatorum, nisi præcedat aliqua notitia illius. Est enim hic reditus præteriorum peccatorum noua circumstantia per se non connexa cū subsequenti peccato: sed ex pacto, & voluntate Dei illi apposita, vnde nisi sciatur, non poterit illius malitia ad culpam imputari. 2. vt so. 3. diffus. 25. sect. 2. necessaria fuit Adæ notitia pacti inter ipsum, & Deum, de transfundendo ipsius peccato in posteros, vt tale peccatum futurum esset voluntarium voluntate capitum in posteris, ergo à fortiori, vt reditus

*Deus non efficiat nisi tali causa causa redditus peccati per se influens in peccatum.*

*Completa sunt controværia. Quæstio.*

*73. Ratiō dub.*

*47. Confirm. I.*

*75. Confirm. 2.*

## 84 Disp. VII. De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum. Sect. II.

reditus præteriorum peccatorum sit culpabilis, ac proinde voluntarius peccatori, debet illi esse notus.

**76.** Oppositum tamen longè probabilius est; vt posse reditum sit præteritum peccatum quoad pristinam culpam peccatorum & moraliter imputabilitatem suo authori redire, non est necessarium, ut fuerit voluntariū, quando primò à peccatore commissum fuit, & à Deo pro aliquo tempore, vel sub aliquā conditione non remissum, probatur: ut peccatum simpli citer quoad culpam imputetur peccatori, sufficit, ut nō sit à Deo remissum, etiamsi hoc ignoretur à peccatore, & de illo pœnitentiam egerit; ergo, vt semel remissum, moraliter quoad culpam redeat, sufficit, ut illud nos sit à Deo remissum pro illo tempore, vel sub illā conditione, sub qua redit, etiamsi id ignoretur à peccatore, & de eo pœnitentiam egerit. Antecedens negari non potest, cùm ex Trident. sciss. 6. cap. 7. contritio sit tantum dispositio ad iustificationem, & remissionem peccatorum: nam adhuc, postquam contritione ex parte peccatoris, ulterius requiritur infusio gratiæ sanctificantis ex parte Dei, per quam formaliter peccata remittit. Nec vllā necessitate cogitur Deus, vt ad contritionem peccatoris suam gratiam infundat, sed potest illam pro sua libertate negare, cùm sit distinctum beneficium ab ipsa contritione: nec vllam cum eā essentiale in connexione habeat.

*Infusio gratiæ sanctificantis est distinctum beneficium ab ipsa contritione.*

**77.** Quod nec vlla requiritur notitia peccatoris, vt peccatum à Deo non remissum illi ad culpam imputetur, patet: quia peccatum quamdiu non est remissum, semper imputatur peccatori ad culpam: nam semper manet proprius actus peccatoris, ac proinde illum denominans peccatorem. Igitur si ad ipsam non remissionem peccati nulla necessaria est peccatoris notitia, neque illa necessaria erit, vt non remissum denominet suum authorem peccatorem.

**78.** Quod autem neque hæc notitia requiratur, vt peccatum sub conditione remissum quoad pristinam culpam moraliter peccatori redeat, probatur. peccatum non remissum pro certo aliquo tempore, vel sub certâ aliquā conditione, quoad præbendum effectum formalem peccatoris, perinde se habet pro eo tempore, & conditione, pro quâ non est remissum, ac se habet peccatum non remissum post instans primæ suæ productionis: cùm sic pendeat à solâ voluntate Dei independenter ab vlla notitiâ peccatoris: ergo si non remissum post instans primæ suæ productionis imputatur proprio authori ad culpam, etiamsi talis peccati non remissio ignoretur à peccatore, imputabitur etiam illi ad culpam non remissum post certum tempus, & sub certâ conditione, etiamsi ipse ignoret: quia quamdiu peccatum manet à Deo non remissum, quod suo iure, independenter à voluntate, & notitia peccatoris, potest non remittere, manet vt proprius actus peccatoris; ac proinde illum formaliter denominans peccatorem.

**79.** Ad rationem dub. nego, vt præterita peccata moraliter redeant quoad pristinam culpam, necessarium esse nouum voluntarium distinctum à priori, quo primò fuerunt commissa. Nam sicut moraliter redeunt quoad eandem pristinam malitiam: ita & quoad pristinum voluntarium: sicut & merita peccato mortificata moraliter redeunt quoad rationem pristinam meriti; etiamsi pœnitentes ignoraret, per subsequentem pœnitentiam omnia illa redire, adhuc illa redirent: nec est necessarium nouum voluntarium distinctum à priori, nam illud idem moraliter redit cum malitia peccatorum;

*Ad rationem dub.*

*Conformatio exempli.*

catorum; co quod non fuerit sufficiens retractatio ad extinguendam offenditam contra Deum, quæ in præteritis peccatis includebatur: nec à Deo fuerit absolute acceptatum pro omni tempore.

Ad probationem concedo, reditum præteritorum peccatorum non posse esse voluntarium peccatoris, nisi sit illi notus: nego, talem reditum debere esse voluntarium peccatoris, vt præterita peccata moraliter redeant quoad culpam; cùm non debant redire quoad nouam malitiam, quo pacto necessarium esset nouum voluntarium, quo talis noua malitia contraheretur; sed quoad pristinam, quæ fuit voluntaria voluntario præterito.

Ad prob. minoris, nego reditum peccatorum debere ad culpam imputari, vt moraliter redeant præterita peccata quoad pristinam malitiam; sed sufficere, si sola præterita peccata quoad pristinam malitiam imputentur ad culpam, per solam non remissionem absolute factam à Deo: nam hoc ipso, quod illa non fuerunt absolute remissa à Deo: sed solum sub certo tempore & conditione, clapsi tempore, vel postquam conditione, nullo novo voluntario positivo, moraliter redeunt quoad effectum masculandi suum authorem.

Ad 1. confirmationem, neg. conseq. nam ad primò contrahendam malitiam obiecti, vel circumstantiaz, necessaria est notitia malitiaz, cùm nulla malitia culpabiliter contrahi possit, nisi voluntariæ; nulla esse voluntaria, nisi sit cognita. At vero ad contrahenda eadem peccata, quæ autem commissa fuere, non requiritur nouum voluntarium, sed sufficit pristinum, quo primò illa fuerunt voluntaria. Nam quamdiu cum tali voluntario illa manent à Deo non remissa, manent sicutante moraliter proprio authori imputabilia. Cæterum potest pristinum peccatum moraliter redire; 1. vt circumstantia aggrauans tantum subsequens peccatum, nouam illi malitiam communicaçans à priori distinctam; alio modo secundum eandem omnino malitiam, quam primò habuerunt, quando primò producta sunt. 1. modo necessaria est notitia peccatori de reditu peccati, per modum nouæ circumstantiaz aggrauantis subsequens, non 2. nam iuxta 1. modum præteritum peccatum concurredit ut noua circumstantia causans nouam malitiam in actu subsequentis peccati: nulla autem noua malitia causari potest, nisi voluntariæ. Vnde sive facto, quis post acceptum beneficium iustificationis, laberetur in nouum peccatum, cum inuincibili ignorantia, vel obliuione accepti beneficij: nō incurrit nouam malitiam in gratitudinis per subsequentes peccatum. Iuxta 2. modum peccatum non concurredit ut circumstantia causans nouam malitiam, quam ante non haberet: sed ut actus, & forma moraliter denominans subiectum secundum eandem malitiam, quam habuisse supponitur in primâ sui productione.

Ad 2. confirm. disparitas est: notitia de transfundendo peccato in posteros fuit necessaria Adx, vt catum Ad ipsius peccatum de priuato & personali fieret publicum & capitale omnium posteriorum; vt cùm nō ria fuerit possit Deus facere, vt quod est voluntarium vni, fiat voluntarium alteri, nisi ad tale voluntarium aliquo modo concurrat alter. Est enim voluntarium forma essentiale respectum dicens ad principium, à posteris. quo est, cùm sit actus vitalis, de cuius essentia est ordinatio ad proprium principium. Concurrerunt autem aliquo modo posteri ad voluntarium Adx per notitiam, quam ille habuit, se fuisse à Deo constitutum caput posteriorum. Nam licet posteri non concurserint

rerint physice, & subiective ad voluntarium Adæ ut capitis ipsorum; concurrerunt saltem moraliter & obiective per notitiam quam Adam habuit de morali connexione voluntatum posteriorum cum voluntate suâ. Atque hoc modo potuit voluntariū Adæ tribui posteris; sicut voluntarium capitis tribuitur membris, & notitia pacti fuit necessaria Adæ ad constituendum peccatum ipsius ut voluntarium omnium posteriorum: notitia vero redditus præteriorum peccatorum non est necessaria ad constituendum peccatum prætoritum, ut voluntarium, cum iam sufficienter supponatur voluntarium ex primâ suâ voluntariâ productione.

*Ad argu. init. Sect. ad fundam. primæ, patet quo pacto possint eadem numero peccata siue physice, siue moraliter, & quoad imputabilitate redire, absq; eo quod Deus sit author illorum: ex quibus etiam constat ad confir. Palad.*

*Ad fundam. secundæ, neg. minor, ad prob. nego, peccata à Deo remitti non posse sub conditione, esto remittantur per formam suâ naturâ expulsuam peccati, qualis est gratia sanctificans vel vno hypost. nam licet huiusmodi formæ, dum sunt prælentes, & subiectu informant, nō fauore extrinseco, sed intrinsecâ dignitate & sanctitate deltruunt peccatum: dum tamen illæ, vel novo peccato deperduntur, ut gratia sanctificans; vel per solam suspensionem Diuini concursus, destruitur, ut vno hypost. quæ non posset per peccatum destrui, possunt dimissa redire: quia illa non fuere dimissa, sibi sub conditione, si de cetero non peccaueris. Nec est eadem ratio de albedine, quæ destructa per nigrinem nequit sine nouâ actione realiter producere: redire: quia hic redditus est physicus, qui nequit fieri absque physicâ actione; peccata vero dimissa redeunt quoad solam imputabilitatem: qui redditus non repugnat fieri sine physicâ actione peccati reduntis, etiamsi peccatum supponatur deletum pro tempore, quo non fuit posita conditio, ut patet de meritis peccato abolitis. Ratio, ut hoc modo peccata redeant, non est necesse, ut ea iterum physicè existant, sed sufficit, ut semel tantu extiterint, nec remissa fuerint, nisi sub conditione: nam tunc sublatâ conditione, moraliter redeunt quoad imputabilitatem, absque nouâ actione physicâ; quia sub hoc ostendere fuerunt remissa.*

tia solum remouet peccatum, quo remoto, statim illa reuiuscunt secundum valorem, quem habebat ante peccatum. Supponimus autem hinc ut certum, per paenitentiam unâ cum gratia iustificante infundi omnes virtutes supernaturales, quæ per peccatum fuerunt sublatæ: quia cum haec sint connatales potentiae, quibus gratia sanctificans opera-portionat, sunt illi naturaliter debitæ: Quare controversia non est, an unâ cum gratia sanctificante paenitenti restituantur virtutes, quæ naturaliter comitantur gratiam, quam paenitens accipit vi presentis dispositionis; sed an præter has restituatur etiam præterita dona, quæ illi infusa fuerunt ante peccatum, vel propter propria, vel propter Christi merita.

## S E C T I O P R I M A.

*An merita peccato mortificata per subseqüentem paenitentiam reuiuscant?*

**D**icuntur merita mortificata reuiiscere, quia sublati peccato, quo erant impedita, rursum à Deo acceptantur ad præmium, ad quod erant anteā ordinata. Cum merita semper censemantur manere remuniscere, in acceptione remunerantis, quamdiu non sunt perfecte remunerata; & nulla in gratia, & ex gratia facta perfecte in hac vitâ à Deo remunerantur, quippe quorum condignum præmium est æterna beatitas.

*Ratio dub. peccatum abolet omnia merita, Ezech. 18. Si iustus auerterit se à iniuria sua, & fecerit iniquitatem, omnes iniustia eius, quas fecerat, non recordabuntur. Vbi Glossa, Sicut, inquit, iustum anteā peccatorem non granant antiqua delicia, sic peccatorem anteā iustum veteres iniustia non iuvant. Confirm. ut peccata semel dimissa nunquam redeunt: ita merita semel amissa nunquam resurgent.*

*Verum communis sent. ea per paenitentiam ad pristinum præmiū reuiiscere: est Magist. in 4. dist. 14. Alen. 4. p. q. 12. mem. 4. a. 6. Alber. in 4. dist. 14. ar. 22. Bonav. in 2. p. dist. art. 2. q. 1. & 3. S. Thom. q. 2. a. 3. quest. 2. & 3. & 3. p. q. 8. 9. art. 5. Caiet. ibidem, & Capreol. dist. cit. q. 2. art. 1. Scoti dist. 22. art. 2. Richard. dist. 1. a. 8. q. 2. Palad. q. 1. ar. 2. c. 2. & q. 7. Aureo. dist. 22. ar. 1. Argen. ead. dist. ar. 1. ad 1. & 2. con. 1. conclus. Durandi q. 1. ad 2. & in 3. dist. 31. q. 2. n. 9. Ocham q. 9. fine ad 6. dub. Marphilij quest. 11. art. 1. Gabr. dist. 14. qu. 3. dub. 3. Sotii dist. 16. qu. 2. art. 1. Palatij distinct. 14. dist. 5. Petri Sotii lett. 6. de paenit. Medit. Cod. de paenit. tract. 1. qu. 8. Suarez. relect. de reuiuis. meritorum dist. 1. sect. 1. Valen. disputat. 7. qu. 6. punctio 1. Vasquez in 3. part. quest. 89. articul. 2. dub. 1. Sylvij in eand. q. 11. Coninck dist. 2. dub. 20. & reliq. Fundam. ad Hebreos. Non enim iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestris, & deletionis, quam ostenditis in nomine ipsius. Præcipuum Fundam. Ad Hob. 6. Quoniam verò dicere quis possit Paulum loqui de operibus viuis, quæ nunquam fuere peccato interrupta, non mortificatis, & interruptis; ostendo, Paulum vtraque opera complecti.*

*Tuna quia hoc sensu haec verba explicata Glossa interlin. ideo, de vobis confidimus, quia olim multa operati estis, pro quibus si paenitemini de malis, beneficiet vobis Deus: quam ordinaria: sicut enim priora bona per sequentia mala mortua fuerunt, & irrita facta; ita ipsa eadem per paenitentiam, & alia bona sequentia renuiscuntur, quia id affirmant Ansel. S. Th. lett. 3. in hunc lo. Hugo Card. &c. De vobis, inquit Ansel. confidimus, qui olim multa operati estis, pro quibus si de malis paenitentiam egeritis, beneficiet vobis Deus. Vnde iuxta Hanc*

## DISPUTATIO VIII.

### De virtutum reparacione per paenitentiam.

**H**ic est alter paenitentia effectus, restituere dona supernatur. per peccatum amissa. Sunt autem haec dona duplicit generis; alia quæ per se; alia, quæ tantum per accidens iustificationem consequuntur. Per se consequuntur, quæ per se in suo genere à paenitentia causantur, vel dispositiæ, ut à paenitentia virtute; vel efficienter moraliter, ut à paenitentia Sacram. cuiusmodi sunt gratia iustificans, & virtutes omnes infuse, quæ per peccatum fuerunt sublatæ. Per accidens consequuntur, quæ per accidens causantur à paenitentia virtute, vel Sacram. ut sunt præterita merita mortificata, & quidquid ad ea consequitur: item gratia sacramentalis, & gloria illi respondens. Dicuntur autem haec causari per accidens à paenitentia: quia, ex S. Thom. in 4. dist. 14. quest. 2. articul. 2. ad 1. & 2. paenitentia est tantum causa remouens prohibens in ordine ad haec merita: nam per se paenitentia Tomus VIII. De Sacramentis.

## 86 Disp. VIII. De virtutum reparacione per paenitentiam. Sect. I.

hanc sent. supponit Apost. Hebreos post aliquot bona opera fuisse lapsos, eosque speremunerationis priorum operum hortatur ad paenitentiam; quia Deus, inquit, non obliniscitur remunerari pristina vestra merita; tuum quia hoc sensu hoc testimonium citatur à Trident. sess. 6. cap. 16. *Hoc igitur ratione iustificatis hominibus, sine acceptam gratiam perpetuo conservauerint, sine amissam recuperauerint, proponenda sunt apostoli verba: Abundare in omni opere bono scientes quod labor vester non est inanis in Domino: non enim iniustus est Deus, ut obliniscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendebitis in nomine ipsius, quibus non solum comprehendit opera viua & peccato nunquam interrupta; sed etiam mortificata & paenitentia vivificata, alioqui frustra appoluisset illam disiunctiuvam: Sine acceptam gratiam perpetuo conservauerint, sine amissam recuperauerint; etenim per hanc aliquid plus promittit, quam promitteret, si absolute dixisset: omnibus iustificatis proponenda esse apostoli verba: at hoc aliud esse non potest, quam remuneratio praeteritorum operum, quæ aliquando fuere peccato impedita. Ad confirmandam adducit Hugo illa Ierem. 2. recordatus sum tuis, miseras adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuae: quid autem est, Deum miserantem recordari adolescentiæ, & charitatis nostræ, quam pristina opera in charitate facta, & peccato interrupta obliuioni non tradere?*

*Aliud secundum.*  
7.  
*Alio duò.*  
8.  
9.  
*A pari.*  
*Ante, certum est ex Augusto, v. 10. 7. 4. 4.*  
10.  
11.

Hoc prob. Ioc. 2. & reddam vobis annos, quos comedis locusta: vbi Glossa interli. non patiar, inquit, perire ubertatem, quam perturbationibus animi perdidisti: urget Hieronymus contra Nonacrum, qui paenitentiam negabat, probans ex hoc, peccatorum per paenitentiam restitui in pristinum statum: quia annos, inquit, quos perturbationibus ante regnibus perdideramus in nobis, quando opera locusta, bruchi, rubigo erucaq, consumperant, Deum nobis perse non patitur. Probat parabola de filio prodigo Luca 15. cui reuertenti ad Patrem, statim restituta est stola prima: quam Patres interpretantur gratiam baptismalem, quæ per peccatum amittitur; & quia explicari posset de gratia, quæ respondet paenitentiz; Notat Iansen. in banc lo. ca. 94. quod vbi apud nos est, stola prima, in Græco dicitur, stola illa, illa, inquam, prima, quod energiam habet ad significandam illam eandem pristinam stolam, quam peccator induebatur, antequam peccaret.

Prob. 2. Baptismus factè susceptus, recedente fictione, reuiuiscit ad totum effectum, quem contulisset, si sine fictione à principio susceptus fuisset: certum, ut ergo & merita per peccatum mortifica ta, condonato peccato, reuiuiscunt ad premium, ad quod ordinabantur ante peccatum.

Nec obstat 1. quod illud sit meritum Christi, quod videtur efficacius ad restituendum effectum, eo quod hoc non potest mortificari peccato suscipiens; quia licet non mortificetur in se; tamen mortificatur, ut applicatum subiecto propriâ dispositione ipsius, à quo pendet in causando suum effectum: ergo si hoc recedente fictione, reuiuiscit, etiam illud, recedente peccato, reuiuiscet.

Nec obstat 2. quod Baptismus factè susceptus nunquam fuit expeditus ad dandum suum effectum, sicut proprium meritum: nam hoc potius confirmat nostram sentent. quia si potest Sacramentum, quod nunquam fuit expeditum ad effectum gratiae ob indispositionem subiecti, recedente indispositione, acceptari ad talem effectum, à fortiori poterit meritum, quod aliquando fuit viuum, & efficax ad dandum premium, sublato obstaculo, iterum acceptari ad premium.

Nec obstat 3. quod meritum contulit premium, nempe augmentum gratiae, ad quod ordinabatur Baptismus verò factè susceptus nunquam contulit gratiam regeneratiuam, quam continebat. nam nec meritum contulit premium, ad quod principaliter ordinabatur, quod est æterna gloria. Vnde sicut *Baptismus ordinatur immediatè, ad gloriam ultimatè: sic Baptismus ad characterem immediatè, ad gratiam regeneratiuam ultimatè & principaliter: & tamen ex eo, quod hic contulit primū, maius ad non tollitur, quin recedente fictione, conferat secundū: ita neque ex eo quod meritum contulit premium, tolli debet, quin sublato peccato, conferat secundum, ad quod finaliter ordinatur. 3. ex Trid. sess. 6. c. 16. & can. 32. vt meritum de facto consequatur vitam æternam, tres tantum conditiones requirit. 1. vt sit opus iusti existentis in gratia: 2. vt sit factū ex auxilio gratiae per Christum. 3. moriens in gratia decedat: & nihil amplius, subdit Trident. deesse credendum est: sed opera iustorum, etiam peccato interrupta, si subiectum comitentur iustificatum per finalem paenitentiam, haber has tres conditiones: ergo. Scholastici itaque ad solam misericordiam Dei recurrent, qui quoniam cum pronior sit ad miserandū, potius hanc legem seruat cum operibus bonis, ut per subsequentem paenitentiam reuiuiscant ad pristinum meritum; quam cum malis, ut per subsequens peccatum redeant ad antiquam paenam.*

*Alijs id. Aareolus, Bassol. Affirmant Scorus, & Suar. qui, quatenus peccator iuuatur ad paenitentiam faciendam, aiunt esse opus misericordiae: quatenus autem condonato peccato, per paenitentiam antiqua merita redeunt, docent esse opus iustitiae: quippe quæ ex promissione Dei de iustitiâ postulant premium: sicut qui obsequia impendit principi, si postea cadens à gratia principis, iterum in eius amicitiam admittatur, cum ipso redeunt omnia antiqua merita, quæ de iustitiâ exigunt condignum premium apud principem.*

Distinguo: si consideretur redditus antiquorum meritorum, ille est opus solius misericordiae: quia ex sola liberalitate Dei, & non ex natura rei, ut contendit Vafq. potius redunt merita, quam demerita; nā peccatum tota hāc paenā ob suā grauitatē dignū erat. Quare non solum est opus misericordiae, peccatorem ad dignè paenitendum iuuare: sed etiā per paenitentiam ad gratia restitutum antiqua merita recuperare: quæ iure poterant propter praeteritum peccatum negari. Si verò considerentur opera ipsa secundū se, ea digna sunt premium æternæ vita: quippe quæ in gratia facta sunt, quæ suā natura cōdignitatem habet ad gloriam; nec propter peccatum amiserunt, quin illa in gratia facta sint: Atq; adeò ut si huiusmodi opera habent aliquid de iustitiâ, seu potius de condignitate, supposita liberalitate Dei, de non extinguendis propter patratum peccatum antiquis meritis. Quemadmodum sola misericordia Dei est, ut peccator redintegretur in pristinam amicitiam Dei, quæ in paenam peccati condigne poterat in perpetuum negari, ut negata fuit angelis semel peccantibus: è tamen positâ, opera ex tali subiecto grato, & amico procedentia, condigne postulant premium æternæ vita.

Neque exemplum, quod assertur de obsequijs impensis principi, est ad rem: tum quia non quis offendit facta principi postulat pro condignâ paenâ obliuionem omniū meritorū; sicut quis offendit mortalib[us] illata Deo: Tū quia non omnia obsequia impensa

12.

13.

*A priori.*

14.

*Huius naturæ ratio naturali est.*

15.

*Dubium.*

16.

*Solum: id.*

17.

*Omnia ob-  
impensa principi, sunt illi iure aliquo stricto de-  
sequia im-  
bita; sicut omnia obsequia impensa Deo: Vnde sepe  
pen-  
sa Deo, tenetur illa princeps remunerare, etiamsi nolit re-  
funt illi in-  
re stricto  
debita.*

Ex his constat, quem certitudinis gradum habeat  
18. hac sent. Petrus Soto solùm appellat probabilem: A-

*Censura ab lensis, & reliqui ferè antiqui Scholastici communem:*

*Auctore la-  
Dominicus Soto oppositam censet erroneam: Ban-*

*nez 2.2.q.24.a.6.dub.6.9. decisiō aut h. temerariam. &  
errors proximam: Suar. impiam ac temerariam: Vasq.  
plus quam temerariam: ego temerariam, cùm sit contra  
omnes Schol. nec non periculosis, cùm sit contra  
nonnullas authoritates Scripturæ nostro sensu  
communiter à Patribus explicatas.*

19. *Objecies 1. non videtur, quo pacto antiqua merita  
reuiuiscant: nō in se; quia nō sūt, nō in Diuinâ ac-  
ceptatione; quia in ea omnia merita etiā damnato-  
ruin manent. 2. non est maior ratio, cur potius re-  
deant opera bona facta in gratia, & non etiam in sta-  
tu peccati. 3. Si Deus mouetur ex meritis mortifica-  
tis ad ea præmiandain pénitente iustificato: ergo  
ex ijsdem mouebitur ad dandam gratiam peccato-  
ri, vt à peccato resurgat, & consequenter poterit  
homo per merita præcedentia mereri sibi reparatio-  
nem lapsus futuri, contra S. Th. 1.2.q.114.4.7. Resp.*

20. *ad t. merita reuiuiscere non in se: sed in Diuinâ ac-  
ceptatione, quatenus sublato peccato, vt obstaculo,  
acceptantur à Deo in præmium personæ, cuius illa  
sunt. Nego in Diuinâ acceptatione manere merita  
damnatorum: hoc enim nō est. illa vtcunque à Deo  
videri; sed videri vt præmianda, & cum approbatio-  
ne futuræ remunerationis, quo pacto non videntur  
merita, damnatorum. Leg. S. Thom. in 4. dist. 14.  
quest. 2. articulo 3. quest. 3. Mayronus distinet. 22.  
quest. 2.*

*Quid sit  
manere me-  
rita in di-  
uina ac-  
ceptatione.*

21. *Ad 1. Resp. ex Trident. vt opera nostra sint me-  
ritoria æternæ vitæ, debent procedere ex gratiâ non  
tantum actuali: sed etiam habituali, tum quia sunt  
meritoria per modum obsequij: obsequium non est  
acceptum, nisi sit ab amico: sola gratia habitualis cō-  
stituit nos amicos Dei: Tum quia præmium vita  
æternæ, est præmium amicorum, & filiorum Dei,  
cùm sit perfectissima communicatio bonorum, &  
secretorum Dei: ergo non debetur, nisi operibus a-  
amicorum & filiorum Dei. Opera autē in statu pec-  
cati facta non sunt huiusmodi: nec ea dignificari  
possunt per subsequentem gratiam: quia gratia nō  
dignificat opera, nisi in ea influendo: nequit autem*

*Gratia non  
dignificat  
opera nisi  
in ea in-  
fluendo.*

22. *Ad 3. S. Thom. lett. 3. in cap. ultimum ad Hebreos &  
Scot. in 4. distinct. 22. articul. 2. fine, non reputant ab-  
surdum, Deum aliquo pacto moueri ex meritis præ-  
teritis ad dandam gratiam peccatori, vt à peccato re-  
surgat, non quidem ex Iustitiâ, aut ex Fidelitate; sic-  
ut mouetur ex contritione ad dandam primam  
gratiam, cùm nulla de hoc extet promissio: sed ex  
misericordia & benignitate suâ, qui aliquo modo  
acceptat præterita merita mortificata, vt gratiam*

*Quo sensu  
ad repara-  
tionem fu-  
turi lapsus  
non datur  
meritum.*

23. *negat, ad reparationem futuri lapsus dari meritum,  
etiam de congruo, intelligendus est de merito  
fundato in promissione & fidelitate, non de me-  
rito fundato in solâ misericordia Dei, cum ali-  
quo fundamento in re ipsâ. Quæ doctrina vera  
est. Respond. 2. neg. sequel. quia sublato peccato*

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

per pénitentiam, antiqua merita redeunt ad pri-  
stinam dignitatem, & valorem: vnde possunt de  
condigno mouere Deum ad soluendum præmium  
proportionatum: ante pénitentiam vero manent  
impedita peccato, & consequenter impedita ad mo-  
uendum de condigno Deum ad præmium ullum  
soluendum.

Ad rationem dubitandi, nego, peccatum abo-  
lere; aio, tantum mortificare, seu impedire antiqua  
merita, quin suum præmium consequantur: idque  
ex ordinatione Dci. Locus autem Ezech. & Glossa  
intelligitur, si peccator perseverauerit in iniustitiâ  
suâ, vt ferè omnes exponunt. Ad confirmationem,  
peccata de facto Deus absolute delet, merita non  
nisi sub conditione, si peccator pénitentiam non  
egerit.

<sup>24</sup>  
*Ad rationē  
dub. num. 3.*

## SECTIO II.

*An merita mortificata, per pénitentiam  
reuiuiscant ad præmium esse entiale?*

25. *D*Vplex præmium respondet nostris meritis;  
vnū essentiale, vt est gratia in hâc vitâ, &  
gloria eiusque accrementum in aliâ: alterum acci-  
dental, vt est gaudium quod tam Viatores, quâm  
Beati habent de suis bonis operibus. Controversia  
est, an merita mortificata per subsequentem péni-  
tentiam reuiuiscant, non solum ad præmium acci-  
dental, sed etiam ad essentiale gratiæ, & gloriæ.

PRIMA sententia affirmat, reuiuiscere ad solum  
præmium accidentale: hanc refert Suarez, in opus.  
An ad pra-  
dictum. 2. sent. 1. docet tamen, eam apud nullum  
sub his terminis reperiri; solum videtur fauere S.  
Thom. 3.p. q.89.art.5.ad 3. & in 3.dist. 31. q.1.art.4. q.3.  
ad 4. ubi docet, præterita merita plenariè tantum  
reuiuiscere ad præmium accidentale: quod etiam  
docet Caset. loco citat. sed hæc sententia merito à  
Suarez vt improbabilis & temeraria notatur; quip-  
pe quæ tacitè negat reuiuiscientiam meritorum sim-  
pliciter: quia meritum, vt meritum formaliter est  
per ordinem ad præmium essentiale: habet enim  
rationem meriti, quatenus à præmiante ordinatur  
ad aliquid, quod merens non haberet ex solâ na-  
turâ operis. Est enim præmium aliquod bonum  
respondens operi ex liberâ donatione præmiantis.  
Vnde debet esse aliquid, quod operans sive tali

<sup>26</sup>  
*An ad pra-  
dictum acci-  
den. tantum*

*Quid sit  
premium.*

donatione non haberet ex solâ naturâ operis, alio-  
qui nihil plus haberet à præmiante in præmiū sui  
operis, quâm haberet si nihil ab ipso reciperet: sed  
gaudium accidentale non est aliquid bonū, quod  
operans nō haberet, absque liberâ donatione præ-  
miantis: quia cùm sit proprietas naturaliter conse-  
quens ad opus bonum, non pendent ex liberâ dona-  
tione alterius; sed ex naturâ operis boni, quod  
hoc ipso quo fit, gaudium parit operanti; ergo ne-  
gat meritum reuiuiscere, qui affirmat, illud reuiu-  
iscere ad solum præmium accidentale. Confir-  
matur: tale gaudium consequitur etiam ad o-  
pera bona facta in statu peccati, cùm tamen hæc  
nullo pacto reuiuiscant. Cæterum non negat S.  
Thom. merita reuiuiscere ad præmium essentiale;  
sed non plenariè, sicut ad accidentale, vt  
optimè explicat Capreol. in 4.dist. 14. quest. 2. a. 3. ad  
1. Scoti.

*Confusa d  
Suarez.*

SECUNDÀ docet, antiqua merita reuiuiscere ad  
præmiū essentiale, in ratione præmiij tantū, nō in ra-  
tione rei, distinguunt hæc sent. gloriæ vt præmiū, & vt  
perfectio quedam est beati; docetq; eā crescere pos-  
se vt præmiū, cito nō crescat vt perfectio est beati.

<sup>27</sup>  
*2. sententia.*

Fundam.

quia præmium ut præmium solum dicit esse signū, & testimonium meritorum; vnde èd est maius, quò datur in signum & testimonium plurium meritorum, etiā in ratione rei sit minimum. Contrà verò, èd præmium est minus, quò datur in signum pauciorum meritorum, etiamsi in ratione rei sit maximum. Maius enim est præmium in ratione præmij, gladius datus militi à principe in signum multorum heroicorum operum, quā in ciuitas data Duci in testimonium vnius tantum operis, quia ex *Arist.* honor, qui consistit in publico testimonio honorantis de virtute honorati, est proprium præmiū virtutis: ergo visio Dei quatenus datur beatis in testimonium honorum operum, habet rationem præmij: quia per illam vident se honorari à Deo in præmiū suorum meritorū: ergo èd maior erit gloria in ratione præmij, quò plura ob merita datur, etiamsi in ratione visionis non sit maior. 2. potest gloria esse maior in ratione rei; minor in ratione præmij: ergo èd conuerso, maior in ratione præmij, & minor in ratione rei. Antecedens prob. potest vnu habere plures gradus gratiæ ex opere operato per sacramenta, pauciores ex meritis proprijs; alias contrà plures ex proprijs meritis, pauciores ex opere operato. Sed gloria non respondet, vt præmium, gratiæ datæ ex opere operato; sed collatæ ex opere operantis, quia præmium dicit essentiale respectum ad meritum; sicut poena ad culpam. Nec est nouum, quod eadem res detur ex pluribus titulis: Nam gloria enim ex *Trid. sess. 6. ca. 16.* datur vt hereditas filiis Dei & vt merces operarijs. 2. idem præmium respondet Christo pluribus titulis, mouetur autem hæc sententia ex physiophiâ: nam sicut habitus naturalis non producit nisi secundum dispositionem actus, ex quo gignitur; ita nec habitus supernat. nisi secundum dispositionem actus charitatis, à quo meritorie producitur.

29.  
Falsasens.

Hanc sentent. insinuat *Caser. 3. p. q. cit. art. 5.* quem explicat in 1. art. dum idem ait esse, merita reuiuscere, ac ex pluribus capitibus præmium fieri debitum: nempe ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus. illam defendit *Bann. 2. 2. qu. 24. art. 6. dub. 6. conol. 3.* Verum illam falsissimam, & S. Thomæ aduersissimam appellat *Sotus in 4. dist. 16. qu. 2. art. 2.* *S. verumtamen*, nec desunt qui illam erroneam putant. Ego ad minimum falsam censeo: quia reuerà tollit reuiusciam meritorum, & solum ponit illa reuiuscere quoad purum titulum. Quod sic probo: merita reuiuscere quoad præmium essentiale, est, illa acceptari ad præmiū, ad quod sunt per se à Deo ordinata; sunt autem à Deo per se ordinata ad beatitudinem; ex *Trident. sess. 6. c. 16.* ergo si ad hanc nō acceptantur, non reuiuscunt quoad præmium essentiale, nam omne aliud præmium, quod non est beatitudo, non est essentiale meritorum: at acceptari ad nouum titulum beatitudinis, non est acceptari ad beatitudinem: est enim acceptari ad quendam honorem extrinsecum, quem Deus tribuit beato, ob merita peccato interrupta. Est autem hic honor extrinsecus, maior quædam notitia & estimatione, quam Deus habet de meritis & virtute beati, quam non habet de alio beato, in quo est æqualis beatitudo cum paucioribus meritis; sed totum hoc extrinsecum est beato: quia tota hæc major notitia, & estimatione est in ipso Deo: quia honor, teste *Aristoteles.* èst in honorante: ergo si ad hoc tantū reuiuscunt merita, nō reuiuscunt ad præmiū essentiale, ad quod per se ordinantur; sed ad extrinsecū & accidentale.

30.  
Dices.

DICES, esse quidem hanc notitiam, & meliorem estimationem, quam Deus habet de virtute beati, extrinsecam beato formaliter: quia non inhæret ip-

si, sed Deo; esse tamen intrinsecam obiectiuè, quia Deus manifestat Beato per visionem hanc, quam de beato habet, meliorem estimationem; vnde obiectiuè compleat præmium essentiale ipsius; nam videre se laudari à Deo, est aliqua beatitudo.

Sed contrà cito, non tamen propter hoc erit beatior: quia maior beatitudo ex *Aug. 5. Confess. ca. 4.* & *Theologus,* mensuratur ex perfectiore visione Dei: quia hæc sola est, quæ hominem beat: cùm igitur notitia, quam beatus habet de meliore estimatione, quam Deus format de suis meritis & virtute, non addat supra Deum, nisi obiectum creatum, ipsa scilicet merita & personam, cuius illa sunt, vt actu laudata à Deo, non poterit ex hoc esse beatior: supponimus enim, Deum in se æqualiter videri ab alio, qui pauciora habet merita: quia sicut in obiecto creato non beatur; ita nec in eo potest magis beari.

*Confirm. 1.* Si merita peccato interrupta, & pœnitentiā viuificata, sunt digna præmio intrinseco beatitudinis; non; Deus tribuit illud, alioqui præmia ret extra condignum. Si non sint, non laudat illa Deus: quia laus ex *S. Thom. 1. 2. quest. 2. art. 2.* est signum & testimonium excellentiæ, quæ propter virtutem debetur laudato. Vnde tunc, inquit, ex *Quid sit laus.* hibetur, quando maius præmium exhiberi non potest. Cùm igitur Deus possit maius præmium exhibere virtuti, illud potius exhibebit, quā in extrinsecam laudem. 2. laus, quam Deus tribuit, est secunda: vnde sicut non potest Deus amare, quin amatum faciat intrinsecè bonum, ita nec laudare, quin laudatum reddat intrinsecè perfectum. Est enim hæc propria perfectio amoris diuini efficacis, qualis est amor, quo Deus amat beatorum merita, vt non possit ad obiectum terminari, nisi perficiendo illud, & reddendo illud dignum suo amore.

*Prob. 2. sequitur 1. contra iustitiam distributiuam, perfectiorem beatitudinem consequeturum ex absurdis.* qui in totâ vitâ innumerabilia commisit scelera, & deinde in fine vita elicit contritionem vt oœtu, quā qui in totâ vitâ quā plurima egregia exercuit virtutū opera, & deinde commisso scelere peccato, surrexit in fine vita per contritionem vt duo. 2. Omne præmiū debitum iustis, propter ipsorum merita, saluari posset per hunc honorem extrinsecum, & meliorem æstimationem, quam Deus de ipsorum virtute, & meritis habet. possit enim omnes recipere intrinsecam beatitudinem commensam soli gratiæ sacramentali, inæquale. verò præmiū essentiale respondens proprijs meritis, per inæqualem honorē & estimationem, quam Deus de ipsorum meritis & virtute conciperet, quod est contra *Trid. sess. 6. can. 32.* vbi definit, iustum suis bonis operibus mereri augmentum gratiæ, & gloriæ.

*Prob. 3. merita peccato interrupta, & postea pœnitentiā viuificata, habent omnes cōditiones, vt acceptentur ad præmium essentiale; nam sublato peccato, manet in diuinâ acceptatione vt anteā: sed antea crant acceptata ad præmiū essentiale intrinsecū; ergo & postea; quia sublato peccato, redeunt ad *Peccatum non minuit extrinsecum valorem meriti, sed impenitentia tantum ius ad gloriam; sublato autem impedimentum, redit idem valor & ius, quod erat antea.**

Quare ad fundam. oppositæ, distinguo de præmio, vel extrinseco, & imperfecto; vel intrinseco, & perfecto: primum saluator in solo extrinseco testimonio honorantis, quale est præmium, quod tribuit homines, qui quoniam nequeūt perfectè virtutē præmiare, præmiant illam, vt possunt per extrinsecum signum, & testimonium; de quo præmio intelligendus *Aristoteles:* Secundum consistit in beatitudine

*resp.*  
*Beatitudo mensuratur ex perfectiore visione Dei.*  
*ex perfectiore visione Dei.*

*Confirm. 1.*

*Confirm. 2.*

*Prob. 2.*  
*ex absurdis.*

*34.*

*35.*

*36.*  
*A priori.*

*Peccatum non minuit extrinsecum valorem meriti.*

*37.*  
*Duplex præmium.*

beatitudine intrinsecā hominis, ex S. Thom. 1.2. quest. 2. art. 2. ad 1. & docuit Philosophus 1. Eth. c. 9. cuius rationem assignat S. Thom. ibid. nam homines virtuosè operantur propter beatitudinem: cōtrà verò non virtuosè operatur propter honorem; quia operari propter honorem, est ambitio: Deus autem virtutem perfectè præmiat, alioqui non perfectè homines ad eam incitaret.

38. Ad 2. argu. nihil concludit, si comparet gradus gloriæ, collatos ex opere operato meritorum Christi, ad gradus gloriæ, comparatos ex proprijs meritis. Nam sicut alij sunt gradus gloriæ collati ex meritis Christi; alij ex meritis proprijs; ita potest vñus beatus habere gloriam maiorem in ratione rei, hoc est ex meritis Christi, quām in ratione præmij, hoc est ex meritis proprijs; ita ē conuerso potest alius habere maiorem gloriam, vt præmium respondens proprijs meritis; quām vt hæreditatem respondentem meritis Christi: Vel assūmit falsum; hoc enim ipso, quād vñus habet maiorem gloriam in ratione præmij, habet maiorem in ratione rei respondentem proprijs meritis; comparando gradus gloriæ ex proprijs meritis vñius cum gradibus gloriæ, ex proprijs meritis alterius; & contrà.

*Quo maior est gloria in ratione præmij eō māior est in ratione rei.*

39. Nec puto nouum, quād interdum eadem res detur pluribus titulis, præsertim quando vel tituli sunt diuersæ rationis, vt sunt tituli hæreditatis, & coronæ respectu gloriæ, quæ vt hæreditas debetur filiis, vt corona militibus, vel quando meritum est infinitum, præmium verò finitum, vt est meritum Christi; & præmium illi respondens: quia tunc, cùm vñus actus meritorius absorbeat totum præmium, alijs actibus respondebit idem præmium sub alijs titulis. Puto autem nouum, quod absque sufficienti ratione asseratur, quād gloria debita iustis vt corona, augeatur vt præmiū ex novo titulo meritorum in ratione dumtaxat extrinseci honoris, & testimonij diuini, & non in ratione intrinsecæ beatitudinis. Nam hoc non congruit modo operandi Dei, & suaui prouidentiæ ciudem. Nec vrget ratio Philosophica, ex quā hæc sent. mouetur; nam vel illa falsa est, etiam in habitibus acquisitis, vt puto, vel certè non militat in infusis: qui vt in sui productione non pédent physicè ab actibus; ita nec debent illis proportionari quoad intensionem, quasi nequeant meritoriè intendi per actus remissos.

40. TERTIA Alstedi. libr. 4. tra. 6. c. 6. q. 1. Richar. in 4. dist. 14. a. 8. quest. 2. Scoti dist. 22. art. 2. Aureol. art. 1. Mayro. q. 2. Bass. dist. 14. q. 3. ar. 3. Maior. dist. 22. q. vn. Marfil. q. 11. a. 1. concil. 2. Gab. dist. 14. q. 3. art. 3. dist. 3. Palat. dist. 14. disp. 6. Sot. dist. 16. qu. 2. art. 2. Suar. in opus. de rebus. merit. dist. 2. qu. 1. Vasquez. 3. p. qu. 89. art. 5. Sylva ibidem, Henriquez. libr. 4. de sacram. e. 34. &c. asserentium, pristina merita resurgere ad præmium essentialie intrinsecum; cuius veritas clarius constabit ex dicendis.

### SECTIO III.

*An antiqua merita semper resurgent, ad totum præmium essentialie?*

41. *Sententia.* PRIMA sententia Alen. 4. p. q. 12. memb. 4. ar. 5. 6. alster, Bonau. in 4. dist. 14. p. 2. a. 2. q. 1. S. Thom. 3. p. qu. 89. art. 5. ad 3. Palud. in 4. dist. 14. q. 1. a. 2. Capreol. q. 2. ar. 1. Caiet. 3. p. loco cit. Petri Sot. lett. 6. de sacramento paenitentie negantium. Fundamentum, illa nō resurgent iuxta mensuram charitatis, ex quā processerunt; sed iuxta quam reuiuscūt; sed hæc interdum est minor, interdū major charitate præteritā:

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

ergo non semper resurgent ad idem præmium; sed aliquando ad minus, quando charitas, in quā resurgent est minor; aliquando ad maius, nempe quando charitas, in quā resurgent, est major.

Hæc sententia duplē potest habere sensum. 1. quād non maius respondet præmium præsenti contritioni resurgentis; quām responderet si nulla præcessissent merita: & hoc sensu confutata est *suprà*: nam sequeretur, antiqua merita re ipsa ad esse essentiale præmium non resurgere, etiamsi nulla præcessissent merita; adhuc enim paenitens haberet præmium commensum præsenti contritioni. 2. quād paenitens non solum resurgat ad præmium præsenti contritioni respondens; sed etiam ad aliquid respondens meritis præteritis iuxta proportionē præsenti contritionis. Quę proportio explicari potest, 1. arithmetice, vt quot gradus gratiæ, & gloriæ correspondent præsenti contritioni, totidem restituantur ex præteritis meritis: & hanc meritò reiicit *Sotus*; quia non solum, inquit, habenda est ratio quantitatis, verū & multitudo, magnitudinisq; meritorum, quæ furent mortificata; plus enim gratiæ restituendū est, si cecidit à gratiā vt decem; quām si cecidit à gratiā vt quinque. 2. Geometricè, habitâ ratione ad merita præcedentia, & hoc explicari adhuc potest duplē. 1. modus est, quād merita non reuiniscant secundū valorem, quem acceperunt ex gratiā & charitate, ex quā processere; sed quem habent ex gratiā & charitate, in quam resurgent, si ex ipsa procederent. Supponit autem hæc opinio, merita maiorem vel minorem valorē sumere, ex maiore vel minore gratiā & charitate subiecti; & iuxta hunc modum rectè dici possunt antiqua merita resurgere secundū mensuram præsenti charitatis. Hunc modum sequitur *Henrig. lib. 4. de sacram. cap. 16. & 34.* addit tamen, quād si paenitens ante mortem recuperet gradum antiquæ gratiæ per plura merita, restituetur illi gradus antiquæ gratiæ, & gloriæ meritis viuificatis respondens.

Posterior est, quem explicat *Sotus*, 1. Si quis eliciat summam contritionem, quam per auxilium Dei elicere potest, præter gratiam respondentem præsenti contritioni, recuperat omnem gratiam deperditam. 2. in quā proportione contritio deficit à summā; in eā etiam deficit antiqua gratia, quę restituitur: vt si contritio sit medietate minor summā, restituitur medietas gratiæ deperditæ; si quartā, vel sextā parte minor, quarta vel sexta pars gratiæ deperditæ restituetur, & sic deinceps.

Probat primum: contritio non solum est dispositio ad præsentem gratiam; sed ad ipsam viuificationem meritorum: ergo sicut positâ dispositione ponitur effectus; ita positâ summâ dispositione ponitur summus effectus.

Probat secundum ex *Philof. 6. & 7. phys.* ea proportione seruanda est inter minorem dispositionem, & effectum, quæ seruatur inter summam dispositionem, & effectum: ergo si ad summam paenitentiam tota gratia deperdita restauratur, ad minorem minor, cum eā porportione, quam minor dispositio dicit à summā. Ex his colligit, semper paenitentem resurgere ad maiorem gratiam, quam haberet ex præsenti tantū contritione: quia ultra gradū respondente præsenti contritioni, semper recuperat aliquem ex antiquis meritis, vel saltem ex gratiā Baptismali, si nulla præcesserunt merita; non tamen semper ad totam; sed aliquando, nempe quando elicit summam contritionem: atque hanc putat esse sent. S. Thom. q. cit. art. 2. ad 2. docentis: quād paenitentia quantum est de se, vim habet reparandi defectus ad perfectum, & promouendi ad ulteriorē statum, quā etiam

42. Clarior explicatione.

43. Modus explicandi reuisionis.

44. Alter modus Sotii. Due proportiones.

45. Probatetur.

46.

## 90 Disp. VIII. De virtutum reparatione per paenitentiam. Sect. III.

47.  
Rejiciuntur.

Ratio à  
priori.

48.

*Cur gratia  
præterita  
possit digni-  
ficare opera  
præsens  
non contrà.*

49.

*Non datur  
summum  
auxilium  
gratia.*

*Contrito  
respectu  
gratia præ-  
terita, non  
babet se ut  
dispositio.*

50.

etiam sequitur Valen. disputat. 7. quest. 6. pñst. 1. Sed neuter modus placet. Non prior: tum quia ex eo sequeretur, interdum antiqua merita resurgere ad maiorem valorem; quām acceperunt ex gratiā & charitate, ex qua processerunt: si gratia & charitas, in quā ex vi præsentis paenitentia peccator resurgit, sit maior, quām fuit gratia & charitas, ex quā processerunt: quia si defectus præsentis gratia & charitatis minuit valorem præteriorum operū, excessus augebit: tum quia gratia & charitas non tribuunt valorem operibus, nisi vt principium influens: nam valorem tribuunt significando illa, seu communicando se illis physicè, vel moraliter: sed gratia & charitas præsens non est principium operum præteriorum; ergo non producunt iterum illa; sed solum tollunt impedimentum, quo sublatq; redunt cum antiquo valore & dignitate, quam acceperunt ex gratiā & charitate, ex quā processerunt.

DICES: gratia præterita significat opera præsentia: quia contritio non solum significatur ex gratiā præsente, quā illi respondet; sed etiam ex antiquā recuperata: ergo & gratia præsens significare poterit opera præterita. Resp. neg. consecq. potest enim gratia præterita esse principium operum præsentium; quia potest recuperata influere in opera præsentia; non potest gratia præsens influere in opera præterita; quia talis influxus supponit physicam coniunctionem inter principium influens & effectum, cùm gratia non dignificet, nisi opera, ad quā physicè concurrit per suos habitus, vt 3. tom.

Nec placet posterior modus: tum quia, vt rectè Vasquez, diuinatorius est. Quis enim Soto reuelauit, i. hæc proportione restituui nobis antiqua merita? tum quia non potest explicari, quā sit hæc summa contritio: nam vel dicitur summa, quam potest homo elicere cum præueniente auxilio, quod defacto recipit: & tunc esto detur summa, ex eâ tamē duo sequuntur absurdia. i. quod ad æqualem contritionē inæqualia restituerentur merita: vt si duo habentes inæqualia merita mortificata, æquali præuenti auxilio, summam vterque eliceret contritionem, ambo per æqualem paenitentiam ad inæqualia resurgerent merita: quin posset unus per remissimā contritionem, quā tamen esset summa respectu auxiliij, quo præueniretur, resurgere ad quamplurima merita; alter per intensissimam contritionem, quā tamen nō esset summa respectu auxiliij, quo excitaretur, resurgere ad paucissima merita, quā haberet. 2. quod nunquam posset paenitens cum solā attritione, & sacramento, etiamsi attritio esset summa, recuperare omnia merita: quia non accedit cum optimā dispositione, quā potest, quā est contritio, quā adhuc remissior, est perfectior dispositio; quām summa attritio. Fundamentum falsum est; nam contritio non est dispositio ad præteritam gratiam deperditam; sed solum se habet vt causa remouens prohibens, eo quod respectu illius non est principium moraliter influens, quia non potest esse principium moraliter influens respectu effectus iam producti.

Nec valet quod obijcit Valen. Deum eā proportione nos diligere, suamque gratiam nobis communicare, quā nos ipsum diligimus: ergo eā proportione antiquam gratiam, & merita nobis restituit, quā ipsum ex vi præsentis contritionis, & gratiæ di-

ligimus. Nam hoc supponit præsentem contritionem, & gratiam esse dispositionem ad antiquam, quod iam negatum est.

SECUNDA Sc̄ri in 4. dist. 22. art. 2. e Mayr. qn. 4. Baff. dist. 14. q. 3. ar. 3. Marsil. q. 11. art. 1. conclus. 2. affirmantem, paenitentem resurgere ad totum ius gloriarum, respondens antiquis meritis; non tamen ad totam gratiam deperditam. Vnde colligit hæc sent. semper paenitentem resurgere ad maiorem gloriā quam habebat antea: quia præter gloriam, quā respondet præsenti gratiā, resurgit ad totam gloriam, quā respondet debet antiquis meritis; non tamen semper ad maiorem gratiam: quia cùm non restituatur antiqua, & ea quā datur ob præsentem contritionem, non semper sit æqualis deperditæ, non semper paenitens resurgit ad maiorem, vel æqualem gratiam. Fundam. Sc̄ri: merita quibus respondet ius ad gloriam, cùm sint opera nostra, per peccatum non deperduntur; sed tantum impediuntur: semper enim per ea manet nobis ad gloriam, licet impeditum & suspensum: gratia vero, cùm sit purum donum Dei, semel amissa nunquam reddit: quia nullum ius in illam manet in nobis.

Sed contrà; nequeunt antiqua merita resurgere ad gloriam, quin etiam resurgent ad gratiam: tum quia gloria est debita meritis mediante gratiā; nam iuxta mensuram gratiā datur gloria; quia gratia cùm sit adæquata participatio diuini esse, est radix, & subiectum omnium supernaturalium perfectiōnum; vnde omnes vt sunt singulares participatiōes attributorum & operationum diuinarum, dicunt attributionem ad gratiam, vt proprietates ad subiectum & essentiam, à quā exiguntur: repugnat autem connaturaliter, augeri proprietates, non autem forma, & essentia, cuius sunt proprietates: ergo repugnat connaturaliter, augeri gloriam & amorem beatificum, non autem gratiā, cuius hæc sunt proprietates. Confir. i. sicut visio, & dilectio beifica non excedit habitus luminis & charitatis, quorum sunt actus & proprietates; ita nec habitus luminis & charitatis gratiam, cuius hæc sunt proprietates & potentiae: tum quia sequeretur, Deum plus præmiare præmio essentialis gloriarum, quem minus diligenter; & contrà, minus præmiare, quem magis diligenter. Nam Deus diligit creaturam per gloriam; ergo si antiqua merita resurgent ad gloriam, & non ad gratiam, Deus plus præmiaret, quem minus per gratiam diligenter & contrà. 2. sicut ius ad gloriam fundatur in gratiā; ita maius ius ad gloriam maiorem in gratiā maiore; est enim gratia passiva adoptio Dei, quā ius tribuit ad gloriam ipsius. Legge Anreol. in 4. dist. 22. art. 1. propos. 3.

Cæterū fundamentum Sc̄ri ad summum probat de 1. gratiā collatā sine nostris meritis, & de sacramentali, collatā ex opere operato Christi; non Sc̄ri, de gratiā collatā ex meritis nostris, de quā est eadem ratio, ac de gratiā ipsā: etenim meritis in gratiā factis non minus, vt præmium, respondet augmentum gratiā, quām gloriarum: ergo nō minus debet merita resurgere ad augmentum gratiā sibi respondens condignum præmium, quām ad augmentum gloriarum. 2. dico. quod nec probat de gratiā collatā ex opere operato & sine nostris meritis: quia licet talis gratia sit purum donum Dei; tamen semel collata fit nostra, non minus quām cætera dona Dei: ergo semper manet in acceptatione diuinā, vt nostra. Cæterū gratis dicitur, quod quā pendent ex liberal donatione Dei, semel per peccatum amissa, nūquam per paenitentiam recuperantur: & sanè excellens misericordia Dei suadet oppositum. Adde, quod quā respectu nostri à Deo gratis donantur, non gratis donantur.

## Disp. VII. De virtutum reparatione per poenitentiam. Sect. III. 91

donantur respectu Christi, cuius merito omnia debentur. Gratia igitur semel nobis ex Christi meritis applicata non minus sit nostra, quam gratia ex meritis proprijs nobis collata, quia merita Christi ex ordinatione ipsius sunt nostra.

TERTIA Alsidorens. lib. 4. tratt. 4. cap. 6. quest.

1. ad 1. Richard. in 4. dist. 14. art. 8. quest. 2. Aureol. dist. 22 art. 1. propof. 3. Durand. in 3. dist. 31. qu. 2. ad 3. Maior. dist. 22. Gabr. dist. 14. qu. 3. art. 3. dub. 3. 4. & 5. Palat. dist. 14. dist. 6. concl. 1. & 2. Medin. Cod. de penit. tratt. 1. quest. 8. Snar. de renitent. merit. dist. 2. sect. 2. & 3. Vasquez 3. parte quest. 89. art. 5. dub. 3. Conmex dist. 2. dub. 20. affirmantem, quācumque pœnitentia, etiam remissa & imperfecta, cum aliquo sacramento, omnia merita antiqua resurgere ad totum præmium esse entiale, ad quod fuerant ante peccatum acceptata. Quæ sententia probabilius est.

Fundam. posito, quod antiqua merita resurgunt ad præmium esse entiale, probabilius est, quod resurgent ad totum, non ad partem tantum præmij; cùm Scripturæ, & Patres id suadeant: & resurgere, ac reuiuiscere propriè dicitur, quod resurgit ad eandem vitam, quam habebat antea: non enim physicè resurgere dicitur, qui cum diuersâ numero animâ ad distinctam numero vitam resurgit; sed vita meritorum est gratia: ergo si non resurgent ad eandem moraliter vitam gratia, ex quâ processerunt; sed ad aliam, ex quâ non processerunt, non possunt propriè dici resurgere ac reuiuiscere, cùm non sint eadem numero moraliter merita; sicut non esset idem numero homo, qui non resurgeret ad eandem numero vitam substantialem animæ: nam ita se habet gratia ad constituentum moraliter meritum; sicut anima ad constituentum hominem in esse hominis. Confirm. eadem numero merita invariata intrinsecè, quæ per peccatum erant impedita, remoto peccato, fiunt expedita ad præmium: vnde pœnitentia non est dispositio ad ea viuificanda, vt est ad præsentem gratiam; sed sola remissio impedimenti, & causa per accidens, nullum tribuens valorem antiquis meritis; sed aliunde supponens ea constituta in ratione meriti, & valoris de condigno.

Ex his soluuntur tres controversiae. 1. an per pœnitentiam restituatur tota gratia, & gloria per peccatum amissa. Negat Vasquez cit. art. 5. dub. 3. nn. 17. putat enim, restitui solam gratiam, & gloriam quæ respondebat proprijs meritis; non quæ meritis Christi collata per sacramenta, cùm nulla auctoritas hoc probet. Ceteri verò vel expressè affirman, hanc etiam gratiam per pœnitentiam restituti, vt Sotus, Henrig. Suarez; vel implicitè supponunt, dum absolute docent, omnem deperditam restitui, quæ sententia probabilius est; fundata cum in parabola de filio prodigo, cui, ad Patrem reuertenti, restituta est prima stola, quam Patres intelligunt gratiam Baptismalem; tum quia non minus Christi meritum semel nobis applicatum, quam meritum proprium efficax est ad gratiam amissam reparandum; tum quia gratia baptismalis confertur recente fictione; ergo eadem peccato deperdita per pœnitentiam restituitur.

SECUNDA, an statim tota gratia amissa per pœnitentiam restituatur? Negant aliqui putantes restitui in fine vitæ, quando pœnitens per subsequentia merita peruenit ad eum gradum, à quo cecidit; Alij, etiam si ad eum gradum non peruerterit, restitui censent in fine vitæ; sed oppositum est probabilius: cùm nulla sit causa eam differendi in fine vitæ.

TERTIA, an simul cum gratia omnes virtutes restituantur? duplex genus virtutum; alia quæ cum pœnitentia pugnant, vt Innocentia, & Virginitas;

alii quæ cum pœnitentia non pugnant. Postiores omnes reparantur, vt sunt omnes habitus infusi; non autem acquisiti: quia pœnitentia non restituit, nisi dona supernatura connaturaliter connexa cum gratia. Piores reparantur æquivalenter: quia solum reparantur quoad dona intrinseca, in quibus principaliter consistunt, non quoad connotationem extrinsecam. Innocentia enim duo importat, & gratiam cum habitibus infusi intrinsecis, & præterea connotat, quod hæc nunquam fuerint per peccatum amissa: vt Virginitas importat habitum infusum, connotatà corporis integritate. Pœnitentia igitur reparat hæc omnia, vt sunt dona intrinseca, non quoad connotatum extrinsecum: quia hoc semel amissum reparari non potest, cùm formaliter consistat in ipsa negatione amissionis.

Supererat quarta: an simul cum meritis reviviscant opera satisfactoria quoad effectum satisfaktionis? & quidem de operibus satisfactorijs in statu gratia factis, nulla est difficultas, cùm sit eadem ratio, ac de reliquis operibus bonis factis in statu gratia; sed difficultas sola est de operibus satisfactorijs factis in statu peccati, quæ vim habuerunt satisfaciendi pro pœnâ ex opere operato Christi, vt fuit pœnitentia à confessario in sacram. pœnit. iniuncta, & in peccato adimplita; Applicatio missæ, & indulgentiarum peccatori facta. Verum de hæc diffic. infra, cùm de satisfactione.

Obiectio 1. ex dictis sequeretur, quod peccator semper reportaret commodum ex suo peccato: quia semper resurgeret ad maiorem gratiam, quam haberet, si nunquam peccasset: hoc autem videtur absurdum cùm occasionem præbeat peccandi, vt peccator ad maiorem gratiam resurgat. 2. non semper homo post charitatem grauius cadit, quam antea vñquam ceciderat: ergo nec semper post peccatum gravior resurgit, quam antea fuerat. 3. pœnitens non recuperat gratiam amissam novo merito, quia illud adæquate remuneratur præsente gratia. Nec antiquo; alioqui posset quis per merita in gratia facta mereri sibi reparationem post lapsum sibi conferendum.

Resp. ad 1. nego, ex peccato, nisi damnationem per se reportari; per accidens autem, & occasionaliter posse aliquod bonum reportari: vt ex peccato <sup>tamen per accidens reportari possit bonum.</sup> Ad 2. Incarnationem Verbi. Nihil igitur boni ex peccato reportat homo; sed tantum ex pœnitentia, quæ peccatum supponit. Nego etiam, ex hoc posse hominem occasionem peccandi accipere, cùm plerumque maiora sint bona, quæ homo per peccatum amittit, nempe omnia illa opera bona, quæ facit tempore peccati, quam sit maior illa gratia, ad quam per pœnitentiam resurgit.

Ad 3. nego conseq. quia per nouum peccatum non redeunt antiqua delicta; sicut per pœnitentiam semper homini per pœnitentiam resurgit gravior: quia simul cum gratia præsente reuiuiscit antiqua; non autem per nouum peccatum semper cadit grauius: quia per nouum non reuiuiscunt antiqua, remissa.

Ad 4. dico, hominem recuperare antiqua merita deperdita, non ex nouo motu cōtritionis: quia non est hæc nisi sola ubi remissio respectu antiquorum; sed ex meritis antiquis, positâ promissione Dei, qui omnia merita semel in gratia facta, remitto obice, semper ad præmium acceptat. Ad prob. nego sequel. quia dum homo existit in peccato, non est dignus, vt ei conferatur gratia.

<sup>et</sup> Dic. s. fuit dignus, dum erat in gratia, vt ei restitucretur gratia post lapsum futurum. Sed contrà; Dic. ex S. Thom. 1. 2. quest. 11. q. 4. art. 7. vt homo sit dignus. Resp.

58.  
3. Sententia.

Ampliatione da.

59.  
Vnicum Fundam.

Ratio à priori.

60.

Pœnitentia ad viuiscendam merita in eis causa per accidens.

61.

Sententia.

Verius est gratiam deperditam non restituere in fine vita, sed ante.

62.  
63.  
Duplex est genus virtutum.

Quid Inocentia & Virginitas importent.

64.

65.

66.

67.

68.

Ex peccatis tamen per accidens reportari possit bonum.

69.

Ad 2. semper homo per pœnitentiam resurgit gravior.

70.

recipere gratiam, non sufficit ut fuerit dignus, quando eligitur meritum; sed debet esse dignus, quando recipit gratiam: quia non solum debet esse dignus, ut principium eliciens meritum; sed ut subiectum recipiens effectum meriti: ut enim quis mereatur alteri, non solum debet esse dignus ipse, qui mereatur; sed etiam subiectum, cui meretur: sed homo per peccatum fit subiectum indignum: ergo licet ut principium merens fuerit dignum; quia tamen ut subiectum recipiens non est dignum; non potest meritorie recipere primam gratiam post lapsum ex meritis elictis tempore gratia.

## DISPUTATIO IX.

## De præcepto contritionis.

1. Ad comple-  
mentum  
agitur de  
præcepto  
Pœnitentia.

2. Sentent.  
neg. prob.  
argum.  
quatuor:

3.

**Q**VÆRITVR 1. an de contritione sit speciale præceptum? 1. sent. Victoria apud Canum relect. de sacram. Pœnitent. parte 4. ne-gantis, quia S. Thom. 2. 2. quest. 14. ar. 1. ad 3. & art. 2. docet finalē impenitentiam, ut importat solam permanentiam in peccato, non csc speciale peccatum; sed circumstantiam cuiuslibet peccati: Esse autem speciale peccatum, solum ut importat propositum non pœnitendi: at si de pœnitentiā foret speciale præceptum, non modò expressum propositum non pœnitendi; sed ipsa finalis permanentia in peccato esset speciale peccatum: quia, vt omisso præcepti sit culpabilis, non requirit, ut expresse intendatur. 2. Si esset speciale præceptum recuperandi gratiam per contritionem, esset etiam speciale præceptum conseruandi gratiam: Vnde qui peccando amitteret gratiam, duplex committeret peccatum, alterum in propriâ materiâ, in quâ pecaret, alterum non conseruandi gratiam. 3. Præceptum non obligat quoad modum; sed solum quoad substantiam actus; esto igitur obligemur ad pœnitendum; non obligamur tamen ex motu charitatis, ex quo tantum motu pœnitentes gratiam recuperamus; sed possumus præceptum implere ex quocumque motu, etiam temporalis damni, vel infamiae. 4. Sequeretur, non posse hominem ex hac vitiâ decidere cum uno tantum mortali; sed saltem præter peccatum, cuius ipsum non pœnitret, contraheret nouum peccatum impenitentia; & quia neque huius pœniteret, contraheret aliud impenitentia, à priore distinctum, & sic in infinitum. Ceterū non negat hæc sententia, peccatorem simpliciter obligari ad pœnitendum: nam saltem obligatur ex præcepto virtutis, quam peccando ledit; sed negat obligari ex peculiari præcepto contritionis; ita ut impenitentia non sit nouum peccatum contra nouum præceptum; sed idem commissum morali perseuerans.

5. 2. Seniens.  
Vera.

6. A posteriori.

7. A priori.

SECUNDA S. Thom. 3. p. q. 84. art. 7. ad 1. & quest. 85. art. 2. in argum. sed contra; & reliq. infra, affirmantium, quæ verior est; ex Luca 17. *Nisi penitentiam egeritis, omnes finaliter peribitis.*

Prob. 1. Omnes tenemur speciali præcepto charitatis ad procurandam salutem spiritualem proximo; in hoc enim fundatur præceptum fraternæ charitatis, & correptionis; ergo à fortiori ad procurandam salutem spiritualem nobis: quia arctiori vinculo tenemur nostram, quâ proximi salutem procurare.

2. Ex S. Tho. 3. p. q. 68. art. 1. & 2. 2. q. 3. ar. 2. quidquid est necessarium ad salutem, cadit sub præceptum diuinæ legis; nam ideo Baptismus, & confessio sunt præcepta; quia sunt necessaria ad salutem; scilicet

cet unusquisque naturali præcepto astringitur ad salutem animæ magis, quâ ad salutem corporis; quia unusquisque tenetur adhibere media ad consequendum ultimum finem, ad quem est ordinatus. At contrito est necessaria ad salutem: quia salus nostra consistit in perfectâ reconciliatione cum Deo; ad quam necessaria est contrito, nam iure naturæ *Peccatoris-*  
*re naturæ*  
*tenetur ad*  
*contrito-*  
*nem ex tri-*  
*plici cap.*  
8. *Confirm.*

Thom. q. 84. art. 5. ad 2. ex triplici capite obligatur peccator ad pœnitendum. 1. ex charitate erga Deum, quem sicut tenemur super omnia diligere; ita eius malum, & offensam auersari. 2. ex charitate erga se ipsum, cum non minus teneatur seipsum diligere in bonis animæ, quâ corporis; nec minus procurare sibi salutem æternam, quâ temporalem. 3. ex speciali virtute pœnitentia, quâ sicut tenemur ius primæ regulæ illæsum seruare; ita læsum quoad fieri potest, resarcire.

Ad 1. primæ, ex S. Thom. potest perseverantia in peccato se habere. 1. materialiter, quando speciale præceptum pœnitentia non obligat, vel quia non aduertitur, ut ab eo, qui subitâ morte interit; aut naturaliter obliuiscitur, aut inuincibiliter tale præceptum ignoratur; vel quia nondum currit tempus præcepti. 2. formaliter, quando & tempus præcepti pœnitentia currit, & à peccatore aduertitur. 1. modo perseverantia in peccato est sola circumstantia *finalis im-*  
*peccati non minus, quâm perseverâta in opere bo-*  
*penitentia*  
*sit circum-*  
*no est accidens, & circumstantia actus boni. 2. mo-*  
*do est speciale peccatum impenitentia distinctum, quando se*  
*quod ut committatur, non est necesse, ut expresse; peccatum*  
*sed tantum implicitè, & indirectè intendatur. Vbi speciale,*  
*igitur S. Thom. docet, finalē impenitentiam esse*  
*solam circumstantiam peccati, intelligendus est 1.*  
*modo. Vbi affirmat esse speciale peccatum, explican-*  
*dus est 2. modo, ut scilicet explicat in 2. dist. 43. q. u.*  
*vñ. art. 3. ad 3. cumque interpretantur *Sors* in 4. dist.*  
*17. q. 2. ar. 6. & *Canus* cù.*

Ad 2. eo modo, quo est peculiare præceptum recuperadi gratiam, est etiam peculiare præceptum illam non amittendi: at sicut non semper gratiam non recuperare, est speciale peccatum, sed certo tempore; ita nec semper gratiam amittere, est speciale peccatum, sed aliquando: nempe quando periculum est, illam amplius non recuperandi, ob defectum temporis, vel rationis vsus. Vnde nego, semper, qui gratiam amittit, duplex committere peccatum; sed solum quando periculum est, illam amplius non recuperandi.

Ad 3. concedo antec. quando modus non est de substantia actus, secus, quando est: quia tunc omittere modum, est omittere substantiam præcepti; tale est motuum charitatis respectu contritionis, quia hæc essentialiter dicit, fieri ex motu charitatis. Ceterū licet pœnitentes ex solo motu satisfaciendi Deo, impleamus præceptum pœnitentia specialis; non tamen implemus præceptum charitatis, quam Deo & nobis debemus.

Ad 4. nego sequel. nam posset quis cum uno tantum peccato mori, non aduertendo præceptum pœnitentia: quod si aduertat, ultrò concedo, præter præceptum, nouum committere impenitentia; nego tamen ipsum impenitente impenitentia esse distinctum peccatum ab impenitentiâ: quia non dicit diuersam malitiam ab ipso impenitente reliquo rum peccatorum.

*An præceptum contritionis statim obliget?*

**P**RIMA sentent. *e Argent. in 4. dist. 17. qnaſt. 2. art. 4. ad 4. Mayo. q. 1. ſ. certa: affirmantium. Quod de Religiosis docet Bonav. in 4. dist. 17. p. 2. art. 2. q. 2. eo quod totum tempus vita est religioso tempus pœnitentia, & ideo statim ac peccat, tenetur confiteri, si potest, aut ſaltem conteri.*

**P**rob. 1. quæ ſunt de iure naturæ, statim obli-gant: reconciliari, ac ſatisfacere offenſo, ſunt de iure naturæ: ergo contritio, quâ Deo reconciliamur, & ſatisfacimus pro illatâ offenſâ, statim obligat. Major probat. ideo dilectio Dei statim obligat ad formalem pœnitentiam, quia est de iure naturæ. Confirm. statim tenemur refarcire damnum in bona corporis fortunæ, honori, aut animæ illatum proximo: ergo à fortiori statim tenemur refarcire damnum in Dei honorem, & bona spiritualia noſtra illatum. 2. Ex præcepto charitatis statim tenemur corripiere fratrem, ut illum à peccato eruamus; ergo à fortiori statim obligamur, nos à peccato per contritionem liberare. 3. Statim tenemur adhibere medicamenta, ne ſalus corporis periclitetur: ergo multò magis pœnitentiam, ne periclitetur ſalus animæ. 4. Non minùs post peccatum tenemur à peccato auerti; quâm ante peccatum à peccato cauere; ſed tenemur ante à peccato cauere: ergo & post à peccato auerti. 5. Semper homo tenetur non eſſe Deo infenſus, & inimicus: ergo ſi peccatum incurrit, statim tenetur ab eo ſe liberare, cùm per peccatum homo fit infenſus & inimicus Deo. 6. Si li-ceret pœnitentiam diſſere; liceret etiam pro co-tempore pœnitentiam non velle: ergo liceret etiam pro eo tempore velle permanentiam in peccato, & inimicitiam cum Deo; at hoc nunquam li-ceret, cùm ſit ex obieſto malum: quia qui vult antecedens, vult etiam conſequens in antecedente in-clusum: ergo qui vult non pœnitere pro aliquo tempore, pro eodem vult perſuerare in peccato, & inimicitia Dei. 7. Priuatus gratia habituali non potest diu omnia peccata cauere; ergo tenetur statim gratiam recuperare, ne ſe conſtituat ſub morali periculo in alia peccata incidenti: Nam teſte Greg. homil. 11. in Ezechielem, peccatum, quod per pœnitentiam non deleatur, ſuo pondere trahit ad aliud.

**S**ECUNDA communis negatiua: pro explicat. nota ex *Marsil. in 4. quæſt. 12. art. 1. parte 5. dub. 3.* dupliciter poſſe nos obligari ad commiſſum peccatum detestandum: 1. ex eodem præcepto, quo ſenebamur illud non committere: idem quippe præceptum virtutis obligat ad non transgredien-dum ius eius, & transgressum compensandum. 2. ex nouo præcepto diſtincto, & conſequenter ſub nouo peccato ſpecie diuerso.

**D**ICO 1. Nemo tenetur ex nouo præcepto ad statim pœnitendum. 1. quia nemo de tali peccato in confessione ſe accuſat, nec ullus confessor de tali peccato pœnitentem interrogat; cùm tamen eſſet diſtinctè confitendum, ſi ſub nouo præcepto tenetur ad statim commiſſum peccatum detestandum. Ratio: hoc non eſt nouum præceptum charitatis erga Deum; nec pœnitentia ſpecialis ad com-penſandam iniuriā illatam Deo; quia nullum nouum damnum, aut noua iniuria per ſe fit Deo ex eo, quod non statim peccatum retractamus: Nec erga nos ipſos: quia nullum nobis prouenit irrep-arabile damnum, ex eo quod pœnitentiam diſſerimus. Quod autem aliquod proueniat, amissio ſcili-cket bonorum operum, quæ ſiunt in ſtatu peccati,

non eſt ſufficiens ad obligandum nos ſub nouo præcepto ad statim pœnitendum: quia cùpī eorum operum ſimus perfecti domini, poſſumus noſti o iure cedere. 2. ex fundam. Scholastic. præceptum contritionis eſt affirmatiuum, quod non obligat ad *Præceptum statim*, ſed certo tempore, vrgente ſcilicet graui ali-contritionis ſit affirma-tum. quâ necessitate: ſicut, inquit S. Thom. cit. loco in 4. *Præceptum eleemosynæ non ſemper oblatâ occasio-ne obligat, ſed tempore necessitatib: alioqui quo-tiesquis petenti eleemosynam non daret, peccaret. Nec refert, quod peccans ſit religiosus: quia ex S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. qu. 4. fine, Religiosi non plus tenentur quam cæteri, niſi ad ea, ad quæ ſe ex voto obligarunt.*

**D**ICO 2. nemo tenetur ex eodem præcepto, quo astringitur peccatum non committere, illud idem ſub nouo peccato statim retractare. Fundament. eſt idem ac *præced. conclus.* aliaſ teneremur de hoc diſtinctè conſiteri. Ratio: ſola permanentia in pec-cato non addit ſupra peccatum, niſi circumſtantiam temporis: ergo non tenemur ſub nouo pec-cato commiſſum statim retractare. Antec. conſtat à paritate virtutis, cuius ſola permanentia non addit diuerſam rationem virtutis, ſed ſolam conſinuatio-nem eiusdem actus. Conſeq. prob. vbi non eſt noua ratio obligandi, non poſſet eſſe noua obligatio: ergo ſi ſola permanentia in peccato non addit nouam rationem obligandi, neque ceſſatio à peccato inducit nouam obligationem.

**A**d 1. oppositæ; nego major. etenim non omnia, quæ ſunt de iure naturæ affirmatiuo statim obli-gant: vt diligere Deum, honorare parentes, ſunt de iure naturæ; & tamen non statim obligant; ſed ſuo tempore. Ad prob. nego; ideo formaliter dilectionem Dei statim ad pœnitendum obligare, quia eſt de iure naturæ; ſed quia eſt de iure naturæ, vt paſſio necessariò conſequens ad efficacem dilectionē Dei.

**A**d confirm. neque nos ſub nouo peccato ten-ri ad refaciendum illatum damnum proximo, niſi ratione noui damni emergentis, quod proximus incurrit, aut probabiliter timetur incurſurus ex mea non compensatione. Cæterū ſi nullum illi timeretur nouum damnum, non teneremur statim ex noua obligatione illatum damnum refarcire. Ea-dem ratio militat de bonis Dei, & spiritualibus noſtriſ; nam ſi ex non compensatione noſtrâ periclitatur honor, & fama Dei apud homines, aut eterna ſalus noſtra, tenemur ſub nouo peccato statim co-miſſum peccatum retractare: abſolute tamen neg. conſeq. nam ex damno illato proximo ſemper per-ſe naſcitur nouum damnum, ratione cuius tenemur ſub nouo peccato illatum statim refarcire: nam vel mi damnum ſe naſcitur nouum damnum, ratione cuius tenemur ſub nouo peccato illatum statim refarcire: nam vel mi damnum eſt in bonis temporalibus, & hæc quia ſunt per ſe utilia proximo, ſemper eorum priuatio per ſe aſſert nouum damnum: vel in spiritualibus, & diſpar eſratio de nobis: quia nos ſemper poſſumus vrgente neceſſitate, amiflagn ſalutem nobis recuperare, noſ ſic proximo, cuius ſalus non eſt in noſtrâ potestate: & ideo ratione periculi, tenemur ſub nouo peccato statim illatum dñm in ſpiritualibus, quoad fieri po-test, ei refarcire. Ad 2. Nego conſeq. quia noſtrâ ſalus ſemper eſt in potestate noſtrâ, non ſalus proximi. Cæterū ſi poſset nobis certò conſtare correctionē habituram effectum in fratrem tempore neceſſita-tis, quo ipſe ſibi ex nouo præcepto tenetur ſalutem procurare, non teneremur statim illâ adhibere. Quia verò hoc per ſe nobis incertum eſt, & ſaþe pericu-lum eſt incurrēdi nouum peccatum, statim ex præcepto charitatis illam adhibere tenemur. Ex hiſ pa-tet ad 3. nam quando ad ſalutem corporis cenſetur necſſarium, vt medicamentum statim adhibeatur, ſtatim

14. Fund. Ar-  
gent. & ar-  
gum. 7.

21. Negant.

22. Fundam.

*Cur dilectio  
Dei statim  
ad pœnitentia  
dū obligat:*

26.

27.

28.

statim est adhibendum; secus quando non censetur necessarium, aut differri potest in aliud tempus: & in hoc eadem ratio est de salute animæ, & corporis. Ad 4. maior est vera de auerſione actuali negatiua, quæ statim teneuntur à peccato actuali desistere; non de auerſione actuū positivā, quæ positivè auertamur à peccato commisso: nam sicut ante noui tenebamur statim positivè peccatum detestari; sed solum non positivè in peccatum redere; ita neque post commisum tenemur statim illud positivè detestari, sed tantum ab illo cessare. Ad 5. concedo, semper hominem teneri, non esse Deo infensum, & inimicū actu, non habitu, nisi quādō currit præceptum de reconciliando nos cum D. o. Ad 6. concessa 1. sequelâ, neg. posterior; nam 1. obiectum non dicit intrinsecè malitiam; dicit enim solum negationem pœnitentia pro tempore, quo non obligat sub nouo peccato. 2. verò dicit intrinsecè malitiam: quia dicit ipsum positivū statim peccati, & inimicitiam cum D. o. quæ sunt intrinsecè mala. Vnde non possunt sine distincto peccato per nouum actum esse volita. Ad prob. nego conseq. de voluntate explicita, & per se terminatâ ad permanentiâ peccati, & inimicitiam Dei; concedo de voluntate implicitâ & virtuali, quo pacto volita non inducunt distinctum peccatum; nam sicut non retractare peccatum, est virtualiter, & implicitè velle perseverare in peccato; & tamen hoc non implicat nouum peccatum: ita velle explicitè non retractare protunc peccatum, licet sit virtualiter velle perseverare in peccato, non inuoluit nouum peccatum. Ad 7. Nego conseq. nam quamvis verum sit, non posse diu absque nouo peccato perseverare eum, qui priuatur habitu gratiæ; hinc tam non sequitur, ad hoc periculum vitandum, peccatorem statim teneri ad pœnitendum, tum quia non statim in hoc periculo constituitur; tum quia, cum hoc tempus sit incertum, potest pro quolibet determinato tempore iudicare, se non esse in hoc mortali periculo peccandi.

### Quando præceptum contritionis obligat?

**P**RIMA sent. Alens. 4. p. q. 17. memb. 2. a. 2. §. 2. Bonau. in 4. dist. 16. p. 1. art. 3. q. 2. & dist. 17. p. 2. art. 2. g. 2. S. Thom. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. Palud. q. 1. art. 3. Richard. dist. 14. art. 9. q. 1. Marsil. q. 12. a. 1. p. 5. dub. 3. Cabr. dist. 14. q. 3. art. 3. dub. 2. Angeli v. contritib. nu. 5. Sylu. v. dominica q. 6. Petri Sotii de pœnit. let. 13. affirmantium obligare, quoties peccata menti occurunt, ut practicè detestanda. Addit Sotius intelligendum est de peccatis, de quibus nondum acta est pœnitentia. Prob. 1. alioqui non fideliter seruaret reparatum fedus diuinæ amicitiæ, cui actu non displicet peccatum, quod inter ipsorum & Deum fuit causa inimicitia. 2. charitas inclinat ad detestandam offendam in Deum commissam: facere autem contra inclinationem charitatis, est mortale: ergo non detestari peccata, quando menti occurunt practicè detestanda est mortale: quia est niti contra inclinationem charitatis, quæ tunc practicè dicit, detestanda esse peccata. 3. occurrente peccato, vt offendam Dei, voluntas tenetur circa illud aliquē actum elicere, non complacentiæ, vt patet; ergo displicentiæ. Maior prob. tum quia ex charitate tenemur conformari diuinæ voluntati, cui actu displicet omne peccatum; ergo & nobis actu displicere debet, quoties illud consideramus vt offensuum Deum: tum quia esset magnus contemptus Dei, qui stare non potest cum dilectione, quam vnuquisque debet Deo, si cogitantes de peccato vt offensivo Dei, nullum elicereimus actum: quia parui penderemus Deum in nostro cogitatu, cum nullus cogitas de offendam am-

ci à se commissa, non doleat. 4. Præceptum est, aliquid de peccatis conteri: non potest autem opportunius tempus assignari, quam cum memorie occurunt ut offensiva Dei: ergo tunc obligant, ut actu ea detestemur. 5. resistere Deo vocanti ad pœnitentiam, est nouum mortale: quia nolle ad salutem redire, non est tantum veniale; cui autem commissa peccata practicè detestanda occurunt, is à Deo interius vocatur ad pœnitentiam: ergo tali vocationi non consentire, est Deo vocanti resistere, iuxta illud Proverb. 1. quia vocam, & renuersis &c. ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, qui Auditores, exceptis Marsilio & Soto, loquuntur de peccatis eriam remissis.

**S**ECUNDA Marsilius cit. Angelus v. feria nn. 4. 1. ascendentium peccatorem obligari saltem in diebus festi: quia in his tenemur Deo vacare; non possumus fundare autem Deo vacare, nisi prius de peccatis conteremur, vel saltem atteneramur, inquit Angelus: propter ea dictum est Lxviii. 23. Sabbathum requisitionis est, affigentisq. animas vestras. Et paulo post: omnis anima, que afflita non fuerit die hac, peribit. Hæc sent. solum loquitur de peccatis nondum remissis.

**T**ERTIA Scoti in 4. dist. 17. q. vn. art. 3. qu. 2. art. 3. Palat. in 4. dist. 17. dis. 2. Sotii q. 2. art. 6. Medin. Cod. 3. Sentent. de Pœnit. tratt. 1. q. 6. Cani relect. de Pœnit. p. 4. Valent. dis. 7. q. 8. punt. 4. Assere. 6. Suar. dis. 15. sent. 6. Vasque. q. 8. 6. art. 2. dub. 6. Henr. lib. 4. de sacram. Pœnit. cap. 6. &c. affirmantium, præceptum contritionis per se tantum obligare, urgente necessitate. Conveniunt, in articulo mortis omnes teneri, cum illa sit suprema necessitas. Vnde Scotus & Bassus præcisò præcepto annuæ confessionis, putant contritionem obligare semel tantum ante mortem: Sotius addit, quoties obligat præceptum confessionis: quia præceptum contritionis in lege Euang. non est abrogatum; sed determinatum quantum ad modum per sacram. confessionis, idem igitur est tempus annuæ confessionis, & contritionis. Plerique docent, quoties urget publica necessitas: nam tunc vnuquisque tenetur se constituere in gratiâ, ut à Deo exaudiat. Alij alios assignant casus, ut quando quis est administratus, vel suscepturus sacramenta, addit Valentia, cum primum quis Christianam religionem suscipit. Nota 1. hic duplex controversia: alia quando contritio obligat sub peculiari præcepto ad detectanda peccata nondum remissa, & confessâ; alia, quando obligat ad detectanda peccata iam remissa, & confessâ. 2. aliud contritionem obligare per se; aliud ratione alterius præcepti adiuncti: nam 1. casu inducit obligationem per se, & consequenter obligat ad speciale peccatum, in 2. inducit obligationem per accidens, & non obligat ad distinctum peccatum.

**D**ICO 1. Sola memoria peccati commissi, & nondum remissa, etiam ut practicè detectabilis, non obligat ad contritionem. Fundam. non est vnde præceptum istud colligatur: cum enim hoc sit affirmatum, non obligat statim ac menti occurrit practicè seruandum. Confirm. non minus præceptum charitatis obligat ad diligendum Deum, quam contritionis ad detectandum peccatum: at sola memoria Dei practicè diligibilis non obligat ad actualē dilectionem Dei: ergo nec sola memoria peccati practicè detectabilis ad actualē detectationem peccati.

**D**ICO 2. contritio non obligat ad detectanda peccata nondum remissa, diebus festis. Fundam. potest seruari præceptum, sabbata sanctificandi, sine contritione: nam illud solum obligat ad exhibendum debitum cultum Deo per opera Religionis, quæ seruari possunt etiam à peccatore: hæc enim conti-

38.

40.

41.

42.

43.

44.

Fundam.

Fundam.

consistunt in quibusdam cæmonijs exhibendis Deo in recognitionem supremi dominij, quod habet in creaturas, nec semper in his festis tenemur elicere actum dilectionis Dei, cum quo necessariò cognoscitur detestatio peccatorum nondum remissorum menti occurrentium. Confirmat alioqui tene-  
rentur fidles de hoc peccato specialiter confiteri; de quo tamen nec confitentur pœnitentes, nec confessarij interrogant, nec obstat, quod finishuius præcepti sit, animam Deo sanctificare: quia non semper finis præcepti cadit sub præcepto.

Dico 3. Licet per accidens contrito sèpè obliget ad detestanda peccata nondum remissa; per se tamen non obligat, nisi in quibusdam casibus. Per accidens autem obligat 1. quoties sunt administranda sacramenta: nam tunc tenetur minister in sanctitate se conformare Deo principaliter agenti, cum quo concurrit ut morale instrumentum ad actionem per se sanctificatiuam subiecti, ne iniuriam inferat Deo & sacramento, vt tom. 7. disp. 9.

Obligat 2. quoties suicienda sunt sacramenta, confirmationis, ordinis, & matrimonij: nam quisque tenetur ea dignè, & cum fructu suscipere. Ad baptismum, & confessionem, cùm sint sacramenta mortuorum, per se ordinata ad primam gratiam, non est necessaria contritio; sed sufficit attritio. Ad Euchar. & Extremam-Vnctionem requiritur confessio, ad illam ex præcepto diuino, Trident. sess. 13. c. 7. ad hanc ex iure naturæ, cùm semper hoc sacram. suscipi debeat in supremo periculo vitæ, in quo semper obligat sacramentum pœnit. ad confitenda peccata nondum confessa. 3. quoties quis tenetur elicere actum dilectionis erga Deum: implicat enim peccatorem diligere Deum super omnia, & actu non detestari peccata menti occurrentia nondum remissa, vt supra. 4. quoties quis erroneè putat, se teneri ad contritionem habendam: cùm nunquam sit licitum operari contra conscientiam.

Per se vero obligat 1. in articulo mortis, vero vel præsumpto: quia tunc unusquisque tenetur, & ratione charitatis erga se, & ratione satisfactionis, dilectionisque erga Deum, perfectam agere pœnitentiam, Deoque perfectè reconciliari, cùm aliud tempus ad pœnitendum non supersit. 2. in morali periculo vitæ, non in quo vni, aut alteri; sed in quo plerisque solet mors contingere, vt in bello, vel longâ, & periculosâ nauigatione. quia morale periculum vitæ æquivalet supremo articulo mortis.

3. in casu publicæ necessitatis, quando probabiliter timetur, Deum punire populum ob peccata particularia. Nam tunc unusquisque tenetur per contritionem se disponere ad placandam diuinam iustitiam, ne propter sua peccata Deus totum populum puniat, sicut propter solum peccatum Achan Deus puniuit totum exercitum Israël. Iosue 7. Obligat 4. quoties quis aggreditur opus heroicum, à quo aut publica salus, aut magna utilitas populi dependet, vt potens habeat Dei auxilium, quod plerumque peccatoribus denegatur; Ut si quis intercessor constituantur apud Deum pro salute populi: nam tunc tenetur facere quantum in se est, vt non frustretur fine, ad quem assumitur. 5. certo quoque tempore ante mortem, quod tempus Sotus docet esse quando periculum foret, ne peccata, vtpotè quæ singillatim recogitata detestanda sunt, memoriarum exciderent. Verum hoc communiter non admittitur, alioquietiam teneremur, propter simile periculum, præuenire tempus annuæ confessionis: quod falsum est vt infra. 6. in casu, quo currit præceptum annuæ confessionis, & dicitur confessarius, vel pœnitens obmutuit: nam tunc

tenetur contritione supplere effectum sacrament. Henrquez lib. 4. de sacramentis cap. 6. num. 8. quia præceptum confessionis in lege Euangelica est subrogatum præcepto contritionis. Sed de hoc disp. 17. s. 4.

Dico 4. Nunquam contritio obligat sub novo præcepto ad detestanda peccata, alias detestata, nisi in articulo mortis, aut in probabili periculo vita, & in casu publicæ necessitatis, in quo salus populi periclitaretur: quia his casibus ratione propriæ Fundam. charitatis & proximi, tenemur adhibere media cer. Posterior. tissima ad salutem; charitas enim obligat ad exhib. partu. bendum omnem moralē diligentiam, vt nostræ, & proximi, saluti prouideamus: at de peccatis alias detestatis non sumus certi, quod sint nobis condonata, defectu veræ contritionis, confessionisve; ergo etiam de illis tenemur in his casibus conteri, vt certiores efficiamur de nostrâ & proximi salute. Item Fundam. ultra hos casus, non tenemur tantam diligentiam Prioru. adhibere, vnde satis est, probabiliter habere certitudinem de condonatione nostrorum peccatorum.

Ad 1. Richard. pro 1. sent. nego sequel. nam fide liter seruat iustificatus reparatum fœdus diuinæ amicitia, si actu sibi non complaceat de peccatis memoriæ occurrentibus.

Ad 2. Palud. nego eum, qui solùm facit contra inclinationem charitatis negatiæ, mortaliter pec. Non peccare. Cæterum qui actu non detestatur peccata, quæ mortaliter sibi menti occurunt, solùm facit contra charitatem qui contra inclinationis charitatis, non sequendo positiæ naturalem pro pensionem charitatis inclinantis ad detestandam officiis negatiæ amici.

Ad 3. Gabriel. Nego maior. ad 1. prob. nego, ex charitate nos teneri conformari voluntati diuinæ Semper tenemur conformari voluntati diuinæ positiæ. consulenti; sed tantum præcipienti; seu nego, nos semper teneri conformari voluntati diuinæ positiæ; sed tantum negatiæ, vt nunquam ei positiæ diffinire negamur. Ad 2. nego, forc contemptum Dei, aut siud. positiæ contra habitualem charitatem, quam semper Deo debemus, nullum elicere actum circa peccata, quæ memoriarum occurunt, etiam vt offensiva Dei; neque sub pœnâ peccati hoc postulat amicitia nostri ad Deum.

Ad 4. eiusd. neg. minor. Ad 5. Marsilij nego maior. nam non semper Deus vocat obligando; sed consulendo tantum, vt constat ex cit. loco Ecclesiast. alioqui semper sub præcepto teneremur respondere internis motionibus ad bonum excitantibus, quod falsum est.

Ad Scriptur. dico, vel in eâ explicari pœnam debitam peccatoribus ob trægressiones aliorum præceptorum, qui dum inspirationibus diuinis nolunt acquiescere, meritam pœnam suis peccatis reportant; vel explicari speciale peccatum impenitentiae finalis, quando contritio sub speciali præcepto obligat omnes. Scholastici vero explicandi sunt negatiæ, vt quoties peccata occurunt, teneamur ijs non consentire, non positiæ dissentire: Ita Canus, specialiter Cajet. tom. 1. opusc. tract. 17. qnaest. de contritione ad 1. S. Thom. explicat, quod non simpliciter dixit peccata esse detestanda, quando memoriarum occurunt; sed præcipue, inquit, in periculo mortis, aut aliquo articulo, vbi tempus conterendi quo ad obligacionem determinat per tempus periculi mortis, aut alterius articuli obligantis. Ad fundam. secundæ, patet ex 2. nostrâ assert. Ad locum Lexit. respondet 1. Medina: illum non intelligi de contritione internâ; sed de afflictione externâ per abstinentiam à voluptatibus. 2. esto intelligatur de contritione internâ, quod probabile est, erat enim institutum semel in anno

Non semper  
finis præcep-  
ti cadit  
sub præcep-  
to.

Obligat per  
accid. ca.  
ff. 4.

47.

48.

Obligat per  
se casibus  
fæci.

49.

50.

51.

52.

Reiector  
sententia  
Sotii.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

in anno die 10. mense 7. & dicebatur festum propitiationis, seu expiationis, in quo Sacerdos sacrificabat, & orabat pro peccatis populi, ut Deus illis peccata remitteret, ut cap. 16. hoc autem lege Euangelica commutatum est in præceptum confessionis.

*An sacramentum Pœnitentia in omni casu supplet præceptum contritionis?*

64.  
1. Sentent.

65.  
Fundam.  
Suarez.

Confirm.

Fundam.  
Valentia.

66.  
Confirm.

67.  
2. Sentent.

68.  
Fundam.

**P**RIMA sentent. Vega 13. in Trident. cap. 15. & 20. Valent. disp. 7. q. 8. de contrit. punct. 4. affer. 6. Suarez. disp. 15. sett. 4. negantium. Vega & Suarez saltem in articulo mortis putant, præceptum contritionis per se obligare, independenter à præcepto confessionis. Fundam. Suarez. homo ratione charitatis, quam erga seipsum, & Deum debet habere tunc tuiorem viam in eo articulo eligere; at tunc via est, præter sacramentum confessionis, adhibere medium contritionis; quia opinio, quæ affirmat, solam attritionem cognitam cum Sacram. sufficere ad iustificationem, non est certa. Igitur poterit esse falsa. Dato ergo, quod sit falsa, sic accedens ad Sacram. non iustificabitur: quia ut iustificemur, non pendet ex opinione nostra probabili, sed ex ipsa institutione Sacram. ergo in tali casu propria charitas obligat, ne nos aeternæ damnationis periculo exponamus. 2. esto opinio illa certa sit, adhuc possumus esse dubij, nequid ex parte nostrâ, vel ministri omissum sit, quod ad validitatem Sacramenti sit necessarium. Confirm. saltem tenetur homo in articulo mortis Deum super omnia diligere; sed hic actus necessariò inuolutus detestationem omnium peccatorum; ergo. Valentia. absoluè affirmat, in nullo casu, in quo per se obligat præceptum contritionis, posse per solam attritionem cum Sacramento confessionis suppleri: quia ex scripturis habemus, pœnitentiam esse in præcepto: sed nomine legitimæ pœnitentiaz venit contrito: ergo non potest per alium actum, qualis est usus Sacramenti cum solâ attritione suppleri: nam hoc esset destruere præceptum contritionis; quæ non quemcumque actum; sed actum specialis virtutis pœnitentiaz importat: sicut quia actus Fidei, spei, & Charitatis, sunt in præcepto, non possunt per alios actus virtutum suppleri. Confirm. licet iustificemur per contritionem, tenemur tamen speciali præcepto confessionis peccata contrita confiteri; ergo licet iustificemur suo tempore per confessionem, tenemur peculari præcepto, de confessis conteri, posito, quod nunquam de illis fuerimus contriti: quia præceptum pœnitentiaz non obligat ad repetendam; sed tantum ad agendum pœnitentiam.

**S**ECUNDA Causa selecta de pœnit. p. 4. Henr. lib. 4. de Sacram. cap. 6. num. 5. Vasquez 3. p. q. 86. art. 2. dub. 6. Coninck disp. 3. dub. 1. Nuguez in addit. ad 3. p. qu. 2. dub. 4. art. 3. affirmantium. Quæ probabilior est: quia in lege Euang. præceptum contritionis commutatum est in præceptum confessionis: ergo in omnibus casibus, in quibus anteò obligabat contrito, nunc suppleri potest per Sacram. confessionis. Antec. prob. 1. alioqui Christus per præceptum confessionis non alleuasset; sed aggrauasset onus: nam præter præceptum contritionis, addidisset præceptum confessionis: 2. hinc sequeretur, Sacramentum confessionis remittere peccata in voto contritionis, suo tempore exercenda. Quod falsum est: Nam potius contrito peccata remittit in voto confessionis, ex Trident. sess. 14. cap. 4. est enim Sacramentalis absolutio ultima sententia decretoria

absoluens reum ab omni vinculo peccatorum, quo ligatus tenebatur, iuxta illud Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* 3. iustificatus per Sacram. confessionis non tenetur ulterius conteri, præcepto charitatis erga se, cùm sit iam iustificatus, & certus moraliter de suâ iustificatione: Nec erga Deum: quia licet hoc obliget in fine vita; non tamen ad de-testanda peccata iam confessa, & remissa: Nec ex virtute pœnitentiaz, quâ Deo debet satisfacere pro illat iniuriâ; quia Deus est magis contentus satisfactione, quam ei exhibemus in Sacram. pœnit. Nam hæc operatur in virtute meritorum Christi, quæ medio hoc Sac. teste Trid. sess. 6. c. 7. nobis communicantur.

Ex dictis sequitur, neque in articulo mortis teneri ad contritionem, qui per Sacram. confessionis eo *Nec in articulo iustificatus est;* quia præcepto contritionis est satis factum per Sacram. confessionis: teneri tamen, si non habet copiam confessoris, etiam de peccatis alias confessis, & contritis conteri: quia eo casu tenetur adhibere certa media ad salutem consequendam. Neque dicas, pari ratione nos teneri præter Sacram. confessionis, adhibere medium contritionis. Nam licet hoc consultius sit; non est tamen necessarium, cùm ferè certum sit, sufficere Sacram. confessionis; quæ certitudo satis est ad non obligandum sub novo præcepto morientem ad medium contritionis adhibendum: quam certitudinem non habet, qui alias de suis peccatis confessus & contritus est: à tortiori tenebitur conteri, si confiteri non poterit, quivel peccatorum oblitus per solam dilectionem Dei, vel attritus per aliud Sacram. quæ pœnitentiaz iustificatus: est quia semper manet præceptum perfectæ pœnitentiaz adimplendum, posito, quod non fuit suo tempore adimpletum. 2. Sacramentum Coroll. 2. pœnitentiaz non solùm supplet præceptum contritionis per dolorem, quem essentialiter includit; sed etiam præceptum satisfaciendi Deo per opera pœnalia ob peccata contra Deum commissia, per Sacramentalem satisfactionem à confessario pœnitentiæ iniunctam.

Ad fundam. Suarez. nego, hominem, etiam in articulo mortis, teneri tuiorem viam sub præcepto eligere; sed sufficit, ut eligat tutam, & moraliter cretam, quæ omne practicum dubium tollat oppositæ partis: præfertim quando neque pars tunc tollit metaphysicè omne dubium, sed solùm à tutâ differt secundum magis, & minus intra eundem gradum moralis certitudinis. Nam si quis conetur ad habendum contritionem, nunquam erit metaphysicè certus de illâ. Ad 1. prob. nego antec. Nam post Trid. opinio de attritione cum Sacramento pœnitentiaz, est ita certa, ut in dubium reuocare non liceat.

Ad 2. dico, adhuc tale dubium manere, posito conatu de contritione habendâ: nec propter illam

qualemcumque maiorem securitatem, ponendum est peculiare præceptum, ad illam obligans sub pœnâ mortalis, ratione cuius homo in eo articulo constitueretur sub maiori dûbio de diligentiâ abhîbitâ ad tale præceptum scrupulam. Quare

tutius erit, moribundum excitare ad contritionem habendum, non ut sub præcepto, sed ut sub consilio, ut quoad fieri potest anima morientis eo articulo à scrupulis liberetur. Leg. Corduba lib. 5. de indulg. q. 39.

§. 3. punctum est, vbi tradit, quæ sint eo temporis articulo moribundo suggerenda. Ad confir. nego minor. si aliunde moralem certitudinem habeamus, Ad confir. quod peccata sint nobis condonata. Ceterum, an saltem eo tempore sub præcepto teneamur actum dilectionis Dei elicere, alibi disputandum. Ad fund. Valent. nego minor. constat ex Trid. sess. 14. c. 4. vbi non so- Ad fund. lüm vocat pœnitentiam contritionem; sed etiam Valentia, attritio-

Ratio. attritionem, quâ utiliter concussi Niniuitæ pœnitentiam egerunt. Qui igitur docet, præceptum pœnitentia suppleri posse per Sacramentum confessionis, non tollit præceptum pœnitentia specialis virtutis; licet hæc non sit determinatè necessaria: nam etiam hæc seruari potest per attritionem; sed negat tantum dici debere ex motu charitatis, ex cuius tantum motu elicitur contritio: quia in Sacramento confessionis formaliter includitur pœnitentia, quamvis non hæc determinata contritio, quæ in hoc Sacramento censetur commutata in attritionem ob merita Christi, quæ nobis per hoc Sacramentum communicata altiori

modo supplent defectum contritionis. Cæterum actus Fidei, Spei, & Charitatis, neque possunt per alias virtutes suppleri; neque institutum est speciale Sacramentum, in quo ex meritis Christi suppleatur perfectio horum actuum. Ad confirm. <sup>76.</sup> Ad confirm. Retorq. argum. conseq. nam de primo habemus præceptum; Non de 2. quin ideo tenemur peccata contrita confiteri; quia præceptum contritionis commutatum est in præceptum confessionis; ergo substitui potest in omni casu, in quo obligaret præceptum contritionis; quia etiam in hoc seruatur præceptum formalis pœnitentia, quæ in præcepto confessionis essentialiter includitur.

## DE POENITENTIA SACRAMENTO.

**H**AECMUS de Pœnitentia virtute: sequitur de Pœnitentia sacramento, qua pœnitentiam virtutem supponit. Hæc varijs nominibus à Patribus insignitur. Dicitur Reconciliatio à principali effectu, quod peccatorem cum Deo reconciliat. Absolutio, quia pœnitentem peccatorum vinculum astrictum absoluunt. Confessio, quia propriam requirit peccatorum confessionem. Exomologesis, quæ teste Tertull. de Pœnit. c. 9. idem Gracè sonat, quod Latinè Confessio. Quam lib. de orat. definens: exomologesis, inquit, est petitio veniae, quia qui petit veniam delictum confitetur. Manus impositionis ex peculiari ritu & ceremonia, quâ hoc sacramentum per Sacerdotalis manus impositionem impeditur. Secunda tabula, quia baptismalis innocentia naui effracta, huius sacramenti virtute insxi ad salutis portum appellimus. De sacramento Pœnitentia agit S. Thom. 3. p. q. 84. in quâ agit de eo secundum se; quæst. verò 90. de partibus ipsius in communi; acturus de singulis in particulari, nisi morte præuentus fuisset. Vnde quæ in ipsius summâ Theol. de sacramento Pœnitentia desunt, à Thomistis supplementur ex ijs, quæ idem Angelicus Iunior disputatione cum reliquis Scholasticis, duce Magistro sentent. in 4. à dist. 14. usque ad 22. inclusuè. Nos doctrinæ ordinem sequentes prius de institutione & naturâ huius sacramenti, tum de singulis ipsius partibus disputationem.

## DISPVTATIO X.

### De institutione & natura sacramenti Pœnitentia.

#### SECTIO PRIMA.

*An sit aliquod Pœnitentia sacramentum à ceteris distinctum, à Christo institutum.*

1. Errores omnes circa Pœnit. **S**IC Vert sacramentum hoc plura includit, potestatem remittendi peccata ex parte ministri; Confessionem peccatorum, dolorem, & propositum ex parte pœnitentis; ita variè circa illud erratum est. Iacobitz apud Thom. VValdens. de sacram. Pœnit. cap. 135. Montanistæ, ex Hieronymo Epist. 54. ad Marcell. Nouatiani, ut ex Ambros. lib. 1. de pœnitent. cap. 2. Caluinus lib. 3. Institut. cap. 4. à num. 12. & lib. 4. cap. 19. & multi Luther. apud Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 9. Negant, potestatem remittendi peccata communicatam esse Ecclesiæ. Wicleffus ex VValdens. Confessionem, alij dolorem, alij certum Ministrum, alij aliam partem huius sacramenti negant: alij illud à baptismo distingui. Contrà hos errores Concilium Trident. rotâ 14. definit: Hoc esse verè, & propriè sacramentum, à Christo institutum,

2. Tridentini definitio.

*Tom. VIII. De Sacramentis.*

à baptismo distinctum, supponens ex parte Ministri potestatem remittendi, & retinendi peccata; ex parte verò pœnitentis includere confessionem, dolorem, & satisfactionem, ut materiam huius sacramenti; ex Ioan. 20. Quorum remissoris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Scilicet Christus contulit Apostolis, eiusque successoribus potestatem remittendi peccata; verisimile autem non est, cam exercendam contulisse, per actus merè internos, tam ex parte absoluentis: quæm ex parte absoluendi, nam hic modus non est hominum proprius, qui interna noscunt per externa: ergo per signa aliqua externa, tam ex parte absoluenteris, ad significandum internam absolutionem peccatorum: quæm ex parte absoluendi, ad testificanda sua peccata, & voluntatem consequendi remissionem eorundem. Nam nec absoluunt, qui peccatorum vinculis astricti non sunt; nec eorum remissionem consequi merentur, qui illam non desiderant, & desiderando pertinent ab ijs, qui illam impendere possunt. Igitur datur duplex symbolum, alterum accusatorium ex parte rei; alterum absolutorium ex parte Iudicis: quod cum stabile sit, ut potè à Christo toti Ecclesiæ, firmâ lege sanctum, & promissionem contineat iustificantis gratiæ, erit verè & propriè sacramentum; seu efficax signum gratiæ sanctificantis homines à peccatis. Nam eo posito, non potest non ponи peccatorum remissio, ut veritas testatur: *Quorum remissoris peccata, remittuntur eis.*

I

Ex eis-

4. *Sacramen-* Ex eisdem verbis constat, hoc Sacramentum es-  
*tum pœni-* se à Christo institutum, proinde Diuini, non hu-  
*tentia à* mani. Iuris; tum quia verba, quæ huius Sacramenti  
*Christo, &* institutionem continent, à Christo dicta sunt: tum  
*institutum.* quia ab alio non potuit, quæ à Christo potestas  
peccata remittendi hominibus impertiri. Nam so-  
lus is potest primò Ministrum delegare, qui prin-  
cipalem potestatem habet ad munus, ad quod de-  
legat, obendum. Solus autem Christus, & quatenus Deus,  
potestate Auctoritatis, & quatenus ho-  
mo, potestate excellentia, principalem virtutem  
habet remittendi peccata: Nam & solus ipse potest  
gratiam, quæ peccata remittuntur, principaliter  
conferre; & ipse tantum iniurias, per peccatum sibi  
illatas, principaliter condonare.

5. *Distinctum* Quod sit à Baptismo distinctum, patet: quia or-  
*& Baptismo.* dinatur ad peccata post Baptismum commissa re-  
mittenda, ad quæ non se extendit Baptismus, cùm  
hic iterari non possit. Nec satisfaciunt hæretici  
dicentes, solam memoriam Baptismi fide excitatam,  
peccata post Baptismum remittere; nam alioqui  
frustranca esset hæc noua potestas remittendi pec-  
cata à Christo Ecclesiæ cœcessa; at certum est, hanc  
potestatem à Christo Ecclesiæ traditam *Ioan. 20.*  
esset distinctam à potestate remittendi peccata per  
Baptismum, quæ supponitur Apostolis collata ante  
mortem Christi, *Ioan. 4. vbi* dicitur; quod discipuli  
Iesu baptizabant: illa promittitur *Matth. 16.* &  
traditur *Ioan. 20.* post resurrectionem: ex *Trident.*  
*sess. 14. cap. 1.* tum quia *Paulus* de Baptismo loquens  
*Hebr. 6.* vt est communis expositio Patrum, contra  
Nouatum: *impossibile*, ait, eos, qui semel per illum sunt  
illuminati rursus renouari ad pœnitentiam; cùm ta-  
men de pœnitentia sacramento loquens *2. Corinth.*  
5. Fideles horgetur ad illud frequentandum; re-  
conciliamini Deo, qui dedit nobis ministerium recon-  
ciliationis: tum quia ad baptizandum aptus est qui-  
libet, ad absoluendum non nisi certus Ecclesiæ Mi-  
nister, hoc enim exercetur per modum iudicij,  
quod & scientiam in cognoscendâ causâ, & iuri-  
dictionem in ferendâ sententiâ supponit: illud per  
modum simplicis ablutionis, regenerantis homi-  
nem ad primum esse supernaturale, quod nullam  
prærequisit causæ cognitionem, aut ministri iuri-  
dictionem; sed externam dumtaxat applicationem  
materiæ, cum rectâ formâ verborum, & intentio-  
ne faciendi, quod fecit Christus. Decebat sane, in  
Christianâ Republ. esse tribunal, in quo & anima-  
rum causæ cognoscerentur, & Diuinæ offendæ puni-  
rentur, & peccatores per Sacerdotes, vt per Tetrar-  
chas Deo reconciliarentur.

6. *Objicit.* Obijcunt: Christum cit. *Ioan. 20.* loqui de remis-  
sione peccatorum, quæ fit per Baptismum in ijs, qui per verbum prædicationis conuertuntur ad  
fidem: ergo non traditur distincta potestas à po-  
testate remittendi peccata per Baptismum. Vnde  
Caluinus 1. loco cit. num. 14. fine totam vim homi-  
nes à peccatis absoluendi ponit in prædicatione  
Euangelij: *Hoc tamen, inquit, in ministerio clauis*  
*maxime verum est, cuius tota vis in eo posita est, ut*  
*Exangeli gratia, per eos, quos Dominus ordinavit, fide-*  
*lium animi publicè, ac priuatim obsignentur: quod fieri,*  
*nisi sola prædicatione, nequit.* Resp. cit. *Bellar. c. 10.*  
hunc locum exponi, i. vt detur potestas remittendi  
peccata, tam infidelibus, quæ fidelibus: quam ex-  
positionem sequitur *Cyrillus*, & *Iansen.* 2. vt detur  
sola potestas remittendi peccata fidelibus iam ba-  
ptizatis, quæ est communior Patrum; quia potestas  
remittendi peccata per Baptismum supponitur col-  
lata *Ioan. 4.* Secundum hanc expositionem obiectio  
nullam habet vim. Secundum 1. dicendum; quam-

uis hic detur utraque potestas; non tamen datur  
cum eodem ritu; nam ad remittenda peccata infi-  
delium, datur cum ritu ablutiuo, sub certâ formâ  
verborum, *Matth. vle. Baptizantes eos in nomine Pa-*  
*tri⁹ &c. ad remittenda peccata fidelium, datur cum*  
ritu absoluendi, sub aliâ formâ, deducta, ex *Ioan.*  
20. *Quorum remiseritis peccata &c.* Cùm non sit  
major ratio, cur ex uno loco potius, quæ à alio  
colligatur certus ritus, & forma sacramenti, cùm  
utrobique Christus assignet certam materiam, ac  
formam sacramenti. Neque erat maior congruen-  
tia & necessitas unius sacramenti, quæ alterius.

## S E C T I O II.

An sacramentum Pœnitentie fuerit à Chri-  
sto quoad omnes suas partes com-  
pletè institutum?

PERIMA sententia *Glossæ de penit. dist. 5.* conside-  
ret *Aleñ. 4. p. quæst. 18. num. 3. art. 2. Bonav. in 1. Sententia:*  
4. dist. 17. p. 2. art. 1. q. 3. negantium: solum enim do-  
cent, fuisse à Christo institutum formale, seu po-  
testatem absoluendi; non materiale seu ipsam pec-  
cati confessionem, ex quæ hoc sacram. integratur.  
Docent ergo, Christum solum contulisse potestatē  
absoluendi à peccatis: Apostolos vero postea mo-  
nitionibus, & præceptis traxisse peccatores ad pœ-  
nitentiam, vt cōstat *Jacob. 5. vbi 1. præceptum con-*  
*fessionis promulgatur: Inclinat Magister d. 17. c. vle.*  
*vbi ait, forte tempore Ambrosij nondum facta erat*  
*institutio confessionis, quæ modo est; Glossa vero*  
*censet, ne ab Apostolis quidem hoc præceptū Con-*  
*fessionis emanasse: Alioqui obligaret Gracos; qui ta-  
men hoc præcepto non tenentur: sed à quādam univer-  
salis Ecclesiæ traditione, que quoniam ad Gracos non*  
*permenit, illos non obligat.*

Probant 1. satis est in ciuili Repub. constituere  
medicos cum potestate curandi infirmos, & ipsis  
relinquere modum curandi agrotos, ergo satis erat,  
in Repub. Christianâ constituere Sacerdotes cum  
potestate absoluendi à peccatis, ipsisque relinquere  
modum curandi peccatores. 2. Hoc sacramentū est  
recidentium: datur enim ijs, qui post Baptismum  
recidunt: ne igitur Christus daret occasionem re-  
cidendi, non debuit ipse confessionem instituere.  
3. Ex *Bonav.* Confessio est opus purè humanum,  
vnde non illi, sed absolutioni communicata est vir-  
tus sacramenti: ergo non debuit institui à Chri-  
sto, sed à puris hominibus.

SECVNDA non modò vera; sed etiam Catholica  
reliquorum Scholast. in 4. d. 17. affirmantium: qui  
quamvis discrepent, an hoc sufficienter ex Euangeliō colligatur, an potius habeatur traditione:  
omnes tamen concordant, integrum pœnitentiaSacramen-  
Sacramentum fuisse à Christo immediate institu-  
tum: est de fide, scilicet contritio, confessio, &  
satisfactio est materia, & ad integratatem huius à Christo  
Sacramenti ex Dei institutione pertinet, ex *Tri-*  
*instutuent. sess. 14. cap. 3. & can. 4.* At si aliqua pars est de fide,  
non esset immediate à Christo instituta, non  
posset totum Sacramentum dici à Christo in-  
stitutum: & licet Concilium explicitè non vta-  
tur particula immediate, ex eius tamen doctri-  
nâ evidenter colligitur: quia non agnoscit alium  
Authorem Sacramentorum quæ Christum: tum  
quia Confessionem ipsam, quam maximè impu-  
gnat hæretici, docet esse ex Christi mandato, *sess. 14. Confessio.*  
*cap. 5.*

11. cap. 5. can. 6. & cap. 5. Institutum esse à Christo, & consequenter immedie à Deo, eamque iure Diuino necessarium esse omnibus post Baptismum lapsis: quia instituere Sacramentum, aut partem Sacramenti, est proprium Christi, pertinens ad protestatem excellentiam, quam Christus non communicavit Ecclesiæ, cuius primi Ministri fuerunt Apostoli; ex S. Doct. in 4. dist. 17. quest. 3. art. 1. quest. 5. quia sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ; ita institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum: sed Ecclesia fundatur in fide & Sacramentis: ergo sicut ad Ministros Ecclesiæ non pertinet, articulos fidei condere, vel conditos remouere; ita nec Sacraenta instituere, aut instituta abrogare. Confirm. si qua pars Sacraenta pœnitentiaz esset ab Ecclesia instituta, in eâ dispensare posset: quia dispensare potest in omnibus, quæ ex ipsius potestate pendent: at in nullâ parte potest. Lege S. Thom. cit.
12. Dissensio est, an hæc veritas sufficienter colligatur in Euangeliō, Baffol. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 1. fine, Gabriel. quest. 1. art. 1. fine, Med. Cod. de Confess. tract. 2. quest. 2. 6. Dico 2. negant: sed haberi putant, aut traditione per Apostolos oretenus Ecclesiæ facta; quod etiam probabile putat Scopus dist. 17. quest. unic. art. 1. fine; aut communis Ecclesiæ consuetudine, ut censem Medina. Reliqui affirmanter, ex illis Ioh. 20. Quorum remissit peccata &c. Ex quo loco institutionem huius Sacramenti colligit Trident. sess. 14. c. 1. & 5. & can. 3. cum quo integrum pœnitentiaz Sacramentum colligi puto sufficienter, hoc pacto: Per hæc verba Apostoli accipiunt potestatem remittendi & retinendi peccata fidelium. Nequeunt autem ea remittere, vel retinere, nisi præcedat distincta confessio delictorum; quia nequit æquitas iudicij seruari, ac pœna proportionata culpæ taxari, nisi distinctè cognitæ causâ, & qualitate delicti: ergo habetur distincta confessio peccatorum. Rursus nequeunt peccata remitti, nisi retractentur; ergo cum Confessione necessarius est aliquis internus dolor: & quia qui alium offendit, & ex se impotens est, illi condigne satisfacere, ut offensæ condonationem obtineat, oportet, ut sese offenso submittat, cum animo satisfaciendi, iuxta benefacitum ipsius: hinc habetur propositum satisfaciendi: Vnum, ut à peccatis confessis, & contritis pœnitens absolutatur, necessaria est absolutio Ministri, cui commissa est causa delictorum; cum hæc more humana peragi debeat: hinc habetur sententia absolutoria Ministri, signo aliquo expressa. at hæc nequit alio signo commodiùs exprimi, quam voce Ministri: cum debeat hæc naturâ suâ esse secreta. Atqui ex his integratur tota natura huius Sacramenti: ergo ex his verbis sufficienter colligitur institutio huius Sacramenti. Igitur Sacramentum pœnitentiaz quoad omnes suas partes fuit à Christo immediate institutum.
13. Obijcit Calvin. 1. cie. num. 15. qui primus Confessionem instituit, fuit Innocentius III. electus anno 1198. De pœnit. & remiss. cap. Omnis: vbi annuam confessionem præcipit omnibus Christi fidelibus sub pœnâ, ut viuens arceatur ab ingressu Ecclesiæ, & moriens Christianâ careat sepulturâ. 2. Obijcit factum Nectarij Episcopi Constantinop. qui, ex S. Thom. Confessionem abrogavit: ergo confessio non est à Christo instituta; alioqui non potuisse ab homine abrogari. 3. Obijcit Chrysostomum successorem Nectarij, qui multis in locis Confessionem abrogat: præcipue homil. 2. in Psal. 50. Peccata tua dico, ut deleas illa: si confunderis als. Tom. VIII. De Sacramentis.
- enid dicere, qua peccasti, dico ea quotidie in animâ tuâ, non dico ut confitearis conseruo tuo, qui exprebret, dico Deo, qui curat ea. Resp. ad 1. Innocentium solûm determinasse tempus annua Confessionis, cuius usus multò antea viguit in Ecclesia Dei, ut testantur Concilia, Laodic. sub Syria. Papa can. 2. His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurruunt, & instant orationi, Confessioni, ac Pœnitentia, malorum suorum perfectam conversionem demonstrantes, pro qualitate peccati pœnitentia tempus tribendum est. Synodus 6. generalis Constantin. can. vlt. Synodus 6. Oportet autem eos qui solvendi, & ligandi pœnitentiam à Deo accipere, peccati qualitatem considerare, & eius, qui peccauit, ad conversionem promptum studium, & sic morbo conuenientem afferre medicinam, ne si in veroque immoderatione utatur, ab eius, qui laborat, salute excidat. Calibon. sub Clodon. Rege & Calibonem Vitaliano Papâ can. 8. De pœnitentia verd peccato- rum, qua est medela anima, utilem omnibus hominibus esse censemus: & ut pœnitentibus à Sacerdotibus, facili confessione, indicatur pœnitentia uniuersitatis Sacerdotum noscitur consentire. Turonense sub Leone Turonense. III. Pontif. & Carolo Magno anno 813. can. 22. de pœnitent. Episcopis, & Presbyteris diligenti castela pertractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta confitentibus tempus abstinenti adscribant, ut iuxta modum peccati pœnitentibus abstinentia indicetur. Rhemensse sub eisdem: Omnibus his actis ventilata est ratio Pœnitentia, ut Sacerdotes certius intellegent, quomodo Confessiones recipere, & pœnitentiam secundum Canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicare: & can. 16. ut Episcopi, & Presbyteri examinent, qualiter Confitentibus peccata disudent, & tempus pœnitentia constituant. Mogunt. Moguntin. sub Raban. Archiepisc. & Leone Papa IV. anno 847. can. 26. ab infirmis in mortis periculo positis, per Presbyteros purg. inquirenda est Confessio; non tamen illis imponenda quantitas pœnitentia, sed innotescenda. Wormaciense tempore Adriani II. & Ludo VIII. Wormaci. Imperat. anno 868. can. 25. pœnitentibus, censem. ait, secundum differentiam peccatorum, Sacerdotis arbitrio pœnitentia decernuntur. Debet itaque Sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singillatim consularare, originem quoque, modumque culparum, & affectus, gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere: temporum etiam, & personarum, locorum quoque, & etatum qualitates inspicere, ut etiam pro consideratione locorum, etatum, vel temporum, seu pro qualitate delictorum atque gemituum unusquisque delinquentis, à Sacris regulis oculos non deflectat. Ex his apparet, quātū impudens sit Calvinus. Nec minus illustria sunt testimonia antiquiorum Innocentio III. Patram: patres. Clemens I. lib. 2. Apostol. constit. cap. 4. ita scribit: Clemens. sic igitur faciendum ibi est Episcope, atque ut Ethnicum Baptismo locum post doctrinam admittat sic hunc, nempe, qui, ut supra dixerat, conversus pœnitentia fructus ediderit, per manus impositionem, ut pote factum mundum pœnitendo, cum elis pro eo deprecantibus, in antiqua pascua restitus; ortique ei loco lauari manum impositio. Irenæus, Polycarpi discipulus, qui fuit Loannis (ut Hieronym. in catal. Hieronym. script. Eccl.) lib. 1. cap. 9. de quibusdam fœminis, à Marco heretico circumuentis, hæc scribit: ha sapissime conuersa ad Ecclesiam Dei, confessæ sunt. Et lib. 3. cap. 4. Cerdon sape in Ecclesiam veniens, & exomologism faciens, sic consummatum, modo quidem latenter docens, modò vero exomologism faciens. Exomologesis, ut supra, idem apud Patres significat, quod confessio, seu, ex voce, foris, seu extra confessio. Origenes homilia 2. Origen. 10. in Leshit.

## 100 Disp.X. De institutione & natura sacramenti Pœnit. Sectio II.

in Leuit. est adhuc & septima licet dura & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator in lachrymis stratum suum, & sunt ei lachryma sua panes die ac nocte, & cum non erubescit, Sacerdos Dominus indicare peccatum suum, & querere medicinam &c. Porro verbum erubescit, indicat hic sermonem esse de Confessione, quæ fit Sacerdoti, cui tantum peccata confiteri erubescimus, non Deo, cui aperta sunt omnia. Tertullianus lib. de pœnit. cap. 9. is alius. qui magis graco vocabulo exprimitur, & frequentatur exomologesis est, qua delictum domino nostrum confitemur. non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia Deus mitigatur. Vnde sic concludit: itaque exomologesis priuernenda & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordia illuc. Et quod loquatur de Confessione coram Sacerdote facienda constat ex his; plerumque vero ieiunij preces atere, ingemiscere, lachrymari, & mugire. dies noctesque ad Dominum Deum tuum. Presbiteris adiuvt, & aris Dei ad geniculati. Cyprianus serm. 5. de lapsis, fideles hortatur, ut antequam vel ex hac vita discedant; vel ad sacram Synaxim accedant, peccata sua Sacerdoti confiteantur: Confiteantur singuli, queso vos fratres delictum suum, dum adhuc quis deliquerit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotem apud Dominum grata est. Et paulo superius: denique quando & fide maiore, & timore meiore sunt, qui quamvis nullo sacrificij; at libelle faciente constricti; quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confitentur, exomologesim conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medeiam, paruis licet & modicis vulneribus exquirunt. Eadem doctrinam tradit lib. 3. Epist. Epist. 16. Firmianus, qui & Lactantius, lib. 4. de diuinis institut. cap. 17. Volens, nempe Deus, vita ac saluti nostra pro eterna sua pietate consulere, pœnitentiam nobis in illa circumfisione proposuit, ut si cor nudaverimus, id est; si peccata confessi satis Deo fecerimus, veniam consequamur, qua consumacibus, & admissa sua celantibus negatur ab eo, qui non faciem, sicut homo; sed intima, & arcana peccatoris intuetur. Quod loquatur de Confessione factâ Sacerdoti, Dei vicem gerenti, ex verbis, nudare & celare, liquet, cum nulla peccata possint Deo nudari vel celari. Quin idem author eodem lib. cap. 30. per sacramentalem pœnitentiam, ut per propriam tesseram, veram Ecclesiam à non verâ discerni docet; Sed tamen, quia singulis cœtus hereticorum se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant; sciendum est, illam esse veram, ex qua est Religio, Confessio, pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. Athanasius in illa Matth. 21. Profecti in pagum, qui ex aduerso est, inuenientis pullum alligatum, ad finem: Inuestigemus ergo, ait, verum nostrum Regem Iesum Christum, nosque ipsos examinemus, num soluta sint vincula, ut melius proficiamus, quod si nondum soluta sint vincula, tradas te ipsum discipulis Iesu: adiunt enim, qui te solvant pro potestate eâ, quam à salvatore accepterunt. Quam potestatem colligit ex illis Matth. 16. Quod ligaueris super terram &c. Et Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata. Basil. in regulis breviis. Reg. 229. respondens ad interrogationem: Numquid flagitiōe facta abiecta omni verecundia, enunciari apud omnes debeant, an apud aliquos? & apud quos? Omnino, inquit, in peccatorum confessione eadem ratio est, quæ etiam in aperiōne vitorum corporis. Vt igitur vicia corporis nequaquam quibusvis temere homines aperiant, sed ipsi tantummodo, qui rationem, qua ea curanda sint, teneant: eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet apud eos videlicet, qui ea possint curare. Regula 288. explicat, qui nam sint hi, qui possint à peccatis absoluere: Ipsi peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Idque confirmat exemplo Apostolorum. quibus Actor. 19. legitur, quod multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos. Chrysostom. homil. 30. in Genes. apertam mentionem facit de sacramentali confessione, quæ in hebdomadâ sanctâ fieri solebat: Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus, Des gratia, nunc maxime, & ieiunij cursus intendendus, & magis continuanda sunt preces, faciendaque diligens, & para confessio peccatorum. Quod Chrysostom. ad peccatorum confessionem requirat Sacerdotis ministerium, constat ex lib. 2. de Sacerd. *Quamobrem multa quidem arte opus est, ut qui laborant Christiani, ultra sint persuadeant, Sacerdotum curationis se se submittere oportere.* Hieronym. in 16. Matth. Legimus in Leuitico de I. propositis, ubi subentur, ut ostendant se Sacerdotibus, ut si lepram habuerint, tunc à Sacerdotiis immundi fiant: non quod Sacerdores, leprosos faciante, & immundos; sed quod habeant notitiam leprosi, & non leprosi: & possint discernere, qui mundus, qui non immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum, vel immundum facit: sic & hic alligat, vel soluit Episcopus, & Presbyter; non eos, qui infantes sunt, vel noxy; sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit, qui ligandus sit, qui non solvendus. Vbi nota discrimin inter antiquos, & nouos Sacerdotes: quod illi per scientiam, quam de lepra habebant, solū declarabant, quinam essent à leprâ mundi, vel immundi: hi autem non solū per clauem scientia dignoscunt, an pœnitentes sint digni absolitione, vel non absolitione; sed etiam per clauem potestatis à peccatis absoluunt, quando iudicant, eos esse absoluendos. Legatur idem in 10. cap. Ecclesiastæ, in quo rursus de Sacerdotibus pœnitentes à peccatis absoluendis mentionem facit. Quâ de causâ in cap. 16. Ezech. & alibi, pœnitentiam sacramentalem appellat secundam tabulam post naufragium baptismalis innocentia. Ambrosius, qui duos libros de pœnitentia conscripsit, ita lib. 2. cap. 6. si vis iustificari, fatere delictum tuum: soluit enim criminum nexus verecunda Confessio peccatorum. Quod loquatur de Confessione facienda Sacerdoti (præter quam quod aperte indicet vox, verecunda) docet cap. 10. An quisquam ferat, ut erubescas Deum rogare, qui non erubescit rogare hominem: & pudeat te Deo supplicare, quem non lateas, cum te non pudeat peccata tua hamisi, quem lateas, confiteri? Et exhortatione ad pœnit. post finem 2. lib. de pœnit. hæc scribit: Non solū post pœnitentiam ab istis intus homo obseruare se debet; sed & ante pœnitentiam, dum sanguis est, quia nescit, si possit ipsam pœnitentiam accipere, & confiteri Deo, & Sacerdoti peccata sua. Augustinus in lib. 50. Homil. Homil. 12. sic exorditur: In omnibus scripturis Divinis fratres dilectissimi, veleliter ac salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus ingeri, & humiliter non solū Deo; sed etiam sanctis, & Deum clementibus confiteri. Et homil. vii. cap. 10. Implicatus tam mortiferis vinculis peccatorum detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas claves Ecclesia, quibus solvatur in terra ut sit solutus in cælo. Et cap. 11. loquens de pœnitente, Veniat ad antistites, per quos illi in Ecclesia claves ministrantur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodiro, à præpositis sacerorum accipias satisfac-

## Disp. X. De institutione & natura sacramenti Pœnit. Sectio II. 101.

*satisfactionis sua modum. Author de verâ & falsâ pœnitent. apud August. t. 10. initio: Quem ergo pœnitet, omnino pœnitcat, & dolorem lachrymis ostendat; repre-senteret vitam suam Deo per Sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit enim Dominus mundatis, ut ostenderent ora Sacerdotibus: docens corporali præsencia confienda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda. Et infra: Quare qui con-fiteri vult peccata, ut inueniat gratiam querat Sacer-dotem scientem ligare, & scluere: concludit: Qui igi-tur omnino confiterit, Sacerdoti meliori, quam potest, confiteatur. His adde Hilarium Episc. Piëtau. cuius obitus contigit anno 369. & can. 18. in March. de Confessione hæc ait: Ad terrorem autem meum ma-ximi, quo in praesens omnes continerentur, immobile feueritatis Apostolica iudicium premisit, ut quos in ter-ris ligauerint, id est, peccatorum nodis innexos relique-rint, & quos soluerint, Confessione videlicet venia re-co-perint in salutem; bi Apostolica conditione sententia in cælis quoque aut soluti sint aut ligati.*

**Hilariu.** 29. Antiquis Patribus concordant reliqui tempore, & ætate posteriores: at vt in simili casu dixit A-bramian. rausic. 2. can. ult. Cui paucæ non sufficiunt, plura non proderunt. Hoc notetur, nullum fuisse sæculum, in quo sacramentalis Confessionis expressa mentio facta non sit. Ex quâ ortum duxit antiqua illa ca-lumnia, quam Gentiles Christianis imponabant, eos Sacerdotum virilia adorare solitos esse, vt te-statur *Minutius Felix apud Baron. ann. 56. nn. 18.*

**Cœcil. La-** 30. Nec minori robore pondere hæc Euangelicam veritatem confirmant 4 generalia Concilia; Late-ranense sub Innocent. III. Constantiense sess. 8. in quâ referuntur & damnantur errores VVicleffi, quorum septimus est. Si homo debite fuerit contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua & inutilis. Florent. in decreto de unione Armen. Trident. totâ sess. 14. Quæ non aliam tradunt de Sacramento Pœnitentiaz do-Erinam; quam quæ ab antiquis Concilijs, & Patri-bus iam diu tradita fuerat. Ex his ratio confaci-tur: Non potest ab humanâ autoritate origi-nem ducere illud quod continuatâ, & constanti omnium sæculorum ætate in Ecclesiâ obserua-tum, nullum indicat suæ institutionis primordium:

**Regula S. Augu-stini ad digno-scendas tra-ditiones.** 31. Est enim Augustini Regula à Theologis recepta, quod quando aliqua consuetudo semper fuit ab Ecclesiâ obseruata, cuius tamen initium ignora-tur, illam ortum trahere ab aliquâ traditione Di-uinâ. Adde, quod cum præceptum sacramentalis Confessionis sit maximè arduum, & contra natu-ralém inclinationem hominum, qui summopere abhorrent secreta sua scelerâ, ac internas cogita-tiones, machinationesve homini aperire, vix po-tuisset solâ humanâ autoritate in totam Eccle-siam introduci, quin aliquæ particulares Ecclesiæ reclamassent, tale præceptum non acceptando: vt de facto non tota Ecclesia acceptauit legem de pu-blicâ Confessione faciendâ, quæ humanâ tantum authoritate introducta fuit.

32. Nonnulli hanc secretam, & auricularem Con-fessionem deducere conantur ex illo Att. 19. Mul-ti credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos: præsertim cum non desint Patres, qui hunc locum intelligent de Confessione priuatâ, & auriculari: verùm neque Scholastici hoc loco communiter vtuntur, neque Patres ad hanc veri-tatem confirmandam, sed potius alium indicant esse sensum huius loci, vt videre est apud Lorin. & aliunde clariora habemus huius Catholicæ verita-tis argumenta.

33. Ad Necta- 34. rum. Ad Nectar- 35. ium. Tom. VIII. De Sacramentis.

ptum, quorum consilio in rebus ad fidem perti-nentibus sæpè vtebatur, teste Socrate apud Baron. an. 56. num. 28. Confessionem è suâ Ecclesiâ sustulisse. In confirm. adduci posset Epist. à Gregor. Na-zianz, in cuius sedem Nectarinus successerat, ad ip-sum scripta, in quâ Nectarium reprehendit, quod perijittat, Arianos, Macedonianos, Eunomianos, & Apollinaristas Constantinopoli liberè agere: cuius Epist. meminit cit. loco Baron.

Altera resp. Nectarium non secretam & auricu-larem; sed publicam abrogasse Confessionem, eo tempore coram multis fieri solitam, vt legimus apud Cassianum collat. 2. cap. 11. & testantur Origenes Homil. 2. in Psalm. 37. & August. lib. 50. Homil. homil. vlt. cap. 11. Abrogauit autem illam propter quod-dam flagitium, quod occasione publicæ confessio-nis accidit inter quandam mulierem, & Dia-co-num. & de hâc publicâ confessione intellige So-cratem apud Baron. ann. cit. num. 28. cum scribit ex omnibus Ecclesijs sublatum fuisse Presbyterū pœnitentiarium; eam etiam abrogat Leo Papa. Epist. 80. ad Episc. Campania: Illam etiam contra Aposto-licam regulam presumptionem, quam nuper agnoui à quisdam illicita usurpatione committi modis omni-bus constituo submoneri (de pœnitentia videlicet, qua sita à fidelibus postulatur) ne de singulorum peccato-rum genere, libellis scripta Confessio publicè recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari. Confessio secretâ. De eâdem publicâ con-fessione explic. Chrysost. dum solam coram Deo Chrysost. factam confessionem admittere videtur homil. 8. tribus in de pœnit. fine, & homil. 4. de Lazaro circa med. & hora. loca.

36. 31. in Epist. ad Hebr. Ita enim in primo scribit: Ne quæ renelauit ulcus, non in commune Theatrum accusa-tionem produxit, non delictorum testes statuit: intus in conscientia adstante nemine, prater eum, qui cuncta videt, Deum; qui & scrutatur, & de peccatis indicat, & omnium vitam quasi lance quadam vibrat, indi-cicum peccatorum statuens &c. post quæ concludit: atque sic pura conscientia sacram attinge mensam, particepsq. sancti sacrificij fias. In 2. hæc habet: Caus enim hominis dixeris, ne tibi exprobret. Neque enim conseruo confiteris, ut in publicum proferas; sed ei, qui Dominus est: ei, qui tui curam gerit; ei, qui humanus est; ei, qui medicus est, ostendis vulnera. Et infra inducit Deum sic cum pœnitente lo-quentem: Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes: mihi soli dic peccatum pri-uatum, ut sanem ulcus, tèque dolore liberabo. De-mum in 3. sic loquitur: Non tibi dico, ut ea tan- In postre quam pompam in publicum proferas, neque ut te accu-mo-sis; sed ut pareas Propheta dicens: Reuela Domino viam tuam. Apud Deum ea confitere, apud Iudicem confitere peccata tua, orans si non lingua, saltē memoriâ. In his & similibus solū intendit publicam Confessionem negare; vt facile colligi potest. 1. quia illam appellat accusationem factam in com-mune theatrum. 2. cum dicit, non esse adhibendos testes. 3. cum dicit non esse faciendam homini, qui illam exprobret. Hæc enim omnia de publicâ tan-tum confessione verificantur.

Ad 1. argum. primæ, nego conseq. quia qui con-stituit Medicos in aliquâ republ. sicut non tribuit illis virtutem; ita nec modum curandi infirmos: at quia Christus virtutem confert, confert etiam & modum absoluendi, & curandi à peccatis. Ad 2. nego, Christum instituendo confessionem pecca-torum dedisse hominibus occasionem recidendi, sed potius instituisse remedium, quo lapsi possent à peccato resurgere; & sancte decuit, vt ipse imme-diately confessionem peccatorum institueret. Nam

## 102 Disp. X. De institutione & natura sacramenti Pœnit. Sectio III.

38.

*Via sacramenti principali sita est in abdutione.*

39.  
*Censura de Glosso.*

sicut ipsi ut homini *Ioan. 5.* reseruatum est iudicium de peccatis hominum; ita decuit ipsum confessionem peccatorum immediate instituere; ut peccatores accedentes ad Sacerdotes, non accederent ut ad homines; sed ut ad Ministros, & vicarios Christi. Ad *3. nego* conseq. nam etiam absolutio est opus humanum. Potuit igitur Christus opus humanum eleuare ad instrumentum propriæ sanctificationis, ut eleuat aquam, & verba in Baptismo. Vnde nego vim Sacramenti solum sitam esse in absolutione, quamvis in eâ principalius sita sit, ut *Trident. sess. 14. c. 3.* lege *S. Thom. 3. p. 9. 84. art. 3.* & *Caiet. eadem quest. art. 1. fine.*

Sententiam *Glossæ Scotæ* appellat irrationalib[il]em; *Durand.* plenam erroris, & periculosam in fide; *Sotus* errorem manifestum, & intolerabilem: ego verò hæreticam, cum sit expressè contra *Trident.* Nec verum est, quod Græci non teneantur, aut non seruent præceptum confessionis, ut constat tum ex primis duobus Concilijs cit. *Laodic.* & *6. Synodo*, quorum Canones fuerunt à Græcis conscripti, & compositi: tum quia in *Florent.* quod congregatum fuit ad vniendam Ecclesiam Græcam cum Latinā nulla mentio fit de hoc; in quo tamen fit plena mentio de reliquis erroribus, in quibus Ecclesia Latina à Græcā discrepat, præsertim cum in eo Concil. fusè disputetur de omnibus Sacram. nouæ legis. Tum ex eorum Euchologio, in quo forma huius Sacramenti assignatur.

### SECTIO III.

*An Sacramentum Pœnitentiae in Lege Evangelicâ sit medium necessarium ad remissionem peccatorum mortalium post Baptismum?*

40.  
*Ratio dub.*

41.  
*Confirm.*

42.  
*Catholica decisio.*

43.

**R**atio dub. non hoc ipso, quod Apostoli eorumque successores, auctoritate Diuinâ constituti sunt Iudices animarum in causâ peccatorum, homines Iure Diuino tenentur ad eos sua crimina deferre: quia potuit Christus eos Iudices constituere solum ad utilitatem fidelium, ut si velint, possint ad eos recurrere; non tamen ut obligentur: tñ sit in peccatis venialibus, quæ possumus, si volumus, subiçcere clauibus; non tamen tenemur, cum sint alia media ad ea expianda. Confirm. hoc fauet saluti animarum, quam Christus in hoc Sacram. præcipue intendit, instituere plura media salutem consequendi, non solum per Sacramentum pœnitentiaz sed etiam per contritionem independenter ab eo: alioqui nullum factum fuisset priuilegium Ecclesiaz per hoc Sacramentum, sed potius arduum impositum onus, si non possemus, ut antiquitus, actu etiam cohtitionis independenter à Sacramento iustificari. His non obstantibus, omnes Catholici contra hæreticos conueniunt, hoc Sacramentum esse medium necessarium ad consequendam remissionem mortalium, quæ post Baptismum commisimus: definitum in *Trident. sess. 14. c. 5.* & *can. 6.* vbi statuitur Sacramentum confessionis de iure Diuino necessarium esse ad salutem. Tota controversia est, quo pacto, & vnde hæc necessitas colligatur. Aliqui apud *Glossam de pœn.* dist. 5. illam colligunt ex iure naturali; Naturale siquidem est, dolere de peccatis, & per aliquod externum signum veniam à Deo petere, vnde primi parentes, qui non nisi ad præcepta naturalia obligabantur, ad suum peccatum confitendum in-

ducti sunt à Deo. Sed contrà: quamvis naturale sit, suum peccatum agnoscere, & de eo veniam à Deo petere; naturale tamen non est, illud alteri confiteri ad remissionem obtainendam. *Waldens. cit.* il-

lam colligit ex Iure Mosaico, in quo vigebat peccatorum confessio, ut patet de Sacrificijs, quæ pro specialibus peccatis offerebantur, docet ergo, hoc Sacramentum solum fuisse à Christo approbatum,

44  
*Sententia Valdensis.*

& quoad aliqua suppletum. Sed contrà: nusquam legitur in veteri iure distincta omnium peccatorum confessio, nisi ob aliqua specialia peccata, pro quibus specialia sacrificia offerebantur. Leg. *S. Thom. in 4. dist. 17. art. 1. quest. 2. ad argum.* Alij deducunt ex illo *Jacob. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra.* Sed contrà: hic locus communiter exponitur de correctione fraternali, vnde *Glossa interlin.* exponit de coequalibus; & colligitur ex verbis sequentibus, & orate, inquit, pro inuisicem. *Alens. Bonav. Scotus, Bass. Gabr. Medin. cit.* & *Iansen. cap. 147.* concord. *Enarr. in ea Ioan. 20. Quorum remiseritis &c.* colligunt ex traditione Apost. aut ex consuetudine, & interpretatione Ecclesiaz. Inclinat *Caiet. in cit. Ioan. 20.* Sed contrà: datur in scripturâ locus, ut *infra*, ex quo illa eidenter deducitur: nec posset Ecclesia suo facto, & consuetudine interpretari, quod in scripturis sufficienter non continetur, cum non habeat auctoritatem inducendi nouam veritatem; sed reuelatam dumtaxat declarandi. *Scotus cit. in 4. dist. 17. art. 1. verb.* aliter ergo, hæc viâ colligunt necessitatem huius Sacramenti, qui amisit pri-

45  
*Scoti modus.*

mam gratiam, tenetur sub præcepto recuperare illam; tum ex illo: *diliges Dominum Dñnum tuum:* tum ex alio: *diliges te ipsum:* sed vbi sunt duæ viæ consequendi salutem, tenemur ad faciliorem, & tutorem; alioqui, si relicta viâ certiore, attentemus incertiorem, videmur salutem contemnere, eam periculo exponendo: tutior autem facilior quæ est via per pœnit. Sacram. quam per virtutem pœnit. nam ad consequendam gratiam cum pœnit. Sacramento, sufficit, non ponere obicem; cum pœnitentiaz virtute requiritur contrito: potest autem quis certior esse, quod non ponat obicem; quæcum quod habeat contritionem sufficientem ad iustificationem: quia potest probabiliter scire, se non accedere ad hoc Sacramentum cum aliquo peccato actuali, & cum intentione recipiendi Sacram. & effectum ipsis; at non potest scire, se habere pœnitentiam sufficientem ad iustificationem.

Hic *Scoti* modus est acutior, quæcum verior: tum quia falsum est, ad consequendam remissionem peccati per hoc Sacramentum satis esse, accedere sine obice actualis peccati; sed necessaria est attrito supernaturalis, ut *infra*: tum quia eti ratione dispositionis sit facilior, ac tutior via consequendi gratiam per pœnitentiam Sacramentum, quæcum per pœnitentiam virtutem; quia ad illud sufficit attrito, ad hanc requiritur contrito; multis tamen alijs modis hæc via est incertior: quia pendet ex pluribus conditionibus nobis incertis; ut ex charactere Baptismali proprio, sine quo nullus effectus Sacramenti participari potest, ex charactere Baptismali, ac Sacerdotali Ministri, & iurisdictione, & intentione absoluente. *S. Thom. 3. p. quest. 84. art. 5.* & in 4. dist. 17. quest. 3. art. 1. quest. 3. necessitatem huius Sacramenti colligit ex eo, quod à Christo institutum est, ut Medicina; ut autem ut medicina obliget ad sumptionem sui, supponi debet ut vnicum remedium ad salutem: ideo *cit. loc. 3. p. in argum.* Sed contra, supponit ex illis *Luca 13.* Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis, à Christo institutu esse ut vnicum medium ad salutem consequendam. Sed Non prob. contrà:

46  
*Acutior quam vero.*

47  
*S. Thoma modus.*

## Disp. X. De institutione & natura sacramenti Pœnit. Sectio III. 103

contraria: hic locus, sicut & ille Matth. 3. Pœnitentiam agite, intelligi non potest de pœnitentia Sacram. quæ non dum instituta erat, ut colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 1. vbi hoc Sacram. institutum docet Ioan. 20. sed de pœnitentia virtute, quæ semper fuit necessaria.

50. Reliqui Schol. necessitatem huius Sacramenti deducunt ex Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata. diligerent de- ducatur fa- mula pœnit. necessitas.

Vnde sufficiens inter eos est, an ea sufficienter deducatur ex sola auctoritate remittendi; an simul ex auctoritate retinendi. Richar. in 4. dist. 17. art. 2. quest. 1. Duran. quest. 8. Bacho. dist. 15. quest. 2. art. 1. Mayr. dist. 14. q. 1. §. 3. Argen. dist. 17. quest. 2. art. 2. Mars. quest. 12. art. 1. concil. 3. Scotus dist. 18. q. 1. art. 1. Bellar. lib. 3. de Sacramento pœnit. cap. 2. Henrig. lib. 4. de Sacramentis c. 3. num. 1. Suar. disp. 17. sett. 2. n. 12. sufficienter deducatur.

Probant 1. ci putant ex sola potestate remittendi. 1. Quia id docet August. lib. 50. Homil. Homil. 49. 2. Quia per hæc verba Christus constituit Sacerdotes ordinarios Iudices ad componendas causas peccatorum, quatenus offensæ Dei sunt: ergo simul peccatoribus præceptum imposuit, ut sua peccata ad Sacerdotes iudicanda deferrent, cum nequeat sine confessione delicti iudicium peragi. Confirm. Sacerdotes habent à Christo potestatem iudicandi causas delictorum independenter à voluntate delinquentium: non possent autem hanc potestatem habere, nisi delinquentes tenerentur sua delicta ad Sacerdotem deferre.

3. 3. Sacramentum pœnitentia est institutum ut medium ad remissionem peccatorum: sed omne id medium institutum est sub præcepto: quia est necessarium ad salutem: ergo. Sed contraria: omnia hæc salvantur, si dicamus, per hæc verba Apostolos accepisse ordinariam potestatem iudicandi, & componendi causas peccatorum, si fideles voluerint ad eos recurrere; sicut de facto Sacerdotes sunt Iudices animarum in causâ venialium; & tamen ex hæc potestate præcisè non sequitur, quod pœnitentes teneantur in causâ venialium ad eos recurrere, cum possint alia via eorum remissionem consequi. Neque dicas vel cum Richar. ex hoc sequi, Sacerdotes non fore Iudices animarum: quia non est, inquit, mens Iudex ille, cui in arbitrio meo est subiecti, & non subiecti: vel cum Soto, non habituros coerciuam potestatem, quæ necessaria est in ordinario Iudice. Nam & forent Iudices animarum in fauorem ipsarum tantum; ut sunt in causâ venialium; Nec verum est, in quovis Iudice ordinario necessariam esse potestatem coerciuam, si hæc dicat auctoritatem compellendi reos, ut coram se causam dicant: quia quando Iudex constituitur in fauorem rei, hæc auctoritas coerciuia non communicatur cum ipsa potestate iudicari, ut constat de venialibus; licet talis potestas coerciuia in Iudice sit necessaria ex suppositione, quod se illi subiectiat. Nec propterea Sacerdotes dicendi essent Iudices arbitrarij: nam propriè est, qui auctoritatem iudicandi accipit à partibus. Quod si arbitrarius dicatur, à quo iudicari aut non iudicari situm sit in arbitrio subdit, hoc modo Sacerdotes essent Iudices arbitrarij; & in hoc sensu Scotus Sacerdotes appellavit Iudices arbitrarios, si peccatores nullum haberent debitum ipsos adeundi. Nec verum est, omne medium institutum ad consequendam remissionem peccatorum esse sub præcepto ut Scotus & Henrig. opinantur: nisi quando esset ynicum, quod in casu nostro non esset: quia præter illud, esset contritio.

Quo sensu Confessio- rius sit Iu- dex arbi- trarius.

52. Contra.

Richardo & Soto resp.

53.

54. Conclusio.

Dicendum igitur cum Aureol. in 4. dist. 17. art. 1. Palatio disp. 5. Vega 13. in Trident. c. 28. Vasquez 3. p. quest. 90. art. 1. dub. 2. necessitatem huius Sacramenti sufficienter deduci ex utrâque potestate, remittendi & retinendi simul: cuius signum est, quod sem-

per, cum Christus hanc potestatem, vel promisit, vel concessit, cum eâ utramque simul auctoritatem & remittendi, & retinendi coniunxit. Tibi dabo, inquit Petro Matth. 16. claves regni cœlorum; quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in caelis & Matth. 18. Quicumque allegaueris super terram, erunt ligata & in caelo: & quicumque solueris super terram, erunt solta & in caelo. Et Ioan. 20. vbi hanc potestatem in cit. locu promissam Apostolis tradidit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. & quorum retinueritis, retenta sunt. Ex hæc dupli potestate remittendi, & retinendi peccata colligit Trident. sess. 14. c. 5. necessitatem confessionis: ex quâ & ego sic eam dedueo.

Sacerdos ex Christi cōcessione auctoritatem habet retinendi peccata fidelium; ergo fideles ex precepto Christi tenentur sua peccata Sacerdoti pandere: quia nequit Sacerdos peccata pœnitentis retinere, nisi pœnitens teneatur ea clauibus subiecta deducere. Nam hinc, posse pœnitentem contritione, absque Sacramento pœnitentia; re vel in voto, remissionem peccatorum consequi, quâ ratione posset ea Sacerdos retinere? ergo dicitur Sacerdos ea posse retinere quatus potestatem habet ea non absoluendi ex causâ: at hoc nequit, nisi pœnitens ea Sacerdoti manifestet: ergo in ipsa potestate retinendi peccata, Sacerdotibus concessa, includitur necessitas confitendi fidelibus; cum nequeat illa saluari, absque debito confitendi in ipsis fidelibus.

DICES 1. saluari potestatem retinendi peccata in Sacerdote non absolute; sed ex suppositione, Dices. quod ea velit pœnitens clauibus subiectere; sicut saluatur potestas soluendi venialia non absolute, cum illa remitti possint contritione; sed ex suppositione, quod ea velit pœnitens clauibus subiectare. Sed contraria: potestas retinendi peccata, concessa est à Christo absolute: igitur contra verba Christi Roff. limitatur ad ea tantum retinenda ex suppositione. Nec est eadem ratio de venialibus: quia hæc possunt à Sacerdote remitti; non tamen absolute retineri, nisi in ordine ad claves, si Sacerdos videt circa ea pœnitentem indispositum: quia hoc Sacramen- Ratio tum per se institutum est ad aperiendam ianuam discrim. cœli, quod propterea dicitur clavis regni cœlorum. Vnde sicut solùm mortale claudit cœlum (nam veniale solùm retardat) ita ob sola mortalia per se primò institutum est; ergo de illis tantum verificatur quoad utramque potestatem; de venialibus vero consequenter, & proportionaliter; nam sicut hæc non dicuntur, simpliciter peccata, & offensæ Dei; sed secundum quid, & analogie; ita nec de ijs necesse est, vniuersaliter verificari Sacramentum quo ad utramque potestatem.

DICES 2. hanc necessitatem deduci ex sola potestate retinendi peccata fidelium: nam ex hæc tantum immediate infertur obligatio in fidelibus, ea ad Sacerdotes deferendi, & potestas in Sacerdotibus ad ea remittenda: quia qui habet potestatem retinendi necessariò supponit habere potestatem remittendi: retinemus enim, quod remittere possumus. Roff. necessitatem huius Sacramenti non solùm importare debitum manifestandi peccata in subditis; sed etiam potestatem absoluendi in Sacerdotibus. Quæ potestas ex sola facultate retinendi deduci non potest: quia potuisse Sacerdos habere potestatem retinendi peccata, absque eo quod habuisse potestatem ab ijs absoluendi: si nimis non ipse sed Deus ad ipsius preces peccata remit-

teret. Potuisset enim Sacerdos, auditis peccatis fidelium, pro ijs Deum non orare; atque adeo potuisset ea retinere, absque eo quod potuisset ab ijs absoluere. Ad hanc igitur potestatem significadam, necessaria fuit utriusque potestatis expressio. Vnde illam prob. retinemus quod remittere possumus, distinguo, vel per nos, vel per aliū. Posset igitur Sacerdos peccata retinere, non quæ ipse immediatè absoluere posset; sed quorum remissionem à Deo per suas preces impetrare vel non impetrare posset.

Deducitur 1. hoc sacramentum non esse tantum institutum in fauore pœnitentis, alioqui possemus eo liberè uti; sed etiam in fauorem honoris Diuini, cuius causam agunt Sacerdotes in hoc foro, auctoritate sibi à Christo delegata, iuxta illud 2. Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur; & docet Trid. sess. 14. c. 5. affirmans, Christum è terris in cœlos ascensurum, Sacerdotes sui Vicarios reliquisse, tanquam præsides & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles cederint. Vnde fit, vt nequeant fideles sine hoc sacramento, in voto saltem suscepere; remissionem peccatorum consequi; & sanè decuit vt in hoc Diuino Tribunali primaria ratio haberetur honoris Diuini. Nam hic & in omni nostra iustificatione finaliter intenditur, & quia nequit pœnitentis in causâ laicæ Maiestatis Diuinae, esse rectus Iudex sui; constitui debuit aliquis, qui auctoritate sibi à Christo delegata, posset, & deberet causam peccatorum cognoscere: & iuxta eorum grauitatem iudicium ferre, quod in pœnitente necessariò supponit debitum manifestandi sua crima Sacerdoti, qui incognitâ causâ nequit iudicium ferre. 2. Potestas retinendi peccata in Sacerdote formaliter non est potestas obligandi pœnitentem ad confitenda sua peccata: nam hanc obligationem habet pœnitens ex ipsa institutione Christi, & potestate collatâ Sacerdotibus; quâ suppositâ, ulterius Sacerdos potest peccata confessâ pœnitentis retinere: igitur auctoritas non remittendi peccata, formaliter opponitur potestati remittendi peccata. Dupliciter autem potest Sacerdos in hoc foro peccata pœnitentis retinere: 1. negando absolutionem, quam quocumque modo neget Sacerdos, siue errante, siue nonerrante clau, semper pœnitens tenetur eam procurare. 2. iniungendo aliquid cui tenetur pœnitens parere: nam nisi tunc pareat, non poterit habere spiritum veræ compunctionis: quia compunctione extenditur ad obseruantiam omnium præceptorum, inter quæ est præceptum iniunctum à Confessario.

Deducitur 3. actum, quo Sacerdos pœnitentem absoluit à peccatis, esse iudiciale: est de fide ex Trid. sess. 14. can. 9. quia Christus non contulit Apostolis potestatem remittendi, & detinendi peccata per modum excellentiæ, vt possent quocumque modo illa remittere, vel retinere; sed per modum ministerialis virtutis secundum determinatum actum: hic autem, spectatâ naturâ Sacramenti, nec conuenientior, nec rationabilior esse potuit, quam iudiciale: quia cum in hoc Sacramento Sacerdos non solum debeat pœnitentis salutem; sed etiam compensationem Diuini honoris procurare, non potest conuenientius, quam per modum iudicij hoc negotium transigere, pensatâ scilicet offenditæ grauitate & subiecti dispositione, iudiciale sententiam ferre de peccatorum remissione, vel retentione.

DICES. etiam Baptismus requirit actum Iudicialem; poscit enim certam dispositionem in suscipiente, de quâ iudicare debet Baptizans. Resp. hoc remissa sive esse per accidens, ratione dispositionis, quam requiri-

rit in adulto, non per se ratione Sacramenti, vt pa-por ordinem tet in parvulis, quibus hoc Sacramentum impendi- ad confes-sionem.

Deducitur 4. cum remittuntur peccata per con-tritionem, remitti in ordine ad confessionem, ex Concilium Trid. sess. 14. cap. 4. quia semper contritus manet ob-Trident. ligatus ad subiçienda sua peccata clauibus: non quod ea non remittantur, donec clauibus subiçian-tur; sed quod per contritionem remissa, ex præcepto Diuino tenemur subiçere suo tempore clauibus sub pœnâ noui peccati; quo fit, vt in ipsâ contritione includi debeat votum saltem implicitum confessionis; vnde sequitur, hoc Sacramentum non semper esse necessarium in re: quia cum sit affirmatiuum, non obligat ad semper; semper tamen esse necessarium in voto, saltem implicito, quia nun-quam potest contrito iustificare, nisi saltem impli-citè includat votum huius Sacramenti.

Ex dictis patet ad rationem dub. Ad confirm. dico, non solum in hoc Sacramento attendendam esse salutem animarum; sed etiam causam Diuini honoris per condignam iniuriæ vindicationem. Nego tamen, per hoc nullum factum esse Ecclesiæ priuilegium. Nam magnum priuilegium est, posse cum solâ attritione in hoc Sacramento iustificari.

## SECTIO IV.

### In quo essentialiter constat sacramen-tum Pœnitentia?

**D**plex est essentia sacramenti, physica & me-taphysica: illa constat ex materiâ & formâ, quæ in sacramentis nouæ legis sunt res & verba, vt constat ex Floren. in decreto Eugenij IV. hæc ex gene-re & differentiâ, quæ sunt signum & significatio. Est **Quid sit** 66. igitur metaphysica essentia sacramenti pœnitentia, **sensu me- efficax**. signum gratiæ remissiæ peccati post Ba-sacram. pos-tissimum commissi. Controversia tantum est de **nisi**, physicâ.

**PRIMA** sententia Scoti in 4. dist. 14. quest. 4. §. hic sunt tria, & dist. 16. quest. 1. §. hic intelligi fine, Mayro. 1. **Sententia**, dist. 15. quest. 4. & Rubi. dist. 16. quest. 1. art. 2. opinan-tium sacramentum pœnitentia essentialiter consi-stere in absolutione Sacerdotis habentis iurisdi-cionem, sub certis verbis datâ, ex diuinâ institu-tione efficaciter significantibus absolutionem ani-mæ à peccato; vt tamen validè fiat, requirere con-tritionem & confessionem præviias, & satisfactio-nem subsequentem: quia hoc sacramentum essen-tialiter consistit in sententiâ absolucioni iudicis. **Confirm.** Sacerdos dicitur conferre hoc sacramen-tum; at non confert, nisi absolutionem; ergo in eâ tantum essentialiter consistit.

**SECUNDA** Sotii in 4. dist. 14. quest. 1. art. 1. Henr. lib. 4. de sacramentis cap. 11. assertum, consistere in 2. **Sententia**, contritione, confessione, & satisfactione, connotatâ tantum absolucione: quia hoc sacramentum est **Fundamentum** compositum artificiatum; quod omne stat pro ma-teriâ, connotatâ tantum formâ seu figurâ. Nam li-cet figura sit de essentiâ rei artificiatæ; non est ta-men, inquit Sotius, pars ipsius: quia non est de essen-tiâ subiecti; sed accidens eius.

**TERTIA** Durand. in 4. dist. 16. quest. 1. Aur. col. art. 1. Bass. dist. 14. quest. 1. art. 2. Gabr. quest. 2. art. 1. not. 1. 3. **Sententia**, Palat. dist. 16. dist. 2. affirmantium, illud essentiali-ter consistere in confessione, & absolutione: quia **Fundamentum**, contritio non est sensibilis, satisfactio vero non est necessaria; quia subseq uitur sacramentum iam per-a-ctum;

etum: ergo sola confessio, & absolutio erunt de essentiâ, illâ vt materia metaphysica, hæc vt forma. Confirmat *Aureol.* hoc sacramentum est forum iudiciorum animarum: omne autem id forum duotum requirit, confessionem delicti, & absolutiōne: ergo sola confessio, & absolutio sunt partes essentiales huius sacramenti. Confirmat *Palatinus:* Non potest effectus esse de essentia suæ causæ; sed contritio requiritur in hoc sacramento ad reconciliandum peccatorum cum Deo; hic autem est effectus huius sacramenti: igitur non poterit esse de essentiâ ipsius.

72. 4. *Sentent.* *Fundam.* QVARTA *Marsilius* in 4. q. 10. art. 1. aientis, sacramentum hoc constare contritione & confessione vt materiâ, & absolutione vt formâ. Fundamentum est: quia sicut materia Baptismi est aqua, sine quâ nemo potest baptizari *Baptismo* fluminis: ita materia sacramenti pœnitentia est contritio & confessio, sine quibus nemo potest sacramentaliter absoluī.

73. 5. *Sentent.* QVINTA *Altissod. lib. 4. traft. 6. quest. 1. & 2. Alen. 4. p. q. 16. memb. 1. art. 2. & memb. 2. Bonau. in 4. dist. 16. circa lex. S. Thom. 3. p. quest. 84 & 90. art. 1. & 2. Caiet. quest. 84. art. 1. Richar. in 4. dist. 16. quest. 1. & 2. art. 1. *Palud. quest. 4. Capreol. quest. 2. art. 1. Argent. art. 1. & recent. affirmantium, sacramentum pœnitentia constare contritione, confessione, satisfactio- ne, vt materiâ; & absolutione vt formâ. Fundam. Caiet. est authoritas *Florent.* in *decret.* *Eugenij de unione Armen.* Vbi primum de omnibus sacramen- tis nouæ legis ait, constare rebus vt materiâ, & ver- bis vt formâ. 2. specialiter de hoc sacramento do- cet, constare actibus pœnitentis, quos diuinit in tres supra numeratos, & absolutione Sacerdotis vt formâ. Nota ex *Arist. 5. metaph. 6.* duplex est par- tium genus; alias essentiales, vt materiam & for- matum in physicis, genus & differentiam in metaphy- sicis; alias integrals, seu quâtitatiuas, quarum alia sunt homogeneæ; alia heterogeneæ; priores con- stituant primò rei naturam, seu essentiam; poste- riores supponunt rem constitutam, & solùm per- ficiunt, seu integrant intra eandem rationem, vt manus & brachia perficiunt, non primò constituunt hominem. Nam absque his consistit essentia homini- nis, quæ tamen nequit consistere sine animâ vel corpore.**

74. 75. DICO 1. Sacramentum pœnitentia integratur ex omnibus his actibus, contritione, confessione, & satisfactione vt materiâ: *S. Thom. quest. 90. cit. art. 2. & Alen. loco not. ex Trident. sess. 14. cap. 3. & can. 4.* docente, hos actus requiri ad integratem sacra- menti pœnitentia. Fundam. partes integrales di- cuntur, quæ integrant, & perficiunt rei substantiam intra eandem rationem, eti p̄imò non constituant: at omnes hi tres actus perficiunt sacramentum pœnitentia intra eandem speciem sacramenti, eti non omnes primò constituant. Nam sacramentum pœnitentia per se primò constituitur in ratione signi efficaciter significantis gratiam remissiuam pecca- torum: ergo quidquid integrat illud in eâ ratione signi, est pars integralis illius: at singuli actus enu- merati perficiunt sacramentum pœnitentia in ra- tione signi efficaciter significantis gratiam remis- siuam peccatorum, per quod hoc sacramentum primò constituitur in ratione talis sacramenti. Nam omnes hi tres actus in hoc sacramento concurrunt ad integrandum signum efficax remissionis pecca- ti, contritio vt peccati detestatio; confessio, vt deli- citi accusatio; satisfactio vt peccati vindicta; pra- terea omnes à Christo assumuntur, vt instrumen- tum suæ passionis ad conferenda gratiam ex ope-

re operato peccati remissiuam.

Obijcies 1. Satisfactio est tempore posterior sacra- 76. mento: non igitur potest integrare illud in ratio- ne signi efficaciter significantis gratiam remissiuam peccati. Nego conseq. quia non est signum perma- nens, quod habet partes simul existentes; sed suc- cessiuum habens partes vnam post aliam. Constat de absolutione, quæ est forma huius sacramenti, & tempore subsequitur confessionem: poterit igitur satisfactio integrare sacramentum pœnitentia, etiam si tempore subsequatur alias partes.

Obijcies 2. vltimum complementum huius sacra- 78. menti ex *S. Thom. q. 84. art. 1. ad 2.* est absolutio Sa- cerdotis: quia cum sit quoddam sacramentale iudi- cium, vltimum complementum sumit ex sententia iudicis; ergo quidquid subsequitur absolutionem, non potest integrare sacramentum; tum quia vltimu m complementum habet ratione vltimi perfecti; ergo quidquid postea aduenit, habet rationem accidentis & extranei; tum quia absolutio est forma supponens materiam, in quam debet cadere; satisfactio autem se tenet ex parte materiæ; ergo non potest esse pars integrans sacramentum quia pars integrans materiæ præcedit formam. Nego conseq. quia *S. Thomas*, non dixit esse vltimum complementum, *Reph.* sed complementum, nempe in genere formæ, quæ præbet priam rationem speciei, sicut anima ho- 79. mini. Satisfactio autem non est complementum in genere formæ, sed materiæ. Ad 1. prob. dico, vlti- sum sacramentum complementum habere rationem vltimi per- fecti in eo genere, in quo est vltimum; & in eo ge- nere quidquid aduenit, aduenire vt accidens & ex- traneum. Cæterum satisfactio non aduenit sacra- mento pœnitentia in ratione formæ specificantis; sed materiæ integrantis.

80. Ad 2. duplex est materia in hoc sacramento altera destruenda, & hæc sunt peccata, quæ præce- 81. dent absolutionem, & cum ijs simul contritio, & confessio: quia nequeunt absolui, nisi vt retracta- ta, & manifestata; altera compensativa, & hæc non necessariò præcedit formam; quia condonatio, quæ compleetur per sententiam absolucionis iudicis, non necessariò supponit compensationem offen- sæ; quia cum hæc pendeat ex arbitrio iudicis, con- naturalius subsequitur sententiam remissiuam.

82. Obijcies 3. Satisfactio non est signum, & causa re- missionis peccati; sed vel pœnæ relictæ ex peccato, vel augmenti gratia; nam per se supponit remissio- nem peccati factam vi absolucionis præcedentis, & solùm ipsa significat & causat remissionem pœ- nae relictæ ex peccato, & auget gratiam iam colla- tam; ergo non est pars integralis sacram. pœnit. quia, vt aliquid sit pars integralis alterius, debet perficere illam sub eâ ratione, quâ primò consti- tuitur; vt vna pars albedinis integrat aliâ: quia per- ficit illam sub ratione disgregantis visum, quâ pri- mò albedo constituitur: sed hoc sacramentum pri- mò constituitur per rationem signi practice signi- ficantis remissionem peccati; ergo. Nego conseq. quia hoc sacramentum non solùm est lignum, & *Resph.* causa remissionis culpæ; sed etiam pœnæ: vt autem *Sacram.* aliquid sit pars integralis alterius, non est necesse, pœnit. est vt integrat illud sub omni ratione, quâ constitui- gnum & caussa re- tur: non enim quodlibet membrum integrat ho- minem sub omnione, quâ homo constituitur; pœna. ergo licet satisfactio non integrat sacramentum pœnitentia sub ratione signi significantis remis- sionem culpæ; integrat tamen illud sub ratione signi significantis remissionem pœnae: quia utrumque est de ratione huius sacramenti. Nec est par ra- tio de albedine integrante aliam albedinem: quia hæc

## 106 Disp. X. De institutione & natura sacramenti Pœnit. Sectio IV.

hæc constat ex partibus homogeneis, quarum singulæ sunt eiusdem rationis: at hoc sacramentum constat ex partibus hæterogenes, quarum singulæ sunt diuersæ rationis.

84. *Obijcies 4.* Satisfactio, quam pœnitens exequitur in peccato, non est signum efficax remissionis pœnæ; ergo saltem ea non est pars integralis huius sacramenti. Anteced. prob. qui est in peccato non est capax remissionis pœnæ. Nego conseq. Nam sufficit, ut quantum est de se, sit efficax signum illius, quamvis ratione obicis illam non causet; sicut sacramentum informe, est verum sacramentum; quia quantum est de se, est efficax signum gratiæ, quamvis illam non causet defectu dispositionis. 2. Nego anteced. dc quo *disp. 17. sect. 3.*

85. *Obijcies 5.* Effectus non potest integrare suam causam; quia illam supponit: satisfactio est effectus sacramenti pœnitentia; quia caufatur ab illo; ergo non potest integrare illud. *Resp. effectum non posse integrare suam causam, vt causam sui formaliter:* quia ut sic supponit essentialiter illam; posse tamen integrare illam sub ratione entitatis, & materialiter: sic calor intendendo scipsum, integrat se non sub ratione cause formaliter, sed sub ratione entitatis. *Satisfactio igitur non integrat sacramentum pœnitentia sub ratione specificâ sacram. quam præsupponit vt causam sui, sed sub ratione perfectæ entitatis sacramentalis.*

86. *Obijcies 6.* Ergo etiam intentio Ministri erit pars integralis huius sacramenti. Nego conseq. nam intentio Ministri se tenet ex parte efficientis; est enim causa moralis efficiens absolutionem, quæ est complementum, & forma huius sacramenti quamquam ut denominans absolutionem humanam, integrat formaliter illam.

87. *Dico 2.* Sacramentum pœnitentia essentialiter constat, contritione, confessione, & proposito saltem implicito satisfaciendi, ut materiæ; & absolutione iuridicâ Ministri, ut forma. Fundam. in eo consistit essentialiter res, sine qua non saluatur primarius & adæquatus conceptus ipsius; sed primarius & adæquatus conceptus huius sacramenti, est; esse signum efficax gratiæ reconciliatiæ peccatoris cum Deo per modum iudicij absolucionis: & hic conceptus non saluatur sine contritione, confessione, & proposito satisfaciendi ex parte pœnitentis, & iuridicâ absolutione ex parte Ministri. Nam iudicialis absolutio essentialiter dicit accusationem delicti cum proposito exequendi pœnam à iudice infligendam, & ipsam iudicis sententiam: quatenus vero signum est gratiæ reconciliatiæ cum Deo, necessariò supponit contritionem ex parte reconciliandi, sine qua perfecta reconciliatio intelligi nequit. Nec te moueant *Florent.* & *Trident.* quæ non appellant hos actus materiam; sed quasi materiam: quia ut *Catechis. de sacramento Pœnitentia num. 14.* non ideo actus quasi materia à Sanctâ Sinodo appellantur, quia vera materia rationem non habeant; sed quia eius generis materia non sint, que extrinsecus adhibeatur: ut aqua in Baptismo, Chrisma in confirmatione; quod etiam adnotauit *Sotus cit.*

88. *Cur pœnitentia non vocetur sacramentum satisfactionis.* Ex his constat, hoc sacramentum appellari reconciliationis ab effectu; absolutionis à formâ; confessionis à notiore parte materiæ; pœnitentia ab ipsâ contritione: quod non est intelligendum transiū cum *Scoto;* sed intransiū cum reliquis: non quam vero dicitur sacramentum satisfactionis: quia hæc, licet sit de integritate, non est tamen de essentiâ.

89. *Argumēta quinque.* *Obijcies 1.* Potest dari sacramentum pœnitentia informe defectu contritionis: sed hoc est verum

sacramentum, ergo sacramentum pœnitentia non non dicit essentialiter contritionem. 2. potest hoc sacramentum dari sine cōfessione per signa tantum, ut de moribundis docet *Rituale Pauli V.* & communior Tholog. Schola. 3. Si sacramentum pœnitentia essentialiter constaret ex actibus pœnitentis, pœnitens ipse diceretur hoc sacramentum sibi conferre; sicut qui confert aquam baptizando, dicitur Baptismum conferre. 4. ut partes componant totum, aliquam requirunt coniunctionem: sed contrito, confessio, & absolutio, nullam requirunt coniunctionem: Nam contritio præcedere potest confessionem, & confessio multo tempore absolutionem. 5. confessio applicat tantum materiam, supra quam cadere debet absolutionis: ergo non est materia, sed tantum conditio. *Resp. ad 1.* nego dari posse sacramentum informe, absque ullo dolore; cum nequeat forma huius sacramenti cadere, nisi in peccata aliquo dolore reconciliatio cum Deo informata: est enim talis dolor non tantum ad effectum; sed etiam ad essentiam huius sacramenti necessarius; dc quo *disp. 12. sect. 6.*

90. *Ad 2.* tali casu signa ipsa subeunt vicem confessionis, sicut in matrimonio nutus supplet vicem verborum. Ad 3. nego sequel. quia contritio & confessio non sunt proximè & actu sacramentum, donec moraliter coniungantur cum absolutione: quia non sunt sacramentum, nisi ut actu eleuantur à clavibus ad esse instrumenti passionis Christi, homines sanctificantis ex opere operato. Ad 4. nego minor. ad prob. dico sufficere coniunctionem moralis, qualis intercedere solet inter accusationem rei & sententiam iudicis: constat in matrimonio, in quo consensus unius multo tempore præcedere potest consensum alterius: sunt enim hæc moralia composta; ideò moralis tantum requirunt coniunctionem, quanta sufficit ad moralis contractum, & iudicium saluandum. Ad 5. confessio quâ applicat, & subiicit peccata Sacerdoti, est sola conditio: ut est quædam accusatio sui cum spe venia virtute clavium obtinendæ, est materia proxima intrinsecè constituens, & integrans hoc sacramentum.

91. *Ex dictis conciliantur quarta & 5. sententia, nam quarta loquitur de partibus essentialibus: quinta de integralibus, de quibus intelliguntur Concilia, cum docent, omnes tres actus requiri ad integratem sacramenti. Ad fundam. primæ, nego maior. non solum enim hoc sacramentum consistit in sententiâ iudicis; sed etiam in detestatione, & accusacione delicti; est enim iudicium absolucionis, & reconciliatum peccatoris cum Deo. Ad confirm. dici Sacerdotem conferre sacramentum, non quia confert illud quoad omnes partes; sed quia illud confert quoad præcipiam, cum morali coniunctione ad reliquias: qui autem attingit præcipuam partem cum unione ad reliquias, dicitur attingere totum formaliter: ut constat de agente naturali, quod pœnit. attingens formam unitam subiecto, dicitur attingere totum compositum formaliter. Ad fundam. secundæ, nego minor. nam quâ ratione artificiatum essentialiter componitur ex materiâ & formâ artificiali, essentialiter dicit utrumque: quia utrumque per se concurrit ad tale compositum constituentum. Nec est necesse, ad hoc ut forma sit pars totius, ut sit de essentiâ subiecti: nam nec forma naturalis est de essentiâ materiæ; & tamen est pars compositi naturalis; sed sat est, ut sit de essentiâ totius; ergo si absolutionis, & quævis forma artificialis est de essentiâ totius compositi artificialis, ut *Sotus* cedit, erit etiam pars totius compositi artificiati.*

93.

94.

95.

96. *Resp. ad singula.*

97. *Natus alii quando sup. plene vicem confessionis.*

98.

99.

100. *Ad singula sent.*

101.

102. *Quare Sacerdos dicitur com. ferre sacramentum.*

103.

104. *Forma artificiata est de essentiâ compositi.*

Ad

105. Ad fundam. tertiaz resp. contritio fit sensibilis per confessionem; satisfactio subsequitur sacram. vt partem integrantem, non ut partem essentialiem. Ad 1. confirm. nego minor. quia hoc sacram. non est forum coactum, & delicti tantum vindicatum, in quo sufficit accusatio & absolutio; sed spontaneum & reconciliatum, quod præter accusationem delicti & absolutionem iudicis, postulat liberam retractationem ipsius rei. Ad 2. contritio est effectus pœnitentiae virtutis, à qua elicitur; & est pars pœnit. sacramenti, quod essentialiter componit: nec reconciliatio peccatoris cum Deo, qui effectus pœnit. sacramenti, consistit in contritione; sed in gratia & amicitia Dei, quam hoc sacramentum causat, ut morale instrumentum passionis Christi.

## SECTIO V.

*Quid in hoc sacramento fit res tantum; sacramentum tantum; res, & sacramentum simul?*

106. **C**ontritio est effectus pœnitentiae virtutis, non sacramenti. **S**icut in quois sacramento hæc tria distinguere, rem, quæ significatur, & non significat; Sacramentum, quod significat, & nō significatur; res & sacram. simul, quod significatur & significat. Est autem res maius esse. Ultimus effectus sacramenti qui in quolibet est dñi sacramenti. gratia proportionata finitalis sacramenti, ut in Baptismo gratia regenerativa; in hoc gratia recōciliativa, quæ significatur per sacramentum, ipsa tamen non significat: quia non refertur ad ulteriore terminum causandum. Sacramentum est externum symbolum, quod in quois sacramento est necessarium ex diuinâ institutione, ut in Baptismo forma & ablutio in hoc confessio & absolutio, quæ significat interiorem absolutionem animæ, & ipsa non significatur: quia non est terminus alterius significacionis, vel effectus alterius causa: In quois enim sacramento facile est assignare externum signum, & ultimum effectum. Sola controversia est de eo, quod est res & sacramentum simul; quia non videatur in hoc sacramento posse assignari.

107. **P**rima ratio dub. 1. res & sacramentum simul debet causatum ab eo, quod est sacramentum tantum, esse signum & causa gratiæ: ut character, qui in Baptismo est res & sacramentum simul, causatus ab externo symbolo, est signum & causa spiritualis regenerationis. In hoc autem sacramento non est assignabile aliquid, quod causatum à confessione & absolutione, sit signum reconciliationis. Nam siquod esset, esset interior pœnitentia; at hæc non causatur; sed potius causat confessionem, impellendo voluntatem ad illam: nec etiam causatur ab absolutione: quia hæc supponit contritionem, ut materiam & dispositionem pœnitentis. 2. Id, quod est res & sacramentum simul, non constituit essentialiter sacramentum, cùm sit effectus ipsius, ut constat de charactere, qui non constituit essentialiter Baptismum; sed est effectus ipsius supponitque illum constituentum in ratione sacramenti, in hoc autem sacramento non potest assignari aliquid, quod sit effectus sacramenti & causa gratiæ: cùm contritio non sit effectus huius sacramenti, sed pars essentialiter constitutus illud.

108. **P**rima sententia: nihil inueniri in hoc sacramento; quod habeat rationem rei & sacramenti simul: nullæ enim auctoritate cogimur hoc in quois sacramento assignare. Neque August. ut de consecr. dist. 2. can. hoc est, vniuersaliter id docet; sed ad sum-

mum de Eucharistia.

**S**ECUNDA Palaud. in 4. dist. 14. quest. 1. art. 1. affirmantis, rem & sacramentum simul esse intetorem contritionem & ornatum animæ, quem ponit in omnibus sacramentis, ut præsumat dispositionem ad gratiam.

**T**ERTIA Magist. in 4. dist. 22. Bonau. art. 1. quest. 2. S. Thom. 3. p. quest. 84. art. 1. ad 3. Caiet. ibid. Argent. dist. 22. art. 4. Capreol. q. 1. art. 1. & reliq. Schol. assertorium, interiorem pœnitentiam esse rem & sacramentum simul.

**D**ico 1. assignandum est aliiquid, quod in hoc sacramento sit res & sacramentum simul: constat inductione reliquorum sacramentorum, ut in Baptismo, Confirmatione, & Ordine, character; In Eucharistiæ, corpus & sanguis Christi sub speciebus panis & vini contentus; In matrimonio, matrimoniale vinculum. In Extremâ-Vnctione, corporis sanitas, quæ significat animi sanitatem; & ipsa rursus significatur ab externâ olei vunctione. 2. Quod in hoc sacramento habet rationem rei & sacram. simul, non est animi ornatius: quia, ex Caiet. cit. non modò hic ornatius superfluus est; sed etiam improbabilis: siquidem gratia nullam prærequirit in subiecto dispositionem, ut in eo recipiatur. Patet in angelis, in quibus sine huiusmodi ornatu gratiam à principio suæ creationis receperunt. 3. Sola interior pœnitentia est res & sacramentum simul. Fundam. hæc sola habet omnia requisita; scilicet significat gratiam remissionis peccati, quæ est ultimus effectus huius sacram. & significatur ab externo symbolo. Nam confessio, licet significet interiorem pœnitentiam, à quæ imperatur; ipsa tamen non significatur; & absolutio, licet significet interiorem absolutionem animæ, non tamen ipsa ab alio significatur.

Ad 1. rationem dub. 1. nego, ut aliiquid sit res & sacram. simul, debere causari ab externo sacram. sed satis esse, ut tantum significetur: ex Magistro fine dist. 22. ubi quomodo dicat, interior pœnit. esse signum, & causam interioris remissionis peccati; ipsam tamen exteriorem pœnit. docet, esse signum tantum interioris. 2. nego, interior pœnit. non causari ab externo symbolo in ratione sacram. quia interior pœnit. non est sacram. seu efficax signum gratiæ, nisi ut eleuata per externum symbolum confessionis, & absolutionis sacerdotalis ad esse instrumentum Passionis Christi: & licet in ratione virtutis sic causa confessionis, in ratione tamen sacramenti seu signum produciat gratiæ, causatur à confessione, & absolutione per moralem conjunctionem. Nam tunc interior pœnit. fit efficax signum gratiæ, cùm actu coniungitur cum Sacerdotali absolutione, à qua ex institutione Christi eleuatur ad esse instrumentum Passionis Christi. Lege Capreol. dist. 22. quest. 1. art. 1. Quare concedo, absolutionem supponere interior pœnit. in ratione dispositionis, & actu pœnitentis: Nego autem supponere illam in ratione sacramenti, & signi efficacis gratiæ; quia ut sic non supponit, sed causat formaliter illam. Ad 2. rationem dub. nego maior. constat de sacram. Euchar. in quo res & sacram. simul, est Christus sub speciebus contentus; qui tamen essentialiter constituit Euchar. potest igitur interior pœnit. esse res & sacram. simul, & nihilominus essentialiter constituere sacram. pœnit. Vnde nego, illam esse effectum sacramenti adæquate constituti; sed solùm inadæquate, in ratione symboli, sensibilis. Est autem interior pœnit. sub diversâ ratione effectus, & pars essentialis sacram. effectus ut significata; pars vero ut significans simulcum alijs partibus gratiam reconciliationis.

112.

113.

114.

115.

116.

Fundam.

117.

Ad primâ rat. dubit.

118.

Ratio.

119.

Ad secundam.

## DISPUTATIO XI.

## De forma sacramenti Pœnitentiae.

## SECTIO PRIMA.

*Quæ fit essentialis forma sacramenti pœnitentiae?*

**P**RIMA sententia *Scoti* in 4. dist. 14. quest. 4. art. 2. *Basso*. quest. 1. art. 2. affirmantium, ad formam huius sacramenti non requiri certa verba, ut requiruntur in Baptismo, & Euchar. sed sufficere quodcumque verbum exprimens actum absolutionis: et si putent, hæc verba communiter esse apta: *Ego te absolvo*: nam iudicium sacramentale subalternatur iudicio publico, in quo non requiruntur determinata verba, sed assumi possunt quæcumque apta ad iudicis sententiam exprimendam. Hanc sententiam probabilem putat *Gabriel*. in 4. dist. 14. quest. 2. art. 1. not. 1. *st. C*, Confirm. nulla est certa forma absoluens ab excommunicatione: ergo nec certa forma absoluens à peccatis, cum non minus Christus potestatem dederit Ecclesiæ absoluendi ab excommunicatione, quam à peccatis. Sed contrà: vel *Scotus* contendit, hæc verba non esse essentialia sumpta materialiter, & verum est, cum loco ipsorum substitui possint alia æquipollentia, vel non esse essentialia, etiam sumpta formaliter: & falsum est, tum quia est contra Concilia Floren. & Trident. quæ huiusmodi verba ut essentialia formæ huius sacramenti assignant: tum quia forma essentialis debet exprimere principalem effectum sacramenti; tum quia debet significare, quod efficit, cum suum effectum efficiat significando. Nec illa est disparitas, quam *Scotus* assignat inter hanc, Baptismi, ac Eucharistie formam: cum eodem modo hæc, ac illa sit essentialis formaliter, non essentialis materialiter. Ad fundam. ipsius, nego, iudicium sacramentale quoad omnia subalternari iudicio publico: nam illud fieri potest verbo, aut scripto, hoc non, nisi verbo, ut *infra*: in illo nequit idem simul esse testis & reus; in hoc nisi idem sit testis & reus, sacramentum non est validum: illud potest esse coactum, hoc non nisi voluntarium; quia hoc ordinatur ad internam animi salutem, quæ liberam postulat retractationem, confessionemque peccatorum: illud ad externum bonum Reip. ad quod sufficit externa delicti emendatio. Ergo sicut in his iudicium sacramentale non subordinatur iudicio publico, ita neque in formâ ipsâ proferendi sententiam. Ad confirm. nam absolutionis à peccatis est sacramentalis, & per eam fit remissio peccatorum, quæ est proprius effectus Dei, ut agentis principalis: ergo fieri debuit per verba determinata ab ipso Deo, à quo instrumentariam vim haberent ad remittendam peccata. Absolutio vero ab excommunicatione, non est sacramentalis, sed fori contentiosi: nec per eam fit aliquis effectus, ad quem peculiari modo concurrat. Deus ut author principalis. Vnde non requirit certa verba, quæ efficiant, quod significat ex institutione Dei, ut instrumenta ipsius, sed possunt quæcumque verba assumi, cum effectus ipsius totaliter pendeat ex intentione absoluens. Leg. S. Thom. opusc. 22. c. 2. & *Sotus* in 4. dist. 14. qu. 1. art. 3. fine.

1. Sententia.

Fundamentum.

2. Contraria.

3. Ad fundam.

Ratio a priori.

Ad confirm.

SECUNDA Durand. in 4. dist. 22. q. 2. *Aureo*. art. 3. aientium, præter illa verba, *Ego te absolvo*, necessaria esse alia diuinum Numen exprimentia. Fundamentum in sacramento, in cuius forma exprimitur actus ministri, exprimi etiam debet ipsum principale agens: at in formâ absolutionis sacramentalis exprimitur actus ministri: ergo exprimi etiam debet principale agens: Maior prob. tum inductione Baptismi, Confirmationis, Ordinis, & Extremæ Unctionis, in quibus cù actu ministri exprimitur SS. Trinitas: tum ratione, quia actus non tribuitur ministro, sed principali agenti. Sed contrà; cùm hæc sententia nullam afferat peculiarem rationem, quæ efficaciter probet, ad essentialiam huius sacramenti requiri explicitam inuocationem Diuini Numinis, & communis sententia sit in contrarium, non erit temerè afferenda; cùm in theologicis potissimum locum obtineat authoritas. Vnde ad fundam. nego, in sacramentis exprimendum esse principale agens, cùm ordo ad agens sit extrinsecus. Nec est eadē ratio de sacram. Baptismi, & Extremæ-Untionis. Nam illud est sacramentum fidei: in quo exprimi debuit principale mysterium Christianæ Religionis: hoc est essentialiter deprecatuum: in quo fieri debuit expressa mentio Dei, à quo omne bonum deprecandum est. Quod attinet ad Confirmationem, & Ordinem, nego, inuocationem S. Trinitatis esse essentialiem formæ horum sacram. ut *tom. præced.* sed ad essentialiam alii sufficere verba exprimentia principalem effectum; ad essentialiam vero huius verba significantia potestatem, quæ per ordinis collationem traditur.

TERTIA *Gabrielis* loco cit. *Petri Sotii* lett. 4. de materia Pœnit. Angelis v. Confessio 5. num. 1. docentium, essentiali formam sacramentalis absolutionis consistere in his verbis: *Absoluo te à peccatis tuis*. Fundamentum. hæc omnia & sola necessaria sunt ad exprimendum principalem effectum huius sacramenti, qui est remissio peccatorum per modum iuridicæ sententiae à Sacerdote collata.

QUARTA *Palud* in 4. dist. 22. quest. 3. concl. 2. assertoris, omnia, & sola illa verba, *Absoluo te à peccatis*, pertinere ad essentialiam formæ huius sacramenti. Circa secundum, inquit, est notandum, quod de formâ essentialiter sunt tria vocabula, de necessitate scilicet, *Absoluo te à peccatis*. Hæc sententia aliquando mihi arsisit; 1. quia illa indicant Concilia Floren. & Trident. Probandum postilla verba, *Ego te absolvo*, addunt, & cetera 2. omnia, & sola illa verba sunt essentialia formæ sacramenti quæ distinctè exprimunt principalem effectum sacramenti; sola autem, & omnia hæc, *Absoluo te à peccatis*, distinctè exprimunt principalem effectum sacramenti pœnitentiae: ergo. Maior constat, tum inductione de ceteris sacramentis, in quibus semper verba essentialia formæ exprimunt principalem effectum, ad quem institutum est sacramentum; tum à priori, nam idèo sacramentis nouæ legis addita sunt verba, ut vi propriæ significacionis distinctè exprimant, quod recipi per sacramentum geritur. 3. Verba hæc, *absoluo te*, sunt ex se indifferenter ad significandam absolutionem à censurâ, vel absolutionem à peccatis: ut igitur determinatè significarent absolutionem à peccatis, determinanda fuerunt per particulam, à peccatis: Non est autem necessarium, *tuis*, cùm hoc distinctè exprimatur pronominis, *te*, cùm non possit ab alijs peccatis pœnitens absoluiri, quam à proprijs, nec esse peccatum, nisi sit proprium, ut pote propriâ voluntate commissum. 4. idèo in sacramento Euchar. in formâ sanguinis essentialia sunt illa verba, *Qui provobis*, vel, *pro multis effundetur*, ut *præced. sibi*. quia cùm prin-

Res matu-  
rius con-  
sideratur.

principaliter sit institutum ut sacrificium, quod in effusione sanguinis principaliter consistat, necessaria sunt verba, quæ sacrificij naturam, completem, ac distinctè exprimant. Ergo cum sacramentum Pœnitentia principaliter sit institutum ad remittenda peccata, necessaria sunt verba, quæ hanc remissionem distinctè significant. Verum arbitror à communis sent. non esse recendum: cum in Theologis, plurimum valcat communis Doctorum auctoritas, præsertim vbi efficax ratio in contrarium non cogit.

10. QUINTA communis constanter affirmat, sola illa duo verba, *Absoluo te*, constituere essentiale in formam huius sacram. Ita S. Thom. 3. p. qu. 84. art. 3. Caiet. ibid. in sum. v. c. *Absolutio*, *Sorsus* in 4. dīst. 14. q. 1. art. 3. fine, Mayo. q. 1. art. 2. *Angles de sacram. Pœnit.* q. 1. *Sylvestr. v. Absolutio* 6. q. num. 4. *Tabiena eod. v. nu.* 12. *Armilla* num. 4. *Toler. l. 3. cap. 12. Suarez* tom. 4. in 3. part. disp. 19. sect. 1. *Vasq. q. 84. art. 3. dub. 4. Sylvius ibid. Henr. lib. 4. de sacram. cap. 11. n. 3. Sà v. *Absolutio*, *Coninck* disp. 4. dub. 3. n. 30. & sc̄rè omnes, pro cuius explicatione,*

11. DICO 1. Sola hæc duo verba, *Absoluo te*, cōstituunt essentiale formam huius sacram. constat 1. communia author. Doctorum, qui in hanc sent. vt veriorēm conspirant. 2. quia horum tantum verborum *Florent.* & *Trid.* expressam mentionem faciunt. Nec refert, quod addant, & cetera; nam illa non addunt, eo quod iudicent, alia etiam verba pertinere ad essentiam formæ huius sacram. sed vel addunt, vt abstrahant à controvēsiā Theolog. qui putant, alia etiam verba pertinere ad essentiam huius formæ: vel certè addunt, non ad significandum, alia etiam verba esse essentialia, sed solum esse integralia, quæ ex consuetudine, & præcepto Ecclesiæ adduntur essentialibus. 3. ea tantum verba constituunt essentiale formam sacram. quæ cum adiunctis circumstantijs exprimunt principalem effectum sacram. talia sunt hæc verba, *Absoluo te*, in forma sacram. Pœnit. ergo hæc tantum constituunt essentiam formæ huius sacram. Maior constat: nam verba quoad significationē sumenda sunt secundūm omnes circumstantias, quas habent adiunctas, & secundūm quas ex cōmuni hominum institutione, determinantur ad significandum, vt pater in illâ formâ Baptismi corruptè prolata: *Ego te baptizo in nomine Patriæ, & Filsa, & Spiritu sancta*, quæ ex declaratione Zach. Papa valida est; eo quod prolata in talibus circumstantijs, ex communi hominum sensu significat mysterium SS. Trinitatis, quæ tamen sub alijs circumstantijs prolata, illud non significaret. Parvus igitur ratione, verba hæc, *Absoluo te*, etiæ ex se indifferentia sint, ad significandam tam absolutionem à censurâ, quam à peccatis, prolata tamen supra pœnitentem, quia sua peccata confessus est Sacerdoti, determinantur ad significandam absolutionem à peccatis, qui est principalis effectus huius sacramenti.

12. 13. Ex his patet ad arg. 3. & 4. sent. non est necesse, vt ad argum. verba distinctè exprimant naturam sacram. indepen- denter ab adiunctis circumstantijs, sed sufficit, vt il- quaria sent. lam distinctè exprimant ex adiunctis. Nec est eadem ratio de illis verbis in formâ sanguinis, qui pro vobis, vel pro multis effundetur, nā sine his præcedentia verba: *Hic est calix sanguinis meus*, etiam cum adiunctis circumstantijs sumpta, adhuc manent indifferentia, ad significandum vel conuiuum spirituale, constans ex cibo & potu spirituali, vel sacrificium: quia adhuc sumpta cum circumstantijs sacramentalis separationis corporis à sanguine, non significant determinatè sacrificium; cum significare possint solum cibum, & potum separatum, quæ tantum sunt de es-

sentiâ Euchar. vt sacramentum est, vt igitur determinarentur ad significandam Euchar. in ratione sacrificij, debuerūt illis addi verba exprimēria sanguinis effusionem; quæ crucis cruentum sacrificium, cuius hoc est realiter repræsentativum, exprimerent.

DICES: ergo neque in formâ huius sacram. erit necessarium pronomen, se; nam posito, quod hic determinatus homo, sit huic Sacerdoti confessus; per hanc circumstantiam verbum, *Absoluo*, determinatur ad absoluendum hunc determinatum hominem, qui confessus est. Resp. neg. conseq. nam aetio absolutiva resp. debet esse determinata ad subiectum, quod absoluunt: non est determinata, nisi per pronomen, se. Vnde si iudex auditio reo, vellet illum absoluere, non sufficienter absoluere per solum verbum, *Absoluo*. Parvus modo non esset sufficiens forma Baptismi, si omitteretur pronomen, se. Ratio: actio magis pendet à subiecto, circa quod determinatè versatur, quam à termino, à quo absoluunt: ergo maior ratio est, vt in sacram. pœnit. exprimatur subiectum quod est absoluendum, quam peccata, à quibus est absoluendum.

An saltem reliqua verba formæ huius sacram. sint integralia? Dicuntur integralia, vel quia vna cum essentialibus cōcurrunt ad aliquem effectum sacram. causandum; vel quia saltem causant effectum principalem huius sacram. quādo in prolatione horum, & non essentialium verborum ponitur dispositio me sacram. subiecti ad hoc sacram. requisita: vt si in prolatione verborum, *Absoluo te*, subiectum non sit sufficienter attritum, fiat autem sufficienter attritum in prolatione subsequentium verborum, à peccatis tuis, in prolatione horum pœnitens accipit gratiam sacram. Aliqui Thomiste, docent verba, *Ego*, & à peccatis tuis, esse integralia formæ huius sacramenti, primo modo; quia vna cum essentialibus possunt principalem effectum huius sacramenti causare, ita vt effectus sacramenti non conferatur, nisi in fine omnium verborum; qui tamen authores mouentur diuerso fundamento: aliqui id asserunt, quia ex intentione ministri omnia verba formæ, etiam non essentialia possunt ad effectum sacramenti concurrere. Confirmat Henrquez, quia sicut in sacramento Eucharistiae conuersio vini in sanguinem fit in fine omnium verborum formæ sanguinis, si ea ex intentione consecrantis intendatur in fine prolationis totius formæ: ita & in hoc sacram. Alij id asserunt, quia cum participant eandem significationem cum verbis essentialibus (quia quod implicitè dicunt hæc verba, *Absoluo te*, explicitè important illa, *Ego*, & à peccatis tuis) addita essentialibus simul cum illis gratiam causant; ita vt effectus sacram. non detur, antequam sint omnia finita, esto hic collatus fuisse tantè, si hæc verba addita non fuissent. Ita Vasq. cit.

DICO 2. Potest effectus huius sacram. ex intentione ministri differri, non solum in finem horum verborum, à peccatis tuis, sed etiam in finem subsequentium: etiæ in tali casu subsequentia non causarent effectum sacramenti, sed tantum priora essentialia. Prior pars probat effectus sacramenti non solum pendet ex debita materia & formâ, sed etiam ex intentione ministri, ex Florent. in decreto in instruct. Arme. igitur poterit minister habere intentionem absoluendi à peccatis post totam formam, quoad omnia verba, etiæ non essentialia absolutam: nam quamdiu non ponitur intentio ministri, non ponuntur omnia requisita ad sacramenti constitutionem, & consequenter ad eius effectum causandum, cum sacram. non causet nisi sit essentialiter completum. Confirmatur 1. potest confessarius habere intentionem absoluendi ab uno veniali, Conf. 1. Pers. & non

A pari.

& non ab alio & tunc absolveret ab uno, & non ab alio, et si hoc de mortalibus dici non possit. Potest celebrans habere intentionem consecrandi unam tantum formulam ex decem sibi presentibus, imo & unam medietatem hostiarum, non consecrata altera, ut *præced. tom. disp. 16. sect. 8.* quia potest suam intentionem dirigere ad consecrandam unam partem hostiarum, & non aliam. Potest baptizans unam partem aquæ, quam baptizandum abluit, eleuare ut partem sacramenti, & non aliam, ut quando baptisimus dabatur in trinitate mersione. Pari igitur ratione poterit confessarius suam intentionem dirigere ad effectum sacramenti causandum in fine prolationis totius formæ; quo casu verba essentialia formæ non habebunt vim causandi effectum sacramenti, nisi in fine prolationis omnium verborum, etiam accidentalium; cum non habeant vim causandi effectum sacramenti, nisi ut informata intentione ministri, qui pro suo libitu potest intentionem suspendere velque in finem omnium. Et licet minister grauiter peccaret sic sacramentum conficiendo, illud tamen non perficeret nisi in fine prolationis omnium, cum non ante eius intentio, ad sacramentum necessaria, caderet supra verba essentialia. Nec refert quod verba essentialia formæ non existant, quando causare debent, quia cum illa in mea sententiâ non debeant causare physicè, sed moraliter effectum sacramenti, non est necesse, ut realiter existant, quando causant, sed sufficit, ut aliquando extiterint. 2. ut *præced. tom. disp. 2. sect. vlt.* dixi, si verbis essentialibus formæ addantur accidentalia eâ intentione, ut quæ adduntur, integrant unam propositionem cum essentialibus, essentialia adhuc prolata ante accidentalia, non causabunt effectum sacramenti defectu intentionis ministri, suam intentionem referentis in prolationem verborum accidentalium. Ratio: actus humani non operantur ultra intentionem agentis: at Christus sacramenta instituerit in actibus humanis. Ergo.

19.  
Confirm. 2.

Ratio à priori.

20.  
Pars 2.  
Assertionis constat.

Posterior pars constat: quia ad effectum sacramenti causandum non concurrunt, nisi verba à Christo assumpta, ut instrumenta suæ passionis: hæc autem sunt sola verba essentialia formæ: nam propterea dicuntur essentialia, quia sunt à Christo instituta, ut instrumenta passionis suæ ad causandos effectus sacramentales. Neque minister habet autoritatem, per suam intentionem efficiendi verba essentialia, quæ essentialia non sunt; sicut nec efficiendi materiam essentialiem, quæ essentialis non est; sed tantum applicare suam intentionem supra verba, vel materiam à Christo institutam. Ergo etiamsi suam intentionem suspendat usque ad finem prolationis totius formæ, non omnia verba, sed tantum essentialia à Christo instituta causabunt effectum sacramenti. Nam licet verba essentialia non habeant vim causandi nisi ex intentione ministri, haud tamen possunt, quæ non sunt essentialia ex sola intentione ministri effectum sacramenti causare. Atque in hoc sensu veram existimo opinionem Thomist. posse scilicet effectum huius sacramenti ex intentione ministri differri in finem omnium verborum.

21.  
Dicos.Resp.  
Duplex inten-  
tio ministerii.

Dices: *præced. tom. disp. 24. num. 18.* de sacramentis Eucharistie docui, verba essentialia formæ consecrationis non pendere in effectu causando ab intentione ministri, sed illa statim prolata suum effectum causare, etiamsi minister intentionem habeat, ut illa effectum conuersationis non sortiantur, nisi in fine prolationis omnium verborum etiam accidentalium. Resp. sicut duplē minister habere potest intentionem in sacramentum conficiendo, unam implicitam &

vniuersalem faciendi, quod Christus instituit: alteram explicitam & particularē, hinc & nunc sacramentum conficiendi: ita suspendere potest explicitam & particularē, non suspensam implicitam & vniuersali, si explicitam habeat, non conficiendi sacram. nisi post omnia verba etiam accidentalia formæ, interim non reuocatam implicitam & vniuersali, faciendi quod Christus instituit, remittendo se ad Christi institutionem, vel Ecclesiæ intentionem. Quam vniuersalem & implicitam intentionem stare posse cum suspensione particularis *cit. disp. 2. sect. vlt. docui.* Ergo quando dixi, verba essentialia formæ consecrationis non pendere in suo effectu causando ab intentione ministri, intelligendum est, de intentione explicitâ & particulari, non de implicitâ & vniuersali, quæ ad minimum necessaria est ad validitatem sacramentorum, cum sacramenta ex institutione Christi confici debeat per actus humanos.

Dico 3. Si pœnitens non sit dispositus, nisi in fine prolationis verborum, à peccatis suis, in prolatione horum accipit gratiam sacramentalē: non tamen illam accipit in subsequentibus verbis experimentibus invocationem Trinitatis, si in prolatione ipsorum, & non ante fiat dispositus. Atque in hoc tantum sensu veram censio sentent. *Vasquez.* quod hæc verba addita essentialibus causent effectum sacramenti, non casu, quo pœnitens reperitur dispositus in prolatione præcedentium: *Ego te absoluo:* nam tunc effectus sacramenti causatur in prolatione tantum præcedentium: tum quia sacramenta suum effectum causant ad instar causarum naturalium, quæ statim ac sunt, si impedimentum non habeant, suum effectum causant: tum quia alioqui sequeretur, posse pœnitentem suscepito integro, ac valido sacramento pœnitentiaz damnari, si statim post illa, *Absoluo te,* nondum prolati, à peccatis suis, in quibus secundum *Vasquez* confertur effectus huius sacramenti, moreretur: cum in termino mortis homo non sit capax effectus sacramenti, & consequenter, si pœnitens sit in termino mortis ante prolationem verborum, à peccatis suis, non suscipiet effectum huius sacram. cum tamen supponatur per verba præcedentia validè suscepisse totam ac integrum essentialiam huius sacram. Prior pars prob. hæc verba, à peccatis suis, participant eandem significationem, quam habent essentialia, *absoluo te;* quia quod essentialia dicunt implicitè, hæc dicunt explicitè, ac proinde participant eandem virtutem causandi, nam verba sacramentalia ex institutione Christi efficiunt, quod significant. Posterior pars constat: nam verba exprimentia in uocationem SS. Trinitatis nullam significationem participant essentialium, quæ à Christo ad hoc sacramentum perficiendum instituta sunt: igitur nec virtutem causandi participare possunt, cum hæc fundetur in significatione principalis effectus sacram. qui est remissio peccatorum. Confirm. si posset effectus huius sacram. conferri in prolatione verborum accidentalium, posset etiam conferri in prolatione subsequentium, *Passio Domini nostri Iesu Christi, &c.* imo & in prolatione aliorum, quæ pro ministro deuotione essentialibus addi possent, si in prolatione horum accidentalium, & non ante pœnitens fieret sufficienter dispositus: cum æquè hæc sint accidentalia, quæcumque alia pro libitu vniuersi ciusque addenda.

*Obiectio 1.* Si aqua posita in calice non sit conuersa in vinum ante prolationem totius formæ, sed conuertatur post unum, vel alterum verbum essentialie prolatum, non transubstantiatur in sanguinem Christi,

Solutur.

Christi, ut *tom. præced. disput. 16. num. 92.* ergo nec si post prolatum verbum essentialie *absoluo*, pœnitens atteratur, fiet sacramentum. Resp. neg. consequent. nam vnum debet ut materia consecranda transmutari virtute formæ : nequit autem transmutari, nisi sit illi loco, ac tempore præsens : nec est præsens vinum, quod nondum est, cum nequeat agens age-re, nisi in subiectum loco, ac tempore præsens. Nec sufficit, ut fiat præsens in aliquâ parte formæ : quia sicuti debet à totâ formâ transmutari in sanguinem, ita toti formæ debet esse præsens. Attritio vero pœnitentis solùm ad hoc sacramentum concurrit ut moralis dispositio, & materia, non transmutationis, sed compositionis; at sub neutrâ ratione attritio necessariò debet totam absolutionem præcedere, sed sufficit, si simul sit cum illâ, vel in fine prolationis illius : ut *cit. loco* dixi.

Obijcic 2. Attritio est materia sacramenti pœni-

**Obiectio 2.** tentiæ, absolutio forma : sed inter materiam & formam, sufficit moralis coniunctio, ut *7. tom. dis. 2.* at etiamsi attritio ponatur in fine verborum accidentalium, erit moraliter coniuncta cum formâ essentiali : ergo etiamsi tunc ponatur, fiet sacramentum, gratiamque causabit. Resp. attritio non solùm est materia, ex quâ hoc sacramentum componitur, quo pacto sufficeret inter illam, & absolutionem moralis coniunctio ; sed etiam causa, ex cuius cognitione procedere debet sacramentalis absolutio. Vnde sicut confessio peccatorum debet præcedere absolutionem, ut materia remota, ita attritio debet præcedere eandem, ut materia proxima, cum non minus sententia sacramentalis procedere debeat ex cognitione sufficientis doloris, quam peccatorum, cum non sint peccata apta materia absolutionis, nisi ut attrita. Dices : hâc ratione deberet attritio tempore præcedere absolutionem, ut debet peccatorum confessio. Resp. neg. antec. sufficit enim, ut sit simulcum absolutione : nam et si in absoluente tempore præcedere debeat notitia præsumptæ attritionis, sine quam non potest minister absolutionem impendere, necesse tameq; non est, ut reipsâ tempore præcedat, sed sufficit si sit simul cum illâ, & naturâ tantum præcedat absolutionem.

**Obijcic 3.** Etiam in Baptismo attritio in adul-to requiritur, ut dispositio, & proxima causa, ex cuius notitia debet minister adultum baptizare : at sufficit in Baptismo, ut multo tempore post prolatam formam sequatur attritio : ergo etiam in sacra-mento Pœnitent. Resp. neg. consequent. nam Baptismus habet hoc peculiare, quod non habent reliqua sacramenta, ut *7. tom. quodd suum effectum causet etiam recedente fictione*. Vnde non solùm, si attritio ponatur post absolutam formam, sed etiam multo tempore post, baptizatus recipit gratiam, vi præcedentis Baptismi. Nam Baptismus non requirit ad sui validitatem attritionem, cum illam non requirat, ut materiam componentem, sed ut puram dispositionem subiecti : cum vero nequeat integer effectus Baptismi per alia sacram. suppleri, rationi consonum fuit, ut si hoc sacramentum suum effectum non causauit ipso tempore prolationis formæ, illum causet quocunque tempore post prolationem formæ, quando subiecto validè baptizato accedit sufficiens dispositio. Sacramentum pœnit. cum attritionem requirat, ut partem essentialiter componentem, & pars essentialiter componens sit attritio re ipsa existens, & non tantum ut cognita, vel præsumpta, non erit validum sacram. si re ipsa non ponatur : & quia simul illam requirit ut proximam causam, ex cuius notitiâ procedere debet sententia

sacrament. non causabit suum effectum, nisi eadem attritio ponatur intra tempus prolationis debitæ formæ. Sacramentum Baptismi, cum attritionem baptizandi non requirat, ut proximam materiam, in quam cadere debet forma baptismi per modum formæ absolutoriæ, non necessariò præcedere debet prolationem formæ.

Vltimò dubitatur de verbis, *Passio Domini nostri Iesu Christi, &c.* an aliquem effectum operentur in hoc sacramento. Ratio dubitandi pro negante parte est, quia illa, teste *Trident. sess. 14. cap. 3.* de more Ecclesiæ adiunguntur : Ecclesia autem nullam habet authoritatem instituendi verba operativa effectus sacramentalis. Ratio dub. pro affirmante parte est, quia *S. Thom. quodlib. 3. quæst. 13. art. 28. S. Antonin. 3. p. sum. tit. 17. cap. 21. Angelus v. confessio 5. Palat. in 4. dist. 20. dis. 1. sum. Taberna v. Ab solutio 1. n. 4.* affirmant, per hæc verba eleuari omnia opera bona, quæ facturus est pœnitens ad remittendam pœnam relictam ex peccatis confessis & remissis ex operato.

DICO 4. Hæc verba per se nullum effectum sacram. operantur, sed solùm ex intentione absoluæ Pro diffic. tis in partem pœnitentiæ iniungunt omnia opera solutione. bona, quæ facturus est, & mala quæ patienter toleraturus est pœnitens. Vnde non verba, sed opera iniuncta per hæc verba operantur effectum, quem operatur pœnitentia, quæ à confessore iniungitur. Primum efficaciter probat ratio dub. pro negante parte. Secundum prob. confessarius virtute clavium potestatem habeat eleuandi omnia opera bona pœnitentis, ut illa ex meritis Christi operentur ultra proprium valorem, his verbis, hâc intentione prolati. Confirm. potest confessarius in pœnitentiam confirm. iniungere confessio omnia bona opera, quæ facturus est : ergo etiamsi hoc explicitè illi non dicat, modò intentionem habeat in pœnitentiam iniungendi, manebunt in omnia in pœnitentiam iniuncta, non secus ac si explicitè illa in pœnitentiam iniunxit, cum non sit necessaria notitia, & expressa acceptatio pœnitentis, sed sufficiat sola intentio ministri, ut illa operentur ut pars sacramenti virtute meritorum Christi, ut constat casu, quo quis post confessionem sacramentalem amitteret sensum. Is enim posset, & deberet absolvi, præsertim si instaret periculum mortis, ut docent *Leo Papa can. his quis 26. qu. 6. Et Paulus V. in suo Ritu.* nam eo casu absoluens eleuaret præteritum dolorem pœnitentis, ut partem sacram. ad operandum ex meritis Christi, absque notitia pœnitentis.

Ex his infertur, omnia opera bona in pœnitentiæ confessio iniuncta, etiam quæ facturus est in Coroll. statu peccati, operari ex opere operato meritorum Christi remissionem pœnae temporalis relictæ ex peccatis confessis & remissis, quia cum hanc vim habeat pœnitentia pœnitenti explicitè imposita, ut infra, eandem vim habebunt omnia opera bona ex intentione ministri, pro pœnitentiæ iniuncta, cum non minus hæc, quam illa suam virtutem operandi habeant ex meritis Christi, quæ sicut per peccatum pœnitentis suum valorem non amittunt, ita illam ijs operibus communicant, quæ iniuncta sunt pœnitenti, ut pars integralis sacramenti, quia cum homo etiam in peccato existens sit capax remissionis pœnae ex confessis & remissis peccatis relictæ, & per peccatum pœnitentis merita Christi non extinguantur, non est, cur hunc effectum pœnitentiæ sacramentalis etiam in statu peccati solutæ de-negemus.

Cæterum, quæ mutatio in formâ huius sacram. censenda sit essentialis, quæ vero accidentalis, di-

Quæ mu-tatio in forma sit essentialis.

gnoscenda erit ex regulis vniuersalibus, de sacram. in communi, tom. 7. disp. 2. sect. 5. Notat autem Caiet. in sum. absolutionem datam in plurali, honoris causâ, validam esse: peccare tamen Sacerdotem, qui illâ vtitur, recedendo à communī formâ Ecclesie. Haud tamen puto esse mortale. Aduertit Henrig. lib. 4. de sacram. cap. 11. num. 4. posse, & interdum expeditre, vnicā absolutione absoluere multos, quando vngit periculum mortis: sicut vñā ablutione baptizati possunt multi. Est contra sum. Tabien. v. absolutio 1. qum. 8. docentem, non posse plures simul absolui ab uno.

32.  
Coroll. 1.

Veraque  
clavis ex-  
pressa.

33.  
Coroll. 2.

Dices.

Resp.

34.

Infertur 1. male dixisse Abulens. in 1. parte sui defensorij cap. 6. impropiè in hâc formâ usurpari hoc verbum *absoluo*, eo quod, inquit, peccata non sunt propriè vincula, quæ soluantur, sed iniuriæ & offensæ, quæ remittantur: vnde non dixit Christus: *Quorum solueritis, sed, quorum remiseritis peccata*, Sed contrâ; tum quia idem vñus est verbo, *Absoluo*, Matth. 16. vbi claves proinvisit Petro: *quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*; tum quia hoc verbum est aptum ad soluendum vtrumque vinculum, censuræ & peccati simul: est adæquatè expressum vtriusque clavis; nō, *remitto*, tantum est expressum clavis remissiæ peccatorum, nō censuræ, propter quod Christus clavium virtutem expressit per *nō absoluo*: vt aduertit S. Thom. cit. 3. p. art. 3. ad 3. Vnde semel prolatum supra pœnitentem, utroque vinculo censuræ & peccati innodatum, ab utroque absoluere, etiam nullâ expressâ mentione factâ de censurâ, quod notauit Henrig. lib. 4. de sacramentis cap. 11. num. 3. tum quia *nō absoluo*, est magis accommodatum ad significandum actum iudicialem, quem Sacerdos exercet in pœnitente. 2. Superflue in formâ absolutionis addi distributiuum omnibus. Vnde in Rituale Pauli V. non est positum. Ratio: cum non possit vnum peccatum mortale absoluere sine ceteris, hoc ipso quod impenditur absolio supra peccata, necessariò cadit super omnia. Dices: saltem hoc distributiuum addi posset in absolutione à venialibus, quorum vnum remitti potest sine alio. Sed contrâ; absolio, non cadit, nisi super peccata, vt informata debità dispositione pœnitentis, siue hoc distributiuum addatur, siue non.

Hinc sequitur, superflue etiam addi, à peccatis confessis, & multò magis à peccatis contritis: tum quia absolio sacramentalis necessariò supponit peccata confessa, & super ea necessariò cadit, hoc ipso quod illa confitenti impenditur: tum quia, cum ad hoc sacram. non necessaria sit contrito, sed sufficiat attrito, vt infra ex Trident. male absolio limitatur ad peccata contrita.

## SECTIO II.

### An forma sacramenti pœnitentia deprecatoriè prolata fit valida?

35.  
1. Sentent.

Prob. 1.

Prob. 2.

Prima sentent. Alens. 4. p. q. 21. memb. 1. Bonav. in 4. dist. 18. p. 1. art. 2. qu. 1. Mayro. dist. 14. qu. 1. §. 2. & cuiusdam relati a S. Thom. opusc. 22. affirmantium. Fundament. potestas Sacerdotis, non se extendit ad delenda peccata per modum remittentis, cum hoc sit proprium Dei, sed per modum deprecantis, & impetrantis: propter quod, inquit Alens. in forma absolutionis præmittitur oratio per modum deprecatum, & subiungitur absolio per modum indicatum: quia deprecatio gratiam impetrat, absolio gratiam supponit. 2. ex formâ baptizandi Græcorum, quæ

deprecativa est; & tamen valida, vt definit Florent. in decret. de vno. Armen. §. primum. 3. ex formâ extremae-Vnctionis, quæ etiam deprecativa est. 4. ex can. Multiplex de pœnit. dist. 1. affirmante indulgentiam Dci, nisi supplicationibus Sacerdotum obtinerin posse, quod desumptum est ex Epist. 91. Leonis Papa ad Episc. Theodos. Forosul. 36. 5. Christus non minus dedit Apostolis potestatem sanandi infirmos. & demona ejiciendi, Matth. 10. Luc. 9. quam potestatem à peccatis absoluendi: sed Apostoli ad sanandos infirmos non utabantur formâ indicatiuâ: *Ego te sanos*; sed deprecativa: *Sanet te Christus, Actor.* 6. ergo neque ad absoluendos peccatores. Cæterum etsi Mayron. putet, formam sacram. deprecatiuâ datum valere, tamen docet non esse à communī modo recedendum.

**SECUNDUM** S. Thom. 3. p. q. 84. art. 3. & opusc. 22. Pa-  
lud. in 4. dist. 22. q. 3. & Aureol. art. 3. Sotii dist. 14. quæst. 1. 2. Sotient.  
art. 3. Suar. disp. 19. sect. 1. Vasquez quæst. 84. art. 3. dub. Vera, collig.  
3. Sylvi ibid. &c. negantium. Quæ vera est, ex Tri-  
gitar ex Trident. sect. 14. cap. 3. vbi formam huius sacramenti con-  
stituit in illis verbis: *Ego te absoluo*, &c. quæ de mo-  
re Ecclesiæ adiunguntur, docet non spectare ad es-  
sentiam formæ: at si forma deprecativa esset vali-  
da, verba, *absoluere te Christus*, quæ præcedunt indi-  
cativa, *Ego te absoluo*: aut certè illa, *Indulgentiam*,  
*absolutionem*, & *remissionem omnium peccatorum tuo-*  
*rum tribuat tibi omnipotens*, & *miserere Dominus*,  
in quibus fit expressa mentio remissionis peccato-  
rum, esset sufficiens huius sacramenti, & conse-  
quenter in prolatione illorum perficeretur sacra-  
ment. vt Alens. & Bonavent. concedunt. Nam hoc  
sacramentum perficitur cum primum sufficiens for-  
ma profertur super peccata confessa. Minor probat.  
verba *Indulgentiam* &c. continent essentialia for-  
mæ, quæ sunt, *absoluere*, & solùm differunt in modo  
deprecativo; ergo si modus deprecatiuus non irri-  
taret formam absolutionis, talis forma esset suffi-  
cientis: quia quoad verba essentialia æquivalent indi-  
cativa, proinde in sola prolatione illius perficeretur  
sacram. contra Trident. definiens, essentiam formæ  
huius sacramenti positam esse in verbis; *Ego te absol-*  
*uo*, reliqua ad essentiam formæ non pertinere. Ra-  
tio: modus deprecatiuus pugnat cum absolutione:  
est enim absolutio formaliter actus authoritatem  
exercensis; deprecatio est actus supplicantis: qui au-  
tem supplicat, ostendit se potestate absoluendi  
non habere, sed ab alio gratiam absolutionis expe-  
ctare; igitur forma deprecativa pugnat cum abso-  
lutiuâ.

Ad fundam. oppositæ, (quam S. Thom. citat.  
opusc. appellat temerariam, & presumptuosam, ne di-  
cam, inquit, erroneam, quam ego cum Vasquez loco Censa-  
not. non dubito erroneam appellare: nam evidenti oppo-  
sitione, discursu colligitur esse contra Trident.) nego ante-  
ced. de quo infra: est enim proprium Dei, peccata  
remittere vt agentis principalis.

Ad 2. nego, formam Græcorum proferri modo  
deprecativo; sed imperatiuo, quo modo valida esset Ad 2.  
absolutionis forma dicendo: *Absoluere Petrus, vel*  
*absoluere à peccatis tuis.*

Ad 3. forma Extremæ-Vnctionis, verbis Iacobi  
5. debet esse per modum orationis: & oratio, inquit,  
fides saluabit infirmum, & alleniabit eum Dominus, & si Ratio dif-  
in peccatis sit, remittentur ei: quia vt est opusc. c. 1. S. Th.  
in hoc sacram. præter salutem animæ, petitur salus  
corporis: & quia hæc non semper expedit, vt confe-  
ratur, petitur à Deo præstanta per modum depre-  
cationis. In hoc vero & alijs sacram. confertur ali-  
quid spirituale, quod semper expedit conferri; vnde  
non debuit peti modo deprecativo.

Ad 4.

<sup>41.</sup> Ad 4. dico velcum S. Thom. cit. ad 2. illud intelligi de supplicatione præcedente absolutionem; vel cum Vasqu. de ipsa absolutione, quæ à Chrysost. Hieronym. & Leone dicitur supplicatio, & oratio, non quoad modum proferendi; sed quoad infallibilem effectum remissionis peccatorum. Ad 5. disparitas est: quia salus corporis non semper expedit: at semper expedit salus animæ; & quia solus Deus novit, quando salus corporis expediat, etiam si Apostoli habuerint potestatem curandi infirmitates, non minus, quam peccata remittendi, potius debuerunt ut formâ deprecatiâ in sanandis corporibus, quam in sanandis animis per sacramentum. Adde, quod interdum etiam ad sananda corpora, vtebantur formâ imperatiâ, *c. Act. 3. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.*

## SECTIO III.

*An de essentia absolutionis sacramentalis sit, ut proferatur voce humana?*

<sup>42.</sup> <sup>43.</sup> <sup>2. S. sentent.</sup> PRIMA sentent. *Palud. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 1. Adrian. in 4. q. 1. de confess. §. Sed oritur, Medina Cod. de confess. q. 15. Petri Sot. sect. 11. Nauar. in sum. cap. 21. num. 36. negantium. Fundamentum: absolutionis sacramentalis est quædam sententia in foro conscientiæ data; de ratione autem sententia non est, ut proferatur voce, cum possit scripto, nutu, vel alio signo externo exprimi, ut patet de absolutione ab excommunicatione. Nec refert, quod hoc forum sit secretum: quia secreta, vel publica expressio sententia non variait essentialiter sententiam.*

*Confirm.*

<sup>44.</sup> SECUNDA *Caiet. 3. p. q. 64. art. 7. & in sum. v. confessio, conditione II. Suarez disp. 19. sect. 1. Henrig. lib. 4. de sacram. cap. II. num. 5. Coninck disp. 4. dub. 9. affirmantium: ex S. Thom. quæst. 60. art. 6. & reliquis ex S. Thom. Theologis assentibus, sacramenta nouæ legis essentialiter constare verbis humanis, defectu quorum negant, angelos ministrare posse sacramenta, etiam per corpora assumpta: quia nequeunt in illis humana verba exercere. Lege Caiet. cst. q. 64. vbi Scotum impugnat, qui in 4. dist. 6. q. 1. affirmat quodlibet suppositum intellectuale posse Baptismum ministrare. Fundam. sumitur ex Christi instit. quæ nobis vnu, & traditione Ecclesiæ constat; præcipue ex Florent. in decreto Eugenij; vbi 1. de omnibus sacrament. affirmat, ea verbis perfici. 2. formam huius sacramenti assignans, ait esse verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: *Ego te absoluo*, &c. sumi autem eo loco verba à Concil. secundum proprietatem, confirmat exceptio, quam infra addit de sacram. Matrimonij, cuius causa, inquit, efficiens regulariter est mutuus consensus, per verba de presenti expressus; vbi addens, regulariter, ostendit in reliquis necessaria esse verba propriæ sumpta; nam exceptio, vt iuristi aiunt, regulam firmat. Confirm. pari modo possent reliqua sacramenta sine verbis à ministro prolatis, sed tantum scriptis, confici. Nemo autem dixerit, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam-Vnctionem, perfici tantum scripto. Maior ostend. non minus forma huius sacram. quam reliquorum colligitur ex Scriptur. constat autem, formam reliquorum sacram. proprijs verbis humanis esse proferendam; ergo & hanc.*

*Exceptio  
firmat re-  
gulam.*

<sup>45.</sup> *Confirm.*

<sup>46.</sup> *Ad fund.  
opp. sent.*

Ad fundamentum oppositæ, nego, hoc sacram. quoad omnia conuenire cum iudicio publico: ergo

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

etiam si de ratione sententia iudicis publici non sit, eam verbis iudicis proferri; est tamen de ratione iudicis sacramentalis. Nec est eadem ratio de absolutione ab excommunicatione: Nam hæc sicut non requirit certam formam verborum; ita nec verba propriæ dicta: quia non operatur ut instrumentum Christi ad effectum supernaturalem, sed ut instrumentum absoluens, qui in absoluendo ab excommunicatione, ut principalis auctor, ipse sibi instrumentum determinat. neque ex eo præcisè, quod hæc sententia est secreta, dicimus proferendam esse verbis, sed ex eo, quod ita Christus instituit: instituisse autem ita Christum, constitutum ex usu, & traditione Ecclesiæ.

Ad confirm. nego conseq. quia in sacramento <sup>47.</sup> <sup>Ad confir.</sup> forma debet esse expressior materia; absolutionem est forma, confessio materia: tum quia plures causæ poterant moraliter pœnitentem impedire à confessione vocali; quam Sacerdotem à vocali absolve esse expressionem: unde extra casum necessitatis non licet confiteri per Scripturam, ut inter alios, docet Richard. in *riâ. 4. dist. 17. art. 2. q. 4. ad 4.*

## SECTIO IV.

*An sacramentalis absolutio impendi possit absenti?*

<sup>48.</sup> <sup>1. an Triplex sensus con-</sup> <sup>sensu con-</sup> <sup>tron.</sup> PRIMA præsentis impendi posset absolutio scripto; quam absenti verbo. Controversiæ sensus 1. an Triplex possit pœnitens confessus per litteras Sacerdoti absenti, ab eodem etiam absente absolui: 2. an confessus Sacerdoti præsenti, ab eodem absente possit per litteras absolui: 3. an per litteras vel nuntium confessus Sacerdoti absenti, ab eodem deinde præsente absolui possit.

<sup>49.</sup> <sup>2. S. sentent.</sup> SECUNDA *Scot. in 4. dist. 17. ad argum. Mayo. q. 4. Caiet. in sum. v. confessio, condit. II. Sot. in 4. dist. 18. 1. S. sentent. quest. 2. art. 6. Cani relect. de pœnit. p. 6. §. mibi autem, Victoria in sum. num. 121. Nugnez in addit. 3. p. quest. 9. art. 3. difficult. 2. Petri Dufas in quest. I. suppl. art. 2. disp. 3. negantium, tam absolutionem, quam confessionem fieri posse absenti: ex S. Thom. in 4. dist. 17. quest. 3. art. 4. Fundam. Sot. : Confessio & absolutionis sunt actus personales; ergo sicut absolutio impendi nequit, nisi præsenti, ut forma ipsa significat, *Absoluo te*, ita confessio fieri nequit, nisi præsenti. Confirm. Sacerdos, ut absolutionem impendet, debet fieri certus, quod pœnitens talia peccata commiserit, & quod de illis doleat: sed per litteras, vel nuntium hoc certò scire non potest, cum possint litteræ fingi, & pœnitens mutari. Confirm. <sup>50.</sup> <sup>3. S. sentent.</sup> *Scotus*: Scriptura est contra essentialiam confessionis; nam nata est esse publica: at confessio debet esse secreta. Confirm. *Canus*: nec absens confitetur internuncio; nec internuncius Sacerdoti: ergo confessio est nulla.*

<sup>51.</sup> <sup>2. S. sentent.</sup> SECUNDA *Palud. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 1. Ri- chard. art. 2. q. 5. Palat. disp. ult. circa fin. Adrian. in 4. de confess. quest. 1. §. Sed oritur, Medina Cod. de confess. quest. 15. §. quartum, Petri Sot. de confess. lect. 11. §. tertium, Nauar. in sum. cap. 21. num. 36. affirmantium, posse pœnitentem per litteras Sacerdoti absenti confiteri, ab eodemque etiam absente absolui. Fundam. hoc sacram. est exercendum in forma <sup>Fundam.</sup> iudicij, ex Trid. sess. 14. can. 9. sed natura iudicij non postulat præsentiā iudicandi: quippe cum possit iudicari & absolvi etiam absens, ut constat de excommunicato. 2. si quid obstaret, esset; quia non posset probat. 2. de absente absolutionis forma verificari, quæ per*

52.  
Confirm.

pronomen, *te*, designat personam præsentem; at hoc non obstat: quia absoluendus sit præsens Sacerdoti per scriptum. Confirm. potest pœnitens absoluere per hanc formam æquivalentem, *absoluo Petrum, vel absoluatur Petrus*, quæ non necessariò designat præsentiam absoluendi: notat autem *Palatum*, tali casu statim ac Sacerdos leclâ confessione proferret absolutionem, pœnitentem consequi effectum sacramenti, ut constat de matrimonio contracto per procuratorem; quod statim accipiuntur absens præbet consensum, perficitur, causatque effectum in utroque cōniuge. Ratio: sacramentum causat suum effectum ad instar causæ naturalis, quæ statim ac compleetur, producit suum effectum: unde non oportet ad consequendum effectum, ut absolutio innoteat pœnitenti.

53. Probant 3. Exemplo S. Thomæ Cantuarie ns. qui absens absolutionem petiit à sede Apostolica, teste Scoto in 4. dist. 17. ad argum. Quartò in cap. qualis 30. q. 5. dicitur pœnitentia per Scripturam esse admittenda. 5. ex Cyprian. lib. 3. Epist. 17. lapsi per epistolam reconciliationem ab ipso petierunt.

54. 3. Sentent. TERTIA S. Antonini 3. part. tit. 17. cap. 12. & 21. §. Sed quid, Sylvestr. verb. confessor, quest. 4. num. 6. Sà v. absoluo, num. 8. impress. anno 1601. asserentium, posse Sacerdotem absoluere pœnitentem absentem, quem confitentem audiuit præsens: in confirmat. affert Antoninus Patres Concilij Basile. qui consulti, quid faciendum, si Sacerdos absoluisset, quem defecetu potestatis non poterat, responderunt: debere Sacerdotem obtentâ potestate, illum etiam absentem per litteras absoluere. Fundamentum: hoc casu pœnitens fit personaliter præsens Sacerdoti per confessionem, per quam potest Sacerdos certior reddi de statu, & dispositione pœnitentis. Confirm. potest Sacerdos præsens absoluere pœnitentem, quem absens audiuit; ergo & absentem, quem audiuit præsens.

4. Sentent. 55. QVARTA Valent. di. p. 7. quest. II. puncto I. §. quomodo, Henrig. lib. 2. de sacrament. pœnit. cap. 3. num. 8. Suar. disp. 19. scilicet 3. & disp. 21. scilicet 4. affirmantium, posse pœnitentem Sacerdoti absenti per litteras, vel nuncium confessum, ab eodem postea præsente absoluere.

2. & 3. sent. 56. DICO 1. Semper inualidum est sacramentum pœnit. collatum absenti, siue pœnitens confessus fuerit præsens, siue absens. Hanc propositionem colligo ex Bulla Clementis VIII. anno 1602. die 19. Iulij: in qua, ut falsa, temeraria, & scandalosa damnatur hæc, licere per litteras, seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter conficeri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; prohibeturque sub pœnâ excommunicationis statim incurriendæ, soli Papæ reseruatæ, ne illa publicè aut priuatum doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, aut ad praxim quous modo deducatur: In quâ prohibetur sentent. 2. & 3. utraque enim affirmat, impendi posse absolutionem absenti, quod hic directe Pontifex prohibet, quod autem non solum hic veter, ne factum licet, sed etiam ne factum teneat, colligo ex verbis: neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, aut in praxim quous modo deducatur. Nam cum hoc sacramentum sit ad salutem necessarium, si posset validè, posset aliquo casu licite fieri: urgente nimis extremâ necessitate salutis, quando omnia media valida sunt licita, id exigente supremo periculo xternæ damnationis, ut si aliter moribundus salutem consequi non valeat: quia nec Sacerdotem præsentem habere potest, nec probabilit er sperat se

Quod potest validè fieri, potest in aliquo casu licite fieri.

57. Fundam. contritionem habiturum. Fundamentum: in absen-

tem non verificatur forma, *Ego te absoluo, quæ præsentem personam demonstrat*. Ob eandem enim rationem reliqua sacram. uno excepto matrimonio, collata absenti, non tenent: quia corum formæ non verificantur.

DICES; idè reliqua absenti collata non tene- 58. re, quia in uoluunt physicam actionem ministri, quæ ipsius præsentiam poscit, vt Baptismus actionem abluendi, Confirmatio signandi, Extrema-Vnctio vngendi; sacramentum pœnitentia non requirit nisi materiam ex parte pœnitentis, & absolutionem ex parte ministri: neutra ex naturâ suâ postulat physicam præsentiam ministri; sed sufficit moralis per litteras, vel nuncium. Sed contrâ: saltem Eucharistia, & Ordo perfici possent in absentiâ materia, & personæ consecrandæ: quia neutrum pro materiâ postulat physicam actionem ministri: 2. cùm non necessariò debeat actio & forma ministri tempore simul concurrere; sed possit una alteri per aliquod tempus succedere, posset minister prius actionem circa subiectum exercere, & posteâ in illud iam absens formam proferre; vel contrâ, prius in subiectum absens formam proferre, & posteâ physicam actionem exercere.

DICO 2. Validum est sacram. pœnit. per absolutionem datam præsenti, etiamsi confessio facta sit absenti per scriptum, vel nuncium. Est omnium, qui putant, dari posse absolutionem infirmo, qui per alios signa contritionis ostendit: ctiam Sylvestr. v. Auditorius confessor 3. quest. 13. Angel. v. confessor 4. nn. 8. qui do- Theol. cent, sufficere vnum testem: Cordub. lib. de indulg. quest. 29. dub. 3. Tolos. in sum. lib. 3. cap. 8. Vasquez quest. 91. art. 2. dub. 1. & testatus est Clemens VIII. Pontificis. qui interrogatus, an moribundus, qui ante aduentum Sacerdotis signa contritionis ostendit, si deinde obmutuit, debeat à Sacerdote præsente sacramentaliter absoluere; respondit, debere, quin & se illum absoluturum, & parochium, qui aliter fecisset, puniturum; nec talen casum suo decreto comprehendisse, vt Cardin. Bellarm. & Archiepisc. Armac. ab ipso Pontifice se audisse testati sunt anno 1608. die 16. April. hoc ipsum docet Rituale Rom. editum iussu Pauli V. pag. 47. vbi non solum affirmat, posse; sed etiam debere absoluere, qui per alios desiderium confitendi ostendit.

Accedunt Concilia Araus. can. 3. & Carthagin. 4. can. 76. & referuntur can. qui recedunt. & can. 15. qui Concilio 61. 26. quæ statuunt: absoluere possit infirmum, qui rum. obmutescens, vel in phrenesim versus, nequit dare signa confessionis, modo testimonium dent, qui cum audierunt: Sunt verba Carthag. Quod loquantur de absolutione sacramenti à peccatis, constat ex eod. nam subdit; & si continuo creditur moriturus infundatur ori eius Eucharistia: hæc autem dari solet præuiâ absolutione sacramentali. Sed his casibus confessio infirmi est absens formaliter; nam perinde est ac si infirmus sua peccata confessus esset per scriptum, vel nuncium: Nam siue nuncius desiderium infirmi referat in præsentia, siue in absentiâ ipsius iam in phrenesim versi, nil refert: semper enim confessio ipsius est formaliter absens Sacerdoti, cùm immediatè non fiat à pœnitente Sacerdoti præsenti. Fundamentum: confessio ex suâ institutione non limitatur ad certa verba, ut absolutio, quæ confiten- 62. tis & audientis præsentiam requirant; vnde fieri potest nutu, scripto, interprete, cum subest causa: at ab- solutio non nisi proprio Sacerdotis verbo validè impendi potest, huius autem institutionis cōgruen- tia est: quia multò plures causæ poterant pœnitentem impedire à vocali cōfessione in præsentia Sacerdotis; quam Sacerdotem à vocali absolutione in præ- sentia assert.

*Quomodo  
intelligenda  
est Bulla  
Clementis  
VIII.*

fentiā pœnitentis: ergo ne passim hoc sacramento ad salutem per necessario priuarentur fideles, ad suauem prouidentiam institutoris pertinuit, huic malo obuiare. Ex his sequitur propositionem Pontificis intelligi coniunctiuē: vt non licet per litteras simul confiteri & absolvi; non desinctiuē, quoad confessionem dumtaxat, atque hoc tantum voluit P. Suarez, cūm Bullam Clementis explicavit: neque obaliā causam Pontifex integrā fuit ex ipsius tomo delendam præcepit, nisi quia nolebat, vt ipso viuente, cuius Bulla declararetur; quæ tamen postea declarata est, tum ab ipso viuæ vocis oraculo; tum à Ritu Rom.

*Obiectus 1.* non minūs Florent. docet confessionē esse proprio ore pœnitentis faciendam, quām absolutionem proprijs verbis ministri proferendam: ergo non minūs vna, quām alia requirit præsentia personæ, in quam dirigitur. Nego antec. nam de primâ intelligitur connaturaliter, & reguläriter; de secundâ essentialiter, vt perpetuus usus & traditio Ecclesiæ declarat.

*Obiectus Can.* quem penitet, de penit. dist. i. prohibentem, peccata confitenda esse per nuntium, vel scriptum; sed ore proprio corporaliter præsente. Non infior, confessionē per nuncium vel scriptum, etiam præsenti factam, sine urgente causā illicitam esse: quia dum possumus, tenemur proprio ore præsenti Sacerdoti confiteri: vnde talis confessio sine urgente causa esset inualida, ratione obicis, quē pœnitens apponere, nisi illum bonâ fides excusat. Nota: absolutione absenti data, solum est illicita, sed etiam inualida; confessio sine causā absenti facta, est tantum illicita; fit inualida per accidens, defectu dispositionis, essentialiter ad hoc sacram. requiritur: nam qui sine causā confitetur absenti, vel per scriptum, non potest habere sufficientem dispositionem, dum peccat, non seruando præceptum Ecclesiæ de faciendâ confessione vocali in præsentia Sacerdotis. *Lege Sotum cit.*

*Ad confirm.* Ad fundamentum primæ, concedo, confessionem esse actum personalem, quatenus inchoari debet ab ipso pœnitente; quia cūm hoc sacram. sit iudicium voluntarium, inchoandum est ab ipso reo: nego tamen essentialiter requirere præsentiam ministri, nisi quatenus ab ipso perfici debet per absolutionem. Ad confirm. nego minor. quoad certitudinem moralem, quæ ad impendendam absolutionem sufficit.

Ad confirm. *Scoti*, nego antec. falsum quippe est, confessionem essentialiter esse secretam, nam potest pœnitens huic Iuri cedere.

Ad confirm. *Cani* concedo, pœnitentem non cōfiteri internuntio, neque internuntium confiteri Sacerdoti; sed illi referre peccata pœnitentis: sicut cūm pœnitens confitetur per interpretē; nec ipse confitetur interpreti, nec interpres Sacerdoti; sed pœnitens Sacerdoti per interpretē; & interpres non confitetur: sed refert peccata pœnitentis; alioqui confessio per interpretē non esset valida, contra sensum Ecclesiæ.

Ad fundam. secundæ, neg. minor de iudicio sacramentali: quod limitatur ad certam formam verborum, ad quam non sunt limitata cetera iudicia: hoc autem traditione nobis constat.

Ad 2. nego minor. ad prob. nego, pœnitentem per scriptum fieri præsentem Sacerdoti personaliter; sed solum intentionaliter: forma autem absolutionis ex vi pronominis, *Tu*, postulat præsentiam realem: Patet in reliquis sacramentis; quia hæc pronomina ex vi suæ significationis demonstrant rem ad sensum; non enim his ytimur ad demonstrā-

das res intentionaliter tantum præsentes, falsò enim diceres, *hic est Roma*, si imaginariè tantum es-<sup>71.</sup> set præsens. Ad confirmat. eatenus possumus per hanc formam, *Absoluo Petrum*, vel *Petri absoluatur*, validè absoluere; quatenus ex circumstantijs intelligitur de Petro personaliter præsente; alioqui non esset æquivalens formæ essentiali, *Te absoluo*. Nec est par ratio de matrimonio: quia non perficitur certa formâ verborum, quæ requirat realem præsentiam contrahentium. Ad exemplum de S. Thomæ Cantua, intelligitur de absolutione ab aliquâ censurâ ad maiorem securitatem.

Ad 4. Resp. Canonem manifestè loqui de publicâ pœnit. adulteriæ, quæ per Scripturam, inquit, recipienda est; vel cum Gloss. de Pœnit. sacrament. per Scripturam, præsente Sacerdote.

Ad 5. ex loco *Cypria*. potius colligi oppositum: sic enim scribit: *Si qui infirmitatis periculo occupati fuerint non expectent præsentiam nostram, quin apud presbyterum quemcumq[ue] præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus caperit apud Diaconum quoque exomologismu[m] facere delicti sui possit: vbi ministri præsentiam requirit; nec agit de absolutione sacramentali: alioqui non scriberet, eam in defec-<sup>73.</sup> tum presbyteri, committi posse diacono.*

Ad fundam. 3. nego conseq. nam ad validitatem sacram. non sufficit, vt minister certior sit de dispo-  
sitione pœnitentis; sed etiam requiritur vt sit præ-  
sens ad verificandam formam.

Ad confirm. confessio non limitatur ad certam formam verborum, vt absolutione.

## SECTIO V.

*An Sacerdos per hæc verba, Ego te ab-  
soluo, verè pœnitentem absoluat à  
peccatis?*

*P*RIMA sententia *Hugo de S. Vict. lib. 2. de sacram.* <sup>76.</sup> *p. 14. cap. 8. Magist. in 4. dist. 18. cap. 4. Altisidio. 1. Sent. ne-  
lib. 4. tract. 6. cap. 8. quæst. 2. Alen. 4. p. quæst. 21. memb.  
1. & 2. Bonav. in 4. dist. 18. p. 1. articul. 2. quæst. 1. & 2.  
Argent. art. 3. Gabr. dist. 14. quæst. 2. art. 1. not. 2. &  
dist. 17. qu. 1. art. 3. dub. 3. Major. quæst. 22. concil. 3. O-  
cham. quæst. 9. art. 4. Mars. quæst. 12. articul. 2. in 2. p.  
Med. Cod. de confess. tract. 2. quæst. 38. §. videtur, negan-  
tium: & sequitur ex sententia eorum, qui docent,  
hoc sacramentum requirere contritionem vt ma-  
teriam. Fundamentum: vel pœnitens accedit ad hoc  
sacramentum contritus; & sic ante absolutionem  
consequitur remissionem peccatorum: vel non ac-  
cedit contritus; & sic non accedit cum debitâ dispo-  
sitione: vnde nec per absolutionem consequi po-  
test remissionem peccatorum: quia absolutione non  
confert effectum, nisi dispositio. 2. solius Dei est,  
peccata remittere, *Ifa. 43. probant 3. exemplo La-  
zari*, qui prius fuit à Christo resuscitatus, & posteà  
à discipulis vinculis solutus. Ex quo colligit *Aug.*  
peccatorem prius à Deo intus per gratiam viuifica-  
ri; quām à Sacerdote à vinculis abloui. 4. exemplo  
eorum, qui fuérunt à leprâ prius à Christo munda-  
ti, & posteà iussi, vt se Sacerdotibus ostenderent:  
vnde colligit hæc sentent. Sacerdotem à peccatis  
non absoluere; sed tantum pœnitentem à peccatis  
absolutum ostendere: quia verò debet forma ab-  
solutionis in aliquo sensu verificari, docet *Magis-  
ter*, illam verificari; quia ostendit Sacerdos pœni-  
tentem esse absolutum in facie Ecclesiæ. *Alen.* &  
*Bonav.* affirmant, Sacerdotem absoluere tantum de-  
precatoriè,*

precatoriè, & impetratiuè; *Altisidio. Maior. Gabriel* ab aliquâ pœnâ temporali; *Hugo de S. Vict.* ab æternâ; *Medina* à pœna exultationis à regno; *Marsil.* à præcepto confitendi. *Argent.* docet, Sacerdotem absoluere à peccatis, quatenus Deus in voto futuræ absolutionis illa remittit, & auget gratiam datam per contritionem: Vnde dist. 17. colligit *Gabriel*, sacramentum hoc non esse institutum, vt per se necessarium ad remissionem peccatorum, quam supponit; sed vt peccator innotescat Ecclesiæ: 2. vt certa satisfactio, per quam pœna peccati tollitur, à confessore imponatur: 3. vt aliqua pœnæ pars virtute sacramentalis absolutionis remittatur.

**80.**  
2. *Sentent.* **SECUNDA S.Thom.3.p. quest.84.articul.3.Scoti in** 4.dist.19.8.ad qu. & dist.14.qu.4.art.3. *Durand.* dist. 18.qu.2. *Richar.* art.2.q.1. *Aureol.* dist.16.art.1. & dist. 18.art.1. *Mayro.* dist.14.qu.2. *Bass.* dist.18.art.3. *Sot.* dist.14.quest.1.articul.3. & dist.20.quest.2.art.1. & omnium recentiorum affirmantum: Sacerdotem verè pœnitentem absoluere à culpâ, & pœnâ æternâ: & sequitur ex eorum opinione, qui docent: ad sacramentum pœnitentie sufficere attritionem. Hęc sententia est adeò hoc tempore certa, vt oppositam et rōneam putent *Suarez.* dist.19. selt.2.num.4. & *Vasquez* quest.84.art.3.dub.2.num.10. & meritò. posita sent.

Namea censetur damnata à *Trident.* siff.14. can. 9. illis verbis, *Si quis dixerit, absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse ælsum iudicialem; sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata &c. anathema sit.*

**81.**  
**Prob. 1.** ex *Floren.* & *Triden.* siff.14.ca.3. vbi effectum huius sacramenti definiunt, esse absolutionem à peccatis, & reconciliationem cum Deo, nec dici potest id verificari ratione contritionis, quæ est pars constitutiva hoc sacramentum, tum quia (vt ex eodem *Trident.* infra constabit) sola attritio sufficit ad constituendum hoc sacram. quæ de se sufficiens nō est, absque absolutione peccata remittere: tum quia idem testatur, præcipuum complementum, quod est forma. Igitur si peccata supponerentur remissa ante absolutionem, ea non remitterentur virtute sacram. sed virtute contritionis, quæ ante absolutionem non habet rationem sacram. nam tunc incipit habere rationem sacram, quando coniungitur cum absolutione, à quâ eleuatur ad esse sacramenti.

**82.**  
**Sacramen-** ta nouæ lo-  
giæ efficiunt, quod signi-  
fiant. 2. ex eisdem Concilijs, sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant: nam hęc est præcipua differentia, quam *Florent.* assignat inter hęc, & vetera; quod illa gratiam non causabant; sed eam solum per Passionem Christi dandam figurabant; hęc verò & continent, & dignè suscipientibus conferunt: sed sacramentum pœnitent. per se importat remissionem peccatorum; præcipue ratione formæ; ergo eam dignè suscipientibus confert. Vnde non cohærenter *Magister*, qui dist. 1.c.1. vniuersaliter definit, sacramentum esse signum, & causam gratiæ, hanc viam causatiuam gratiæ negat sacramento pœnitent. Confirmat. non minus pœnitentia est signum remissiuum; quam Baptismus ablutiuum peccatorum: sed hic, auctore *Magister*, causat gratiæ ablutiuum peccatorum; ergo & illud gratiam remissiuam eoruinde. 3. Si Sacerdos non absolueret à peccatis; sed solum pœnitentem absolutum declararet, non differret à Sacerdote legali:

quod quamvis concedat. *Magister*, certè non concedit *Chrysost.* lib.2. de Sacerd. & cæteri Patres; est enim eadem ratio, ac de sacramentis ipsis: etenim quâ ratione nostra sacramenta differunt à veteribus, eadem & ministri Euangelici differunt à legalibus, quia sacramentum essentialiter constat actione ministri; ergo eâ ratione ad effectum causandum concurrit effectiù, quâ ratione ad illum suâ actione concurrit minister. Igitur si sacramenta nouæ legis differunt à veteribus per causalitatem effectuam, per eandem differunt ministri E. uang. à legalibus. Lcg. *S.Thom.* in 4. dist. 18. qu. 1. art. 3. qu. 1. ad 1.

*Per quid  
ministri no-  
ua legis dif-  
ferant à  
veteribus.*

**84.**  
Quartò. Sequeretur, non verificari formam absolutionis: nam hęc *Te absoluo*, per se important actum exercitum absoluendi circa subiectum, in quod diriguntur, sicut hęc, *Te Baptizo, te confirmo*. *Hoc est corpus meum*, non declarant materiam absolutam, confirmationem, conuersam; sed exercitè abluunt, confirmant, conuertunt: ergo & hęc non declarant subiectum absolutum; sed exercitè absoluunt: alioqui non efficent, quod significant. 5. à *Trident.* siff.14. can. 2. definitum est, hoc sacramentum rectè secundam tabulam appellari: non posset rectè appellari, si peccatorem à naufragio peccati non liberaret: dicitur enim secunda tabula respectu nauis Baptismalis innocentia: ergo debet posse, sicut & illa, naufragum ad portum salutis perducere: non posset perducere, nisi per se efficax esset à peccatis liberare.

**85:**  
Ex his impugnantur omnes modi, quibus autores oppositæ docent, Sacerdotem absoluere à peccatis. Nam præter ultimum, omnes fundantur in absolutione alicuius pœnæ æternæ vel temporalis, sensu vel damni, aut in deobligatione à præcepto confitendi; quæ omnia impropiè dicuntur de absolutione à peccatis. Confirm. cùm proprietate dicitur Sacerdos absoluere à peccatis, quâ *Ioan.* 20. à Christo dictum est: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, cùm eadem auctoritas sit, quæ ibi datur Apostolis, & per quam Sacerdotes pœnitentes absoluunt à peccatis: sed ibi propriè intelligitur de potestate remissiuâ peccatorum; ergo & hic. Adde, quod qui absoluunt à culpâ, necessariò etiam absoluat à pœnâ æternâ sensu, & damni: quia hęc cum gratiâ, quâ formaliter fit remissio culpæ, connaturaliter saltem pugnat.

*86.  
Confirm.  
Ioannis 20.*

Falsus etiam est sensus *Marsili*, vt patet, quando absolutio cadit super venialia, vel semel confessa; nam tunc non potest Sacerdos absoluere pœnitentem à præcepto confitendi, quia nullum est. Demum postremus modus, quem *Alen.* appellat phantasticum, improbabilis est: nam plus potest sacramentum in re, quam in voto: ideo agit in voto: quia in re haberi non potest: votum succedit loco rei; ergo à fortiori plus agit in re, quam in voto, vt constat de Baptismo; ergo si sacram. pœnit. in voto remittit peccata, à fortiorie remittit recipit suscepit.

*Marsil.  
rejicitur.*

**87.**  
Ex his deducitur, quis sit sensus huius formæ; *Ego te absoluo à peccatis*: sensus enim est ex *S.Thom.* qu. 84. a. 3. ad 5. impendo tibi sacramentum, absolutionis, hinc remissiuum peccatorum: significat autem hoc exercitè non signat: quia verò remissio peccatorum non sit absque gratiâ sanctiante, per le primò significat illam, in ordine ad hunc effectum remittendi peccata, subiectum obice, quæ conditio subintelligitur in omni sacram. quo fit, vt semper formasit vera, etiam quando subiectum accedit cum obice, vel cum peccatis iam remisis. Nam in primo casu

**Requiritur**  
definitio sa-  
cramentis,  
quam Ma-  
gister affi-  
gnat.

**88.**  
83. *Verus sensu  
forme abso-  
lutionis.*

gratiam remissiuam eoruinde. 3. Si Sacerdos non absolueret à peccatis; sed solum pœnitentem absolutum declararet, non differret à Sacerdote legali:

casu verificatur, quantum est de se, in secundora-  
tione gratiae per se remissum peccatorum, etiam si  
actu non remittat; quia actu illa in subiecto non  
reperit.

89. Ad fundamentum oppositæ, Rcfsp. pœnitentem  
cum sola attritione accedere ritè dispositum ad  
hoc sacramentum, nam est sufficiens dispositio ad  
gratiam huius sacram. recipiendam, ut seq. disput.

90. Deus remis-  
tit peccata  
auctorita-  
tive, Sacer-  
dos dispo-  
situs.  
Ad 2. solus Deus peccata remittit auctoritatib;  
& principaliter; Sacerdos dispositivæ, & instrumen-  
taliter, vt instrumentum passionis Christi.

Ad 3. & 4. dico, nullum firmum argumentum  
ex eis deduci; estenim comparatio moralis, non  
literalis, vt S. Thom. opusc. 22. cap. 2. August.

verò, Gregor. & alij Patres explicantur non de  
perfecta iustificatione per gratiam sanctificantem;  
sed de imperfecta per gratiam excitantem, quæ in-  
choat vitam animæ, per motum præuenientis gra-  
tiae. nam libr. 2. de adulteriis coniugijs cap. 9. docet,  
per claves fieri remissionem peccatorum. Ab-  
solutâ formâ, agendum de materiâ, quæ triplex  
est: contritio, confessio, & satisfactio.

tum virtuale essentialiter inclusum in dolore effi-  
caci peccatorum, quæ dum efficaciter pœnitens de-  
testatur, virtualiter & exercitè proponit, eadem am-  
plius non committere. Secus si subsit memoria fu-  
turae vitæ, & formalis propositi de cætero non pec-  
candi: Nam tunc tenetur explicitè tale propositum  
elicere: tum quia Concilia illud requirunt: tuin quia  
alioqui non contineretur virtualiter in efficaci dete-  
statione peccatorum, vnde sequeretur, neque ip-  
sum dolor em esse sufficientem, quippe quin non ex-  
cluderet voluntatem peccandi; quia quod virtualiter  
continetur in aliquo, positis omnibus requisitis,  
statim exit in actuale: quia continetur in aliquo actu,  
vt effectus in causa necessaria, quæ positis omnibus  
ad agendum requisitis, necessariò agit. vnde nō ap-  
probo quod Sotus dixit, validam esse confessionem;  
saltē quoad essentiam, quæ nullum habet firmū  
propositum de cætero non peccandi, si talēm defec-  
tum confiteatur: quia defectus talis propositi irri-  
tat essentialiter confessionem, neque ex eo, quod  
subjiciatur clauibus, sufficit ad validandum sacramen-  
tum propolitum ipsum formaliter concipiatur: sic  
ut ad validandum sacram, non sufficit clauibus sub-  
iungere defectum doloris, nisi dolor formaliter con-  
cipiatur.

Ex his sequitur, attritioni sacram. esse magis in-  
trinsecam detestationem præteritæ vitæ, quam pro-  
positum emendationis futuræ: quia sine illâ nullus  
potest esse dolor, sine hac verò potest esse aliquod  
propositum, saltem virtuale; semper tamen est  
pœnitens ad formale propositum excitandus. Leg.  
Suar. dist. 20. scilicet 4. n. 33. Henriquez lib. 4. de sacram.  
c. 24. Nugnez in addit. ad 3. p. qu. 1. a. 3. Mayo. in 4.  
dist. 14. qu. 1. §. 2. inquirend. ad 4. vbi docet tatis esse  
propositum negatiuum, non peccandi.

PRIMA sententia Magist. in 4. dist. 18. Alfrid. l. 4. 6.  
tra. 6. c. 8. q. 2. Aten. 4. p. q. 14. me. 2. a. 1. & q. 16. me. 2. 1. Sentent.  
Bonan. in 4. dist. 18. p. 1. a. 2. q. 1. Argent. dist. 16. q. 1. a. 1.  
Capreo. dist. 16. qu. 2. art. 3. fine, Marsil. qu. 12. dub. incid.  
art. 2. Gabr. dist. 14. quest. 2. art. 2. Medina Cod. de con-  
fess. q. 38. §. et alia 4. opinio, affirmantium, requiri con-  
tritionem perfectam: quam opin. Gabr. t. statut. suis  
se communem apud antiquos: & sequitur ex sen-  
tent. docentium, Sacerdotem non absoluere à cul-  
pâ. Fundamentum, attritio non est sufficiens dispo-  
sitio ad reconciliationem: tuin quia non retractat  
culpam, quatenus Dei offensa est, sub quo motiuo,  
naturæ iure tenemur illam retractare: quia naturæ  
iure tenemur Deo pro illata offensa satisfacere: tū  
quia non tollit peccatum, quod est obex ad sacra-  
mentum. Confirm. Trident. scilicet 14. capit. 4. docet,  
contritionem, quæ quouis tempore necessaria fuit  
ad impetrandam veniam peccatorum, in homine  
post Baptismum lapsi, præparare ad remissionem  
peccatorum: at contritio, quæ quouis tempore ne-  
cessaria fuit ad impetrandam veniam peccatorum,  
est contritio perfecta, ut suprà, igitur illa est etiam  
necessaria ad impetrandam gratiam in hoc sacra-  
mento.

SECUNDA Henrici quodlib. 1. q. 32. Caiet. 3. p. quest. 8. 8.  
84. a. 1. §. Etsi modum Ferrar. 4. con. gent. c. 72. §. ad hu-  
ius eiusmod. Petri Sotii de confess. informi lect. 8. aientiom,  
sufficere attritionem, vt dignè quis ad hoc sacram.  
suscipiendo accedat; iustificationem verò fieri per  
contritionem, quam pœnitens consequitur vi clau-  
ium, si impedimentum non apponat; & sic dicitur  
virtute sacram. fieri de attrito contritus: quia sacra-  
mentum impetrat contritionem, quæ est proxima  
dispositio ad gratiam.

TERTIA Victoria relect. 1. de potest. Eccl. scilicet 3. Cor-  
dab. l. 1. Theolog. q. 2. §. 4. & ultima op. Sotii 4. dist. 6. 3. sentent.  
quest. 1.

## DISPUTATIO XII.

### De Contritione.

#### SECTIO PRIMA.

##### Quis dolor requiratur ad effectum huius Sacramenti consequendum?

1. Requiritur  
dolor ali-  
quæ forma-  
lū, & ex-  
pressus.  
  
D VPLICITER requiri potest dolor ad sa-  
crament. pœnit. uno modo, ad constituē-  
dam essentiam; alio ad percipiendum fru-  
ctum ipsius. Nunc solùm inquirimus se-  
cundum; incipimus ab hoc, quia notior.

2. Fundam.  
  
Certum est 1. requiri aliquem dolorem forma-  
lem, & expressum, non solùm ad effectum; sed et-  
iam ad essentiam huius sacram. vt definiunt Flo-  
rent. & Trident. scilicet 14. capit. 3. & can. 4. nec pos-  
sunt explicari de virtuali; nam hic saluari tantum  
potest, cum peccata actu menti non occurruunt: at  
verò ad hoc sacram. necessaria est actualis memoria  
peccatorum, quæ confitenda sunt. Igitur si requi-  
ritur dolor, necessariò erit formalis. Vnde opposi-  
tam sentent. Vasquez qu. 92. art. 1. dub. 1. num. 2. ap-  
pellat erroneam, & contra omnes Doctores. Fundam.  
cùm sit sacramentum reconciliatiuum pecca-  
toris cum Deo, necessariò poscit in ipso reconciliā-  
do retractationem offensæ contra Deum illatæ, sine  
quâ satis esse ad hoc sacram. accedere cum solà vo-  
luntate illud recipiendi, cōtra Bernar. de Gannaco a-  
pud Victori. in sum. de confess. n. 157. & videtur contra  
Scotum in 4. dist. 14. q. 4. a. 3. vbi obscurè loquitur, a-  
perte tamen nobiscum sentit dist. 17. §. de articul.  
versu, continet: & dist. 19. §. ad quest. versu, conce-  
do ista. 2. certum est, simul cum dolore requiri pro-  
positum de cætero non peccandi: quod cit. Concil.  
definiunt, & omnes ferè Theologi docent: nam  
hoc includitur in ipso dolore efficaci peccatorum,  
qualis ad hoc sacram. requiritur. Sola controvrsia  
est, an semper hoc debeat esse explicitū & actuale;  
an interdum sufficiat implicitū & virtuale; hoc po-  
sterius sequitur ex dictis dist. 4. scilicet 4. nam saltem  
quando pœnitens inuincibili ignorantia talis pro-

4. Requiritur  
propositum  
nō possandæ.  
  
Virtuale usi-  
positi laborat, aut nulla subiecta memoria futuræ vi-  
formæ. ta; sed solius præteritæ detestandæ, sufficit p. oposi-

Fundam.

g. i. art. 7. post 5. concl. & dist. 12. q. 1. a. 4. col. 4. & dist. 17. q. 2. a. 5. ad qu. & dist. 18. q. 3. a. vlt. casu 2. Vega 13. in Trid. c. 33. §. ubi igitur. & ca. 34. obiect. 3. Nanar. in sum. c. 1. n. 38. assertentium, ad obtinendum effectum huius sacram. requiri contritionem, saltem putata. Fundam. eadis politio est necessaria, & sufficit ad effectum huius sacram. quæ tollit obicem peccati, saltem in conscientia peccatoris: sola autem attrito, probabiliter putata contrito, tollit obicem peccati: quia qui eam habet, videtur fecisse quantum in se fuit: ergo necessaria est, & sufficit.

10.  
4. Sencent.

Fundam.

Quarta Sylvest. v. confess. 1. 9. 21. Vega 13. in Trid. c. 34. obiect. 3. opinantium sufficere displicantiam virtualem, seu putatam: vt si quis ad sacram. accedat desiderio tantum habendi displicantiam: vel cum penitentis inuincibiliter putat, se accedere sufficienter dispositum, etiam si recipia non accedit dispositus, vt ait Vega, eum consequitur effectum sacram. Fundam. is non ponit obicem, & sacramentum semper suum effectum habet in non ponente obicem: ergo.

11.  
5. Sencent.

Eiusdem sentent. Syl. n.

QVINTA S. Tho. 3. p. q. 80. a. 4. ad 2. & 84. a. 3. ad 5. & clarius quodl. 4. q. 7. a. 10. Scotti cit. Richar. ix. 4. dist. 18. ar. 2. q. 1. Duran. dist. 18. q. 2. n. 6. Palud. dist. 17. q. 8. concl. 3. & dist. 19. q. 1. a. 2. Patay dist. 17. disp. 1. Angeli v. confess. 1. n. 30. Cani relect. de paen. p. 5. ad 3. Tolot. in sum. lib. 3. cap. 10. Suar. dis. pte. 20. scđt. 1. Valent. dis. pte. 7. q. 8. pte. 1. 2. & 3. Vasq. q. 92. a. 1. dub. 2. n. 13. Henr. l. 4. de Sacram. c. 17. Coninck disp. 4. dub. 2. & 5. S. v. cont. n. 4. affirmantium, sufficere attritionem, etiam cognitam ut attritionem: sequitur ex doctrina Scotti, & omnium, qui docent, potestate Sacerdotis, extendi ad remissionem culpa: declarat eam recte Sylvinus in suppl. 3. p. q. 1. a. 1. edit. 3.

12.  
Attritio dif-  
ponit ad  
Dei gratia  
per Tridet.  
proximè in  
Sacram.

Dico 1. ad consequendū effectum huius sacram. non est necessaria contritio; sed sufficit attritio. hoc post Trid. nō puto posse in dubium reuocari: quippe confess. 14. c. 3. pro materia huius sacram. assignat contritionem, quam postea c. 4. diuidens in perfectam, & imperfectam, illam docet hominem Deo reconciliare, prius quam hoc sacram. actu suscipiat: hanc verò, quæ attritio dicitur, est peccatorem nequeat sine sacram. pœnit. per se ad iustificationem perducere; tamen ait, cum ad Dei gratiam in sacramento pœnitent. impetrandam disponere: sentit igitur, materiam huius sacram. esse attritionem; quam docet peccatorem ad Dei gratiam in hoc sacramento impetrandam disponere, scilicet proximè, non remotè: tum quia etiam extra sacram. disponit remotè: at maiorem aliquam causalitatem tribuit attritioni in hoc sacram. quā non tribuat extra: quæ alia esse non potest, quā proxima dispositio ad gratiam: tum quia si remotè tantum disponeret, per eam Concilium non explicasset sufficientem dispositionem pœnitentis ad hoc sacram. requisitam; nam sufficiens dispositio ex parte pœnitentis est ultima: quia hæc tantum proximè pœnitentē disponit ad effectum huius sacram. percipiendum: ergo illam explicare debuisse, alioqui defecisset in essentialibus: tum quia si quæ dispositio proximior ex parte pœnitentis ad hoc sacramentum requereretur, ea esset contritio; sed hanc excludit ut necessariam: quia dum assignat attritionem, virtute excludit contritionem ut necessariam.

Finis sacra-  
menti pœnit.  
A priori.

Ratio: hoc sacramentum est per se primò institutum ad restituendam vitam gratiæ, amissam per peccata post Baptismum commissa, quod propter eam mortuorum dicitur: ergo non debet illam per se supponere: per se autem illam supponeret, si ad suum effectum præstandum prærequireret contritionem: quia per se supponeret subiectum viuiscatum per gratiam collatam virtute

contritionis, scilicet si per se supponeret primam gratiam per contritionem collatam, non posset per se conferre vitam; sed ad summum accrementum vitæ; quia non posset alium effectum per se conferre; quā quem inducere posset, positâ dispositio subiecti; sed reparatâ vitâ per contritionem, non posset nisi accrementum vitæ conferre: ergo. Antec. constat, tum ex Concilijs, & Patribus, à quibus duo mortuorum sacramenta assignantur; alterum regeneratum; reparatum alterum, quod secunda tabula dicitur: tuim ex formâ huius sacram. quæ gratiam peccatorum remissiuam significat: cum ergo sacramenta nouæ legis efficiant, quod significat, debet ipsam peccatorum remissiōnem, quam significat, efficere; non efficeret autem, si illam vt contritionis factam, supponeret; vnde nec posset forma verificari, cum iam supponeret factum, quod ipsa deberet efficere: tum ex illo axiomatice Theologorum: quod hoc sacramentum facit de attrito contritum, non per attritionem impe- trando contritionem, vt sent. 2. singit; sed confe- ex attrito rendo gratiam, quæ prestat, quod præstaret contri- contritum.

DICES: Eandem gratiam, quæ per contritionem datur, Concilium tribuit huic sacram. in cuius voto illa datur. Sed contrà: hoc non est aliud, quām hoc sacram. ad contritionem concurrere, vt præceptum suo tempore seruandum, vt concurrunt alia præcepta; ex eo enim, quod contritio est efficax detestatio peccati, dicit voluntatem amplius non peccandi, proinde propositum de cætero omnia præcepta seruandi.

Ex his constat contra 2. sententiam, nullo pacto contritionem esse necessariam ad effectum in huius sacramenti: tum quia alias attritio non esset ultima, ac proinde sufficiens dispositio ad gratiâ in hoc sacram. impetrandam, sed potius esset dispositio ad impetrandam contritionem, per quam proximè im- petraretur gratia, contra Concilium: tū quia ex hac sent. sequeretur, posse Sacerdotem absque peccato negare absolutionem, ei, qui post confessionem ritè factam incidit in phrenesim, contra Leonem, & Iulium Papam, qui huiusmodi Presbyteros reos animarum appellant 26. q. 6. can. 10. & 12. sequela prob. cū huiusmodi pœnitentes non sint capaces interioris contritionis, non possunt ad illam mediâ absolutione sacram. excitari; vnde cū nil cospicit abso- lutio iuuare, non tenebitur Sacerdos sub peccato illam impendere: quia vel supponitur contritio ex- citata, antequam in phrenesim incidenter, & sic non egent absolutione, vt ad eam excitentur; vel non supponitur excitata, & ad eam excitandam absolu- tio nil proderit.

DICO 2. Ad consequendum effectum huius sa- cram. non est necessaria attritio putata contritio; sed sufficit attritio, etiam cognita, & putata attritio. Fundamentum, suscepturus sacram. non tenetur Fundam. accedere cum maiore dispositione putata, quām re- quiratur; quæ est recipia attritio: Baptizandus non tenetur accedere cum maiore dispositione putata, quām requirit Baptismus in re: idem constat de cæteris

*illa est re- ceteris sacramentis: nam regula & mensura rectæ Bacognitio, cognitionis operatiꝝ, est res ipsa operanda secun- que confor- matur rei operanda.*

16. *Nec dici potest, ad hanc probabilem notitiam obligari pœnitentem, non ex naturâ rei operande; sed vel ex reuerentia sacramenti, vel ex voluntate & institutione Christi; tum quia nulla sit irreuerentia sacramento, accedendo cum dispositione, quam exigit natura & finis talis sacramenti: tum quia Christus non obligat supra exigentiam sacram. ab ipso instituti: cùm igitur hoc sacramentum sit à Christo institutum ad conferendam primam gratiam attrito, verisimile non est, voluisse nos obligare, vt ad illud accederemus cum contritione putata: tum quia si Christus pœnitentem obligaret ad contritionem putatam, obligaret ad falsum: quia obligaret ad notitiam non respondentem rei operande in hoc sacramento.*

quo ipsa proferuntur, sed subsequenti, quo profertur accidentalia. 1. modo prolata forma, inualida est, quia sine debitâ intentione prolata est. 2. valida est, quia per eam intenditur confici sacramentum: quod sufficit, vt intentione ministri in illam influat, etiam quando eam profert: nam profert cum intentione per eam confiendi sacram. licet non in prolatione verborum essentialium, sed accidentalium. Quare dispar est ratio, quando minister, vel nullam, vel oppositam habuit intentionem, quando verba essentialia formæ pronuntiauit; quia tunc defuit principium humano modo influens in verba essentialia: proinde non potuerunt esse idonea ad confiendum sacramentum, quia hoc non conficitur, nisi ex verbis humano modo prolatis.

2. Si quis

*Ad formæ prolationē requiri voluntas proferentis, ut principiū moraliter influens.*

*Duplex applicatio materia.*

72.  
Coroll. 2.

2. Si quis totam formam protulit, cum debitâ intentione, & posteâ ante applicationem materiæ, priorem intentionem reuocet, non esse necesse, iterum præcedentem formam repetere; sed sat esse, subsequentे actu illam virtualiter tantum repetere: Quia cùm iam supponatur debitè elicta & informata præcedente intentione, poterit subsequentे actu ratificari, ac virtualiter tantum repeti: quia tunc nō acciperet à subsequenti actu, nisi solam applicationem: cùm præcedente actu supponatur habere formalem intentionalem.

73.  
Obiectio.

Solutio.

Dicſ: ergo similiter si pœnitens sufficientem elicuit dolorem, & posteâ illum ante confessionem retractet, sufficiet, vt illum ante absolutionem virtualiter tantum renouet, absque alio nouo dolorc. Resp. neg. Sequel. nam dolor est pars sacramenti, quatenus est actus proprius pœnitentis: nam assumitur ad sacramentum, vt est dispositio pœnitentis: vnde sc̄mel à pœnitente retractatus, non manet amplius vt pars sacramenti, cùm non maneat, vt actus & dispositio pœnitentis. Actus verò proferendi formam sacramentalem concurrit ad sacramentum, non vt actus personalis ministri proferentis; sed vt instrumentum Christi, per illum vt per instrumentum suæ passionis principaliter operantis. Quod inde constat: quia si dolor pœnitentis inficiatur aliquā malitiā, non erit amplius sufficiens ad sacramentum integrandum: erit autem sufficiens ad id actus proferentis formam sacramentalem. etiamſi ille propriā malitiā priuatæ personæ proferentis inficiatur, eo quòd non vt actus proferentis; sed vt actus Christi per suum ministrum operantis, ad sacramentum assumitur. Ex hoc sequitur, talem actum, etiamſi à ministro retractetur, adhuc manere vt instrumentum Christi, per illud operantis: ac proinde, vt validè possit ad sacramentū concurrere, non egere vt formaliter iteretur per nouam formæ prolationem: cùm iam supponatur tota forma per præcedentem intentionem debitè prolata, quæ intentio, vt instrumentum Christi, non est per actum ministri retractata: sed solum eget, vt per nouam voluntatem eiusdem ministri præcedens prolatione formæ liberè applicetur.

74.  
Ad fund.  
oppo. sent.75.  
Ad fund.  
sentent.76.  
Compositū  
moralē est  
Pœnit. sacra-

omnes isti actus essentialiter concurrant ad constitutendum sacramentum pœnitentia, ac de ratione partium componentium sit aliqua coniunctio inter ipsas, vt omnes isti actus censemantur constituere unum compositum morale sacramentale, debent aliquam inter se coniunctionem habere, quæ non potest aliter definiri, quā arbitrio prudentis viri.

Dices 1. Sufficit, vt confessio peccatorum vno, vel altero mense præcesserit, vt possit cum præsente dolore, & absolutione componere unum sacramentum: ergo etiam sufficiet, vt dolor vno, vel altero mense præcesserit, vt possit cum præsente confessione, & absolutione componere unum sacramentum. 2. Si pœnitens post elictum dolorem de peccatis incidat in phrenesim vnius anni, vel in somnum vnius mensis; possit post phrenesim vnius anni, vel somnum vnius mensis absolui à peccatis, in virtute præteriti doloris: cùm tamen talis dolor non censeretur moraliter præsens cum confessione peccatorum, & absolutione ministri, quæ post annum, vel mensem fierent. Ergo non necessarium debet dolor, ad hoc sacramentum requisitus, esse moraliter coniunctus cum reliquis partibus pœnitentia. Resp. ad 1. in confessione sunt duo; & peccata, quæ vt materia absoluenda legitimo ministro proponuntur; & actus ipse confitentis, quo sua peccata subijcit clauibus, ab eisque absolutionem petit. Quoad 1. confessio præcedere potest multo tempore antè: modò absoluens, quando absolvit, sit illorum memor. Quoad 2. debet esse moraliter præsens cum reliquis partibus essentialibus sacramenti. Nam peccata ad hoc sacramentum non concurrunt vt pars constituens; sed vt materia remouenda, sunt pars da, & abolenda. Vnde sufficit, vt illa tantum sint in memoriā absoluens, vt ea per absolutionem sacramentalem abolere, ac remittere possit. Contra materia r̄t̄ verò actus confitentis, quo sua peccata subijcit mouenda. clauibus, ab eisque absolutionem petit essentialiter integrat hoc sacramentum, & consequenter, nisi sit moraliter præsens cum reliquis partibus, non poterit componere sacramentum. Quare etsi necessarium non sit, vt pœnitens peccata, quæ ante mensem confessus est, iterum confitatur, vt ab illis valeat absolutionem obtinere; necessarium tamen est, vt saltē illa de nouo subijciat clauibus per aliquod externum signum, quo ab illis absolutionem petat. Ad 2. neg. conseq. nam tali casu dolor paulò ante phrenesim, vel somnum elicitus, non supponitur in phrenesi vel somno interruptus per contrarios disparatosque actus humanos, cùm nullos actus humanos phreneticus, vel dormiens exercere possit: & consequenter etiam immediatè post phrenesim, vel somnum talis dolor esse moraliter præsens confessioni, & absolutioni: at si ante, vel post somnum, aut phrenesim dolor fuit per alios actus humanos moraliter interruptus, debet iterum renouari per aliud dolorem à priori distinctum. Nec sufficeret eo casu ratum habere priorem dolorem iam interruptum: quia cùm ille non sit moraliter coniunctus præsenti confessioni & absolutioni, neque per talem ratificationem fiat moraliter præsens, non poterit sola ratificatione esse sufficiens ad validitatem huius sacramenti, quod essentialiter requirit dolorem moraliter præsens, & coniunctum cum reliquis partibus sacramenti.

## SECTIO V.

*An si pœnitens post dolorem, nouum peccatum committat, nouum debeat dolorem elicere cadentem super omnia, an sufficiat de novo tantum peccato commisso dolere?*

81. **H**Aec diffic. sub his terminis expressam non legi: Caterum per se digna est examine Scholastico.

82. **P**RIMA sententia, nullum requiri dolorem; sed sufficere priorem, ante nouum peccatum, cliticum: quia ille idem virtute extendebatur ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum: sed per nouum non est abolitus: igitur prior dolor sufficiet, etiam pro peccato de novo commisso.

83. **S**ECUNDA affirmit, saltem nullum requiri nouum dolorem, si prior, quo pœnitens sua peccata detestatus est, fuit contrito: quia contritio per sequens peccatum non extinguitur; sed adhuc manet in diuinâ acceptatione: ergo adhuc poterit esse dispositio pro novo peccato ad gratiam in sacramento pœnit. imperandam; quia contritio vi sui motiu formalis se extendit ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum. Anteced. prob. contritio vi gratia iustificantis, quam secum ex diuinâ promissione afferit, fit opus viuum, & meritum condignum coram Deo: nullum autem opus viuum, & de se condignum coram Deo extinguitur per subsequens peccatum: alioqui non posset illud redire, remitto peccato, sicut non posunt redire opera mortua, facta in peccato.

84. **T**ERTIA docet, requiri nouum dolorem cadentem super omnia peccata, etiam super ea, quæ priori dolore fuit quis detestatus; quia subsequens peccatum retractat priorem dolorem, illumque penitus extinguit: igitur opus est novo, cadente super omnia peccata: cum nullum peccatum possit esse materia absolutionis, nisi sufficienti dolore detestatum.

85. **N**ota: potest hæc quæstio esse tam de dolore mortalium, quam venialium; tam de novo mortalibus commisso post dolorem de mortalibus, & venialibus præteritis; quam de novo tantum veniali commisso post dolorem de venialibus præteritis.

86. **D**ICO 1. Si prior dolor fuit vniuersalis cadens super omnia peccata, siue fuerit attritio, siue contritio, siue de mortalibus, siue de venialibus tantum, repetendus est nouus dolor, qui non solùm cadat super peccatum præsens mortale de novo commissum; sed etiam super omnia mortalia præterita, non super omnia venalia; sed sufficit, si cadat super vnum tantum veniale, si nullum sit mortale.

Fundam. talis dolor per quodlibet peccatum subsequens retractatur; at sine dolore nequit hoc sacramentum confici: igitur necessarius est nouus dolor, qui cadat super mortale de novo commissum, & omnia præterita mortalia; non super omnia venalia: quia sicut hæc non tenemur confiteri; ita ea possumus sine debito dolore Sacerdoti manifestare, non ad eorum absolutionem petendam; sed ad maiorem nostri confusionem, & erubescientiam, modò ad validitatem sacramenti de aliquo sufficientem dolorem afferamus. Maior prob. dolor, qui ex suo motiuo cadit super omnia peccata, suâ naturâ opponitur omnibus, & singulis peccatis: ergo à quodlibet virtualiter retractatur: nam tunc unus actus virtualiter retractatur, quando ponitur alter actus

priori incompossibilis. Ideò enim per contritionem <sup>realiter re-</sup> vel dilectionem Dei super omnia retractamus, sal-tractatur, tem virtute omnia mortalia: quia contritio, & dilectio Dei super omnia suâ naturâ est incompossibilis cum quolibet mortali. Anteced. prob. dolor, qui ex proprio motiuo formalis cedit super omnia peccata, detestatur omnia sub eadem ratione formalis indiusibili; quia detestatur illa ex suâ ratio-<sup>ne specificâ, sumptâ ex codem motiuo formalis, quod reperitur in quolibet peccato. Confirm.</sup> nequit contritio ex suo motiuo formalis detestari unum mortale, quin ex codem detestetur omnia: ita è conuerso nequit sub eadem ratione formalis sumptâ ex codem motiuo existente in omnibus peccatis retractari, & deleri respectu vnius peccati, quin retractetur, & deleatur respectu omnium.

DICO 2. Etiam si prior dolor de peccatis non fuerit vniuersalis de omnibus; sed proprius, & particularis de singulis, adhuc ad validitatem sacram. post nouum peccatum, requiritur nouus dolor, cadens super omnia. Fundam. 1. per peccatum subsequens saltem moraliter interrumpitur prior dolor de peccatis præteritis; & consequenter non potest amplius componere vnum sacramentum cum praesenti confessione, & absolutione: ad hoc enim requiritur moralis coniunctio inter partes compónentes, Anteced. prob. peccatum subsequens non modò est actus disparatus, interrumpens moralem connexionem inter præcedentem dolorem de peccatis confitendis, & subsequentem absolutionem; verum è diametro oppositus naturæ huius sacram.

87. quæ postulat remotionem obicis, & affectus pec-  
candi. 2. Dolor ad hoc sacramentum requisitus non  
solùm includit detestationem de peccatis commis-  
sis; sed etiam propositum non peccandi de cætero:  
vt à Trid. sess. 14. c. 4. expresse definitur. Igitur quodlibet peccatum est tali dolori incompossibile: nam  
implicat, aliquem habere efficax propositum de  
cætero non peccandi, quale ad hoc sacramentum  
requiritur (nam vt ibid. docet, dolor ad hoc sacra-  
mentum requisitus, debet excludere voluntatem  
peccandi) & simul actu peccare. Ergo per quodlibet peccatum talis dolor retractatur: nam per om-  
nem illum actum retractatur, cum quo ille est incompossibilis. Confirm. Dolor ad hoc sacramen-  
tum requisitus, est dolor reconciliatus peccato-  
riscum Deo: cum enim finis huius sacramenti sit,  
reconciliare peccatorem cum Deo, vt eadem sess.  
14. cap. 3. etiam dolor, qui ex parte pœnitentis re-  
quiritur, debet esse reconciliatus, vt sit propori-  
tatius huius sacramenti fini. Dolor autem huius-  
modi debet includere etiam propositum de cætero  
non offendendi; & consequenter excludere debet  
omnem affectum amplius reconciliandum offendendi.

Vnde quando dixi, ad hoc sacramentum suffi-  
cere dolorem proprium, multiplicatum super sin-  
gula peccata, id non intellexi de dolore particu-  
lari, qui virtute saltem non se extendat ad omnia  
mortalia; nam hoc ipso, quo dolor ad hoc sacra-  
mentum requisitus excludit voluntatem peccandi,  
virtute se extendit ad omnia peccata: sed solùm  
intellexi de dolore particuliari, qui tantum imme-  
diatè & expresse cedit super vnum peccatum; virtute  
tamen & implicitè se extendit ad omnia. Quia  
scilicet talis est, vt vi ipsius omnia & singula mor-  
talia, si menti occurrerent, detestarentur. Possimus  
enim uno actu omnia peccata detestari; 1. imme-  
diatè & expresse detestando omnia, motiuo vni-  
versali cadente super omnia: vt quia sunt offensi-  
ua Dei; quia sunt priuacina gloriae; quia sunt de-  
merito-

Quando  
actus vir-

Fundam.  
duplex.

Secundum.

Quodlibet  
peccatum  
est incom-  
possibile cù  
dolore re-  
quisito ad  
hoc sacram.

88. Confir-

89. Confir-

90.

Vol media-  
et vir-  
tute.

Ratio.

91.  
Doctrina  
applicatur  
dolori de  
venialibus  
proportio-  
naliiter.

Ratio.

92.  
Inflantia.  
Soluerit.93.  
Viginti.Respon-  
sor.

meritoria pœna æternæ: & tunc sufficit unus tantum dolor, immediate cadens super omnia. 2. motio expressè quidem, & immediate cadente tantum super unum; virtute tamen & mediate extende se super omnia, vt cum detestamur peccatum blasphemiae propter malitiam, & enormitatem ipsius, interim virtute non excludendo alia peccata, quamvis ea formaliter & expressè non detestemur: quia etsi in ea expressè non tendamus, tendimus tamen virtute, eo quod vi talis actus, si reliqua menti occurserent, etiam formaliter detestaremur; etsi neque hoc ipsum explicitè & signatè tali actu intendamus, sed solum virtute & exercitè: quia talis naturæ est actus, vt vi ipsius prorupturi essemus in formalem detestationem reliquorum, caq[ue] vitaturi, si se offerrent committenda. Quando igitur peccata detestamur hoc 2. modo, debemus per multiplicatos actus, singulos cadentes super singula, ea detestari: quia ad hoc sacramentum non sufficit dolor tantum virtualis de peccatis memoriarum praesertim; alioqui sufficeret sola dilectio Dei super omnia, quod supra improbatum est: sed necessarius est dolor expressus & formalis, vel unus immediate cadens super omnia, vel multiplex cadens super singula mortalia. Ita etiam confessio venialium requirit formalem & expressum dolorem, cum proposito de cetero non committendi illud veniale, supra quod immediate cadit dolor: saltim enim tenetur de aliquo expressè, & formaliter dolere: & de illo procedunt, quæ hactenus de confessione mortalium dixi: nisi quod dolor de uno tantum veniali non necessariò debeat virtute se extendere ad cetera venialia, cum retinere possimus voluntatem ea non vitandi. Ceterum etiam dolor de venialibus debet habere conditiones à Trident. assignatas, nempe efficax propositum illud non committendi de cetero, & consequenter non solum exclusionem complacentiarum, sed etiam voluntatem amplius talia venialia in specie non committendi: quia talis dolor requiritur ut pars essentialis sacramenti. Siue igitur ille sit de mortali, siue de veniali, semper habere debet naturam doloris, qui ad hoc sacramentum essentialiter requiritur.

DICES: ergo eodem modo dolor de venialibus debet saltè virtute se extendere ad omnia, sicut dolor de mortalibus. Resp. neg. scquel. nam hoc est ex speciali ratione mortali, quorum, quia non potest unum absque ceteris remitti, necessariò dolor unius debet, virtute saltem, includere dolorem omnium. Contrà verò, cum possit unum veniale, etiam in sacramento, remitti sine alijs, non necessariò dolor unius debet virtute includere dolorem omnium. Instabis. Injuriam irrogat sacramento, qui ad illud accedit, sine dispositione sufficiente ad effectum ipsius: ergo pariter injuriam irrogat huic sacramento, qui ad illud accedit absque sufficiente dispositione ad remissionem omnium, quæ ipsius clauibus subiicit. Resp. neg. conseq. nam qui sine ullâ dispositione ad sacramentum accedit, omnino irritat principalem finem, & effectum ipsius; ac proinde magnam injuriam illi infert, dum illud priuat principali fine, & primario effectu. Contrà verò, qui ad hoc sacramentum accedit cum dispositione sufficienter ad remissionem aliquorum tantum, & non omnium venialium, non irritat illud quoad ipsius primarium finem, & effectum, qui est, gratiam peccatorum remissiunam conferre: proinde nullam injuriam illi infert. Sicut nullam injuriam infert alijs sacramentis, qui ad illa non accedit cum maiori dispositione, iuxta quam illa maiorem con-

ferrent gratiam: cum non teneamur ad huiusmodi maiorem fructum à sacramentis recipiendum nos disponere: sed solum, ne sacramenta priuemus suo primario fine, & effectu.

Infertur, quando quis sola venialia confitetur, si post ipsorum sufficientem dolorem, incidat in aliquod veniale, si praecedens dolor feit universalis cadens super omnia, vel particularis tantum de uno, cuius simile in specie post dolorem committatur, omnino illum retractari, vt incompossibile est cum nouo veniali commisso. Si verò prior dolor de venialibus fuit particularis cadens super aliqua tantum, & post talem dolorem committatur aliquod veniale, supra quod prior dolor non se extendebat, tale peccatum priorem dolorem non retractat: quia cum illo subsequens peccatum non est incompossibile; interrumpit tamen moralem connexionem ipsius cum sacramentali confessione & absolutione. Hoc intellige de veniali aduententer, & pleno usu rationis commisso; non ex surreptione tantum, vt probable est; cum illa conexio non videatur impediri, nisi per interruptiōnem humano modo factam plenâ rationis aduententia. Nec non de veniali, notabili temporis morâ intercidente inter præteritum dolorem, & præsentem confessionem, quamquam posset praecedens dolor, si tantum fuit per subsequens veniale interruptus, & non retractatus; novo tantum actu voluntatis applicari, & fieri moraliter præsens confessioni, & absolucioni.

Ad fundam. primæ, neg. minor; ratio constat ex 1. & 2. asser. Ad fundam. secundæ, dist. anteced. manet talis dolor in diuinâ acceptatione, vt meritum ad præmium retribuendum, concedo; manet vt dispositio sufficiens ad gratiam sacram. impetrandam, nego. Ratio; cum opera viua, in gratia facta, non ex Naturâ suâ, vt dñs. 7. & 8. sed ex diuinâ misericordiâ, remisso peccato per pœnitentiam, ad pristinum præmium, ad quod fuerunt ordinata, fideant; cum quæ authoritate Scripturæ, Concil. Patrum, hoc tantum certum habeamus de operibus viuis in ordine ad præmium; non de dolore in ordine ad sacramentum, non rectè ex uno arguitur aliud, cum hoc non pendaat ex naturâ operis, sed ex voluntate Dei, quæ de uno, & non de alio nobis manifestata est. Ceterum, cur Deus hanc legem seruare voluerit hæc ratio assignari potest: quia præmium pendet à voluntate præmiantis; sicut pœna à voluntate punitientis. Vnde, vt quis remunerationem præmij accipiat suo opere condignam necesse non est, vt sciat, non verò vt tale præmium tali operi esse promissum; sicut neque vt quis pœnam incurrat suâ culpâ condignam, requiritur, vt sciat, talem pœnam esse tali culpæ impositam; sed sufficit, vt tam pœna sit tantum voluntaria radicaliter in culpâ; quæ præmium in actu virtuoso. Dolor verò de peccatis cum ad hoc sacramentum requiratur ut actus proprius pœnitentis, quo commissa peccata detestatur, coquè compensationem aliquam exhibeat Deo offenso, quæ connaturaliter exigit fieri per proprium actum offendentis; cuinque hic semel per nouum peccatum retractatus non maneat amplius, neque vt proprius actus peccatoris, neque vt obsequium, & compulsionis pro offensâ digna Deo (nam hæc debet esse maximè voluntaria, & libera) maior ratio fuit, cur dolor semel peccato retractatus non redat vt dispositio ad gratiam impetrandam cum sacramento pœnitentiarum, quæ opera viua in gratia facta, & per peccatum mortificata, per condignam pœnitentiam redeant ad pristinum præmium.

95.  
Ad sent. I.  
Ad 2.Cur contri-  
tio renui-  
cat & ma-  
ritum ad  
præmium,non verò vt  
dt̄p̄f̄t̄io  
ad sacra-  
mentum.



106.

ad vitandum quodcumque graue peccatum, si il-  
lud commitendi offerretur occasio. Confirm. Im-  
plicat peccatorem ad hoc sacramentum accedere  
cum efficaci voluntate reconciliandi se cum Deo,  
& non accedere animo saltem virtuali tollendi om-  
nem obicem, & impedimentum, quod posset re-  
conciliationem impedire: quia in eâ efficaci volun-  
tate, implicitè & virtualiter includitur aueratio ab  
omni mortali, cum quo repugnat reconciliationis;  
omnis quippe efficax voluntas alicuius boni im-  
plicitè & virtualiter includit auerionem oppositi  
mali, cum quo stare non potest bonum efficaciter  
intentum. Igitur dolor essentialiter ad hoc sacra-  
mentum requisitus, virtualiter saltem se extendit  
ad omnia peccata, etiam oblita pœnitentis. Quod  
autem debeat pœnitens cum efficaci voluntate re-  
conciliatiuā ad hoc sacramentum accedere, præter  
rationem *suprà assignatam*, evidenter colligitur ex  
*Trident. sess. 14. cap. 4. vbi* docet, hunc dolorem ad  
hoc sacramentum pœnitentia requisitum, debere  
includere spem venie, quæ est ipsa voluntas efficax  
obtinendi reconciliationem medio hoc sacra-  
mento à Deo.

107.  
*Reselluntur  
modi effi-  
gnasi.*

Tertiò specialiter arguo contra singulos assigna-  
tos modos: contra 1. ex *Trident. sess. 14. cap. 4.* dolor  
ad essentiam huius sacramenti requisitus, debet esse  
supernaturalis; vt potè Dei donum, & Spiritus S.  
impulsus: quod ita sit, sit ex merito Christi, ac pro-  
inde est supernaturale: quia Christus non meruit  
nobis, nisi supernaturalia. Contra 2. dolorem, quem

108.

*Florent. in decret. Eugenij Papa, & Trident. cit.* aiunt  
esse materiam sacramenti pœnitentia, simul docent,  
contineat & detestationem peccati commissi, &  
propositum de cætero non peccandi. Sed propo-  
situm, quod sacramentalis dolor includit ex eod.  
*Trid. not. loco*, excludere debet omnem voluntatem  
peccandi; igitur debet esse efficax, & absolutum;  
ergo etiam detestatio peccati commissi erit efficax,  
& absoluta: quia propositum de cætero non pec-  
candi originatur ex detestatione peccati præteriti,  
est enim hæc prior & causa illius: repugnat autem  
effectum esse perfectiorem suâ causâ: ergo dolor,  
qui deficit, vel in proposito de cætero non peccan-  
di, vel in ipsa detestatione peccati commissi, non  
sufficit ad essentiam huius sacramenti. Contra 3.  
sicut nulla certa intensio requiritur ad dolorem  
sacramentalem, ita nullus defectus intensionis redi-  
dit dolorem insufficientem ad effectum sacramen-  
ti. Contra 4. patet ex 2. fundam. quia dolor ad hoc

109.

sacramentum requisitus debeat esse reconciliatiuus  
pœnitentis cum Deo, efficax, & absolutus, ex *Con-  
ciliis*, virtualiter saltem se extendat ad omnia pecca-  
ta, etiam oblita. Tandem nullo modo potest esse  
confessio valida defectu doloris, quando talis defec-  
tus aduertitur, vel aduerti debet à pœnitentia: quia  
tunc committitur nouum peccatum in confessio-  
ne: nam accedere cum obice noto vel culpabiliter  
ignorato ad effectum sacramenti, est graue peccatum.  
Nec sufficit illud confiteri, sed tencris etiam  
illud tollere. Neque etiam erit valida confessio, quan-  
do doloris defectus inuincibiliter ignoratur: quia  
sicut tunc non pecces; non tamen ponis sufficientem  
materiam à Christo institutam.

110.

DICES: potest pœnitens ad hoc sacramentum  
accedere, cum attritione vnius tantum mortalis,  
quod solum, post diligens examen, nenti occurrit:  
sed tunc validum efficeret sacramentum, quia suf-  
ficientem afferret dolorem pro peccato, quod post  
diligens examen menti occurreret: cùm ad amplius  
pœnitens non teneatur: cùm tamen in eo euentu  
effectum gratia non consequeretur: quia, vt sup-

111.  
*Confessio  
cum defec-  
tu doloris  
inuincibili-  
te, si aduer-  
sat.*

ponitur, talis dolor virtute non se extenderet su-  
per peccata inculpabiliter oblita: quia non efficit  
elitus ex motiuo vniuersali, virtualiter saltem ca-  
dente super omnia; sed ex particulari limitato tan-  
tum ad peccatum menti præsens. Dolor autem ne-  
quit virtualiter se extendere super omnia peccata;  
nisi sit ex motiuo vniuersali virtualiter cadente su-  
per omnia. Resp. posse cum tali dolore ad hoc sa-  
cramentum accedi vel cum eodem simul elicito ex  
affectu & motiuo reconciliandi se cum Deo: &  
tunc ex tali motiuo virtualiter se extendit ad dete-  
standa omnia, etiam inculpabiliter oblita, cùm vi-  
talismotiu includat efficacem voluntatem, saltem  
virtualē detectatiuam omnium, quæ menti occur-  
rent; seu tollendi omnia impediemta, quæ pos-  
sent reconciliationem impedit: Vel cum tali do-  
lore nullum pœnitens affectum habet reconci-  
liandi se cum Deo: & tunc non solum non accipe-  
ret gratiam; sed nec validum efficeret sacramen-  
tum. Cæterū, vt dolor dicatur virtualiter se ex-  
tendere ad omnia peccata, etiam oblita, necesse non  
est, vt procedat ex motiuo formaliter, & expreſſe  
vniuersali cadente super omnia, sed sufficit, vt pro-  
cedat ex motiuo virtute tantum, & implicitè caden-  
te super omnia. Si nimur talis sit dolor, etiam  
terminatus ad particularem malitiam peccati, vt vi  
illius pœnitens dispositus sit, omnia peccata dete-  
stari, si actu menti occurrerent. Quam condicio-  
nem necessariò habet quicumque dolor elicitus ex  
affectu reconciliationis cum Deo.

Ad fundam. primæ resp. alia sacramenta non in-  
cludunt vt partem essentialei dispositionem sus-  
cipientis, vnde possunt esse valida quoad essen-  
tian, informia quoad effectum: quia possunt in-  
cludere omnia essentia, etiamsi non includant  
debitam dispositionem suscipientis in ordine ad  
effectum: at sacramentum pœnitentia includit vt  
partem essentialei, dispositionē pœnitentis: quam  
si includit, non solum erit validum; sed etiam effi-  
cax; si non includit, non solum erit inefficax; sed  
etiam inuolidum. Ad 2. nego sequel. nam hæc an-  
xietas tollitur per bonam fidem pœnitentis: nam  
quamdiu tibi non constat, non teneris invalidas  
confessiones repeteri, & peccata, quæ inualide con-  
fessus es, remittuntur vt oblita per alias confessio-  
nes validas. Ad S. Thom. respondet Vazquez, illum  
retractasse sententiam in 4. dist. 23. quest. 1. art. 4. vbi  
docet: contritionem esse de essentiâ huius sacra-  
menti.

Vltimò queri potest, an saltem dari possit sa-  
cramentum Pœnitentia validum, & informe respe-  
ctu venialium; potest de venialibus esse confessio  
1. modo, vt pœnitens non habeat nisi tantum ve-  
nialia, proinde ad hoc sacramentum accedat cum  
gratia: 2. modo, vt cum venialibus habeat aliquod  
mortale, inuincibiliter tamen oblitum. 1. modo cer-  
tum est, non posse hoc sacramentum esse validum,  
& informe, Aduersarijs fatentibus. quia si pœnitens  
non accedit cum dolore sufficiente ad essentiam  
sacramenti, sacramentum non modò erit informe,  
sed etiam inuolidum. Si vero accedit cum dolore  
sufficiente: non poterit non simul esse formatum,  
cùm omne sacramentum nouæ legis statim con-  
ferat obicem non ponenti. Sed qui non habet ni-  
sistantum venialia, accedens cum dolore sufficiente  
ad essentiam sacramenti, nullum ponit obicem, et  
iamsi non accedit cum dolore sufficiente ad remis-  
sionem omnium venialium: ergo recipit gratiam  
sacramentalē ac proinde sacramentum erit si-  
mul validum & formatum. Dixi, sufficiente ad re-  
missionem omnium venialium: quia saltem debet ac-  
cedere

112.  
*Dupliciter  
cum tali  
dolor arce-  
di potest ad  
valde nota.*

113.

114.

115.

116.

117.

cedere cum dolore sufficiētē ad remissionem vnius venialis: alioqui sacramentum non solum esset informe; sed etiam inuālidum, defectu doloris ad sacramentum essentialiter requisiti. 2. Modo contendunt Aduersarij, dari posse sacramentum de venialibus confessis validum & informe, defectu doloris non se extendentis supra mortale inuincibiliter ignoratum. Verūm oppositum evidenter sequitur ex iactis fundam. Quia cùm ad essentiam huius sacramenti requiratur dolor reconciliatius peccatoris cum Deo; & hic virtualiter se extendat ad omne mortale, quippe cùm se extendat contra omne impedimentum, quod posset hanc reconciliatiōnem impedit, non poterit esse validum, & simul informe defectu doloris: cùm omnis dolor ad essentiam huius sacramenti requisitus, sit etiam sufficiens ad ipsius effectum.

## DISPVTATIO XIII.

## De Confessione.

**C**ONFESSIōNIS necessaria materia, sunt omnia mortalia post Baptismum commissa; sufficiens etiam venialia iudici sacramentali manifestata. Vnde hæc confessionis descrip̄tio, quam recipit Catech. Pij V. De sacramento Pœnitentiaz s. sed iam: *Confessio est legitima, & sacramentalis accusatio, de proprijs peccatis, ad eorum veniam, virtute clauis obtinendam, coram Sacerdote facta.* Etenim vt S. Doct. in 4. dist. 17. quest. 3. art. 2. q̄uest. 1. plura possunt in confessione sacramentali confiderari. 1. substantia actus: & hæc est legitima, & sacramentalis accusatio: quæ, vt cit. loco notat Catechis. dicitur accusatio, vt distinguatur à simplici, & historicâ narratione: cùm debeat pœnitens ad hoc sacramentum accedere animo accusatorio, & vindicatio suorum criminum. 2. materia, de quâ affertur accusatio: atque hæc sunt propria peccata post Baptismum commissa. Ex quo sequitur, non aliena; sed propria peccata esse in hoc Sacramento explicanda. 3. finis, propter quem hæc accusatio à pœnitente fit: quæ est venia peccatorum virtute clauis obtinenda, cùm hic sit finis cuius sacramenti, quem intendere debet pœnitens actu spei, cùm ad illud accedit. 4. est persona, coram quâ facienda est hæc accusatio: & hic est Sacerdos, qui virtute clauis potestatem habet absoluendi pec-

**Conditiones** cata, quæ sibi iuridicè à pœnitente subiiciuntur. Porro multas conditiones Doctores addunt confessioni: quæ tamen omnes ad has 4. reducuntur, vt sit voluntaria, integra, fidelis, secreta. Voluntaria: quia cùm hoc sacramentum sit adultorum, non potest validè conferri absque propriâ voluntate suscipientis. Integra, vt sit omnium mortalium, quæ post diligens conscientiæ examen memoria occurront. Fidelis, vt pœnitens neque augeat, neque minuat numerum, vel speciem peccatorum, aut circumstantiarum, quæ sunt in hoc sacramento confitenda. Secreta, ne absque urgente causâ fiat coram alijs; sed ad aures ipsius Sacerdotis, quæ propterea auri-cularis appellatur. Nam quamuis hic modus publicè confitendi, anteà fuerit in vsu in Ecclesia D. i.; iustas tamen ob causas fuit postea sublatus à tempore Nestorij Epis. Constant. quem etiam improbat Leo Papa Epist. 80. ad universos Campaniæ Episcopos.

## SECTIO PRIMA.

*Qualis voluntas ad sacramentalem confessionem sit necessaria?*

**C**ertum est, voluntatem ex motiu mortalis elicita, non esse sufficiētē ad hoc sacramentum, quia positivè ponit obicem essentiæ huius sacramenti; quale est mortale: quia cum tali voluntate implicat, pœnitentem habere dolorem reconciliatiuum cum Deo, ad essentiam huius sacramenti requisitum. Nec sufficit, huiusmodi peccatum <sup>2.</sup> *Peccatum mortale obex.* Absolutio tantum confiteri, nisi etiam tollatur, & per contrarium dolorem retractetur. Nec est par ratio de ab-solutione Ministri, quæ etiam ex prauo fine mortalis impensâ, sacramentum non irritat, neque illud reddit informe; nam absolutio ad hoc sacramentum non concurrit vt actus personalis absoluētis; sed vt actus Christi per Sacerdotem, vt per suum mini-stri operantis. Vnde sufficit, vt illa eliciatur ex motiu faciendi, quod Christus intendit. Voluntas autem confitendi concurrit ad hoc sacramentum vt actus proprius pœnitentis: proinde si illa depravatur malo fine, non poterit esse sufficiens ad hoc sacramentum, cùm aliunde non habeat sufficiētē bonitatem. Sola igitur difficultas est, an sit sufficiens voluntas ex prauo dumtaxat motiu venialis.

Affirmant *Sotus* in 4. dist. 18. quest. 3. art. 3. ad 3. ar-

gum. *Sylvestri*, *Nanarrus* in summ. cap. 21. num. 40. <sup>3.</sup> *1. Sententia Fundam.*

quos sequitur *Suarez* dist. 20. set. 3. quia yeniale neque est obex ad essentiam, neque ad effectum huius sacramenti: ergo talis voluntas neque essentiam, neque effectum huius sacramenti impedit, si cætera requisita afferantur. Negantverò *Sylve-*

<sup>4.</sup> *2. Sententia Fundam.*

*ster* verb. *confessio* 1. quest. 7. *Angelus* §. 5. &c. quia confiteri ob alium finem, quā ad veniam pecca-

torum obtinendam, est mortale; scilicet est peruer-

tere, & operari contra principalem finem huius sacra-

menti, quod per se institutum est ad remissio-

nen peccatorum. Vnde inferunt, confessio em ob-

vanam gloriam factam, esse nullam, & repetendam.

At cum *Armilla* verb. *confessio* num. 4. distinguo: vel

pœnitens nullam aliam habet voluntatem, cùm ad

hoc sacramentum accedit, quā ex motiu veniali

elicitam: & tunc dico, nullum in tali casu effici

sacramentum, cùm pœnitens non afferat volunta-

tem ad hoc essentialiter requisitam: quæ ex *Trident.*

*confessio* 14. cap. 4. & omnibus ferè Patribus, debet esse ex motiu supernat. venia peccatorum obtinendæ.

Est enim hæc voluntas huic sacramento essentialis,

& inter actus pœnitentis à cit. *Concil.* numeratur.

Nam hoc ipso, quod pœnitens ad hoc sacra-

mentum accedit animo reconciliandi se cum Deo, acce-

dere debet cum spe cōsequendi remissionem pecca-

torum. Vel præter voluntatem ex motiu veniali

elicitam, habet aliam, quā sperat remissionem

peccatorum, per hoc sacramentum à Deo obtinen-

dam. Et tunc verum est, quod Authores 1. senten-

tiaz docent, talem voluntatem neque essentiaz, ne-

que effectui huius sacramenti obesse: quia talis vo-

luntas est tantum conditio applicans materiam, non

actus integrans sacram. ex parte pœnitentis; vt dolor

recōciliatius & actus speci simus cum actu fidei, qui-

bis pœnitens credit, & sperat, per hoc sacramentum

se obtenturum veniam peccatorum: qui actus per

huiusmodi voluntatem venialiter culpabilem non

tolluntur: cùm non repugnet, actum virtutis simul

stare posse, cum ventali, in eodem subiecto, cùm

nullam

*Actus vir-*

*tutis simul*

*stare posse*

*cum ventali.*

nullam inter se habeant contradictoriam oppositionem Atque ex his conciliantur utriusque sententia authores.

7. Infertur i. non esse necesse tale peccatum in confessione manifestare: quia cum sit tantum veniale; & nullum veniale confiteri tencamur, si ex aliâ parte neque sacramentum, neque effectu sacramenti impedit, non erit necessariò confitendum, neque ad validitatem, neque ad effectum sacramenti. 2. Non posse pœnitentem eodem actu simul velle sua peccata confiteri ex prauo motiuo venialis, & sperare veniam peccatorum: quia cum prior actus sit praus, naturalis, & ex in honesto fine elicitus, posterior verò honestus, supernaturalis, & ex recto fine elicitus, non poterunt conuenire in unum eundemque actum: cum nequeat simul esse malus & bonus, naturalis & supernaturalis, ex prauo naturalique fine, & ex honesto, supernaturalique motiuo elicitus. 3. Voluntas, quâ pœnitens sua peccata subjicit clauibus, non integrat intrinsecè hoc sacramentum; sed est tantum conditio applicans materiam: contrà verò intrinsecè hoc sacramentum integrat voluntatem, quâ pœnitens sperat per hoc sacramentum veniam peccatorum.

8. DICES: tam Florent. in decret. de unione Armen. quam Trident. sess. 14. cap. 3. & can. 4. docent, materiam huius sacramenti esse confessionem: ergo non voluntas, quâ pœnitens sperat veniam peccatorum; sed quâ sua peccata per confessionem subjicit clauibus, est actus ex parte pœnitentis intrinsecè integrans hoc sacramentum. Nego conseq. tum quia pro materia sacramenti Concilia non intelligunt solos actus intrinsecè componentes; sed quomodo cumque necessariò ad validitatem sacramenti requisitos. Tum quia Confessio pœnitentis dicitur à Concilijs materia huius Sacramenti ratione peccatorum, quæ sunt necessaria materia, circa quam versatur potissima pars huius sacramenti, quæ est absolute sacramentalis, quæ exerceri non potest, nisi in peccata per actum confessionis manifestata.

9. Voluntas, quâ pœnitens sua peccata subjicit clauibus peccata, nō integrat intrinsecè sacram. pœnit.

10. Materia sacram. pœnit. nō sunt soli actus intrinsecè componentes.

## SECTIO II.

*An sit essentiale Confessioni sacramentali,  
ut propria pénitentis voce fiat?*

- 12.** RIMA dub. ratio sumitur ex Florent. in *decret.*  
**1. Ratio.** *de union. Armen. §. quartum:* vbi Confessionem  
appellat oris Confessionē. 2. à paritate absolutionis,  
& reliquarum sacramentorum formarum, quæ ad  
validitatem sacramenti postulant, ut propria Mini-  
stri voce proferantur.

**13.** Opposita tamen sententia communis, & constans  
*Vera sent.* est omnium, nempe ad essentiam sacramenti necc-  
sarium non esse, vt confessio peccatorum fiat pro-  
priâ voce pœnitentis; sed posse, quo quis signo suffi-  
ciente ad manifestanda peccata Sacerdoti fieri.  
Hanc docet S. Thom. in 4. dist. 17. quest. 3. art. 4. quest.  
3. ad 2. & cumeo reliqui. Nam quamvis *Scotus* in 4.  
dist. 17. quest. vn. §. ad argum. circamed. videatur nega-  
re, confessionem sacramentalem fieri posse scripto;  
id non negat fieri posse validè; sed tantum licet;  
nam *infra* docet, fieri posse scripto Sacerdoti præ-  
senti. Fundam. ex praxi, & vsu Ecclesiaz; quæ non  
modo hortatur, sed etiam præcipit, vt *infra*, dandam  
esse absolutionem ijs, qui in extremo periculo po-  
siti, propriâ loquelâ destituuntur: modò signum ali-  
quod dederint interioris confessionis: at non potest  
Ecclesia præcipere, vt Sacramentum absque essen-  
tiali materiâ aut formâ administretur: nec illâ

**14.** Potissimum  
*fundam.*

necessitate Ecclesia præcipere potest ut Baptismus conferatur in vino, vel in alio liquore, ab aquâ elementari diuerso. Igitur si præcipit, dandam esse absolutionem ijs, qui absque propriâ voce, sed solo nunt, vel alio signo interiorè voluntatem confitendi manifestarunt; aperte sentit, de essentia sacramentalis confessionis, non esse, ut propriâ pœnitentis voce fiat. 2. Si hoc esset confessioni sacram. essentiale; colligi deberet ex ipsâ confessionis institutione; cum ex solâ voluntate Christi pendeat essentia ac natura Sacram. quidquid ex illâ non colligitur, temerè asteritur: At ex illâ solûm colligitur, quod per eam debeant peccata pœnitentis manifestari Sacerdoti, ut ea cognita per potestatem sibi à Christo communicatam absoluere possit, iuxta illud *Ivan. 20*. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:* & hæc peccatorum manifestatio alio modo, quam propriâ pœnitentis voce, fieri potest: ergo limitanda non est ad solam pœnitentis vocem.

DICES, eodem modo dici posse, non esse necessariam aquam clementarem ad essentiam Baptisimi: Dices. quia ex institutione ipsius tantum colligitur quod per externam ablutionem debeat interna animi emundatio significari: hæc autem æquè significari posset per quemlibet alium liquorē; non esse in Euchar. necessarium panem ex tritico, & vinum de vite; sed sat fore quemcumque panem & potum visualē: cùm ex institutione solum colligatur, quod per hoc sacramentum Christus sacramentaliter se nobis communicet per modum cibi & potus, quod æquè bene fieri posset per quemcumque panem, & potum visualē. Idem dicti posset de reliquis sacramentorum materijs. Nego sequel. tum quia materiæ aliorum Sacramento- resp. rum, vel sunt expresse determinatae à Christo, ut aqua in Baptismo Iean. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* oleum in Extremâ vñctione Iacobi 5. *Vngentes eum oleo in nomine Domini: materia Euchar.* Matth. 26. Marci 14. Luca 22. vel habentur ex perpetuâ Ecclesiæ traditione, ut olcum balsamo mixtum in Confirmatione, & materiæ in sacramento Ordinis. In Confessione sacramentali neque ex scripturis, neque ex ptaxi, & traditione Ecclesiæ colligitur, quod debeat propriâ pœnitentis voce fieri; sed potius oppôlitum perpetuus Ecclesiæ usus ostendit. Tum quia materiæ aliorum sacramentorum sunt partes intitulæ compontentes sacramentum: Confessio sacramentalis est tantum conditio applicans materiam, in quam cadere debet absolutionis. Vnde maior fuit ratio, ut materiæ, quæ intrinsecè comprehendunt sacramentum quam sacram. quæ est tantum conditio, sint à Christo determinatae. Materiæ, quæ intrinsecè comprehendunt sacramentum quam sacram. 18. sacramentorum diff. à materiæ, quæ intrinsecè comprehendunt sacramentum quam sacram. 17.

Prob. 3. p̄test p̄enitens validè per interprētem 19.  
confiteri: ergo non est essentiale confessioni, vt Conferm.  
ipse propriā voce, sua peccata Sacerdoti manife- ex absur-  
stet: nām confessio per interprētem fit Sacerdoti  
voce interprētis. Ergo p̄enitens cādē ratione posset  
scripto interprēti manifestare, & per illud Sacerdo-  
ti. 4. si sacramentalis confessio essentialiter possecret,  
fieri propriā voce p̄enitentis, excluderentur ab  
hoc sacramento muti, propriā loquela destituti,  
& omnes, qui morbo oppressi non possent pro-  
priā voce sua peccata explicare. At verosimile non  
est, Christum voluisse ab hoc sacramento tanto-  
pere ad salutem necessario, tot homines excludere;  
præfertim eūm tales casus inter hominēs facile con-  
tinge soleant. Vltimò: cūm confessio sacramen-  
talis sit pura dumtaxat conditio, applicans tantū  
peccata Sacerdoti, non pars intrinsecè constituens  
sacra-

sacramentum pœnitentiaz, quod tantum intrinsecè constituitur dolore, & reliquis pœnitentis actibus, vt materiâ; & absolutione iuridicâ Sacerdotis, vt formâ, non debuit limitari ad propriam pœnitentis vocem; sed ad quodlibet signum, per se sufficienter manifestatium internorum peccatorum. Cùm enim ex huiusmodi signorum variatione, non varientur partes sacramentum intrinsecè componentes, quæ solæ semper debent esse firmæ, ac stabiles; nil refert, ad substantiam sacramenti quod pœnitentis peccata uno, vel altero modo Sacerdoti manifestentur.

21.  
Ad 1. rat.  
dub.

Ad 1. ratione dub. Resp. Concilium appellasse, oris confessionem, non quod talis confessio necessaria sit ad essentiam sacramenti, sed quod ita ordinariè ex vnu, & praxi Ecclesiaz, nisi grauis aliqua necessitas vrgeat, fieri debeat. Vnde Trident. sess. 14. c. 3. & can. 4. vbi materiam huius sacramenti, ex parte pœnitentis assignat, non dixit, materiam esse, oris confessionem, sed confessionem, omisâ particulâ Oris. An autem si saltem præceptum Eccles. peccata confiteri propriâ voce, quando nulla vrget grauis necessitas, *infra*. Ad 2. potissima disparitas sumitur ex traditione Ecclesiaz, quæ continuo vnu, & praxi nobis declaravit, ad essentiam sacramentorum pertinere, vt ipsorum formæ propriâ ministri voce proferantur. Ratio reddi potest ex ipsâ sacramenti institutione: nam formæ additæ sunt sacramentis, vt expressius & distinctius significant effectus sacramentorum, expressius autem eos significant voces, quam scripturæ. Contrà verò, materiae sunt additæ sacramentis, potius ut significantur per formas.

22.  
Ad 2.

### S E C T I O III.

*An peccata validè confessa, & remissa possint esse materia sacramentalis confessionis.*

23.  
Duplex sè-  
ssi quæstio-  
ni.

D Vplex sensus; 1. an huiusmodi peccata possint esse materia confessionis sufficientis non tantum ad validitatem, sed etiam ad effectum sacramenti. 2. an saltem possint esse materia sufficientis ad essentiam ac proinde ad validitatem sacramenti, esto non sine materia sufficientis ad effectum. Non legi, qui neget, huiusmodi confessionem esse sufficientem ad essentiam sacramenti, sed omnes supponunt, illam fore quidem sufficientem ad essentiam & validitatem; haud tamen ad effectum vnum sacramenti. Solus ad illam inclinare videtur *Rubio infra*.

24.  
1. Sentent.  
Fundam.

PRIMA igitur sententia sit negans, peccata semel validè confessa & remissa posse esse materiam Confessionis sufficientis ad essentiam sacramenti. Fundam. ad essentiam sacramenti pœnitentiaz requiriatur materia absoluenda; essentialiter enim est absolutiuum, vt ex ipsius formâ, & Christi verbis Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, con-* stat; & alioqui impendi posset innocentia, qui nunquam peccauit: ergo ad essentiam noui sacram. requiritur noua materia absoluenda: cùm nequeat sacram. multiplicari numero, nisi multiplicatâ numero essentiâ; neque essentia sacramenti nisi multiplicatâ nouâ numero materiâ absoluendâ. Sicut nequit multiplicari nouum numero compositum naturale, nisi multiplicatâ nouâ numero materiâ naturali. Nec sufficit, si dicas, multiplicari nouum numero Sacramentum per multiplicationem nouæ dumtaxat numero absolutionis; sicut multiplicare-

tur nouum numero compositum naturale, multiplicatâ tantum nouâ numero formâ naturali: quia cùm verba absolutionis sint forma Sacramenti, quatenus vera; & nequeant esse vera, nisi suppositâ materiâ absoluendâ, non poterunt tali casu verba absolutionis esse forma Sacramenti, nec per illius multiplicationem multiplicari Sacramentum, quia hoc ipso quod non possunt proferri ut vera, nec possunt ut forma Sacramenti. At peccata *Minor pro-* mcl. validè confessa, & remissa non sunt amplius pos. materia absoluenda, neque quoad culpam, quæ iam supponitur remissa priore confessione; neque quoad pœnam; nam etiam hæc supponi posset tota remissa tam ut æterna, quam ut temporalis in praecedente confessione: igitur non sunt sufficiens materia ad nouum Sacram.

SECUNDA affirmat, fore quidem huiusmodi peccata sufficientem materiam ad nouum Sacramentum, non tamen ad vnum nouum effectum conferendum. Ita *Scotus* in 4. dist. 19. quæst. un. in foli. argum. quæ in fine quæst. ponuntur, *Rubio* dist. 15. quæst. 2. *Mayro*, dist. 17. quæst. 1. §. 4. part. *Gabriel* dist. 17. quæst. 1. art. 3. dub. 2. vbi ait, frustra hoc Sacramentum iterari supra peccata validè confessa. Hanc opin. problematicè defendit *Richar. dist. 18. art. 2. quæst. 4.* Ceterum *Scotus* etsi cit. putet, tale Sacramentum fore inutile, absque fructu; non tamen negat, fore *illucitum*, vel *impossibile iterari*: At verò *Rubio* illud censet etiam illicitum, & nullo modo tentandum, nisi pœnitens addat aliquid peccatum, alias non confessum: Vel certè Sacerdos absolutionem non impendat, nisi sub explicitâ, vel implicitâ conditione, q̄ pœnitens alias non fuerit validè absolutus: Vel omisâ absolutione Sacramentali, impendat deprecatoriam, ut *absoluat te Deum*; vel, *miserere tui Deum*. Prob. 1. Frustra illud Sacramentum iteratur, quod nullum potest in suscipiente effectum habere: quia omne Sacramentum est propter aliquem effectum; & iterare id, quod nullum potest effectum in suscipiente causare, est iniuriam facere Sacramento, irritum illud reddendo quoad suum finem, propter quem est institutum: non secus ac iniuriam faceret eidem Sacramento, irritum illud reddendo quoad essentiam. At effectus quem hoc Sacramentum in tali pœnitente causat, non est remissio culpæ; quia culpa semel remissa non est amplius capax nouæ remissionis: Nec infusio gratiæ; nam gratia in hoc Sacramento infunditur propter culpæ remissionem: ergo si hæc supponeretur remissa priore gratiâ Sacrament. frustra infunderetur noua. Nec remissio pœnae temporalis, in quam commutata fuit æterna per præcedentem confessionem; nam sequeretur, quod qui multa, grauissimaque scelerâ commisit, per iteratam confessionem eorumdem tandem consequi posset totius pœnae relaxationem. 2. Ex oppositâ sententia sequeretur, frustra institutum esse Sacramentum Extremæ Unctiæ: nam hoc institutum est ad remittendam pœnam temporalem venialibus debitam: & hæc remitti posset per Sacramentum pœnitentiaz supra eadem peccata alias confessâ iteratum. 3. Probant à paritate aliorum Sacramentorum: quæ super eandem materiam, vel personam iterata non habent effectum, nisi semel. Baptismus enim, Confirmation, & Ordo, non nisi semel effectum habent in baptizandum, confirmandum, & ordinandum: nec forma Euchar. supra eandem materiam prolata, nisi semel, efficaciam habet: neque Matrimonium supra eisdem coniuges iteratum plus habet effectus, quam semel tantum celebratum. Extrema Unctio non

26.  
Prob. 1.

1. Confess.

27.  
Prob. 2.

28.  
Prob. 3.  
& pari.

majo-

29.  
Confirm.

maiorem gratiam confert infirmo, plures eodem tempore simul, quā semel collatum. Confirm. si propter solum augmentum gratiæ licet posset pœnitentia Sacramentum supra eadem peccata iterari, licet etiam posset quodlibet aliud Sacramentum propter idem incrementum gratiæ supra eandem personam eodem tempore simul iterari. 4. probat *Scorus* à paritate Iudicij forensis, in quo qui semel est iuridice absolutus, non eget amplius nouā absolutione. Et quamvis eadem sententia reperetur, nihil tamen per illam fieret; quia non per illam, sed per priorem reus supponeretur iuridice absolutus: cū nullus possit solui, nisi ligatus. Confirm. scilicet sine errore Sacramentale iudicium in terris latum, Deus ratificat in cœlis: quod autem est sic ratificatum, rationabile est, ut sit initerabile.

30.  
Vt simile.

TERTIA docet, non solum confessionem iteratam eorundem peccatorum esse sufficientem ad eſſentiam noui Sacramenti, sed etiam ad nouum effeſtum eiusd. Sacram. *Henri de Gandano quodlib. 7. qnaſt. 22. S. Thom. in 4. diſt. 18. q. 1. a. 3. q. 2. ad Duran. quāſt. 2. num. 7. fine: Palud. diſt. 19. q. 1. art. 3. Sotus diſt. 18. q. 4. art. 3. fine;* qui addit: non esse hanc confessio‐nis repetitionem absque causâ faciendam, alioqui ~~intus~~, inquit, *effe posſet abuſus, vt Sacram. nullum effet, & nullam conſerret gratiam.* Causas autem huius repetitæ confessionis assignat has: 1. si se offerat doctus confessorius, cui pœnitens velit suā vitam detegere, ab eoq̄e dirigi: 2. in mortis articulo: 3. in aliquo magno festo, & libilæ: idq̄ue ait, *non quot annis, sed rarissime.* Eandem sententiam sequuntur *S. Iuſter verbo confessio 1. qnaſt. 3. Medina cod. de confiſſ. traſt. 2. question. 25. Suarez disputat. 18. ſecl. 1. & recentiores.* Quæ ſen‐tentia vera est. Pro cuius explicatione,

DICO. 1. Illicitum est, absolutionem iterare ſuper eadem peccata, nouā confessione non informata: niſi forte Sacerdos dubitet, inualidam fuſſe priorem, defectu attentionis, vel debitæ pronunciatio‐nis. Fundamentum: ſemper illicitum est, nouum attentare Sacramentum absque nouā materiā: hoc enim est inualidum, & irritum attentare Sacra‐mentum cū materia ſit pars constitutiva Sacra‐menti: igitur vbi non eſt noua materia, non potest nouum eſſe Sacramentum. At noua abſolutio Sacra‐mentalis nouam poſtulat materiam, vt cum eā nouum poſſit conſtituere Sacramentum, nouæ gratiæ collatiuum, quæ hic deſt: nam validè con‐fessa & abſoluta, non poſſunt eſſe noua materia re‐ſpectu nouæ abſolutionis, ad nouum Sacramentum conſtituendum; niſi nouā ſaltem conſeffione infor‐mentur: ſicut nec materia validè conſecrata po‐tēt eſſe noua materia, respectu nouæ formæ ſac‐ram. ad nouum Eucharistiæ Sacramentum conſtituendum. quia nequit eadem materia proxima, cuiusmodi ſunt eadem peccata, vñā cādemque conſeffione informata conſtituere duo ſacram. cū vñumquodque debeat habere ſuam diſtinctam materiam, & formam: ergo ſaltem debent nouā con‐feffione informari, vt nouam præbeant materiam proximam, ad nouum ſacram. cū nouā abſolu‐tione conſtituendum.

Ratio.

33. *Quid faciendum à Ministro dubio, an fuerit abſolutio valida, & quando cam licentia ita rite.* Addidi, niſi Sacerdos dubitet, inualidam fuſſe pri‐rem abſolutem: nam tunc iuxta dubij qualitatem, vel abſolutē, vel ſub conditioſe ſaltem implicitā, poſterit abſolutem ſuper eadem peccata con‐fessa iterare; non ſecus, ac in dubio iterari poſteſt conſecrationis forma ſuper eādem materiā dubiē conſecrata. Nam tunc materia manet ſub dubio in‐formis; ac proinde capax legitimiſe formæ, cum quā

conſtituere poſſit vnum ſacramentum vt eadē peccata ſub dubio inualidē confeſſa, abſque itera‐tā confeſſione poſſunt nouā abſolutione infor‐mari, ad ſacramentum conſtituendum. Ad tollendos autem ſcrupulos in caſu dubij debet Sacerdos, ſi commode poſteſt, monere pœnitentem, vt vel nouum addat peccatum p̄t̄eritæ viæ; vel certe nouo actu eadem peccata ſemel confeſſa, iterum ſubijciat clauibus: neque enim neceſſarium eſt, eadem ite‐rum diſtinctē repertere.

Obijcſies. Poſteſt vna abſolutio, cadens ſupra pec‐cata multiplorū plura numero conſtituere ſacramēta: ergo ē conuerſo, poſterit vnum peccatum vñā con‐feſſione, & dolore informatum, pluriſbus abſolutionib⁹ remiſſum, plura ſacramenta conſtituere: quia ſacramentum pœnitentia non minūs eſſentialiter conſtituitur abſolutione, vt formā, quā confeſſione & dolore, vt materialē: ergo ſi multipli‐catā ſolā materialē, multiplicatur numero, multipli‐catā ſolā formā, multiplicabitur idem numero. Ne‐go conseq. nam etiā ſacramentum quoad efficaciā principalius conſtitut in formā, vt Trident. ſeff. 14. capite 3. tamen quoad multiplicationem prin‐cipaliū conſtitut in materialē. Cū enim ordine‐tur ad bonum ſuſcipientis potius multiplicatur ex multiplicatione paſſionis, quæ ſe tenet ex parte ſuſcipientis; quā ex multiplicatione actionis, quæ ſe tenet ex parte Ministrantis: per hoc enim ſacramentum diſcriminatur à ſacrificio, vt tom. 7. foras ſe‐quōd ſacrificium in actione, ſacramentum autem in paſſione principaliū conſtitut; vt conſtat in reli‐quis ſacramentis; vñā quippe ablutione bapti‐zandorum plures fiunt baptismi: vñā prolatione formæ ſacrament. plura cauſantur ſacramenta Eu‐char.

DICO 2. non ſufficit ad nouum ſacram. conſi‐ciendum nouam tantū addere confeſſionem eo‐rundem peccatorum iam confeſſorum: ſed requiri‐tur præterea nouus dolor de iſdem peccatis, quæ itera‐tā confeſſione ſuſcipiuntur clauibus. Fundam. ad nouum ſacramentum conſiciendum requiri‐tur noua ſaltem materia proxima: ſed eadem pec‐cata nouā tantū confeſſione ſuſcipiuntur clauibus, non eſt noua materia proxima à priori diſtincta: Confeſſio eft nam confeſſio non eſt pars integrans ſacram. ſed conditio ap‐conditio tantū applicans materiam: contrā verò plicans ma‐teriam. dolor eſt pars eſſentialiter integrans ſacram. pœnit. Ad nouum autem compositum ſacram. conſtituen‐dum, non ſufficit noua conditio; ſed neceſſaria eſt noua materia, vt patet in quoq̄is alio composito, ſive naturali, ſive artificiali.

Nec ſufficit, vt nouo tantū actu voluntatis prior dolor applicetur ſuper eadem peccata de nouo confeſſa: ſed requiritur, vt nouus eliciatur, à priori diſtinctus. Ratio: hic nouns actus non præ‐bet nouam materiam proximam: nam hæc non conſurgit, niſi ex nouo actu intrinſecè conſtituen‐te ſacramentum. At nouus hic actus, cū ſit tantū conditio applicans priorem dolorem, non eſt in‐trinſecè conſtituens ſacram. igitur non potest nouam præberere materiam proximam, conſtituunt in noui ſacrament. cum nouā abſolutione ſacrament. Hinc patet, non licere, nouam petere abſolutio‐nem de iſdem peccatis ſemel validè confeſſis: niſi nouā confeſſione, & dolore informatis. Ad nouum ſacramentum ſufficere, eadem peccata nouā tantū confeſſione, abſque nouo dolore in‐formata, doceſt aliqui apud Dian. tra. 4. de ſacram. Refol. 116.

DICO 3. Licitum eſt, de iſdem peccatis validè confeſſis, & abſolutis, nouam petere abſolutionem ex praxi. Colligetur hec afferſio ſacram.

sacram, modò noui confessione saltem virtuali, & nouo dolore formalis à priori distincto subijciantur clauibus, & consequenter possunt eadem peccata validè confessi, & remissa, esse materia, saltem remota sacramentalis confessionis. Ex communi praxi, & vslu piorum qui sàpè generales confessiones de suis peccatis alias confessis facere solent, et iamsi nullum dubium habeant, quòd priores fuorint inualidæ; Ex multis regulis & constitutionibus sacerorum Ordinum, qui piè, ac sanctè alumnos suos ad generales confessiones faciendas obligant. Ex can. *Quem pœnitit, de pœnit. dist. t. ubi* legitur: *Vnde patet, quòd quanto pluribus confitebitur in spe venia turpitudinem criminis; tanto facilius consequetur misericordiam remissionis.* Quibus non solùm approbatur modus confitendi eadem peccata pluribus Sacerdotibus, sed etiam additur causa impulsiua ad id factitandum, quæ est facilior remissionis peccatorum consecutio. Nec dici potest, *citat. can.* loqui de confessione publicâ, quæ antiquitus fiebat, etiam multis: nam expresse ibi loquitur de confessione secretâ facienda Sacerdotibus: nam paulò post subdit, quærendum esse Sacerdotem doctum, qui sciat ligare, & soluere. Neque dicas, huiusmodi canones intelligendos esse, vt semper cum peccatis alias validè confessis admisceantur aliqua nunquam confessa: nam cùm id canones, & regulæ non exprimant, non est cur eas absque vlo fundamento debeamus nos ipsi limitare.

**40.** Fundam. affert.

Fundamentum: peccata, etiam validè confessa, & remissa, nouâ confessione, & dolore informata, nouam præbent materiam proximam, vt cum nouâ absolutione efficere valeant nouum sacramentum, non modò validum quoad essentiam; sed etiam efficax, & fructuosum quoad effectum: nam materia, quæ ex parte pœnitentis proximè hoc sacramentum constituit, non sunt peccata, quæ delentur; sed confessio, & dolor de peccatis: ergo histantùm multiplicatis, etiamsi non multiplicentur peccata, multiplicatur proxima materia sacramenti. Quòd autem sit etiam fructuosum, patet: quia nullus est in subiecto obex, nec nouus afferatur sic accedendo, cùm id illicitum non sit, vt *Scotus* etiam fatetur, quamvis oppositum sentiant reliqui. At omnia sacramenta nouæ legis gratiam conferunt obicem non pðnenti: ergo. 2. Potest peccatum contritione remissum, cum absolutione vnum constituere sacramentum, etiam efficax, & fructuosum quoad effectum: siquidem contritus accedens ad hoc sacram. non solùm absolvitur à debito, quo tenebatur, manifestandi sua peccata post Baptismum commissa proprio Sacerdoti: sed etiam nouam accipit gratiam, peccatorum remissiæ, vt Adversarij etiam concedunt: ergo poterit peccatum priori confessione & absolutione deletum, iterata confessione & absolutione nouum constituere sacram. etiam efficax & fructuosum: tum quia non minus contritus; quam secundò confitens ad sacramentum accedit cum peccatis iam deletis, ac proinde sine materia absoluendâ. Tum quia non minùs in uno, quam in alio debent verificari verba formæ: igitur si hoc non obstat in uno, neque obstat in alio. Ideò autem in contrito non obstat: quia licet materia remota sit destructa, sufficit tamen vt eadem proxima affecta confessione, & dolore clauibus applicetur, supra quam verificantur verba formæ per collationem gratiæ peccatorum remissiæ, quam per se significant, & causant, pari modo, non obstat in confitente iterum itemq;.

Regulus relig.

**39.** Ex can.

**40.** Fundam. affert.

**41.** Prob. 2. Antec. eff. certum.

Rcspondet Rubro: idèò in contrito hoc Sacram. esse fructuosum, esto nullum remittat peccatum; Respondere quia in illo nunquam habuit effectum; ne igitur sit potest. otiosum, confert per illud Deus aliquem gradum gratiæ, quem conferret, si in eo culpam inueniret. Sed contrà: tum quia hæc resp. supponit in contrito validum fieri sacramentum, non obstante, quòd in eo forma absolutionis non inueniat materiam absoluendam; cùm tamen hoc sit potissimum fundamentum cur non licet, & fructuosè possit absolvit iterari super eadem peccata validè confessi & remissa. Tum quia, si in contrito hoc sacram. fructuosum est, quia in illo nunquam habuit effectum, & ne sit otiosum: pari modo secundum sacrâ. etiam si nullum reperiat peccatum, quod actu remittat, erit fructuosum; quia nunquam hoc numero sacramentum habuit in tali pœnitente effectum; & ne sit otiosum.

**42.** Refutatur.

Responseri potest 2. idèò contritum validum, & fructuosum suscipere sacram. quia per contritionem fuerunt illi peccata remissa dependenter à clauibus, quibus ex præcepto Diuino tenemur omnia peccata mortalia; etiam contritione remissa, subijceret, vt *Trident. sess. 14. cap. 4.* Peccata vero, quæ per vnam confessionem sacramentalem remittuntur, non remittuntur dependenter ab aliâ confessione, sed absolute. Sed contrà: hoc saltem verificari non potest de venialibus, quæ nullo præcepto tenemur subijcere clauibus, vt *citata sess. ca. 5.* cùm tamen non modò licet, sed etiam fructuosè possimus ad hoc sacramentum accedere cum solis venialibus contritis. 2. per hoc non soluitur difficultas, scilicet quòd verba formæ non verificantur, quasi non reperiant in huiusmodi confitente materiam capacem absolutionis; sensum formæ esse, *Ego te absoluo à debito hac peccata amplius confitendi*, dici non potest, cùm essentia huius sacram. consistat in signo absolutuo à peccatis, non à debito confitendi; ex illis: *Quorum remiseritis peccata, &c.*

**43.** Responseri potest 2.

Prob. 3. non solùm licet, sed etiam cum fructu repetimus, super eadem peccata semel contrita, nouâ, & nouam cōtritionem ex sacram. ergo etiam licet, & cum fructu possumus, super eadem peccata semel confessi, nouam & nouam sacramentaliter iterare confessionem. quia sacram. confessionis succedit contritionis præcepto, illudque facilitat, & adiuuat; vt quod non potest imperfecta contritio extra sacram. assequi, assequatur cum sacramento. Ergo sicut, nondum instituto sacram. confessionis, poterant peccatores super eadem peccata cum fructu iterare actus contritionis: ita instituto sacramento confessionis, cum fructu possumus super eadem peccata illud iterare, modo suprà explicato: alioqui minùs efficax, & fructuosum in Evangelica lege nobis esset hoc Sacram. quam in veteri fuerit contritionis præceptum.

**44.** Prob. 3.

**45.** Dices.

Obijcies 1. ex hâc sentent. sequeretur, etiam peccata ante Baptismum commissa esse materiam, salte sufficientem confessionis, contra communem sent. scilicet si ad licitam & fructuosam confessionem non requiritur materia absolutionis capax, sed sufficiente peccata remissa, nouo tantùm dolore informata. Rcp. 1. non deesse, qui putent, etiam peccata ante Baptismum commissa esse materiam non modò sufficientem; sed etiam necessariam sacramenti pœnitentiaz: ita *Richar. in 4. distinft. 17. art. 9. qu. 4. Angel. v. confessio 2. num. 2. Sylvest. v. confessio quest. 5. & videtur sentire Scotus cäd. dist. 17. q. un. §. in istâ q̄estione, versu, Item non, arguens enim contra eos, qui assertabant præceptum confessionis sacram. non esse diuinum; sed humanum: Si hac, inquit, opinio*

**46.** Rcp. 1.

Fundam.  
Erroris.

*opinio vera esset, non videretur, quod infideles tene-  
rentur ad præceptum de confessione. Mouentur; quia  
præceptum de confitendis peccatis non est hu-  
manum, sed Diuinum, ergo non solum ad illud  
teneantur fideles, qui sunt intra Ecclesiam; sed et-  
iam infideles, extra Ecclesiam existentes; quia præ-  
ceptum Diuinum obligat omnes: vnde inferunt,  
infideles vi huius præcepti Diuni teneri sua peccata  
confiteri Sacerdoti Christiano, licet non te-  
neantur vi præcepti Ecclesiastici singulis annis.  
Confirm. Act. 19. legitur, quod multi credentium  
veniebant, confitentes actus suos: inter quos erant ali-  
qui Gentiles.*

47. *Oppositum tamen, quod peccata ante Baptis-  
mum non sint materia necessaria confessionis sa-  
cramentalis non modò est verum; sed non obscu-  
re etiam videtur à Florent. in defin. Synodi, & Tri-  
dent. sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 1. & 2. definitum.  
Definit enim in citat. Florent. Pontifex, illorum a-  
nimas, qui post Baptisma suscepimus, nullam omnino  
maculam incurrerunt, in calum mox recipi, & intue-  
ri clare ipsum Deum trinum, & unum. Si autem  
peccata ante Baptismum commissa, essent materia  
necessaria sacramenti pœnit. deberent etiam per Ba-  
ptismum remissa, subiici clauibus: quia in Baptis-  
mo non remitterentur, nisi per ordinem ad clau-  
es; sicut remittuntur peccata extra sacramentum  
per contritionem. Tridentinum autem 1. loco cit.  
docet, sacramentum pœnitentiaz esse à Christo in-  
stitutum pro ijs, qui post Baptismum in peccata la-  
buntur. In 1. loco notq.e sess. 14. ait: Si iustitiam in  
Baptismo suscepimus constanter tucremur, non o-  
pus fuisse aliud ab ipso Baptismo sacramentum,  
ad peccatorum remissionem institui. In 2. loco af-  
firmat, sacramentum pœnitentiaz esse lapsis post  
Baptismum ad salutem necessarium; sicut nondum  
regeneratis est Baptismus. Vbi causam ex Aposto-  
lo assignat: quia Ecclesia in neminem iudicium exer-  
cit, qui non prius ipsam per Baptismi ianuam fuerit  
ingressus.*

48. *Vnde ad fundam. oppositi erroris, neg. conseq.  
nam licet præceptum de confitendis peccatis sit  
Diuinum; non tamen obligat, nisi solos fideles ba-  
ptizatos, vt vsus & praxis Ecclesiaz declarat, & esta-  
ta Concilia indicant: alioqui Baptisinus non esset  
ianua ad reliqua sacramenta. Citatus autem locus  
Act. 19. à multis intelligitur non de confessione se-  
cretâ & sacramentali, sed de publicâ aliquorum pec-  
catorum, vt Idololatriz: quæ publicè debebant  
ab ijs, qui in nostram fidem conuertebantur, abi-  
rari. Sed magis ad litteram citat. locus intelligitur  
de solis baptizatis: nam hi tantum veniunt nomi-  
ne credentium. Cæterum Scotus clarò stat pro sent.  
catholicâ: nam in 4. dist. 4. quest. 5. ad 3. argu. docet,  
peccata ante Baptismum commissa deleri per Ba-  
ptismum; non peccatum, quod committitur in ipsâ  
susceptione Baptismi.*

49. *Sed superest difficultas, an saltem peccata ante  
Baptismum commissa sint materia sufficiens confessionis  
sacram. nam etiam contrà hoc vrget argu. ideo  
Resp. 2. huiusmodi peccata neque esse materiam  
sufficiem confitentis sacrament. vti sunt pec-  
cata venialia: quæ licet non tencamur, fructuose  
tamen possumus confiteri. Quo fit, vt ex tali pec-  
catorum confessione, & Sacerdotis absolutione  
nullum fiat sacramentum, cùm Sacerdos nullam  
habeat supra talia peccata à Christo iurisdictionem,  
quæ ad huius sacram. validitatem essentialiter re-  
quiritur.*

50. *Hanc sentent. expressè docent Henrig. l. 4. de sa-  
cram. c. 9. nro. 2. Suarez. disf. 18. sess. 1. num. 3. Vasquez. 3.  
Tomeus VIII. De Sacramentis.*

p. quest. 84. articul. 5. dub. vn. fine: & colligitur ex Vega 13. in Trid. ca. 27. vbi docet, omnia peccata tam mortalia, quæ venialia post Baptismum commissa, esse materiam huius sacram. cùm tamen venialia non sint, nisi materia sufficiens, nec cùm his peccata ante baptismum commissa includat. Fundamentū: nec Sacerdos habet iurisdictionem in talia peccata, nec illam habere potest ab ipso pœnitente: sine iurisdictione autem nequit hoc sacram. validè confi- ci: quia cùm hoc exercitatur per modum actus iudicialis, vt Trident. defnit. sess. 14. can. 9. Iurisdictionem in ministro essentialiter requirit. Maior prob. cùm Christus hoc sacramentum instituerit tantum pro lapsis post Baptismum, vt ex citatio Concilij constat, nullam contulit Sacerdotibus in huiusmodi peccata iurisdictionem: Et cùm hæc iurisdictione pendeat à Christo, non potest à pœnitente conferri. Nam licet necessaria sit pœnitentis subiectio, vt Sacerdos per potestatem à Christo acceptam validè possit iudicium sacramen. in illum exercere; haud tamen potest à pœnitente iurisdictionem ad hoc accipere. Nec sufficit, quod pœnitens per suscepimus Baptismum fiat Ecclesiaz subiectus; non enim fiunt subiecta clauibus peccata ante Baptismum commissa; cùm non sint commissa tempore, quo pœnitens erat subiectus Ecclesiaz.

Ex dictis patet responsionem ad obiect. sicut pec-  
cata ante Baptismum commissa non sunt sufficiens  
materia remota sacramenti pœnit. defectu iurisdi-  
ctionis, & potestatis in absoluente: ita nec dolor  
de illis erit sufficiens materia proxima eiusdem: quia  
materia proxima debet proportionari remota. Nec  
refert, quod materia proxima sit ab homine subiec-  
to Ecclesiaz: quia cùm proxima debet faceret v-  
num cum remotâ, si remota non est sufficiens, ne-  
que proxima erit sufficiens: vt si quis afferat dolo-  
rem de peccato à se non commisso, talis dolor non  
erit sufficiens materia proxima sacram. quia tale  
peccatum non est sufficiens materia remota eius-  
dem sacram.

Obiectus 2. sequetur, etiam peccatum dubium  
fore materiam confessionis sacrament. nam etiam  
de peccato dubio potest pœnitens sufficientem ha-  
bere dolorem. at in peccatum dubium non potest  
cadere absolutio, quæ certam requirit materiam:  
Resp. nos hic loqui posse, vel de materiâ quæ re ipsâ  
sufficiens fiat ad sacram. confiendum: vgl quæ tan-  
tum sit sufficiens, vt Sacerdos prudenter possit  
absolutionem impendere. 1. modo, illud tantum  
peccatum dubium erit materia sufficiens huius  
sacrament. quod re ipsâ est peccatum, non quod  
solum dubitatur esse peccatum. Nam sicut sacram.  
vt re ipsâ fiat, non pendet ex opinione ministri,  
vel pœnitentis iudicantis, hanc esse materiam suf-  
ficiem; sed ex materiâ, quæ re ipsâ sit talis, qua-  
lis fuit à Christo instituta: ita illud peccatum e-  
rit materia sufficiens huius sacramenti, quod re ip-  
sâ, & non ex opinione ministri, aut pœnitentis  
est peccatum, 2. modo, illud peccatum dubium e-  
rit sufficiens, vt Sacerdos prudenter possit abso-  
lutionem impendere, quod magis ipsius intel-  
lendum inclinat ad iudicium affirmatiuum, quod sit  
peccatum. Cæterum ad dubium tollendum debet  
Sacerdos eo casu pœnitentem monere, vt cum du-  
biâ certam adhibeat materiam; vel absolutionem  
impendat sub conditione. Quod omnino facien-  
dum puto, quando dubium in neutram partem  
potest Sacerdotis iudicium inclinare. Ex his con-  
stat ad obiect. nam si pœnitens confitetur dubium;  
quod re ipsâ peccatum est, validum conficitur

sacram. secus si re ipsâ peccatum non sit. Quamquam ut dixi, semper debet pœnitens cum dubio certum aliquod peccatum confiteri.

**55.** An teneamur dubia peccata confiteri? An autem teneamur dubium peccatum confiteri: negant aliqui apud Dian. Pract. 4. de sacram. resol. 60. quia ex Trident. sess. 14. ca. 5. non tenemur confiteri, nisi mortalia, quorum post diligentem discussionem conscientiam habemus: sed conscientia peccati dubij, non est conscientia peccati. Confirm. non debet præsumi peccatum, nisi probetur: sed per dubium, peccatum non probatur: igitur non debet præsumi peccatum. Neque dicat: confitendum esse dubium peccatum, ut pœnitens se in tutiori statu ponat: quia si forte peccatum dubium re ipsa sit peccatum, non remittitur, si clavis non subiicitur: nam tale peccatum reinitteretur indirecte ad instar peccati obliti. Affirmant vero alii, quia peccatum dubium, et si non sit certum, est tamen sub aliquâ ratione saltem dubiâ peccatum, ac proinde sub ea subiicibile clavis. Vtraque sententia probabilis est: sed posterior probabilius, saltem auctoritate: Leg. Suar. disputat. 22. scilicet 9. numer. 7.

**56.** Obiectio 3. potest idem peccatum validè confessum & remissum, nouâ confessione & dolore informatum, nouum sacram. fructuofum confidere: ergo poterit nouum peccatum pristino dolore informatum nouum & fructuolum confidere sacramentum: ut si post omnia confessa & absoluta; nouum occurrat, quod ante non occurrebat, posset pœnitens absque novo dolore illud clavis subiictere in virtute doloris præcedentis, cum quo constitueret nouam materiam nouæ absolutionis capacem. Resp. distinguendo consequens: si nouum peccatum post absolutionem occurrans, est mortale, non sufficit præcedens dolor virtualis, ad præbendam nouam materiam, pro novo sacramento confiando; sed requiritur nouis formalis, de tali peccato in specie. Ratio: vt disputat. 4. scilicet 3. & 6. tenemur habere formalem pœnitentiam de mortalibus; ergo maximè quando ea subiicimus clavis, ad eorum remissionem impetrandum. Non dico, quod de singulis mortalibus sit necessaria pœnitentia formalis, cum possit una cedere in omnia memoria præsentia: sed dico, non sufficere virtualem, quæ formaliter tantum cadat super peccata memoriarum præsentia, & virtute tantum super ea, quæ non sunt memoriarum præsentia: tunc enim tenemur novo dolore formaliter detestari ea, quæ non erant memoriarum præsentia, quando sunt nobis cogitatione præsentia, præfertim cum ea clavis subiicimus. Fundamentum est scripturarum, Concilia, Patres, qui ad remissionem mortalium requirunt pœnitentiam, nec possunt explicari de pœnitentiâ tantum virtuali. Nec sufficit, ut præcedens dolor virtualis novo dumtaxat actu pœnitentis applicetur ad nouum peccatum confitendum: quia cum nec præcedens dolor, nec præsens actus sit sufficiens pro præsenti peccato (nam suppono talem actum non esse dolorem) neuter erit sufficiens materia sacram.

**58.** Corollar. Ex his infertur, non modò pœnitentem teneri novo dolore detestari tale peccatum, si confitendum sit post absolutionem; sed etiam si occurrat ante absolutionem: immò etiamsi illud occurrat ante confessionem, post elicitum dolorem formaliter cadentem super ea, quæ sunt memoriarum præsentia: quia semper de illo manet obligatio formaliter dolendi, quando actu menti occurrit, & proponitur clavis subiicendum. Adde, quod, ut ex est. diff. constat, non est virtualis dolor ille, qui sta-

tim non erumpit in formalem de peccatis memoria recurrentibus.

Si vero est veniale; aut præcedens dolor non censetur moraliter perseverare: ut si illud confitendum sit post notabilem moram temporis ab acceptâ absolutione de prioribus peccatis: & tunc certum est, opus esse novo dolore formali de tali peccato ad præbendam nouam materiam, nouæ absolutionis capacem. Aut censetur moraliter perseverare: ut si illud confitendum sit statim post priorem absolutionem: & tunc probabile est, sufficere præcedentem dolorem moraliter informantem præsens peccatum, etiamsi præcedens dolor virtute non se extenderit ad præsens peccatum. Quia cum de venialibus non teneamur formalem dolorem habere, etiam quando ea subiicimus clavis, modò formalem dolorem de aliquo ad essentiam Sacram. requisitum habeamus; cumque in tali casu præcedens dolor moraliter perseveret, sufficiet cum novo peccato, ad præbendam nouam materiam nouæ absolutioni; etiamsi virtute ille non se extendet ad præsens peccatum. Fundam. sicut idem peccatum, no- Fundam. uo dolore informatum, est sufficiens materia nouæ absolutionis: ita è conuerso idem dolor cum novo peccato erit sufficiens materia nouæ absolutionis: nam idem dolor per nouum peccatum fit virtute, & æquivalenter duplex. A fortiori sequitur: non esse opus novo dolore de illo, si occurrat, & debeat quis confiteri ante absolutionem aliorum.

**59.** Obiectio 4. Si ad nouum sacramentum fructuose confiendum sufficit peccatum confessum & remissum nouâ confessione, & dolore informatum; sufficiet etiam pena propter præteritum peccatum confessum imposita, cum nouâ confessione, & dolore sacramentum. nam pena propter præteritum confessum imposita perinde se habet, ac peccatum validè confessum & remissum. Resp. neg. sequel. quia pena nullo modo est materia confessionis sacramentalis: nam materia sunt tantum proprii actus culpabiles pœnitentis; pena autem non est proprius actus culpabilis pœnitentis, sed Ministri Dei correctius culpæ. Peccatum vero remissum, et si non sit amplius actus culpabilis pœnitentis; quia tamen fuit, potest nouâ confessione & dolore informatum, novo titulo fieri capax nouæ absolutionis: sicut potest contritione remissum, adhuc nouâ pœnitentiâ, novo titulo extra Sacramentum remitti.

Ad fundam. primæ, Resp. ad essentiam huius sacram. necessariam quidem esse materiam ex se idoneam, ut aliquo titulo absoluvi possit; quâ de causâ prime. non sunt sufficiens materia, vel quæ peccata non sunt, vel quæ à pœnitente non sunt commissa: nego tamen, non sufficere peccata semel validè absolutione: nam saltem ea possunt novo titulo iterata confessionis, & doloris absoluvi. Et sicut ea, contritione remissa, possunt, iteratis contritionibus, iterum novo titulo remitti: ita confessione absoluta possunt, iteratis absolutionibus, novo titulo iterum absoluvi.

Ex quo patet ad omnes probat. Nam ad sacramentum absolutionis sufficit, ut quantum est de se, gratiam conferat peccatorum absolutionem: & verba absolutionis verificantur per collationem gratiarum peccatorum remissiarum, quam significant, & causant: est enim illorum sensus, ut S. Thom. 3. p. q. 84. art. 3. ad ultim. fine: *Sacramentum absolutionis tibi impendo: quod sonat, sacramentaliter te absoluo*, ut Caiet. ibid. docet, sive gratiam peccatorum remissiarum tibi do. Tandem falsum est, peccata semel remissa, non esse amplius capacia nouæ absolutionis sacram. saltē

Saltem nouo titulo: alioqui neque peccata contritione remissa essent capacia absolutionis.

64. Ad 1. se-  
cunda.  
Ad primum 2. sent. ad minor. dico, eo easu sacramentum conferre gratiam per se remissuam tum culpæ, esto illam non inueniat; tum pœnæ etiam temporalis, si quam in pœnitente reperiat; nec absurdum est, ut sicut potest pœnitens per alios actus pœnitentiaz pro suis peccatis satisfacere; ita per frequentatos actus confessionis, quæ propter difficultatem & erubescientiam, est aptissima materia satisfactionis. Vnde sape confessarius pro pœnitentia iniungit frequentem usum huius sacramenti. Quod tamen non debet absque prudenti consilio, & probabili spe, quod pœnitens sit hoc præceptum executurus, imponere, ne illum exponat periculo incurandi nouum peccatum.

65. Ad 2. ad  
quid infi-  
tum Sa-  
cram. Ex-  
tremæ-Vnctio.  
Ad 2. neg. sequel. Ad prob. neg. maior: nam Extrema Vnctio est per se instituta ad quosdam esse-ctus, ad quos non est per se institutum sacram. pœnit. vt infra in propria materia. 2. neg. conseq. nam possunt respectu eiusdem morbi plures esse medicinæ: sicut de facto respectu remissionis venialium sunt plura media à Deo instituta, non sequitur ergo sacramentum Extremæ Vnctionis esse superfluum: sicut nec ex eo, quod eadem venialia remitti possint per contritionem vel attritionem extra sacram. sequitur, sacramentum pœnit. respectu illorum esse superfluum.

66. Ad 3. de ceteris sacram. vel per iterationem non ponerenetur omnia ad eorum essentiam requisita; & consequenter licitum non erit, ea iterare: cùm nunquam liceat inualidum, & dimidiatum sacram. attendare, cùm id redundet in iniuriam sacram. Vel eorum iteratio prohibetur vsu, & consuetudine Ecclesiaz, contra quam in re tam graui agere, licitum non est. Baptismus igitur, Confirmatio, & Ordo complementur in ratione Sacram. per spiritualem characterem, quem in anima suscipientis indelebiliter imprimit. Quod inde constat: quia non sunt productua gratiæ sacram. nisi completa per charaterem: solum enim externum symbolum non est sufficiens causa gratiæ, nisi coniunctum cum interno charactere. Quare si hæc iterarentur super eadem personæ, per tales iterationes non ponerenetur omnia ad eorum essentiam requisita: quia non poneretur internus character, quia cùm supponerent productum per priora sacram. illum non producerent: proinde non fierent completa, ac proinde valida in ratione Sacram. & consequenter nec productua gratiæ; quia hæc supponit sacram. completum, in ratione sacram. vt causam sui.

De Euchar. De matrim.  
Sacram. Euchar. essentialiter constituitur ex speciebus panis, & vini; ex corpore, & sanguine Christi. Quæ omnia cùm materia validè consecrata, noua prolatione formæ sacram. reperiatur producta, non poterit super illam iterata nouum efficere sacram. Matrimonium, cùm essentialiter consistat in mutuâ traditione, & acceptatione corporum ad finem prolis gignendæ; cumque iterata traditio, & acceptatio eorundem non ponat nouam materiam, non poterit nouum efficere sacram. At vero iteratio sacram. confessionis eiusdem peccati, novo dolore informati, affert nouam materiam proximam nouæ absolutionis capacem: ac proinde per tales iterationes ponuntur omnia essentialiter requisita ad nouum sacram. pœnit.

67. DICES. Sicut per nouam confessionem sacram. & dolorem eorundem peccatorum ponitur noua materia proxima, supra quam cadere potest noua absolutionis sacram. ita per nouos actus coniugum super eadem corpora ponitur noua materia pro-

xima capax noui sacram. matrim. Resp. cùm matrimonium sit quidam contractus, qui principali-paritat. ter consistit in comutatione materiae; cumque per iteratos actus coniugum non iteretur materia cōmutanda, quæ sunt ipsa coniugum corpora, non poterunt huiusmodi iterati auctus ponere sufficientem materiam ad nouum sacram. Contrà verò cùm sacram. pœnit. sit reconciliationis peccatoris cùm Deo, quod principaliter consistit in dolore pœnitentis, & absolutione ministri, vt Vicarij Dci, per solam repetitionem dolorosa confessionis eiusdem peccati condonati & remissi, & absolutionis sacram. ponitur tota essentia sacram. pœnit.

68. De Extre-  
ma vni-  
ctio.  
Demùm eti. Extrema Vnctio validè iterari pos- sit: cùm quævis iteratio ponere possit nouam mate- riam proximam nouæ formæ sacram. capacem, ac proinde nouum sacram. efficere, non tamen per Ecclesiæ consuetudinem licet, illud in eadem infirmitate physice, ac moraliter durante repetere. Idque ex eo, quod sacramentum hoc est principaliter institutum ad iuuandum infirmum peculiaribus auxilijs, ad difficultates tentationesque in articulo mortis occurrentes superandas: quæ auxilia; cùm durante eadem infirmitate vi huius sacramenti semel ritè suscepit semper sint infirmo parata, superfluum censetur idem sacram. in eadem infirmitate repetere. Ceterum, an interdum liceat, infra. Quod autem possit super eadem materia remota validè hoc sacram. iterari, constat à paritate Baptismi, in quo eadem aqua, quæ est materia remota, pluribus ablutionibus super diuersas personas applicata, fit proxima materia capax plurium formarum sacram. ac proinde plurium Baptis. Ergo idem oleum, quæ est materia remota Extremæ-Vnctionis, pluribus vunctionibus, non modò diuersis, infirmis, sed eidē applicata, fiet proxima materia plurium formarum, ac proinde sacram. Extremæ-Vnctionis.

DICES. Cur eadem materia remota Eucharistiq. non potest fieri proxima materia capax nouæ consecrationis? Relp. quia proxima materia Euchar. non est panis, & vini. noua actione ministri applicabilis pluribus formis consecrationis, vt est materia proxima reliquorum sacram. sed sunt accidentia panis & vini, quatenus continent corpus & sanguinem Christi, quæ vt sic, non sunt amplius idonea constituere, cùm noua formâ consecrationis, nouum sacram. Euchar. cùm ipsa accidens continentia corpus, & sanguinem Christi, sint integrum & complectum sacram. Ratio: hoc sacram. consists in ipsa transmutatione materiae in corpus, ipsa trans- & sanguinem Christi, quæ semel per consecratio- mutatione materiae: nem transmutata, non est amplius applicabilis alteri formæ sacram. cùm non possit per nouam forma sacram. iterum transmutari in corpus & san- guinem Christi, & fieri nouum sacram. at Baptismus, Confirmatio, Ordo, Extremæ-Vnctio, non consistunt in transmutatione, sed in vsu tantum ma- teriae: potest autem eadem materia diuersis operationibus successivè applicari pluribus, ac proinde fieri proxima materia plurium formarum sacram. atque adeo plurium sacram.

Ex his patet ad confirm. nam etiam si omnia sa- cram. int collatiua gratiæ; non tamen semper licet, ea ad gratiam tantum augendam iterare; vel quia usus, & praxis Ecclesiæ non permittit; vel quia non semper per iterationem ponitur noua materia integra, & completa ad nouum sacram. conficiendum sufficiens.

## SECTIO IV.

An confessio debeat esse integra formaliter?

71.  
Confessionis  
integritas  
alia mater-  
rialis, alia  
formalis.

Duplex  
formalis.

72.  
Error 1.

73.  
Error 2.

74.

Fundam.  
affirnat  
Tridens.

75.  
Confirm.

Cur una  
excommu-  
nicatio sol-  
li possit, non  
sublata, al-  
tera.

76.  
Peccata om-  
nia vni Sae-

**D**VPLICITER dicitur confessio *integra*: 1. materialiter, per quam pœnitens confitetur omnia mortalia, quæ ad ultimam confessione commisit. 2. formaliter, per quam confitetur omnia, quæ hic, & nunc, facto diligenti examine, occurunt, etiam si omittantur aliqua ob naturalem obliuionem, vel aliam iultam ob causam. Prior necessaria non est, cum nec sit in nostrâ potestate, nec semper expediens. Quæritur ergo, an sit necessaria 2. quæ adhuc duplicitate potest esse *integra*; 1. respectu peccatorum, quæ sunt confitenda, ut ex ijs nullum taceatur; 2. respectu confessoris, ut eadem omnia confiteantur; quæ à primâ integritate deficit, ficta dicitur: quæ à secunda, dimidiata confessio.

Primus, error VVicleffi apud VValdens. tom. 2. c. 135. Petri Oſom. in ſum. Concil. sub Xisto 4. & recen. heretic. apud Bellar. li. 3. de pœnit. cap. 1. negantium. Fundamentum: confessio auricularis non est de iure diuino, cum ex nullo Scripturæ loco colligatur; sed ex humano instituto ab Innocen. 3. in Concil. Lateran. condito. At humana potestas, ius non habet in peccata interna; quæ non iudicat nisi de externis: ergo non obligat confessio de peccatis internis. Addebat Oſom. nec faciendam esse confessionem de peccatis manifestis, cum illa nota sint confessori; sed tantum de secretis. Confirm. in multis casibus licet dimidiare confessionem, ut si fias impotens, si referuata confitearis superiori, non referuata verò inferiori; si peccatum taceas, ne complicem reueles &c.

Secundus Bass. in 4. dist. 17. qn. 2. art. 1. fin. Gabr. qu. 1. art. 1. fine, Medina Cod. de confess. qu. 2. affirmantium, id esse de iure diuino, sed negantium, id sufficienter colligi ex Euang. sed tantum haberi traditione, & consuetudine Ecclesiæ.

Dico 1. Confessio sacramentalis debet esse *integra* formaliter, vni Sacerdoti facta, est de fide ex Florent. in decre. Eugenij, & Trident. ſeff. 14. cap. 5. & can. 7. vbi definiunt, confitenda esse omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoriam pœnitens habet post diligentem sui discussionem, etiamsi occultissima sint, eidē Sacerdoti; quoniā hoc est sacramentale iudicium, quod cognitâ causâ Sacerdos ferrè debet; ex quitas autem iudicij integrum confessionem delicti postulat, ut poena, quam Iudex imponere debet, proportionetur delicto. Confirm. finis huius sacram. estremisatio peccatorum, & reconciliatio cum Dco: non potest autem vnum peccatum remitti sine alio; ergo nec vnum sine alio absque vr gente causa possumus confiteri; quia Deus in hoc sacram. peccata remittit in formâ Iudicij, mediâ accusatione rei, & sententiâ Iudicij: at sententia Iudicis presupponit integrum accusationem rei; ergo. Nec obstat, quod possit quisabsoluti ab vnâ excommunicatione, & non ab aliâ. Nam hæc consistit in extrinseca priuatione participationis honorū, quæ priuatio induci potest ob plures titulos, quorum vnu tolli potest absque alio, at peccatum consistit in priuatione diuinæ amicitiae; repugnat id tolli absque restituzione illius: sed hæc cum nullo mortali stare potest: repugnat igitur; remitti vnum peccatum sine alio; non autem vnam excommunicationem sine aliâ.

Quod autem sint omnia vni Sacerdoti confitenda, prob. 1. præceptum confessionis ex Christi insti-

tutione subrogatum est præcepto contritionis; sed *cordoti sunt* contritio non delet peccata, nisi detesteris omnia; *confienda*, ergo nec confessio, nisi subijicias omnia Sacerdoti. 2. 77.

Implicitat pœnitentem accedere dispositum, si non accedit cum voluntate confitendi omnia: ergo ad effectum sacrament. necessaria est confessio *integra* formaliter, nam dispositio pœnitentis est necessaria ad hoc sacramentum, ut pars intrinsecè constituens. Vnde sacramentum sine debitâ dispositione non solum erit informe; sed etiam inualidum. 3. ex S. Thom. in 4. dist. 17. qn. 3. art. 4. q. 2. hoc sacramentum institutum est in medicinam animarum: sed in medicinâ corporis non sat est, ut medicus cognoscat vnum morbum; sed vniuersam infirmi habitudinem, cum soleat vnu morbus aggrauari ex coniunctione alterius, & medicina, quæ prodest vni, sape obest alteri morbo: ergo nec in medicinâ animæ sat erit, ut medicus spiritualis cognoscat vnu morbum; sed vniuersam pœnitentis habitudinem, ut possit competens remedium adhibere.

DICES: potest Sacerdos consecrare vnam partē hostiæ & non aliam; ergo potest confessarius absol. Cur vna uere ab vno peccato, & non ab alio. Sed dispositio particula tas est: quia vna pars materiæ non habet essentialē connexionē cū aliâ in ordine ad consecrationem; at possit, & nō vnum peccatum habet essentialē connexionem vnum peccatum cæteris in ordine ad remissionem, & idèo repugnat absolutionem cadere super vnum & non super omnia. Vnde eo ipso, quod confessarius non haberet voluntatem absoluendi ab omnibus, nihil efficeret. Ratio peccata absoluuntur mediâ gratiâ, cui quolibet mortale repugnat. Etsi possit absolucre ab vno veniali & non ab omnibus, quia hæc non repugnant cum gratiâ.

Dico 2. Quod confessio debeat esse *integra* formaliter, ius est diuinum. Est de fide ex Trident. ſeff. 14. c. 5. & can. 7. Fundamentum, id censetur ius diuinum, quod ab ipsis incunabulis nascentis Ecclesiæ, absque ullâ interruptione semper obseruatum est, & cuius nullum extat vestigium humani præcepti; alioqui neganda esset diuina traditio, cuius semper initium ignoratur. Talis est confessio *integra* formaliter, vt demonstrat Bellarminus libr. 3. de Peccatis. id est. à capit. 5. Et sane difficile creditu est, præceptum tam arduum, qualis est confessio omnium peccatorum, humano Iure, nullo Principe reclamante, in totam Ecclesiam induci potuisse.

Dico 3. hæc formalis *integritas* confessionis evidenter deducitur ex Euang. ut Trident. ſeff. 14. capit. 5. Ratio: cūm Christus Ioannis 20. Sacerdotes instituerit sui Vicarios, & Iudices animarum, ad quos fideles accederent, ut suorum criminum absolutionem reportarent; & non possit vnum peccatum sine alio coram Deo remitti, necessariò sequitur, ut omnia debeat eidem Sacerdoti confiteri: tum ut pœnitens omnium absolutionem recipiat; tum ut Sacerdos integrum formet de pœnitente iudicium, & proportionatam applicet delicto pœnam, ac morbo remedium. Vnde verba illa, *Quorum remiseritis peccata &c.* intelliguntur de omnibus, quæ memoriz pœnitentis obuersantur: quia, cūm sit propositio indefinita, & quialet vniuersali.

DICES: potuisset Christus cā lege confessionem instituere, ut tunc peccata remitterentur, quando peccator iam esset confessus Sacerdoti. 2. vel 3. Non inferior, id potuisse, atque eo modo saluari, quo pacto non dimittatur vnum sine alio; sed rationes supra oppositum suadent.

Ad fundam. primi, respondet Trident. ſeff. 14. Ad fund. cap. 5. in eo Concilio, non confessionem instituere Erroris 1. tam;

tam; sed tempus dumtaxat determinatum fuisse, quo omnes Christi fideles, cum ad annos discretionis peruererint, teneantur saltē semel in anno omnia sua peccata proprio Sacerdoti confiteri: ut habetur cap. *Omnis viriusque sexus, de penitent. & remiss.*

34. Ad id, quod addebat Oſom. resp. notitiam peccati ad hoc sacramentum requisitam debere procedere ex confessione ipsius pœnitentis; nec sufficere, immo nec debere confessorem moueri ad pœnitentem soluendum, vel ligandum ex alia cognitione; quia cum hoc sacramentū per se ordinetur ad propriam reconciliationem confitentis cum Deo, & reconciliatio de necessitate requirat accusacionem proprij delicti, de necessitate fundatur in notitia peccati habitā ex confessione pœnitentis. Legge Bonav. in 4. dist. 17. q. 2. art. vte. & Petr. Sotum de confess. lett. 10. Ad confirm. constabit infra. Ad fundam. secundæ, constat ex dictis.

## SECTIO V.

*An confessio debeat esse integra quoad speciem & numerum peccatorum?*

36. 1. *Sentent. Vitt. in sum. Cani relect. de sacram. Pœnit. p. 6. ad 4. argum. contra 3. conclus. Nauar. in cap. considerat, de pœnas. dist. 5. num. 18.* negantium quoad omnes species, distinguunt enim duplices species peccatorum, alias notas mediocriter doctis, quæ diuersum pariunt iudicium, in ordine ad salutares pœnas iniungendas; alias subtiliores paucissimis notas, quæ diuersum iudicium confessori non gignunt. Exemplum afferunt 1. in geomantiâ, hydromantiâ, aetomantiâ, pyromantiâ: quæ, vt notat Caiet. 2. 2. qn. 95. art. 3. sunt peccata diuinationis specie diuersa; nemo tamen ea censet distinctè esse in confessione explicanda. 2. in bestialitate, in qua non est explicanda species bestiarum. Fundamentum iudicium sacramentale, cum ordinetur ad salutem pœnitentis, eam culpæ notitiam postulat, quæ satis sit ad conveniens remedium pœnitenti adhibendum. Accedit communis tam confitentium, quam absoluientium, qui subtiliores species peccatorum non curant. Confir. non semper pœnitens, aut confessor scit distinguere inter unam speciem peccati, & aliam, & tamen tunc confessio valida est: igitur.

37. 2. *Sentent. communiſ. Proexplie. 2. 1. tam antiquorum in 4. distinſt. 17. & 18. quam recent. affirmantium, & quoad species, & quoad numerum peccatorum confessionem debere esse integrum formaliter. Nota, aliud esse querere, an explicare speciem, & numerum peccatorum sit per se necessarium ad confessionem sacramentalem, quod hic tantum intendimus; aliud, an facile posse talis confessio, quæ huiusmodi subtiliores species peccatorum non explicat, excusari: quod ultra concedo.*

38. DICO 1. confitendæ sunt omnes species atomæ morales peccatorum, ex Trident. ſeff. 14. cap. 5. & can. 7. vbi definit, in cōfessione explicandas esse circumstantias, qua speciem mutant: alioqui peccata neque à pœnitentibus integrè exponerentur; nec Iudicibus perfectè innotescerent: vnde nec de eis reatum iudicium, nec pœnam culpæ proportionatam imponere possent. Confirm. ex Christi institutione tenemur omnia peccata in specie confiteri: at qui tacet aliquas species, non omnia in specie confiteri. Nec sufficit, ea in proximo genere subalterno, vt Caiet. ait, confiteri: quia possunt plures species

specialissimæ sub eodem genere subalterno contineri.

Notantet dixi, omnes species atomæ morales: nam de physicis non habetur ratio in hoc iudicio sacramenti. Vnde si plures species physicæ non variant moralem, confitendæ non sunt. Contrà verò si una species physica continet plures morales, omnes distinctè confitendæ erunt: vt si uno actu appetas plura obiecta illicita specie diuersa, inuicem non ordinata, si uno verbo blasphemies Deum, & Sanctos; si uno iactu interimis clericum, & laicū.

Ad dignoscendum autem, quæ circumstantiæ mutent moralem speciem peccati, hæc regula ex S. Regula ad Thom. in 4. dist. 16. qn. 3. art. 2. qn. 3. quotiescumque dignoscendū circumstantia, ultra malitiam principalem actus, speciale affert cum ratione repugnantiam, mutat speciem peccati, & nouam addit malitiam moralem diuersam. Ut adulterium, præter malitiam fornicationis oppositam castitati, importat speciale deformitatem contra iustitiam. Sacrilegium, præter peccatum furti, homicidij, fornicationis, dicit speciale irreuerentiam contra res, locum, aut personas sacras: fit enim sacrilegium non solum rei sacræ; sed etiam loco sacro, vt Argent. in 4. dist. 16. art. 2. Sa. v. Sacrilegium, Nugnez addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. dub. 2. Stuprum, superaddit violationem clauſtri virginalis; Raptus violentiam; Incestus irreuerentiam in personas sanguine, & affinitate iunctas, quæ ex copulâ licitâ extenditur usque ad 4. gradum, ex illicitâ usque ad 2. Nec solum contrahitur inter agnatos carnales, sed etiam spirituales per Baptismum & Confirmationem; non tamen inter confessorem & pœnitentem. Concubitus cum infideli, Iudea, Turca: nam sicut inter hos prohibita est ab Ecclesiâ copula licita per matrimonium, ob Christianæ Religionis reverentiam: ita ob eandem rationem prohibita censetur copula illicita. Vnde talis fornicatio addit speciale malitiâ contra Ecclesiæ prohibitioñem, quâ cessante, cessaret specialis malitia talis peccati, vt Sanchez tom. 2. de Matrim. lib. 7. dist. 5. nn. 15: quæ ratio militat etiam in coitu frigidi, & eunuchi cum muliere, inter quos ob impotentiam generandi prohibitum est matrimonium. Vnde malitiam huius peccati Sanchez l. cit. reducit ad peccatum contra naturam.

Explicandus est in confessione primus & 2. gradus consanguinitatis, qui videntur notabilem deformitatem supra reliquos afferre. Sodomia est maris cum mare, foeminæ cum foeminâ, & viri cum foeminâ, vase præpostero, quæque inter cognatos, affines, coniugatos, & voto castitatis astricatos, specie differt, notabilem deformitatem dicit contra natum: contra quam, diuerso tamen modo, procedit pollutio & bestialitas, quæ nec diuersificatur à diuersitate suppositorum, nec brutorum, vt Caiet. 2. 2. q. 15. 4. art. 1. ad 3. dub. estque omnium peccatorum contra temperantiam grauissimum. Ad hanc reducitur coitus cum dænone.

Quare explicandæ 1. circumstantiæ, quæ peccatum de veniali mutant in mortale, vel ob grauitatem materiæ; vt in furto, vel ob finem extrinsecum; vt latè comedere ad excitandam venerem. 2. quæ opponuntur diuersis virtutibus: vt frangere ieiunium præcepti, & voti simul; proferre mendacium cum iuramento, & notabili damno alterius; committere peccatum, cui annexa sit excommunicatio, vel præceptum superioris: nam ultra malitiam obiecti, admiscetur malitia inobedientiæ expressæ, status quando peccatum est tantum reseratum, aut prohibitum pluribus præceptis eiusdem, aut diuersum

91. Explicandi gradus con-  
sanguinitatis.

93.

94.

Diversa  
præcepta, si  
inducant  
diversa mo-  
tiva.

forū superiorū, in ordine ad eandem virtutem, vt omittere sacram, frangere ieiunium, duplii lege præceptum; quia diuersa præcepta, nisi inducant diuersa motiva, non fundant distinctas virtutes; nec sola voluntas præcipientis, nisi transeat in speciale motiuum obedientiæ, diuersificat actum, cùm sit extrinseca obiecto, à quo tantum desumitur specifica bonitas, vel malitia actus humani. 3. quæ eandem virtutem in ordine ad diuersos actus specie notabiliter lèdunt, vt non corrigere fratrem; scandalum illi præbere; extremè indigenti non subuenire; sunt enim hæc opposita charitati, seu misericordiæ, quam in ordine ad diuersa bona debemus proximo. Item proximum lèdere in bonis fortunæ, honoris, personæ: quia hæc sunt diuersa peccata contra eandem virtutem Iustitiae. Item carnem edere die ieiunij, & non comedere semel in die, specificè opponuntur temperantiae. 4. quæ actum à malitiâ mortali excusant, vt si hominem occidisti, sed in defensionem tuu vel proximi; si blasphemasti, sed non plenè aduertens: si in furto excessisti, sed in extrema necessitate constitutus: si ieiunium, vel sacram in die festo omissisti, sed ex causâ: si ad mentem interrogantis non respondisti, sed non iuridicè interrogatus.

97. DICO 2. confitendus est distinctè numerus omnium peccatorum, ex Florent. & Trident. sciss. 14. cap. 5. & 7. quæ definiunt, omnia, & singula mortalia esse confitenda: quia nec remitti possunt peccata, quin omnia remittantur; nec Deus omnia remittit, quin omnia confiteantur, cùm confessio succedat contritioni; in quâ, nisi omnia detestentur, nullum remittitur.

98. Aduertunt Doctores, numerum peccatorum non esse metaphysicè, sed moraliter confitendum, plus minus, vt conscientia dicit post diligens examen. Vnde notat Sotus in 4. disp. 18. qu. 2. art. 4. post 2. conclus. quod si quis confessus est, se decies circiter peccasse, si deinde recordetur, se peccasse duodecies, non tenetur hunc excessum explicare: quia iam censetur explicatus in 1. numero; secus si excessus sit notabilis.

99. Numerus  
distincio  
peccatorum  
colligitur  
1. Cæterum numerica distinctio peccatorum colligitur 1. quando eadem specie peccata interrupta, iterum continuantur; interruptum autem actu 1. contrario, explicito vel implicito. 2. interpositione alterius negotij diuersi. 3. morali cessatione prioris actus, non est autem moralis interruptio, quoties quis physicè tantum cessat ab opere externo assumpto vt medio ad patrandum peccatum, non enim homicidium interruptit, qui ex præcedente voluntate emit gladium, arripit iter, somnum carpit: nam licet interruptus actus internus, non interruptitur tamen externus, in quo moraliter perseverat internus, vt in medio ad homicidium committendum assumpto: qui enim alienum retinet in uito domino, toties peccat, quoties de nouo aduertit, sc moraliter posse; nam dum noctu iacet in lecto, audit sacram, negotia pertractat, non videtur moraliter posse, proinde non peccat distinctè, nisi eo tempore creditor graue patiatur damnum. Non desunt tamen Doctores apud Dian. tract. 4. de Sacram. Resol. 95. qui docent, non esse explicandas vices, quibus interruptum fuit peccatum, sed tempus dumtaxat declarandum, vt si per annum fuisti in odio, sufficit dicere, per annum sui in odio. Addunt tamen si peccatum interruptum fuit, actu contrario, tunc necessariò explicandas esse vices: quia per interruptionem actu contrarij peccatum multiplicatur numero, non per solam interruptionem negatiuam, vel actus disparati.

Colligitur 2. numerica distinctio peccatorum, 105.  
ex multiplicitate eiusdem actus ad plures per- Colligitur  
sonas; vt cum quis uno affectu odit multos, uno ver- 20.  
bo blasphemat plures, uno ictu necat duos.

DICES: ergo plura committit numero peccata, 101.  
qui unâ transgressione omittit sacram, aut ieiuni-  
um in honorem plurium Sanctorum præceptum:  
quia plures Sanctos priuat debito cultu. Resp. quod 102.  
in sacro, vel ieiunio præcipitur, est sola auditio Mis- Disparitas  
se, & abstinentia cibi. Honor autem, & cultus San- est.  
ctorum, non nisi remotè, vt finis præcipientis, qui  
sub præceptum non cadit: ob eandem rationem  
vnum furtum illatum pluribus, non est multiplex;  
sed vnum peccatum: quia furtum proxime respicit  
rem alienam, non personas, à quibus surripitur:  
contra vero odium, blasphemia, homicidium, im-  
mediate attingit personas ipsas vt obiectum Quod.  
Quando vero non potest pœnitens, ob temporis  
diuturnitatem, & delictorum multitudinem, pro-  
bablem numerum peccatorum coniectare, non sat  
est, vt Sotus aduertit dist. 18. q. 2. art. 4. post 2. conclus.  
tempus dumtaxat consuetudinis explicare: quia fieri  
potest, inquit, vt eodem tempore unus centes, alius milles peccaret: sed addendum est, toties in  
die hebdomadâ, aut mense plus minusve peccare  
solebam: quod si neque hæc probabilis coniectura  
haberi potest, tum decimum ad tempus consuetudini-  
nis recurrentum erit: in quo tamen, quoad fieri  
potest, explicanda est: saltē in genere specifica di-  
stinctio peccatorum, vt si prostituta mulier ren- ha-  
buerit cum religiosis, cognatis, & coniugatis. Mon-  
net autem ibid. Sotus, & Vasquez qu. 91. art. 1. dub. 4.  
num. 3. postquam quis sua peccata per tempus con-  
suetudinis confessus est, non teneri postea peccata,  
quæ particulariter recordatur, confiteri: quia sa-  
tis illa confessus est, confitendo tempus consuetu-  
dinis.

Ad oppositam sententiam dico, quamcumque spe- 103.  
ciem morale nouum parere iudicium, in ordine Resp.  
ad pœnam salutarem pœnitenti iniungendam: quia ad argum.  
sicut nouam importat cum ratione, & virtute re- oppoſita  
pugnantiam; ita nouum postulat ex suâ naturâ re- 104.  
medium, per ordinem ad oppositum actum virtutis,  
cuius peccatum est lauum. Neque exempla  
sunt ad rem: nam nec quatuor enumeratae species  
diuinationis differunt moraliter; sed tantum physi-  
cè; de quâ distinctione explicandus est S. Doctor. de  
bestialitate vero est contra Caset. qui cit. loco docet,  
eam esse speciem specialissimam; quia omnis bestia,  
secundum quamcumque vasorum diuersitatem, mo-  
vet sub eodem motivo, nempe vt extraneum à spe-  
cie humanâ. Ad fundam. nego, notitiam cuiuscumque  
malitiæ specificæ non facere ad quodcumque Ad fund.  
remedium pœnitenti adhibendum: nec vlla consue-  
tudo est in contrarium: nam qui sciunt distinguere  
huiusmodi species morales, interrogant, haud ta-  
men puto, confessionem fieri in ualidam defectu in-  
tegritatis specificæ malitiæ, quando non datâ operâ,  
sed bonâ fide, & ex ignorantia, aut confitentis, aut  
absoluenter omittitur aliqua species peccati expli-  
canda. Leg. Henriquez lib. 5. cap. 8. num. 2. Ad con-  
firmat. dico, non esse necessarium, vt à pœnitente  
singulæ species peccatorum cognoscantur; sed  
sat esse, si omnia peccata, vt ab ipso commissa sunt,  
enarrantur.

## SECTIO

## SECTIO VI.

*An circumstantia notabiliter tantum aggrauantes sint necessariò confitenda?*

106. *Quid sit circumstantia.* **S**eptem numerantur circumstantiae: *quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando; quas confessarius notas habeat, vt ex ijs peccatorum grauitatem sciat perpendere.* Est autem circumstantia, conditio non pertinens ad substantiam actus; sed aliquo modo ipsum attingens, & circumstans, quæ dum transit in obiectum, definit esse circumstantia & constituit speciem actus: dicitur tamen circumstantia, respectu alterius speciei, quam presupponit in actu: *Vt furari in loco sacro, respectu sacrilegij non est circumstantia, sed obiectum, quia illud primò constituit; est tamen circumstantia respectu furti: quia illud presupponit in actu per subceptionem rei alienæ.*

107. *Triplex di-*  
*singuitur.* Ex his distinguitur circumstantia: 1. mutans speciem peccati, vel de veniali in mortale, vel de yna specie in aliam: *vt si fornicatio fiat cum coniugata, mutatur in adulterium.* 2. aggrauans tantum notabiliter intra eandem speciem: *vt furtum mille aureorum est notabiliter grauius furto vnius aurei.* 3. nec speciem mutans, nec notabiliter aggrauans: *vt si inimicum occidisti ferro, vel ligno.* Conveniunt omnes, primas necessariò esse confitendas, tertias non necessariò: de intermedij.

108. *1. Sentent. negas.* PRIMA sentent. Bonav. in 4. dist. 17. art. vlt. qn. 3. Albert. dist. 16. art. 24. S. Thom. p. 3. art. 2. qu. 5. Dur. q. 4. Palad. q. 3. art. 3. Palat. dist. p. 3. concl. 2. Sylu. v. confess. 1. q. 9. & Angeli. v. confessio 1. n. 23. Tabien. v. circumst. 8. Medina cod. de confess. q. 7. Nauarr. in sum. c. 6. n. 7. Vasq. q. 9. 1. art. 1. dub. 2. Valent. dist. 7. q. 11. punct. 1. assert. 5. Tolet. in sum. lib. 3. cap. 7. negantum, 1. quia Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 7. solum definit, confitendas esse circumstantias speciem peccati mutantes: cum ergo hoc sit præceptum pœnale, non est ad alias circumstantias extendendum. 2. alias vnu- quisque teneretur se accusare de circumstantia durationis, intensionis actus, quantitatis illati damni, ingratitudinis in Deum ob specialia beneficia ab ipso accepta, quæ nimis arduum, & intolerabile redderent præceptum confessionis.

109. *2. Affirma-*  
*tina se-*  
*quanda.* SECUNDA Altfidior. lib. 4. tract. 6. cap. 3. q. 3. Alens. 4. part. qu. 18. membr. 4. art. 3. Richard. in 4. dist. 17. art. 2. quest. 8. ad 3. Mayr. quest. 1. §. quarta, Aureol. art. 2. Maior quest. 4. vñl. in alia impress. quest. 1. Bachon. distinct. 16. quest. 1. art. 1. Caiet. 1. 2. quest. 7. & in sum. verb. confessio, condit. 15. & v. ingratitudo, Marfil. in 4. quest. 12. art. 1. in 1. part. art. fine, Victoria in sum. n. 136. Canis relect. de sacram. Pœnit. part. 6. §. Sed enim, Sotii in 4. dist. 18. quest. 2. art. 4. conclus. 7. Petri Sotii de confess. lett. 9. Barthol. Med. in 1. 2. quest. 7. art. 3. Suar. dist. 22. sect. 3. Sà. verb. confessio, num. 18. affirmantium. Inclinanit Scotus in 4. dist. 17. quest. unic. art. 2. Bassol. quest. 2. art. 2. Gibr. quest. 1. art. 2. conclus. 4. Argent. dist. 16. art. 2. qui docent, tutius esse has circumstantias confiteri. Hæc sentent. probabilius est; cum hâc limitatione, vt non sint de necessitate sacramenti confitenda, nisi circumstantæ notabiliter aggrauantes, quæ ex naturâ suâ certæ sunt, & nullo modo explicantur in actu principali: Altfidior. lib. 4. tract. 6. cap. 3. quest. 3. eamque colligo ex Trident. sess. 14. cap. 5. vbi hanc rationem assignat, cur debeamus circumstantias mutantes speciem confiteri, vt Iudicces animarum de grauitate criminum rectè censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis, pœni-

tentibus imponere: at sunt aliquæ circumstantæ, speciem peccati non mutantes, sine quibus non possunt animarum iudices rectè de grauitate criminum iudicare, & pœnam proportionatam delicto imponere: tum quia ita Concilium intelligit Catechismus Rom. de sacramento Pœnit. §. sed quoniā, dum docet, non modò peccata omnia, verū etiam circumstantias, quæ peccati grauitatem valde augent, vel minuunt, explicandas esse: tum quia dilectum fit iudicium de furto vnius, ac mille aureorum, & de odio instantaneo, ac vnius hebdomadæ: aliaque debetur vni, ac alteri pœna: quia furtum mille aureorum, æquivalet mille furtis vnius aurei, & odium hebdomadarium multis instantaneis: est enim continuatio peccati, virtualis quædam distinctio peccatorum.

Tum quia ex oppositâ sentent. sequeretur, nullum actum externum fore explicandum; sed solum Ex absurdo internum affectum efficacem, aptum ad inferendum externum; neminem teneri ad explicandum homicidium, furtum, fornicationem, & reliqua peccata externa; sed tantum efficax desiderium internum: nam secundum opin. quæ afferit, totam malitiam peccati desumi ab affectu interno, & nullo modo ex opere externo, opus externum est sola circumstantia peccati: quia nullam nouam malitiam ei superaddit; ergo secundum hanc opin. quæ probabilis est, nullum foret peccatum externum in confessione exprimendum.

Conclusionis verò limitationem probo; tum quia circumstantiae, quæ non sunt ex naturâ suâ certæ, non possunt esse ex obiecto notæ omnibus, verisimile autem non est, Deum ad incertas, & implices circumstantias obligare fideles, plerumque ignorantes, & rusticos: nam probabile non est, ad eas solum obligari doctos, & non rusticos, & indoctos, vt putat Alens, quia Christus non aliam Reijcitur riam confessionis instituit pro doctis, aliam pro in- opiniō doctis, sed eandem pro omnibus: vt constat, tum ex Alens. alijs sacramentis, tum ex naturâ sacramentorum, vt sic, quæ, vt leges vniuersales, debent æqualiter se extenderet ad omnes: tum quia circumstantiae, quæ implicitè includuntur in actu principali, non egent distinctâ confessione à confessione ipsius actus principalis, in quo illæ sufficenter includuntur, & per eius explicationem rectè potest Iudex de illis iudicare.

Deducitur 1. non esse explicandam intensio- 113. nem actus: vt cum maiore, & minore odio inimi- *Intensio quando ex-*  
cum occidisti, nisitalis intensio sit lœsiua distinctæ *plianda.* virtutis; vt si contra humanitatem, quæ in ipsâ occi-  
sione scrupula est, nimium scuia, vtendo modo in occidendo atrociore. Ratio: intensio non est per se nota: vnde si esset sub præcepto confitenda, magna foret materia scrupulorum, quod vergeret in maximum detrimentum animarum. 2. Nec explicanda circumstantia ingratitudinis, odij virtualis, Corollaria inobedientia contra Deum, priuationis amicitia, & ac felicitatis æternæ: nam hæc omnia sufficienter explicantur, explicato mortali: securus quando transcut in obiectum expresse volitum: quia tunc de circumstantia mutatur in obiectum. 3. Nec in furto explicanda media, quæ adhibuisti, si aliunde ea non continent distinctam malitiam à malitia furti. Nam tunc explicanda sunt, vt peccata distincta, vt si socium adhibuisti. Neque esse in fornicatione explicanda oscula, & tactus præcedentes, & subsequentes eundem actum principalem: Neque in homicidio actus & verba contumeliosa: quia hæc sufficienter explicantur, explicato actu principali. 4. Explicanda circumstantia incensus primi & secundi 116.

Respectus  
sententia  
Nugnez.  
117.

cundi gradus, & cognationis spiritualis; non filiationis spiritualis, contra *Nugnez* in addit. ad 3. p. qu. 9. art. 2. dub. 3. ad ultim. argum. quia per hanc non contrahitur cognatio spiritualis, sicut per illam. 5. Nec fornicario explicanda circumstantia Sacerdotis; sed sat esse, si dicat se esse constitutum in sacris; neque circumstantia religiosi, sicut tyro, & nondum votum emisit: *Palat. in 4. dist. 16. disp. 3. post 1. conclus.* An autem explicanda sit circumstantia Religiosi Sacerdotis professi: Affirmativa pars est verior: quia saltem circumstantia religionis notabiliter aggrauat peccatum Sacerdotis, quidquid in contrarium sentiant alij.

118. 6. Solz duæ circumstantiae notabiliter aggrauantes sub præcepto explicanda; nempe quantitas damni, siue sit in bonis externis, siue honoris, & personæ; & diuturnitas actus, quando excedit ordinariam mensuram temporis: quia haec duæ variant moraliter iudicium confessoris, quando notabiliter aggrauant actum, & ex naturâ suâ sunt certæ, & obuiæ cūlibet rusticō, quarum nullus potest ignorantiam, vel scrupulorum periculum prætendere. Vnde *Vitoria* eas docet esse de necessitate explicandas, etiamsi quoad alias, non audeat oppositum facientem damnare. Et *Catechis. Rom.* ad has duas videtur vniuersalem doctrinam de circumstantijs notabiliter aggrauantibus restringere, dum de his tantum speciatim mentionem facit, fuit scilicet quantitatis, & temporis durationis. Ratio: haec tantum & manifeste aggrauant peccatum, & absque ullo periculo quiuis ea potest consideri.

119. Rogas; quando haec circumstantiae censentur notabiliter aggrauare peccatum, ita ut sint necessariò exprimenda? Resp. sit 1. regula: Quoties quantitas damni supra quantitatem sufficientem ad mortale ex se solâ separata sufficeret ad mortale, ipsa notabiliter aggrauat, & est exprimenda: vt si quantitas sufficiens ad mortale sit aureus, si furatus es aureum cum dimidio, non teneris dicere, nisi quod furatus es materiali sufficienter ad mortale: quia dimidius aureus ex se solùm non sufficeret ad mortale; secus si furatus es duos, aut tres aureos: quia tunc teneris exprimere totum numerum. Idem iudicium esto de damno, famæ, honoris, & personæ. 2. quoties continuatio temporis excedit notabiliter ordinariam mensuram, in quâ solent similes actiones exerceri, exprimenda est: vt si totâ nocte concubuisti cum meretrice, non satis est dicere, semel fornicatus sum, sed tempus exprimendum erit.

120. Deducitur 7. non esse exprimendam circumstantiam diei festi, nisi transeat in obiectum: quia tunc fieret in contemptum. Ratio: licet peccatum contrarietur fini, non tamen contrariatur præcepto de cultu festi, qui solùm obligat ad abstinentiam ab opere seruili.

121. 8. Nec exprimenda circumstantia loci sacri nisi in casibus 4. in violentâ effusione sanguinis, semi-nis, in furto, & extractione Rei fruentis priuilegio immunitatis. Nam haec tantum ob reverentiam prohibentur fieri in Ecclesiâ, non alia. Neque haec ipsa machinari intra Ecclesiam, animo tamen exequendi extra Ecclesiam.

122. 9. Nec exprimenda circumstantia, notabiliter diminuentes: vt si in peccatum consensisti inuitatus, si alium occidisti rogatus, & fornicatus es absque ullo tactu, & osculo prævio, secus si diminutio tollat peccatum, vel de mortali mutet in veniale, vel de una specie transferat in aliam. Ratio: quia potest pœnitens in hoc suo iure cedere.

Ex his patet ad fidam. prime: nam quamvis Consilium expresse definiat circumstantias peccati speciem mutantes esse explicandas; non tamen negat alias, quæ saltem certæ sunt, & notæ omnibus.

Dubitatur: an si quis in confessione generali cum peccatis alijs confessis confiteretur vnum peccatum post ultimam confessionem commissum, teneretur hanc circumstantiam explicare? Negat *Diana tract. 4. de Sacram. Resol. 62.* Quia nemo tenetur, dum peccatum confitetur, dicere se illud commissum post ultimam confessionem, nisi ob peculariæ circumstantiam, quæ peccati speciem variet.

124.

115.

## S E C T I O VII.

*An semper confessio debeat esse integra materialiter?*

Ratio dub. 1. quia integritas confessionis est de Iure diuino connaturali, cui nullum aliud ius potest præualere: nam Ius diuinum connaturale est illud, quod est naturaliter annexum rei, diuino Iure præceptæ: sed confessio diuino Iure præcepta naturaliter exigit integrum accusationem omnium peccatorum: tum quia est per modum iudicij: iudicium, quæcumque requirit integrum notitiam causæ, ex quâ procedit: tum quia est sacram. reconciliatum, & compensatum: reconciliationis autem, & compensationis debet esse de omnibus offendis. Confirm. nequit coram Deo remitti una offensa sine aliâ; sed in hoc sacram. non remittuntur offendæ, nisi per confessionem exposita: nam confessio succedit contritioni: ergo sicut contritio non remittit peccata, nisi cadat super omnia; ita nec confessio, nisi sit de omnibus. 2. vel peccata, quæ tacentur in confessione, sunt detestanda contritione vel attritione: non attritione, quia nullum peccatum remitti potest attritione, dub. nisi subiiciatur clauibus: nequit autem peccatum subiici clauibus, nisi manifestetur: Non contritione, alioqui non remitterentur vi sacram. sed vi pœnitentia virtutis.

126.

*ius diuinum connaturale.*

His non obstantibus, certa sententia est, non semper confessionem debere esse integrum omnium peccatorum, quæ pœnitens commisit, vt frumentum sacram. percipiat, ac proinde integrum materialiter. Fundam. sacramentum hoc est ad salutem necessarium; & saepe est impossibile, omnia confiteri: vt qui impotens sit, cæptam confessionem vterius continuare; vel quando ex confessione novius peccati, oriretur scandalum animæ, aut damnum corporis vel famæ; nam ex doctrinâ *Bernard. lib. de precep. & dispens. post init.* quod propter charitatem introductum est, non debet contra charitatem exerciri: cum igitur finis huius sacramenti sit iustificatio peccatoris, debuit eius institutio esse moraliter possibilis, & maiori præcepto, quale est charitatis, non repugnans; alioqui eius institutio conueniens non fuisset.

127.

Ad 1. rationem dub. integritas tantum formalis, quale debet hic & nunc pœnitens coram legitimo iudice facere, naturaliter exigitur ab hoc sacram. quia nequit ius diuinum posituum, quale est præceptum confessionis, opponi naturali luri charitatis; alioqui destrueret seipsum: quia opponeretur fini, propter quem est institutum, nec obstat, quod sit per modum iudicij, & reconciliationis: Nam ad hoc sufficit confessio integra formaliter. Ad confirm. concedo minor, quando confessio peccati est moraliter possibilis; aut ex eâ non resultat aliquod malum: nec quævis confessio succedit contritioni; sed con-

128.

*dub.**integra materialiter.**materialiter.*

132.  
Ad 2.

confessio integra formaliter. Ad 2. resp. peccata, quæ ex rationabili causâ tacemus in confessione, sicut esse, vt detestemur attritione, sicut reliqua, quæ in confessione explicantur; eadem enim attritio, quæ est sufficiens dispositio pro confessis, est etiam sufficiens dispositio pro ijs, quæ iusta ex causâ tacentur. Nego autem, ea non subijci clauibus, saltem indirec-<sup>tè</sup>, vt oblitera, quæ remittuntur simul cum confessis: Nam subijci indirec-<sup>tè</sup> est, ea hic & nunc per signa contritionis & confessionem aliorum peccatorum à pœnitente manifestari, quantum, salvo omni alio præcepto, manifestari possunt.

Quid sit  
indirec-  
tè  
subijci clau-  
ibus pec-  
cata.

## SECTIO VIII.

*Quæ cause ab integritate confessionis excusent?*133.  
*Integritas-  
tem confes-  
sionis excus-  
sat,**Ex parte  
pœnitentis,  
Impotensia*134.  
*Ignorantia*135.  
*Periculum  
mortis &c.*

136.

137.

138.

139.

140.

141.  
*Ex parte*

**E**x triplici cap. integritas confessionis excusari potest: Ex parte pœnitentis excusat 1. impotentia: vt si pœnitens, amissâ loquelâ, vel in phrenesim versus, nequeat confessionem perficere; tunc vel vno peccato auditio, quin signo tantum dato accusationis sacramentalis absoluendus est. Item si tempore procellæ, incendijs, belli, paroxismi timeatur mors, danda est absolutio, quo tempore possunt multi aliquid peccatum akâ voce confitentes simul absolui. 2. ignorantia, aut naturalis obliuio, etiam venialiter; non tamen mortaliter culpabilis, nisi quæ in se existens mortaliter culpabilis, hic & nunc pœnitenti probabiliter apparet inculpabilis: quia peccata non imputantur, nisi sint in conscientiâ peccatoris. Vnde *Florent. & Trident. sess. 14. cap. 5.* docent, ea peccata esse confitenda, quæ sunt in memorâ & conscientiâ pœnitentis. Quare excusantur pueri & rudes, qui multa committunt contra legem diuinam, aut naturalem, quæ tamen ignorant esse peccata, & confitenda. Lege *Henrig. lib. 5. de sacram. cap. 12. n. 1.* Item qui probabiliter ratione, aut consilio sapientis omittit aliquid, vt non necessariò confitendum. 3. periculum mortis, infamia, aut grauis damni, vnde non tenetur pœnitens peccatum confiteri, quando probabiliter dubitat, confessarium vel vni etiam per inaduententiam esse manifestaturum, aut ex eo mortem vel graue damnum sibi fore illaturum; aut odium vel iniuriam ipsius confessarij contracturum. 4. quando nequit quis integrè confiteri, nisi sacram. sigillum reuelet: nam arctius est huius sacram. sigillum, quam ipsius integritas. 5. si ex suo peccato probabiliter timet, sibi, aut proximo speciale damnum imminere. 6. Si mutus, aut vir ignotæ lingua nesciat omnia sua peccata explicare: nemo enim ad implendum præceptum Ecclesiæ tenetur per interpretem confiteri; bene tamen tenetur per scriptum: quia per hoc commodè possumus confiteri: *S. Thom. in 4. dist. 17. qn. 3. art. 4. qn. 3. ad 2. quidquid Scors., Richard. Caset. Victoria, Tolerus & alij in contrarium sentiant.* 7. Qui non permittitur ex malitiâ confessoris omnia sua peccata integrè confiteri: tunc enim pœnitens excusabitur, præterim si sit in extremâ necessitate, & alium confessarium adire non possit. Nam tunc faciet integrum confessionem formaliter. 8. Quandoquis generali confessionem facit totius vitæ absque obligatione, non tenetur omnia confiteri: quin potest quotidie de ijs, quæ confiteruntur, absolvi prius, quam tota confessio perficiatur, quia hæc non sunt materia necessaria; sed tantum sufficiens confessionis.

*Ex parte absoluenteris integritas confessionis ex-*

cusatur, 1. si ipsius mors, aut loquelæ defectus ti-<sup>absoluenteris</sup> meatur, antequam possit totam confessionem audi-<sup>integritas</sup> re, & alius Sacerdos aduocari nequeat: nam tunc <sup>confessionis</sup> auditio aliquo peccato, impendenda est <sup>excusatur.</sup> 2. Si tempore pestis Sacerdos timeat sibi mortem, si diu cuin ægrotō confitente moretur, vel aliunde mortem sibi inferendam probabiliter coniectet. 3. Potest, & sepe debet confessarius ad succurrendum multis in periculo mortis constitutis, super dimidiatiâ confessione absolutionem impendere. Quin etiam putat *Henriquez. lib. 7. de indulgent. c. 11. num. 3.* posse Sacerdotem, si intra tempus Iubilæi non licet omnia peccata audire, posse tantum à reseruatis absoluere, & posteà reliqua excipere. Sed melius actutius tali casu erit, confessionem incipere intra tempus Iubilæi, eaque perficere extra, & tunc ab omnibus reseruatis absoluere: quia ratio ne incæptionis acquirit pœnitens ius ad absolutionem à reseruatis, vt *ibid. Henrig.* sicut potest delegatus causas intratempus delegationis inchoatas, extra id tempus finire. 4. Potest dimidiari confes-<sup>142.</sup> sio ex parte absoluenteris, si in extremâ necessitate sit Sacerdos, qui sciat iudicium ferre de aliquibus peccatis, & non de omnibus. Etenim cum iudicium confessoris de peccatis sit necessarium ad sententiâ absolutionis ferendam; & extrema necessitas eum excusat, ad ferendum integrum iudicium de omnibus, poterit & debebit tunc absolutionem impendere, etiam si sciat, se non posse de omnibus peccatis iudicium ferre, sicut oportet. Leg. *Vasquez. q. 9. art. 3. dub. 2.*

*Ex parte tertij excusatur, quando ex meo pec-<sup>143.</sup> cato graue damnum animæ, corporis, famæ, vel fortunæ alteri probabiliter timetur. In his casibus <sup>Ex parte</sup> <sup>tertij excu-  
satur.</sup>*

**PRIMA**. Si potes, debes alium confessarium adire, cui possis integrè confiteri; nec nisi virgente ali-<sup>144.</sup> quâ necessitate mortis, aut præcepto annuæ confessionis, vel sumendæ Eucharistæ, aut magnæ utilita-<sup>Que regna-  
la Fernanda.</sup> tis: alioqui differenda est confessio præcertim quando brevius speratur copia confessarij.

**SECONDA**, cum non potes peccatum in specie, vel actum exterum, teneris saltem in genere, vel affectum internum confiteri, eâ tantum circumstantiâ omissa, ex cuius confessione posset peccatum in specie cognosci.

**TERTIA** interdum non solum potes, sed etiam teneris tacere peccatum in confessione; scilicet si non es dominus boni, cuius prætatio ex tua confessione incurrit: vt in quibus timesur damnum spirituale proprium, vel quodcumque damnum proximi.

An peccatum ex causâ in confessione omisso, sit statim ac confitendi opportunitas offertur; confessori aperiendum; An vero differri possit usque ad tempus præcepti de annua confessione sequentis anni? *Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. in foliis 5. argu. fine; Henrig. lib. 5. de sacram. cap. 12. num. 6. affirmat, illud statim esse confitendum, nec licet differri posse:* quia ex *Florent. in decret. de unio. Armen.* ad confessionem pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriæ habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter: vt etiam *Trident. sess. 14. cap. 5.* Sed hoc præceptum non implet, qui peccatum ex causa in confessione tacet: igitur tenetur statim ac confitendi opportunitas datur, illud confiteri, vt huc præceptum adimplat. Ex quo discrimen assignant inter peccata oblitera, & ex causâ omissa: quod oblitera non tenemur statim, sed possumus usque ad tempus sequentis anni differre, quando currit nouum præceptum annuæ confessionis. Ratio: illa non fuerunt in memoriâ

149.  
*Peccatum  
ex causa  
omisso  
quando sit**Fundam.*

151.  
*Peccatum ex causa omissum non statim ac oblatum est opportunitas confitendi, aperi- ri debet.*

152.

153.  
*Explican- tur citata Concil.*

154.

155.  
*Resp.  
Satuſacit  
præcepto  
Dei & ho-  
minum, qui  
sublatim  
pedim.pec-  
catum ex  
causâ omis-  
sum differe  
confiteri.*

156.  
*Inſtitu-*

157.  
*Resp. I.*

*Resp. 2.*

memoriâ peccatoris, quando peccator confitebatur. Negat *Suarez* *disp. 23. sect. 2. n. 8.* Quod probabilius est: cùm sit eadem ratio ac de oblitis. Fundam. qui ex iustâ causâ peccatum in confessione tacet, præceptum cōfessionis adimpler: quia hoc non obligat, nisi ad integratem formalem: ergo satisfacit præcepto de annua confessione: igitur non tenebitur amplius illo anno confiteri. Confirm. per confessio-nem integrā formaliter satisfacimus præcepto diuino: vt patet de eo, qui in articulo vel periculo mortis aliquod peccatum ex causâ tacet: quia eo ca-su ad confitendum obligat præceptum diuinum. Ergo à fortiori satisfacimus præcepto Eccles. Nec obstat, quod qui in articulo vel periculo mortis ex cau-sâ peccatum omisit, durante tali periculo, teneatur statim oblatâ occasione omissum peccatum confite-ri: quia hoc non oritur ex intrinseco iure talis con-fessionis; sed ex extrinseco periculo, ne possit am-plius ingruente morte illud confiteri. Vnde si peri-culum mortis cessaret, non teneretur illud statim confiteri; sed differre posset ad tempus annua confessionis. Citata *Concilia* vel intelliguntur de confes-sione, quæ ordinariè fit, vel de peccatis, quorum pœnitens memoriam habet non merè speculatiuum; sed practicam, & in actum redigendam.

DICES: cito pœnitens durante causâ, per ta-lem confessionem satisfaciat præcepto diuino & humano; at sublatâ causâ ius diuinum de integritate confessionis vrget, cùm non sit seruatum in priori confessione propter legitimū impedimentum, sicut licet quis satisfaciat præcepto, de contritione peccatorum habendâ, per virtualem tantum dolorem de peccatis oblitis, haud tamen satisfacit recur-rente memoriam obliterum, nisi nouo dolore forma-li in illa feratur. Resp. Neque ius diuinum de con-fessionis integritate statim vrget, ad sui obseruan-tiam, sed suo tempore. Nec est par ratio de contri-tione virtuali: nam hæc ex naturâ suâ includit pro-positum detestandi formaliter peccata, vt offensa Dei sunt, quoties menti occurunt. Vnde si ad illa non statim se extenderet, non esset vera contritio: quia vera contritio, cùm oriatur ex motu Dei su-per omnia dilecti, implicitum propositum habet tollendi omnem graueam offensam Dei, quam pri-mum potest: cùm igitur offensa Dei tollatur per for-malem dolorem, & detestationem ipsius, statim ac peccata oblitera menti occurunt, vi contritionis sta-tim formaliter detestantur. Confessio autem, iustâ ex causâ dimidiata, naturâ suâ non includit propo-situm, omissum peccatum statim confitendi, sed suo tempore. Ratio: cùm hæc sint de luce diuino posi-tiuo, non obligant, nisi ex institutione diuina: at ex eâ nobis non constat, quod debeat statim dimidia-ta confessio suppleri per manifestationem sacra-mentalem peccati ex causâ omisi. Igitur non est hoc temere asserendum. Instabis. Confessio sacramen-talis naturâ suâ postulat integrum accusationem om-nium delictorum, vt possit sacramentali iudicio sub-seruire; ergo non ex solâ institutione diuina, sed ex naturâ suâ id postulat. Igitur quando seruatum non est in vna confessione, statim suppleri debet per aliam. Resp. I. ex hoc argum. non solum probaretur, confitendum esse statim peccatum ex causâ omis-sum; sed etiam oblitum: neque tantum confitendum esse peccatum ex causâ omissum, sed cum illo etiam reliqua omnia: nam etiam reliqua faciunt ad iudi-cium sacram. nouæ confessionis. 2. confessio eam integritatem naturâ suâ postulat, quæ subseruire possit iudicio sacramentali ad iuridicam sententiam de peccatis ferendam: hæc autem est sola integritas, quæ spectatis omnibus circumstantijs, peccatorem

obligat ad sua peccata iudici manifestanda. Vrge-bis: Confessio sacram. per se postulat integratam <sup>158.</sup> *vrget.* omnium delictorum: ergo quotiescumque talis in-tegritas per accidens impeditur, debet quamprimum suppleri. Sicut quia contritio per se postulat formalem detestationem omnium peccatorum, si quando per accidens impeditur, quod minus omnia formaliter detestetur, debet statim ac potest, omnia formaliter detestari. Resp. neg. consequent. Nec est eadem ratio de contritione: nam hæc, quatenus est *Dispans* coincompensatio diuinæ offensæ, & reconciliatio peccatoris cum Deo, naturâ suâ postulat detesta-tionem omnium peccatorum; compensatur enim of-fensa, à peccatore Deo per peccatum illata per for-malem detestationem ipsius. Vnde quamdiu illam, cùm potest, peccator non detestatur, moraliter cen-setur perseverare. Sacramentalis autem manifes-tatio peccati, vel ex causâ omisso, vel inuincibiliter oblii, ex naturâ suâ ad summum obligat, vt nullo interueniente legitimo impedimento, confessio fiat integra; non vt interueniente legitimo impedimen-to statim quod omissum est debeat resarciri. Porro contritio est alys compensatiuus, & reconciliatiuus peccatoris cum Deo: compensat autem, & re-conciliatur peccator cum Deo per formalem dete-stationem offensæ illatæ Deo: igitur si retinet animû compensandi offensam, & reconciliâdi se cum Deo, tenetur peccata, quæ de nouo menti occurunt, for-maliter detestari, quæ antea virtualiter tantum de-testatus est. At sacram. confessio est legitima accusa-tio sui, ex diuinâ institutione ad sacram. absolutio-nem obtinendam ordinata: posterior autem confes-sio, cùm supponat peccatum in priori confessione legitimè omissum, iam condonatum, & compensa-tum per formalem dolorem prioris confessionis, non obligat statim ad illud manifestandum, cùm iam non maneat vt virtualis offensâ Dei, vt manet peccatum menti occurrens, quamdiu formaliter id peccator non detestatur. Vnde licet non teneatur pœnitens peccatum oblitum menti occurrens, sta-tim confiteri; tenetur tamen illud statim formaliter detestari: nisi persuasus oppositâ opinione probabili, putet, se nec ad illud statim formaliter deter-standum teneri, iuxta *disp. 4. sect. 3.* His discussis, ad-huc tria discutienda remanent. Primum.

## SECTO IX.

*An propter integratatem confessionis fit ex-plicanda persona complicis?*

P RIMA sentent. *Innocenty in cap. Omnis: Mars.* <sup>161.</sup> *in 4. q. 12. art. 1. p. 4. ad 7. Palat. dist. 16. disp. 3. pag. 1. *Sensu:**  
200. *Armill. verb. circumst. num. 1. b. Nanar. in sum. cap. 7. num. 1. 2. & 3. & in cap. consideret, dist. 5. nu. 99. Valent. disp. 7. quast. 1. l. punct. 1. assert. 6. negantium:*  
nam vbi concurrunt duo præcepta, executio mai-<sup>1. Fundam.</sup>  
ris præferenda est minori: at maius & urgentius  
præceptum est de seruâ famâ proximi, cùm sit Iu-  
ris diuini naturalis; quam de integritate cōfessionis,  
quæ est Iuris diuini positui: ergo illius executio  
huic præferenda erit. Confirm. non tenemur con-<sup>161.</sup>  
fiteri per interpretem, aut circumstantiam explica-<sup>Confirm.</sup>  
re, ex quâ probabiliter timemus nobis vel alteri  
infamiam sequuturam, aut illam à confessorio, vel  
vni tantum reuelandam; quia præferenda est con-  
fessionis integritati nostra, aut proximi famâ. *Canus*  
*relect. de sacramento Pœnitent. part. 5. pag. 76. 6. sed*  
*enim. Excipit articulum mortis, in quo non obstan-te talis infamie iacturâ, quæ apud confessarium sit,*  
tenetur

tenetur pœnitens circumstantiam complicis explicare: quia debet tunc socius criminis tale dispensum pati pro salute pœnitentis; secus quando iactura esset grauis, ex quâ mors, aut publica infamia sequeretur.

**163.** **2. Sentent.** **communis.** **SECVNDA** Alens. 4.p. quest. 18. memb. 4.art. 2. §. 4. Bonav. in 4. dist. 21. p. 2. art. 1. quest. 3. S. Thom. dist. 16. quest. 3. art. 2. ad ult. argum. & opusc. 12. art. 6. Richard. dist. 21. art. 5. q. 2. Durand. dist. 16. quest. 4. num. 8. Gabriel. dist. 17. quest. 1. art. 2. & dist. 21. art. 3. dub. 2. Sori dist. 18. quest. 2. art. 5. ad 4. Caiet. in sum. verb. confess. condit. 3. Petri Sori de integrat. confess. lec. 10. Medin. Cod. de confess. quest. 9. Henrig. lib. 5. de sacram. cap. 9. Suar. dist. 34. Vasquez quest. 91. art. 2. dub. 3. Toleto lib. 3. cap. 8. Nuguez in addit. ad 3.p. quest. 9. art. 2. §. controvrsia: affirmantum. Fundamentum habet in S. Bernard. opusc. de formula honeste vita, fine. vbi de nullo prorsus, inquit, sinistre loquaris quantumcumque sit verum, vel manifestum nisi in confess. & hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.

**164.** **Pro controver-** **sia ex-** **applicationis** **ratio 4.** **Nota 1.** quando potest integra species peccati sine manifestatione complicis explicari, ex charitate tenemur id facere; vt si mulier rem habuit cum Episcopo, non debet circumstantiam Episcopatus explicare; quia hæc non variat speciem peccati, sed sufficit dicere, rem habuisse cum constituto in sacris. **2.** Tenetur pœnitens, tali casu alium confessarium adire, qui complices ignorat. Quod si non potest, occultet se, quantum potest, ne ex notitia sui confessarius veniat in complices notitiam. Quod si neque hoc poterit, tunc insurgit difficiliter possit propter integratem confessionis manifestare complices. **3.** Controvrsia non est, de infamia, vel danno, quod complices timetur ex malitia, vel imprudentia confessoris, vt, quod illum sit reuelatur, aut malum aliquod illaturus; nam tunc militant regulæ supra positz; sed de sola infamia apud confessorem, quæ sequitur per se ex confessione talis peccati. **4.** Præfens controv. dupliciter agitur, 1.an liceat; 2.an obliget tali casu complices personam indirecte manifestare.

**165.** **DICO 1.** Licitum est ad suum peccatum explicandum personam complices indirecte manifestare. Fundam. quisque licet potest ut iure suo, querendo propriam utilitatem corporis aut animi; etiam si inde sequatur incommodum proximi: ergo licet potest pœnitens, ob propriam utilitatem spiritualem, ut iure suo confitendi omnia peccata; etiamsi inde sequatur manifestatio complices. Antec. constat 1.inductione: licetum est contrahenti cum gentili, ad validitatem contractus, iuramentum petere; etiamsi inde sequatur proximi periurium: licetum est ad defensionem propriæ vitæ, facere aliquid, ex quo indirecte sequatur mors alterius: licetum est ob propriam utilitatem animæ audire sacrum, vel concionem; etiamsi inde sequatur scandalum proximi. **2.** Magis teneor mihi, quam alteri: ergo licet possum ut iure meo etiam cum incommodo alterius: quia ius proprium prævallet iuri alterius: at pœnitens confitendo omnia peccata, fungitur iure suo, satisfaciendo propriæ conscientiæ, salutarem pœnitentiam, & consilium recipiendo, & se ipsum deobligando à debito iterum tale peccatum, cum circumstantia complices, alteri constendo: ergo non tenetur cum præiudicio tantæ utilitatis complices tacere.

**166.** **Confirm.** Confirm. potest pœnitens, etiam per aduersarios, manifestare complices extra confessionem propter utilitatem ipsius complices, cap. hoc videtur, 22. quest. 5. ergo poterit illum manifestare extra con-

fessionem propter utilitatem propriam: ergo & in ipsa confessione; quia manifestatio in confessione non auget; sed minuit potius infamiam complices apud confessorem: quia superaddit inuiolabile secretum. Prior conseq. prob. magis tenetur pœnitens propriam; quæ complices utilitatem procurare: & utroque casu manifestatio complices honestatur utilitate spirituali.

**DICES:** in 1.casu compensatur infamia complices utilitate, quæ de ipsis emendatione speratur: in 2. nullâ utilitate complices ipsius infamia compensatur. Sed contra, 1. perfecta emendatio pœnitentis, quæ pendet ex consilio confessoris cognoscens peccatum complices, redundat in utilitatem ipsius complices: 2. pœnitens manifestando personam complices, iuvari potest consilio ad correctionem complices: 3. ad honestandam talem actionem sufficit ius, quod habet pœnitens ad procurandam propriam utilitatem anime.

**167.** **Prob. 2.** in omni iudicio, sive publico, sive privato, socius criminis ratione delicti subditur ei, qui auctoritatem habet in delinquentem. Vnde & testis, & accusator, qui ius habet deferendi crimen, ius quoque habet deferendi socium criminis; & Iudex, qui auctoritatem habet inquirendi delictum; auctoritatem etiam habet inquirendi socium delicti: præsentim quando crimen est tale, ut nequeat sine complice committi: ut ex Gometio refert Lessius lib. 2. de Injustia, cap. 29. dub. 17. num. 162: nam & hoc spectat ad officium iudicis intendenter bonum publicum: & dum complex voluntarie se delicti socium præstet, eidem se iudicio subdit, cui delinquens ipse: ergo etiam in hoc iudicio sacramentali, pœnitens, qui ut testis & reus ius habet contra se, manifestandi proprium delictum, ius quoque habet manifestandi socium delicti, sine quo proprium crimen explicare iudici non potest; & confessarius, qui ius habet inquirendi delicta pœnitentis, ius quoque habet inquirendi circumstantiam complices, quando sine illa peccatum pœnitentis explicari non potest: nam hoc etiam spectat ad munus confessoris intendenter in hoc foro bonum pœnitentis.

**168.** **Quisque** **licitè** **ut** **potest** **intra-** **suo.** **DICO 2.** non modò potest; sed etiam tenetur pœnitens, quando aliter suum peccatum explicare non potest, indirecte complices manifestare: Ita ferè omnes huius sententiaz authores. Fundam. quando Deus obligat ad aliquem actum, censetur obligare ad omne id, quod per se connexum est cum tali actu: sed Deus obligat ad confitendum peccatum in specie: ergo indirecte etiam obligat ad obiectum talis peccati, quando illius species explicari non potest. Maior prob. Deus obligat iuxta Naturam actus; vnde ad credendum obligat iuxta actus Naturam obiecti creditibilis: ergo ad operandum iuxta Naturam rei operande: quia Deus obligat proponendo obiectum; ergo nisi aliter exprimitur, censetur obligare ad omne id, quod per se connectitur cum tali obiecto.

**169.** **Ratione.** **Confess. in-** **dictione,** **Duplex dæ-** **nnum sequit** **potest ex** **confessione:** Dices: hæc ratio probaret, ob nullum damnum taceri posse in confessione peccatum. Resp. nego sequel. duplex enim damnum sequi potest ex confessione: alterum ex naturâ confessionis per se, ut amissio propriæ famæ, & existimationis apud confessarium; alterum ex causa extrinseca, per accidens coniunctâ cum confessione: ut ex malitia & imprudentia confessoris: hoc posterius excusat, non prius; siue sit damnum propriæ, siue alienæ existimationis, quando aliter nequit peccatum explicari. Ratio: præceptum non obligat, nisi præceptum ad ea, quæ sunt per se connexa cum re præcepta, obligat.

Nam ea tantum cadunt sub intentionem praecipientis; unde nisi eximantur, semper comitatur rem praceptam: quia ea semper censetur obligare iuxta naturam & conditionem ipsius: cum igitur haec diminutio famae complices apud confessarium sit per se connexa cum manifestatione proprii criminis, quae est de intrinsecâ naturâ confessionis sacramentalis, hoc ipso, quod in precepto confessionis expressè non excipitur, seruanda est. Confir. ex opposita sententiâ sequeretur, non obligari coniugatos ad peccata confitenda, quae in abusu matrimonij committuntur, quando uterque est confessori notus: Immò nec coniugatam teneri adulterium confiteri: quia illud redundant in infamiam alterius coniugis. Vnde nec possent haec peccata reseruari à Prælato: quia non tenerentur coniuges ea Prælato manifestare, quando ambo esserent poti: quod est nimia relaxatio tanti sacramenti. Ex quo sequitur, non modò explicandam esse personam complices; sed quamcumque aliam, quādo aliter peccati species explicari non potest. Colligitur ex cit. authoribus vniuersaliter affirmantibus, explicandam esse personam, quando illa est necessaria circumstantia peccati; ita *Soros cit. vbi monet*; multò maiorem adhibendam esse cautelam, an talis circumstantia sit necessariò confitenda, præsertim cum in nostrâ sententiâ: non omnes circumstantiæ notabiliter aggrauantes necessariò confitenda sint.

<sup>178.</sup> *Quid in praxi seruandum sit.*

<sup>179.</sup> Requiritur opinio *Vasq.* dub. 5. num. 6. qui licentiam etiam complices requirit, eo quod sigillum est etiam in fauorem complices. Sit tamen cautus confessarius, etiamsi Prælatus sit, ne se promptum offerat iuuandi complices. Quin potius consulat, ut ipse penitens per se, vel per alium officium præstet, vix ipse rogatus & non nisi urgente necessitate id munus præstet; & tunc curet, ut sibi à penitente notificetur extra confessionem; & si poterit, scripto, ut liberetur à calumniâ, quod confessionem revelauerit.

<sup>180.</sup> Ad fundam. primæ: Nego, indirectam complices manifestationem, ad explicandum proprium crimen, esse proximi infamacionem: quia nec fit animo infamandi, & sufficienter compensatur utilitate, & integritate confessionis: sicut nec per aduersarios est infamatio, quando manifestatur persona complices propter ipsius utilitatem.

<sup>181.</sup> Ad confirm. Resp. nos non teneri per interpetem confiteri; quia ex Iure diuino non tenemur, nisi confessario propria peccata manifestare: at Iure diuino tenemur, integrain confessionem facere. In ceteris vero casibus assignatis nos non teneri ad peccatum confitendum; quia aliunde, quam ex naturâ & conditione ipsius confessionis, infamia periculum imminet. Nec limitatio *Cani* de articulo mortis solida est: nam si per se non licet, neque in articulo mortis licebit: vel contrà, si in articulo mortis licet; quouscunq; alio tempore licebit: nam haec circumstantia de articulo mortis non variat obiectum per se.

*Roytius*  
opinio &  
limitatio  
*Cani*.

## SECTIO X.

An dimidiari possit Confessio in casibus reseruatis?

<sup>181.</sup> **S**uppono 1. ex *Trident. sess. 14. cap. 7.* posse superiores potestate, quam habent in subditos, pro muneric sui rectâ gubernatione, grauiora crimina in utroque foro sibi reseruare, licet de facto Pontifices nullum peccatum sibi reseruent pro foro conscientiæ, nisi ratione excommunicationis, à quâ qui per ignorantiam excusantur, casum reseruatum non incurruunt. 2. Ex eod. in casibus reseruatis nihil posse directè inferiores Sacerdotes, nisi in articulo mortis. Quod etiam extenditur in probabili periculo mortis, in quo omnis Sacerdos excommunicatus, degradatus, hereticus absoluere potest quemlibet penitentem, à quibusvis peccatis, & censuris. Quod intelligitur, quando non ad est superior, nec ad illum absque periculo recursus fieri potest; in quo tamen seruandus est ordo, ut semper dignior præferatur minus digno. Sin autem simplex Sacerdos ante aduentum Episcopi vel parochi cœpit audire confessionem, cœptam perficiat, & absoluat. Neque enim tunc tenebitur infirmus suam confessionem iterare superiori aduenti: quia tunc omnes à reseruatis absoluere possunt. 3. Non solum peccata externa, sed etiam interna, & purè mentalia (non tamen venialia) à <sup>184.</sup> *Supponi.* Prælatis, & superioribus reseruari posse: quia haec reseruatio non sit iurisdictionem immediate exercendo in actus internos, in quos iuxta probabilem opinionem Ecclesia non habet auctoritatem; sed iurisdictionem inferioribus Sacerdotibus negando: cum enim omnis iurisdictionis saltem quoad exercitium absoluendi à Christi Vicario deriuetur in inferiores Sacerdotes, è negatâ, vel restrictâ, nequeunt inferiores Sacerdotes à peccatis absoluere, nisi à quibus absoluendi potestatem acceperunt. Quæ etsi ita sint, de facto tamen non nisi externa, eaque grauiora crimina reseruari solent, ne multiplex casuum reseruatio in destructionem vergat, & non in edificationem animarum: ut *ibid. Trident. Leg. Soros in 4. dist. 18. quest. 2. art. 5. §. viii.* verò A venialibus quiuis Sacerdos absoluere potest, ratione potestatis à Christo acceptæ; ut communis fert opinio: at reseruare peccatum, non solum est, negare inferiori facultatem absoluendi, sed sibi iudicium, & absolutionem reseruare, quod cadere nō potest, nisi in ea peccata, quæ tenetur penitentis clauibus subiucere. Nam superior reseruando sibi peccata, non imponit nouam obligationem penitenti, præter eam, quam penitentis habet ex vi sacramenti; alioqui posset superior materia confessionis mutare, reddendo illam ex sufficiente necessariam. Cùm igitur venialia ex vi institutionis sacramenti, non sint materia necessaria confessionis, non possunt à superiori reseruari: alioqui faceret illam materiam necessariam.

His positis, triplex est hic controversia. 1. an possit superior absoluere tantum à reseruatis, & <sup>Prima</sup> <sup>186.</sup> quoad reliqua penitentem remittere ad inferiore-

1. Sententia *Alens.* 4. p. quest. 18. mem. 4. art. 5. §. <sup>187.</sup>
2. ad ult. *Bonav. in 4. dist. 21. p. 2. art. 1. quest. 1. ad 4. Richard. dist. 17. art. 2. quest. 8. ad 2. *Palud. qnaest. 5. art. 1. Gabriel. quest. 1. art. 3. dub. 2. *Nauarr. cap. consideres 5. canens num. 12. *Tolet. lib. 3. cap. 8. Valent. dist. 7. quest. 11. p. 1. art. 1. affert. 6. affirmantium. Fundam. hic est ritus****

*est ritus Romanæ curiæ, ut pœnitens absolutus tantum à referuatis, quoad reliqua absoluendus mitatur ad inferiorem Sacerdotem. Confirm. quando subditus habet plures causas spectantes ad diuersum forum, potest quoad unam absolui ab uno Iudice; quoad aliam ab alio: ergo & pœnitens habens peccata spectantia ad diuersos foros cōscientiæ, potest quoad unum absolui ab uno, quoad aliud ab alio Iudice pœnitentiariori: quin etiam Henr. probabile putat, posse superiorem, auditis omnibus peccatis, pœnitentem absoluere à solis referuatis; quoad reliqua verò, quia maiorem requirunt discussionem, ob difficiles contractus, ad inferiorem remittere.*

189. SECUNDA Adriani de Confess. quæst.4. §.2. vide  
2. Sensus. tur, Sylvest. verb. confessio, i. quæst. 19. Vist. in sum. num.  
162. Sotii in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. Canis relect. de  
panis. part. 6. §. His iactio, Snarez disput. 3. i. scilicet 1. Vaf-  
quez quæst. 9. i. art. 3. dub. 10. Coninck disput. 7. dub. 9.  
Verior. negantium, id posse sine vrgente causâ, quæ sen-  
tentia verior est, licet Durand. in 4. dist. 17. quæst.  
Fundam. 15. sit dubius & neutrām audeat definire. Fundam.  
integritas confessionis est de Iure Diuino : ergo  
190. non est absque vrgente causâ dimidianda. Quod  
autem, vrgente causâ, superior possit, auditis reser-  
uatis, ab illis tantum absoluerere. Probi. non minus  
ex parte absoluētis, quâm pœnitentis, possunt  
iustæ causæ intercedere ad confessionem dimi-  
diandam; hæc autem non est quælibet superiorum  
occupatio, vt multi putant, sed quæ deobligaret  
ab integritate confessionis; sicut nec quælibet iu-  
sta causa pœnitentem excusat ab integritate con-  
fessionis; sed quæ illum deobligaret à præcepto  
eiusdem integritatis; alioqui etiam Patochus, &  
quilibet inferior Sacerdos, auditis quibusdam  
peccatis, quoad reliqua pœnitentem posset ad a-  
llium Sacerdotem mittere. Hinc sequitur, excusari  
pœnitentem, si nullâ vrgente causâ ex parte supe-  
rioris, solùm absoluatur à reseruatis, cùm per ip-  
sum non stet, vt bene notat Medina Codde confess.  
quæst. 12. fine.

192. Ad fundam. oppositæ, respondent Durand. & Sylvest. qui fuerunt Magistri sacri Palatij, vel superiorem tunc absoluere à debito sibi confitendi, conferendo inferiori potestatem absoluendi à reseruatis quoad culpam; vel solùm tollere à reseruatis censuram, ratione cuius summi Pontifices peccata sibi reseruant. Prior resp. solùm verificatur de principali reseruante, qui potest authoritatem absoluendi à reseruatis delegare; non de delegato, qui suam auctoritatem non potest subdelegare. Ad confirmatio[n]e conseq[ue]ntia nam peccatum habet essentiale connexionem, ut non possit vnum absque alio remitti; nec possunt omnia sine unctione causâ sacramentaliter absolui, nisi omnia manifestentur: quia debent absolui per modum Iudicij.

194.  
Petri Sotis  
& Medina  
opinio re-  
felliatur.

Ex his constat, male dixisse *Medinam cit. & Petr. Sotum*, lett. 10. de integritate confessionis, posse absolutionem dimidiari; non confessionem, eò quod hæc sub præcepto Diuino imposita est peccatori: potestas verò absoluendi data est Ecclesiæ dependenter ab ipsius auctoritate. Nam repugnat, peccatorem absolui ab uno peccato, quin ab omnibus; vnde integritas confessionis est propter integritatem absolutionis. Neque Ecclesia habet hanc potestatem diuidendi peccatorum remissionem. Nec cius fundamentum verum est, nempe Sacerdotem non absoluere à culpa, à quâ absolutum supponit per contritionem, sed tantum à debito confitendi, ut *disp. 12. sett. 5.*

*Tom. VIII. De Sacramentis.*

**a. Controv.** An quando pœnitens absolutus tan- *Secunda*  
tum à reseruatis mittitur absoluendus à non re-*controv.*  
seruatis debeat inferiori reconfiteri etiam reserua-  
ta, ut absoluatur à non reseruatis? Auctores primæ *195.*  
sententia communiter affirmant, Quia ex c. 1. p. om.  
*Affirm.* *Fundam.*  
*nisi*, saltem vni Sacerdoti sunt omnia peccata inte-  
grè confitenda; at non sunt omnia integrè con-  
fessa superiori; ergo confitenda sunt omnia inte-  
grè inferiori. Negant, & quidem probabilius Au-  
thores 2: sentent. quia quoties pœnitens ex causâ *Negadum.*  
omittit, vel obliuiscitur aliquod peccatum in con-  
fessione, non tenetur, cum opportunitas datur, il-  
lud simul cum alijs confessis reconfiteri; ergo nec  
tenetur simul cum peccatis non reseruatis recon-  
fiteri etiam reseruata, quando illa ritè est confes-  
sus superiori. Confirm. vel illa pœnitens fuit ritè *197.*  
confessus, vel non: si primum; ergo non tenetur ea *Confirm.*  
iterum confiteri, quia non tenetur peccata ritè se-  
mel confessi reconfiteri. Secundum ab aduersariis  
non dicitur, alioqui nec ablolutio fuisse ritè impensa: quia legitima absolutio supponit legitimam  
confessionem. Nec potest sacramentalis absolutio  
cadere super illegitimam confessionem. Authori-  
tas allata intelligenda est de integritate formalis;  
alioqui semper cum oblitis, & ex causa non confes-  
sis reconfienda essent ritè confessi; Quod est con-  
tra consuetudinem.

3. Controv. An possit interdum inferior Sacerdos *Terria* con-  
absoluere à reseruatis, saltem indirectè? 1. Senten-  
tia negat, præterquam in articulo mortis: *Richard.*  
in 4. dist. 17. art. 2. quest. 8. ad 2. *Adrian.* quest. 4. de  
*Confess.* §. sed dub. *Vasqu.* quest. 91. art. 3. dub. 9. Primo: Prob. 1.  
quia *Trident.* sess. 14. cap. 7. Extra quem, inquit, articu-  
lum, scilicet mortis, Sacerdotes cum nihil possint in  
casibus reseruatis, sed unum pœnitentibus persuadere ni-  
tantur, ut ad superiores, & legitimos Indices, pro bene-  
ficio *absolutionis* accedat: ergo extra articulum mor-  
tis non possunt etiam cum onere comparendi co-  
ram proprio superiore, absoluere; alias in illis mul-  
tum possent, si indirectè. 2. Hæc sententia exerce-  
tur per modum iudicij: nulla sententia est valida,  
nisi à suo Iudice lata: ergo cùm inferior Sacerdos  
nullam habeat iurisdictionem, præterquam in ar-  
ticulo mortis, in casus reseruatos, non poterit ab  
illis validè absoluere: quo fit ut nec absoluere pos-  
sit à non reseruatis; quia, cùm vnum absolui non  
possit sine alio. si non potest à reseruatis, nec po-  
terit à non reseruatis. Neque dicas directè absolu-  
ere à non reseruatis; indirectè vero, & consecu-  
tiuè à reseruatis: tum quia, dum absoluueret illa  
in confessione explicata, directè absoluueret: quia  
absoluueret illa vt in Iudicium adducta, quod est  
absoluere directè; secus est de oblitis, quæ quia  
non adducuntur in iudicium per confessionem  
pœnitentis, non possunt directè absoluti; sed tan-  
tum indirectè; tum quia pari ratione posset sim-  
plex Sacerdos directè absoluendo à venialibus, in-  
directè etiam absoluere à mortalibus. Vnde de-  
ducit hæc sententia, repetendum esse huiusmo-  
di confessionem; tum quoad reseruata; tum quo-  
ad non reseruata coram legitimo superiore, cùm  
illa fuerit nulla defectu iurisdictionis. Neque ad  
hoc excusat ignorantia, & bona fides absolu-  
tis.

SECVMDA absolute affirmat: *Alens.* 4.p. quast. 18. memb. 4.art. 5. §. 2. *S. Thom. in 4. dist. 17. quast. 3.* art. 4. quast. 2. ad 4. *Palud. quast. 5. art. 1.* *Gabriel qu. 1.* art. 3. dub. 2. *Palut. disp. vle. Caiet. in sum. v. Confess. condit. 10.* *Medina Cod. de confess. quast. II.* *Sylvest. v. Confess. I. quast. 19.* *Angeli, v. Confess. 5. num. 9.* *Nauar. cap. consideret 5. cantus, num. 12.* *Tolet. lib. 3. cap. 8.*

201.  
Divisi<sup>s</sup> au-  
tores.

Ex his aliqui supponunt, reseruationem non esse quoad remissionem culpæ, quæ est primarius effectus huius sacramenti: sed vel quoad remissionem pœnæ, vel quoad reconciliationem cum Ecclesiâ: ita ut reseruari peccatum superiori, aliud non sit, quâm obligari ad comparendum coram superiore, ut ab eo condignam pœnitentiam accipiat arbitrio ipsius, aut per ipsum Ecclesiæ reconcilietur. Potest igitur pœnitens quoad remissionem culpæ absoluti ab inferiore, & quoad remissionem pœnæ, vel reconciliationem cum Ecclesiâ remitti ad superiorem. Alij, et si putent reseruationem esse quoad remissionem culpæ, nihilominus docent, ab inferiore directè absoluti à non reseruatis; indirectè à reseruatis: quia sufficit potestas, & Iurisdictio in personam, & in aliqua delicta: à quibus directè absoluta, indirectè absoluti possit à reseruatis. Confirm. qui bona fide accedit ad inferiorem Sacerdotem cum aliquo reseruato, accedit ritè dispositus: ergo absolutio collata tenet.

202.  
An reserua-  
tio sit quo-  
ad remissio-  
nem culpe-

TERTIA negat absolute, & in omni casu posse pœnitentem ab inferiori Sacerdote absoluti à reseruatis; sed solum urgente graui aliquâ necessitate, aut scandali, aut infamie, aut præcepti seruandi confessionem, & ad superiorem non sit facilis recursus; semper tamen cum onere præsentandi se superiori pro reseruatis: Sot. in 4. dist. 18. quest. 2. art. 5. Cani relect. de sacram. pœnit. p. 5. §. secunda conclus. Val. dist. 7. quest. 11. punct. 1. assert. 6. fine; Suarez dist. 31. sect. 3. Nugnez in addit. ad 3. p. qu. 9. art. 2. dub. 2. in 2. p. artic. Sed adhuc inter eos controversum est, an possit inferior Sacerdos his casibus pœnitentem indirectè absoluere à reseruatis, quibus annexa est excommunicatione. Angel. Suarez, Nugnez affirman: Reliqui etiam 2. sentent. id communiter negant; sed docent, ad evitandum scandalum potius debere pœnitentem communitare sine confessione: quia excommunicatio, etiam minor, reddit subiectum incapax absolutionis: quippe que subiectum priuat pauciâ susceptione sacramentorum: ergo peccat Sacerdos talem absolvendo, & absolutio erit nulla. Leg. Richard. in 4. dist. 18. art. 9. quest. 4.

204.  
Vtterior  
conson.205.  
Decisio.206.  
Clarior ex-  
pliatio.

207.

pro reseruatis; vel cui superior suas vices comiserit: à quo, & condignam pœnitentiam, & instructionem poterit accipere.

Nec repugnat Tridentino affirmanti, in casibus reseruatis extra articulum mortis nihil posse inferiores Sacerdotes: Nam per hoc non negat directam potestatem in alia peccata, & consequenter indirectam in reseruata; tum quia eam potestatem negat in reseruata extra articulum mortis, quam *ibid.* concedit in articulo mortis; sed in articulo mortis non concedit potestatem indirectam, quam unusquisque habet ex se, sed directam; ergo hanc solam negat extra articulum mortis: tum quia nihil per hanc indirectam potestatem derogatur reseruationi; sed solum consultatur bono pœnitentis, ut in necessitate, in qua ei non patet aditus ad superiorem, non careat medio absolutionis. Nam semper pœnitens indirectè absolutus, manet obligatus ad petendam directam absolutionem pro reseruatis: sicut non derogatur præceptio confessionis, quod quis iustificetur contritione: quia adhuc iustificatus, & absolutus per contritionem, manet cum obligatione ad confessionem.

Tota diffic. huius explicationis est: quia non videtur, quod sola iurisdictio in non reseruata sit sufficiens ad remittenda validè reseruata. Confirm. non potest Iudex per iurisdictionem, quam habet in uno delicto, absoluere reum ab omnibus, in qua iurisdictionem non habet: ergo nec Sacerdos per iurisdictionem, quam habet in non reseruata, pœnitentem absoluere à reseruatis; quia nulla potestas potest se extendere extra suam sphæram. Talem iurisdictionem sufficere, probo, 1. sufficit ad remittendum peccatum reseruatum oblitum, & reseruatum putatum non reseruatum. nec non reseruatum omisum ex causâ: si quis enim hinc & nunc non teneatur confiteri reseruatum, & pœnitens solum non reseruatum, absoluitur etiam reseruato, à Sacerdote non habente potestatem in reseruata: ergo ab eodem absoluatur, etiam illud cum non reseruatis confiteatur: quia confessio reseruati non misuit potestatem in absoluente: ergo si illud ex causâ omisum, vel ignoratum, ut reseruatum absoluti potest; poterit etiam confessum: quia non debet esse prioris conditionis qui peccatum confitetur, quâm qui illud ex causâ omissit, vel ignorat esse reseruatum. Confirm. probabilis est opinio, quam docent Alens. Gerson, Mayer, Petr. Sotus, &c. in casu, quo pœnitens accedit cum reseruato ad inferiorem, non teneri confiteri reseruatum: ergo posset pœnitens sequens hanc opinionem probabilem, accedere dispositus: ergo Sacerdos absoluens à peccatis non reseruatis sibi confessis, validum efficit sacramentum, & quia reperit subiectum dispositum, confert gratiam; cum quâ, quia repugnat omni peccato, consequenter & indirectè remittitur etiam reseruatum non confessum. 2. Ad validitatem huius sacramenti tria requiruntur, materia, forma, & potestas ministri. Poniatur materia ex parte pœnitentis, peccata scilicet non reseruata, contrita, & confessa: forma absolutionis, & potestas in non reseruata ex parte ministri: ergo validum efficit sacramentum. Quod etiam licet, constat; quia quoties sacramentum hoc validè fit ex parte pœnitentis, licet etiam fit ex parte eiusdem: alioqui non posset pœnitens accedere ad illud cum dispositione debita, proinde nec validè: quia dispositio pœnitentis est pars essentialis huius sacramenti: & urgente necessitate,

208.  
Explicatio  
Trident.209.  
Principia  
difficilem  
in quo con-  
sistat.210.  
Iurisdictio  
sufficiens  
prob. 1.211.  
Confirm.212.  
Prob. 2.

A priori.

sive non patente aditu ad superiorem, legitimè excusatur à directâ confessione omnium. Quòd autem licet possit absolutio conferri à ministro, patet, tum auctoritate Doctorum id afferunt; tum ex causâ partim excusante pœnitentem à recursu ad superiorem; partim obligante illum ad Eucharistiam suscipiendam, aut missam celebrandam, aut præceptum confessionis fernandum. Unde tale sacramentum, sic collatum confert primam gratiam, per se remissiam peccatorum non reservatorum: Quia verò cum gratiâ pugnat quodlibet mortale, indirectè etiam, & consecutiū talis gratia esset remissa omnium etiam iurisdictio non cadat in omnia: sed potest, vrgente causa, pœnitens absolui ab omnibus, etiam iurisdictio non cadat in omnia. Maior prob. Sacerdos non habet potestatem absoluendi, nisi à peccatis in foro pœnitentiaz deductis & explicatis. Sicut nullus Iudex habet auctoritatem absoluendi reum, nisi à criminis in suo foro deducto & probato. Neque est par ratio de potestate Iudicis forensis, & Pœnitentiarij: Nam hic ratione modi, quo reum à delictis cum forens. & pœ. cantem, indirectam potestatem etiam habet in relicka delicta, sibi non subiecta; unde talia delicta non sunt omnino extra sphæram talis potestatis, licet sint extra sphæram directam.

213.  
Differat. inter Ind. com forens. & pœ. c. res.

214.  
Dico 2. etiamsi peccato reseruato sit annexa excommunicatio, adhuc potest in casu vrgentis necessitatis inferior Sacerdos indirectè absoluere à tali peccato, cum onere petendi à superiore absolutionem ab utroque: *Angeli verb. Confess., Caiet. v. Confess. cap. penult. Medina Cod. de Confess. qu. 18. Armill. verb. Confess. num. 11. Sà verb. absolvit. num. 1. Suar. Nugnez, vti suprà.* Conclusio potest intelligi,

215.  
Clarior ex-  
pliatio.

216.  
Fundam.

*Nil obstat nisi bona fides, que nulla in hoc ex-  
commun.*

1. quòd tali casu cesset omnis excommunicatio ex benignâ interpretatione superioris. Sed hoc dubium est, cum pendeat ex voluntate excommunicantis. 2. quòd adhuc vigente excommunicatio ne pœnitens posset à peccatis absolui, licet non absoluatur ab excommunicatione, & hoc probabilius est. Fundam. excommunicatio non potest facere, quin si omnia substantialia ad sacramentum concurrent, sacramentum validè fiat, & cum effectu: sed possunt in pœnitente excommunicatio omnia substantialia ad sacramentum pœnitentiaz cōcurrere: ergo potest in eo validè & cum effectu hoc sacramentum fieri. Maior prob. vt sacramentum constet ex his, vel illis partibus, non pendet ab Ecclesia, sed ab institutione Christi; ergo quin sacramentum validè & cum effectu fiat, concurrentibus omnibus, non pendet ab Ecclesia: nam sicut independenter ab ipsâ habet esse; ita independenter ab ipsâ potest validè fieri, quia eius confessio adæquate pendet à partibus ipsum constituentibus. Minor ostend. potest excommunicatus bonâ fide accedere ad sacerdotem non habentem auctoritatem absoluendi ab excommunicatione pro absolutione à peccatis: ergo potest excommunicatus absolui à peccatis, esto non absoluatur ab excommunicatione. Anteced. prob. posset ad illud accedere cum inculpabili obliuione talis censuræ, vel cum probabili ignorantia, quòd talis Sacerdos posset ab eâ absoluere: sed tunc possent cum bonâ fide pœnitentis reliqua ad sacramentum concurrere: ergo posset, non obstante excommunicatione, illud validè & cum effectu suscipi. Sed non minus ad bonam fidem pœnitentis facere potest necessitas vitandi scandalum, vel infamiam, quā ignorantia: nam sicut scandalum, vel periculum mortis, aut infamia permittit

excommunicato vsum Eucharistiaz, ita eidem permettit vsum sacramentalis confessionis, cùm non minus illi per excommunicationem prohibetur vnum, quā aliud. Eadem ratio probat, quoties vrgente necessitate excommunicatus suscipere potest Eucharistiam: suscipere possit sacramentum pœnitentiaz. Nam hoc Iure Diuino præcedere debet illud, in homine habente conscientiam mortalitatem ordinem Ecclesia mutare non potest. Vnde si vrgente necessitate censemur illi permittere vsum Eucharistiaz, à fortiori illi permittere censemur vsum pœnitentiaz, vt præviā dispositionem ad Eucharistiam. Nec est par ratio, quando excommunicatus est minister: quia tunc deest iurisdictio in absoluente, quæ ad hoc sacramentum essentialiter requiritur.

217.

Obijcies 1. excommunicatus recipit quidem sacramentum, non tamen eius effectum: quia illum recipere prohibetur ab Ecclesiâ. Sed contrâ: sicut ne validè fiat sacramentum, non pendet ab Ecclesiâ; ita ne effectum conferat, si sunt omnia requisita; quia hoc pendet à Christo independenter ab Ecclesiâ: quæ tantum prohibere potest, ne excommunicatus recipiat sacramentum: non autem si debet, & bonâ cum fide recipiat, illud cum effectu non recipiat, vti recipere potest, qui vrgente necessitate potest ad illud accedere.

218.

Resellitur obieccio.

Obijcies 2. excommunicatio suspendit omnem iurisdictionem ab absoluente respectu excommunicati: ergo talis absolutio erit nulla defectu iurisdictionis. Sed contrâ: alioqui etiam absolutio, data excommunicato, cum inculpabili obliuione excommunicatiōnis efficit nulla: ac proinde cum confessione ipsâ iteranda, quod falsum est: Et sicut excommunicato non potest prohiberi, ne celebret, aut communicet propter vitandum scandalum; ita neque vt absolutionis sacramentum non recipiat. Ex his patet ad fundam. oppositæ; excommunicatio non reddit subiectum incapax absolutionis sacramentalis, suspendendo omnem iurisdictionem in absoluente, vel irritando materiam sacramenti, sed solum prohibet, ne excommunicatus licet possit ad sacramentum accedere, nisi ab excommunicatione absolutus. Quòd si detur casus, in quo nondum absolutus, licet possit ad sacramentum accedere (vt certum est de accessu ad Eucharistiam) tunc validè, & licet poterit hoc sacramentum suscipere; semper tamen cum onere adeundi superiore, à fortiori poterit irregularis absolui: quia hic non est incapax absolutionis.

219.

Repellitur altera obieccio.

Dico 3. extra casum necessitatis, non potest inferior Sacerdos absoluere pœnitentem habentem casum reseruatum, etiam cum onere comprehendit coram superiore: valida tamen erit absolutionis, si intercedat bona fides pœnitentis. Primum probo: sacramentum hoc diuino Iure requirit integratatem confessionis, & absolutionis directæ: ergo extra casum necessitatis, non potest absque iniuria sacramenti ea omitti; vbi autem interuenit absolutio indirecta, non potest esse integra confessio, & absolutio directa; hæc enim sit coram Iudice habente potestatem super omnia confessio: indirecta verò non est ex completâ potestate super omnia: ergo. Anteced. ostendo: Iure diuino hoc sacramentum institutum est per modum Iudicij: Iudicium debet esse integrum de omnibus, à quibus potest Iudex absoluere; alioqui non erit legitimum: nō potest esse integrum, nisi iurisdictionem supponat in omnia; Nam quæ non sunt iurisdictioni subiecta; non possunt cadere sub sententiam Iudicis: quia Iudex non potest iudicare, nisi in quibus

220.

Respondetur opposita sententia.

221.

Probatur prima pars conclusionis.

213. · Iurisdictionem habet. Secundum prob. cūm non  
desit sufficiens Iurisdictio in absoluente, si alioquin  
accedat bona fides, & dispositio ex parte pœnitentis,  
validum efficitur sacramentum, accedit autem  
bona fides pœnitentis, vel quia ignorat esse ca-  
sum reseruatum, vel quia inculpabiliter putat, il-  
lud posse absoluī à quolibet. Vnde etiam si Sacer-  
dos culpabiliter absoluat, tenet absolutio: quia  
concurrunt omnia ad validitatem sacramenti: so-  
lum manet pœnitens cum onere explicandi reser-  
uatum superiori, quoties illud nouerit esse reser-  
uatum.

224  
*Decisio  
Pauli V.*  
Non est h̄c pr̄tercunda quædam Decisio Pauli  
V. in quâ declarauit, vt apud *Dian. tract. 2. de dubijs  
regul. resol. 125.* refert Naldus, vt si confessarij regu-  
larium, petant alicuius casūs rescrutati facultatem,  
& superiores noluerint illam dare, possint illā vi-  
ce pœnitentes absoluere, etiam non obtentā à su-  
periore facultate. Vbi idem notat: quod si confes-  
sarius à superiore licentiam petat absoluendi à re-  
seruatis aliquam personam particularem, potest  
illam absoluere à reseruatis commissis post licen-  
tiam obtentam & ante absolutionem impensam;  
secus si talis licentia fuerit obtentā ab ipso pœni-  
tente.

225. Ad fundam. primæ; *Tridentinum* solum negat potestatem directam, non indirectam in casus reseruatos. Ad 2. dist. minor. vt sententia in hoc foro lata, sit valida coram Deo, sufficit, vt sit à Iudice habente aliquam Iurisdictionem directam in personam, & delicta pœnitentis, ob essentialēm connexionem remissionis vnius delicti cum reliquis. Ad instantiam bene responsum est.

227. Ad 1.replicam dico, ad absolutionem directam  
*Ad argum.* non satis esse, vt peccata per confessionem pœni-  
num. 199. tentis sint in iudicium deducta in hoc foro; sed  
præterea requiri directam potestatem in illa. Vn-  
de quamuis illud primum requiratur, non tamen  
sufficit sine secundo. Ad 2.replicam, concedit *Sma-*  
rez sequel. quando interuenit bona fides pœnitentis:  
quia tamen hoc non est in vsu, ex quo intro-  
ductum est, vt fidèles de ventialibus simplici Sacer-  
doti confiteri possint; vix datur casus, quo pœni-  
tens bona fide possit ad simplicem Sacerdotem pro  
mortalibus recurrere: secus est de recursu ad Sacer-  
dotem ordinarium pro reseruatis; quia hic habet  
potestatem perfectam intensiè, cùm habeat pote-  
statem supra mortalia simpliciter.

**229.** *Ad secundum sent.* **230.** *Dubium breve.*

**2. Sententia explicanda est iuxta 1. conclus. in casu dumtaxat urgentis necessitatis, quamquam primum fundamentum falsum est, ut *suprà*. An absente superiori per vnum diem naturalem à domo possit minister, aut eius Vicarius concedere facultatem absoluendi à reseruatis, absque onere obligandi poenitentem ad comparendum coram superiori, cum domum redierit. Affirmant multi apud *Dian. tract. 2. de dubijs regula. resolu. 28.* Quod tamen ipse limitat, nisi superior eodem die sit reuersurus, & nisi penitens de industria in illum diem confessionem distulerit, vel aliter in cā Religionē dispositum sit.**

*Alia controu. adnectitur: An in casu necessitatis teneatur pœnitēs simul cum non reseruatis, confiteri etiam reseruata inferiori Sacerdoti? 1. Sententia negat. Alenſ. 4. quæſt. 18. m. 4. art. 5. §. 2. ad vlt. Geronis, Maior. apud Palat. Petri Sotii de integritate confess. lett. 10. Fundam.ca peccata sunt confitenda, quæ possunt direcūe absolui; nam ea tantum sunt subiecta potestati absoluētis, alioqui pœnitens cogeretur eadem peccata bis confiteri. Confirm. sicut potest pœnitens confiteri sola reseruata supe-*

riori, cum onere confitendi non reseruata inferiori, ita sola non reseruata inferiori, cum onere confitendi reseruata superiori.

SECUNDA affirmat, quæ probabilior, *S. Thom.* 232.  
in 4. dist. 17. quest. 3. art. 4. qu. 2. ad 4. Sot. dist. 18. qu. 2. 2. Sententia.  
art. 5. §. unde ad argum. Cani relect. de pœnit. p. 6. §. sed sequenda.  
quoniam, & aliorum communis. Fundam. vt possit  
inferior Sacerdos directè absoluere à non referua-  
tis; debet etiam cognoscere reseruata, vt ex ijs per-  
pendat dispositionem pœnitentis, quæ ad ea ipsa  
indirectè absoluenda, necessaria est.

DICES: ergo pari ratione tenetur pœnitēs omnia confessa inferiori repetere superiori, vt ab eo absoluatur à reseruatis. Resp. nego conseq. nam qui ex causâ aliqua omissit, nō tenetur, nisi omissa, & indirectè absoluta repetere; sed pœnitens ex causâ omissis superiori confiteri: ergo non tenetur illi, nisi tantum indirectè absoluta repetere, quæ sunt sola reseruata. Nam quæ validè fuerunt semel directè absoluta, repetenda non sunt: yt in mortis articulo omnia reseruata directè à quo quis validè absoluta, non sunt superiori repetenda: quia in eo articulo omnis Sacerdos habet directam potestatem in reseruata, præterquam in excommunicationem; ratione cuius debet se præsentare superiori.

Ad fundam. primæ, nego anteced. falsum quip-pe est, solum esse confitenda, quæ sunt directè tan-tum subiecta potestati absoluenter ob rationem ad-ductam. Neque absurdum est, eo casu pœnitent-tem teneri eadem peccata bis confiteri: Nam hoc est per accidens, defectu proprij confessarij, nec ta-le onus debet præualere integratæ confessionis: præsertim cum illud compensetur utilitate pœni-tentis. Ad confirm. disparitas est; quia in 1. casu in-teruenit iusta causa ex parte superioris, quæ pœni-tentem excusat ab integratæ confessionis. In 2. ca-su nulla interuenit causa, neque ex parte pœni-tentis; neque ex parte absoluenter, ut supponitur. Quod si quæ causa interueniret; vel ex parte pœ-nitentis; vel ex parte absoluenter, esset eadem ra-tio. Ex dictis colligitur, vel quando ex causa pœni-tens absolvitur à solis reseruatis per superiorem, & deinde à solis non reseruatis per inferiorem; vel è contraria solis non reseruatis directè per inferio-rem, deinde à solis reseruatis per superiorem, du-ble fons pœnitentia. Ad hanc pœnitentiam di-

plexiter iactamentum; Alterum a superiori direc-  
tè cadens in reseruata confessa; indirectè in non  
reseruata omissa: Alterum ab inferiore conferens  
gratiam directè remissiuam non reseruatorum, in-  
directè verò reseruatorum. Hoc est contra *Palud.*  
affirmantem, ynum ex vtrâque absolutione fieri sa-  
cramentum, quod gratiam confert in vltimâ abso-  
lutione, & non ante: quia tunc completur, sicut Ex-  
trema Vnctio gratiam confert in vltimâ Vnctione;  
quia per eam completur sacramentum. At dispar  
est ratio: quia Extrema Vnctio vel per se requirit  
Vnctiones omnium sensuum, eo quòd sit per se in-  
stituta ad reliquias peccatorum abltergendas: vel  
si eius essentia saluat in Vnctione vnius, tunc  
gratiam confert, vt *infra*. At pœnitentia per se re-  
quirit absolutionem ab uno Sacerdote, cùm sit in-  
stituta per modum Iudicij sacramentalis.

Vltimū: An generaliter absolutus à superiore *vltima cōd-*  
possit deinde quoad reseruata oblita à quocum-*tron. de re-*  
que absolui? 1. Sc̄entia Gabr. in 4. dist. 17. qu. 1. *fernatio.*  
art. 3. dub. 2. in fine, *Adrian. in 4. quest. 4. de confess. si* 238.  
*queras. Sylvest. verb. confess. 1. qu. 4. Angels. v. confess. 1.*  
*num. 12. Tabien. v. confess. 2. nu. 17. Armill. 13. Cani re-*  
*lekt. de sacr. qm. pœnit. p. 6. §. id vero, Namar. in sum. cap.*  
*26. num. 13. & cap. consideret §. cautus nu. 32. Sà verb.*  
*casus.*

**Fundam.** casus. *Henrig. lib. 4. de sacram. cap. 16. num. 5.* affir-  
mantum, etiam si confessio fuerit facta & inualida.  
**Addit.** *Henrig.* etiam si oblita sint alterius speciei  
ab illis à quibus fuit à superiore, vel à delegato  
absolutus: quia qui absoluuntur, censetur ab omnibus  
absolui; absolutio autem semper presumenda est  
in favorem pœnitentis.

**239. Confirm.** Conf. 1. qui absoluuntur ab omnibus excom-  
municationibus, manet absolutus ab excommunicationibus,  
etiam oblitis, ergo generaliter absolutus ab omnibus peccatis; manet absolutus etiam ab  
oblitis reseruatis. 2. potest quis absolutus à reserua-  
tis virtute alicuius Bullæ, aut Iubilæi, de oblitis ab-  
solui, etiam transacto tempore Iubilæi.

**240.** **241. 2. Sement. tuior.** *SECUNDA Snar. disp. 31. sett. 4. Vasq. quest. 91. art. 3. dub. 5.* negantium, id præcisè colligi ex generali  
absolutione ab omnibus peccatis; nisi alii unde con-  
stet. Quæ sententia tuior est ac probabilior. Du-  
cor: sola generalis voluntas absoluendi à pecca-  
tis, non includit voluntatem absoluendi à reserua-  
tis. Cæterum *Vasquez* expressam requirit volun-  
tatem superioris volentis absoluere ab omnibus re-  
seruatis etiam oblitis: quia peccatum reseruatur su-  
periori præcipue quoad Iudicium illud cognoscendi, & applicandi ei medelam, & non quoad remis-  
sionem culpæ: Nam hoc præstare potest quiuis Sa-  
cerdos; quiuis enim directè absoluendo à confessis  
sibi subiectis, indirectè absoluuit etiam ab oblitis  
non confessis reseruatis. *Suarez* verò solum requirit

**242. Modus pro-  
babilior.** implicitam voluntatem: vt si subditus ad superio-  
rem accedat intentione exonerandi suam conscienciam  
ab omni peccato, & onere contracto, & hoc  
superiori constet. Si deinde pœnitens obliuiscitur  
aliquid reseruatum; censetur ab eius reseruatione  
liber; quia eo casu facit subditus, quantum mora-  
liter potest vt consequatur perfectam liberationem  
ab omni onere contracto. Igitur superior sciens  
hanc subditi voluntatem, debet rationabiliter esse  
contentus, vt per hanc moralem dispositionem sub-  
ditus liber maneat ab omni reseruatione. Atque  
hic posterior modus explicandi sententiam secu-  
rus est; & iuxta hunc explicantur Autho. primæ  
sententiae. *Solùm addo:* quando pœnitens obliuisci-  
tur aliquid reseruatum numero tatum distinctum,  
liberari ab onere illius. hoc ipso, quod confessus  
est speciem peccati: quia peccatum numero distin-  
ctum non facit diuersum iudicium apud superio-  
rem. Ad fundam, primæ, maior intelligitur de ab-  
solutione à culpâ, non à debito manifestandi supe-  
riori: nec absolutio ab hoc debito presumenda est  
in favorem pœnitentis, cum cedat in damnum pu-  
blicum, vel ipsius pœnitentis, in cuius bonum &  
cautelam reseruantur peccata, vt ex peccatis reser-  
uati manifestatione efficax remedium, & propor-  
tionatam medicinam à superiore recipere possit.

**243. 244. Ad fund.  
Prima.** Ad 1. confirm. absolutio à censurâ non requirit ex-  
pressam notitiam ipsius; sicut absolutio à peccatis  
reseruatis, quæ quoad hoc iudicium præcipue reser-  
uantur; & ideo possunt illæ absoluiri per generalem  
absolutionem, non hæc. Ad 2. per Bullam, vel Iubi-  
læum pœnitens acquirit Ius, vt eo semel vsus posset  
virtute illius de oblitis confiteri; etiam transacto  
tempore; modò validum sumperit sacramentum  
quia sub eâ conditione conceditur indulgentia à  
reseruatis: secus quando ea confiteatur superiori:  
nam etiamsi fictè confiteatur, manet solitus ab illis  
quoad debitum iterum manifestandi ea superiori:  
quia satisfactum est fini propter quem peccata re-  
seruantur, qui est, vt ea superioris iudicio subdan-  
tur: at non satisfit principali fini Iubilæi, nisi per  
confessionem validam, quæ in Iubilæo intenditur.

**245. Ad 2. confirm.** *Ad 1. confirm. absolutio à censurâ non requirit ex-  
pressam notitiam ipsius; sicut absolutio à peccatis  
reseruatis, quæ quoad hoc iudicium præcipue reser-  
uantur; & ideo possunt illæ absoluiri per generalem  
absolutionem, non hæc. Ad 2. per Bullam, vel Iubi-  
læum pœnitens acquirit Ius, vt eo semel vsus posset  
virtute illius de oblitis confiteri; etiam transacto  
tempore; modò validum sumperit sacramentum  
quia sub eâ conditione conceditur indulgentia à  
reseruatis: secus quando ea confiteatur superiori:  
nam etiamsi fictè confiteatur, manet solitus ab illis  
quoad debitum iterum manifestandi ea superiori:  
quia satisfactum est fini propter quem peccata re-  
seruantur, qui est, vt ea superioris iudicio subdan-  
tur: at non satisfit principali fini Iubilæi, nisi per  
confessionem validam, quæ in Iubilæo intenditur.*

An verò maneat absolutus à reseruatis; etiâ si post-  
eà non seruat conditions à Iubilæo præscriptas,  
affirmant communiter, præsertim quando id non  
sit in fraudem. Ratio: absolutio sacramentalis dari  
non potest dependenter à conditione futurâ extra  
totam formam sacramentalē: sed peccata semel  
directè absoluta non manent iterum subiicienda  
clauibus: peccat tamen propter implicitum pactum  
pœnitentis, (vt sentit *Vasquez*) nec manet absolutus  
à votis: quia hæc possunt dispensari, vel commutari  
dependenter à conditione futurâ. *Henrig. lib. 5. de  
sacram. cap. 16. num. 6.* nec existimat peccare, qui post-  
eà, mutatà voluntate, non seruat reliquas condi-  
tiones: quia solum propositum eas seruandi non  
induxit pactum; nec reincidit in vota semel dispen-  
sata: quia non fuit data potestas absoluendi, aut dis-  
pensandi ad reincidentiam. Consentit *Sæ verb. ab-  
solutio num. 18.* Idem *Henrig.* censet posse pœnitentem  
tempore Iubilæi absoluiri à reseruatis, & cum  
causâ differri confessionem aliorum post Iubilæum,  
*lib. 7. de indulg. cap. II.*

## SECTO XI.

*An posset sacramentaliter absoluiri, qui si-  
gna tantum ostendit contritionis?*

**P**RIMA sententia *Sotii* in 4. disp. 18. quest. 2. art. 5. <sup>247.</sup>  
*Victoria in summ. num. 171. & 172. Abul. apud 1. Sement.*  
*Sotii cit. Cani relect. de pœnit. parte 6. §. at inharen-  
do; Leden. 2. parte. 4. quest. 9. art. 5. dub. 2. Nasar. in sum.  
cap. 26. num. 28. negantium, cum quibus aliquando  
sensit *Sæ verb. absolutio, num. 11.* docent tamen huic  
ministrandum esse sacramentum Euchar. & Extre-  
mæ-Vnctionis, quæ si forte inueniant attritum,  
faciunt contritum. *Fundam. confessio est pars essen-*  
*tialis huius sacramenti, sed qui tantum signa doloris*  
*ostendit, non confitetur. Maior est Florent. defi-  
nitientis, oris confessionem esse partem huius sacra-  
menti. Confirm. hoc sacramentum est essentialiter*  
*Iudicium, quod cadere non potest, nisi in rem*  
*individualiter notam: ergo non sufficit confessio*  
*generalis, quæ pœnitentis fatetur se peccasse.**

**SECUNDA S. Antonini** 3. p. tit. 10. cap. 2. *Angeli,* <sup>248.</sup>  
*v. confess. 4. num. 8. Medina cod. de confess. quest. 39. de*  
*peccat. oblitis. Cordub. lib. 5. de indulg. quest. 29. §. 3. To-  
leti. in sum. lib. 3. cap. 8. *Henrig. lib. 6. de sacram. cap. 10.**

*Snar. disp. 23. sett. 1. Vasq. quest. 91. art. 2. dub. 1. Sæ*  
*cit. Coninck disp. 7. dub. 10. affirmantum Quæ sent.*  
*vera est. Pro quâ nota: quando infirmus nullum*  
*dedit signum confessionis, neque per se, neque per*  
*alium, absoluiri non posse: quia tunc deest accusatio*  
*sui, quæ est essentialis pars huius sacramenti, quid-  
quid in contrarium sentiant recent. aliqui apud*  
*Malder. de sigillo confess. cap. 15. Secundò conandum*  
*esset tunc Sacerdoti, vt infirmus aliquod peccatum*  
*particulare exprimat. Quod si hoc fieri nequit, ha-  
beat saltem vnum testem, quod signa doloris dede-  
rit, & intrepidè absoluat. Docent *Concilia Arausie.**

*can. 11. & Carthag. 4. can. 76. & referuntur can. qui*  
*recedunt, & can. ii. qui 16. quest. 6. quæ falsò *Sotii* ne-  
*Sotii rej-**

*etiam Rituale Rom. iussu Pauli V. editum pag. 43. vbi*  
*non modò affrat, posse, sed etiam debere absolu-  
ti; vnde grauiter peccaret Sacerdos, qui eo casu*  
*moribundo absolutionem negaret. Fundam. hoc*  
*casu talis confessio esset integra formaliter. nam*  
*pœnitentis facit quantum potest hic & nunc per ta-  
lia signa sua peccata confessori subiiciendo, & con-  
fessor per eâ signa aliquod Iudicium formando de*

250.

peccatis, & dispositione pœnitentis: ergo potest, & debet absolutionem impendere. Confirm. talis confessio non est insufficiens; quia non est expressio peccatorum particularium; nam sufficit expressio peccati in genere, ut docet S. Thom. in 4. dist. 21. quest. 2. art. 2. de eo, qui recordatur, se peccasse, & oblitus est peccati in specie; nam tunc potest, & debet confiteri peccatum in genere, & constat de eo, qui non tenetur confiteri speciem peccati: tunc enim debet confiteri peccatum in genere, tacita specie: sed confessio per signa æquiuale confessioni peccatorum in genere; nam per eam pœnitens testatur, se peccasse, & confessor nouum format Iudicium, quod antea non habebat: ergo potest, & debet à tali peccato in genere cognito moribundum absoluere. Neque quia fieri testimonio aliorum: alioqui non possemus per interpretem confiteri; confessio autem moribundi facta Sacerdoti per testem æquiuale confessio per interpretem: sicut interpres refert peccata confitentis confessori; ita testis peccata moribundi Sacerdoti. Notat Henr. lib. 6. de sacram. cap. 9. num. 3. cont. Sotum in 4. dist. 18. quest. 4. art. 4. posse moribundum absente Sacerdote, absolvi ab excommunicatione, etiam publica & referuata, à clero tantum tonsurato: cum soleat Ecclesia potestatem absoluendi ab excommunicatione concedere tonsurato, maximè eo articulo: quod prodest, ut possit postea absolvi à quouis Sacerdote, sine recursu ad eum, cui erat excommunicatio referuata. Quin putat Diana cum multis tract. 4. de sacram. resol. 133. hanc absolutionem ab excommunicatione dari posse moribundo à laico. Ad fundam. primæ, nego minor. nam confessio facta per signa, est vera confessio, licet imperfecta. Ad prob. dico, Concilium sumere oris confessionem generaliter: alioqui nunquam liceret per scriptum confiteri, quod falsum est. Ad confirm. resp. ad iudicium sacramentale sufficere qualemcumque peccati notitiam, qualis à reo hic & nunc haberi potest.

251.  
Notandum  
de tonsurâ.252.  
Ad fund. 1.

dolor cadat supra omnia venialia; sed sufficit, si tantum cadat in unum ex his, quæ confiteris. Nam per illud præbes sufficientem materiam sacramenti. Prouenit 2. defectu integratatis, quando sine iusta causa omittis aliquid peccatum, vel aduertenter, vel quia sine probabili ratione putabas esse veniale, quod tamen erat mortale, & omisisti confiteri; aut quia tibi erat dubium; quippe etiæ mortale dubium confitendum est, ut tale; vel ex culpabili defectu examinis, ad quod sufficit, si probabiliter putas te facere quantum debes, etiam si re ipsa id non praestes; quia sicut nulla lex obligat, nisi vt cognita, ita defectus probabiliter ignoratus excusat: his casibus teneris confiteri peccatum dimidiationis; & omnia confessa repete, quia defectu integratatis confessio fit nulla. Oppositum docent Sotus in 4. dist. 18. quest. 3. art. 3. Nugneç 3. p. tom. 2. quest. 9. art. 1. dub. 1. & alij opinantes, qui culpabili negligentia mortali, modò crassa & supina non sit, omittit aliqua mortalia confiteri, non tenaci ad confessionem iterandam; sed solùm ad confitenda ea, quæ negligenter omisit: quia licet hic non fecerit confessionem formatam, fecit tamen validam. Verum hæc sententia supponit falsam doctrinam <sup>Contraria</sup> <sup>sum.</sup> impugnatam de confessione validâ & inforin. Confirm. hic committit nouum mortale propter culpabilem negligentiam examinis: ergo non potest validam facere confessionem. 3. Addunt alij, quando pœnitens intentitur in ipsa confessione, decipiendo confessorem, vel dicendo aliquid, quod non fecit; vel tacendo, quod fecit. Sed hoc limita, ut Suarez disp. 22. sect. 10. quando mendacium, & deceptio est in materia graui, non leui; in quâ esto, pœnitens mentiendo committat sacrilegium; non tamen mortale; sed veniale, quod sacramentum non irritat; ac proinde non erit repetendum. Quin putat Faber apud Dian. tract. 4. de sacram. resol. 96. etiam quando veniale est tota materia confessionis, mendacium de eo esse tantum veniale. Verum hoc accidere potest, 1. si pœnitens confiteatur veniale, quod non commisit: & tunc nulla est confessio: quia nulla supponitur forma materia. 2. si in veniali, quod commisit, confitendo, mendacium committat; & tunc tale mendacium non irritat confessionem.

Prouenit ex parte confessoris, 1. defectu absolutionis, etiam iniuste negatæ; quia sine absolutione nullum est sacramentum proinde repetendum. nonit ex lege Gabr. in 4. dist. 17. quest. 1. art. 3. dub. 2. Sotum pars cor. dist. 18. quest. 3. art. 3. §. his tamen, (anam relect. de confessori, pœnit. p. 6. §. Huic vero quest. 2. Defectu Iurisdi- cionis, & approbationis, iuxta Trident. nam defectus etiam approbationis irritat sacram. ut Suarez. disp. 24. num. 14. 3. Defectu intentionis; est enim hæc necessariò requisita in quâvis sacramenti administratione: ut constat ex preced. tom. Ratio: sacramentum essentialiter conficitur operatione humana, quæ ministri intentionem requirit. 4. defectu attentionis: quia hæc essentialiter requiritur ad iudicium ferendum: cum enim confessio sit actus judicialis; sicut requirit reuelationem ex parte pœnitentis; ita cognitionem, & attentionem ex parte absolucentis. 5. addunt alij defectum scientiæ; defectu cuius nequit Iudex validam ferre sententiam. Verum hic defectus, ut Suarez disp. 28. sect. 2. per se non irritat sacramentum nisi vel ratione obicis, quando ex industria pœnitens tam sibi eligit confessarium; aut aduertit illum in ipsa confessione peccati grauitatem non percipere: illumque omisit instruere; vel quando confessarius nullum scit formare iudicium depeccatis in confessione auditis; quo etiam

## S E C T I O XII.

## Quando iteranda fit confessio?

253.  
Duplex ca-  
pus iteran-  
da confess.

**E**X dupli cap. iteranda, 1. ex voto, aut lege ex trinsecâ supponente pœnitentis acceptatione, sine quâ nulla lex humana obligare potest ad eadem peccata valide confessa, iterum confitenda: nam semper validè confessi, Iure diuino, liberamur à debito reconfitendi, ut colligitur ex extranag. inter cunctas, de privilegijs. 2. ex nullitate confessio- nis: nam confessio ex aliquo defectu nulla, confessio non est, qualis ad sacramentum pœnitentia requiritur; & consequenter per eam non satisfacimus diuino præcepto de confitendo; vnde est necessariò iteranda. De iterabilitate igitur ex hoc 2. cap. proueniente disputo.

254.  
Hec iter-  
abilitas pro-  
venit aut  
ex parte  
pœnit. de-  
fectu dol-  
loris;

Ex parte pœnitentis prouenit, 1. ex defectu doloris; vnde quando quis aduertit se in 1. confessione non habuisse debitum dolorem, non solùm tene- tur in 2. confes. de huiusmodi indispositione se accusare; sed etiam confessionem 1. repetere, aut explicitè, si fiat distincto confessario; aut implicitè, si fiat eidem: hoc intellige, quando confessio est de mortalibus; nam de venialibus sufficit confiteri solam fictionem; scilicet cum venialibus fictè accede- re ad sacramentum, est mortale: fit enim grauis iniuria sacramento, dum acceditur sine dispositione, essentialiter requisita. Non est autem necesse, ut

<sup>Aut inter-</sup>  
<sup>bilium pro-</sup><sup>cessus</sup><sup>258.</sup><sup>259.</sup><sup>260.</sup><sup>261.</sup><sup>262.</sup><sup>263.</sup><sup>264.</sup><sup>265.</sup><sup>266.</sup><sup>267.</sup><sup>268.</sup><sup>269.</sup><sup>270.</sup><sup>271.</sup><sup>272.</sup><sup>273.</sup><sup>274.</sup><sup>275.</sup><sup>276.</sup><sup>277.</sup><sup>278.</sup><sup>279.</sup><sup>280.</sup><sup>281.</sup><sup>282.</sup><sup>283.</sup><sup>284.</sup><sup>285.</sup><sup>286.</sup><sup>287.</sup><sup>288.</sup><sup>289.</sup><sup>290.</sup><sup>291.</sup><sup>292.</sup><sup>293.</sup><sup>294.</sup><sup>295.</sup><sup>296.</sup><sup>297.</sup><sup>298.</sup><sup>299.</sup><sup>300.</sup><sup>301.</sup><sup>302.</sup><sup>303.</sup><sup>304.</sup><sup>305.</sup><sup>306.</sup><sup>307.</sup><sup>308.</sup><sup>309.</sup><sup>310.</sup><sup>311.</sup><sup>312.</sup><sup>313.</sup><sup>314.</sup><sup>315.</sup><sup>316.</sup><sup>317.</sup><sup>318.</sup><sup>319.</sup><sup>320.</sup><sup>321.</sup><sup>322.</sup><sup>323.</sup><sup>324.</sup><sup>325.</sup><sup>326.</sup><sup>327.</sup><sup>328.</sup><sup>329.</sup><sup>330.</sup><sup>331.</sup><sup>332.</sup><sup>333.</sup><sup>334.</sup><sup>335.</sup><sup>336.</sup><sup>337.</sup><sup>338.</sup><sup>339.</sup><sup>340.</sup><sup>341.</sup><sup>342.</sup><sup>343.</sup><sup>344.</sup><sup>345.</sup><sup>346.</sup><sup>347.</sup><sup>348.</sup><sup>349.</sup><sup>350.</sup><sup>351.</sup><sup>352.</sup><sup>353.</sup><sup>354.</sup><sup>355.</sup><sup>356.</sup><sup>357.</sup><sup>358.</sup><sup>359.</sup><sup>360.</sup><sup>361.</sup><sup>362.</sup><sup>363.</sup><sup>364.</sup><sup>365.</sup><sup>366.</sup><sup>367.</sup><sup>368.</sup><sup>369.</sup><sup>370.</sup><sup>371.</sup><sup>372.</sup><sup>373.</sup><sup>374.</sup><sup>375.</sup><sup>376.</sup><sup>377.</sup><sup>378.</sup><sup>379.</sup><sup>380.</sup><sup>381.</sup><sup>382.</sup><sup>383.</sup><sup>384.</sup><sup>385.</sup><sup>386.</sup><sup>387.</sup><sup>388.</sup><sup>389.</sup><sup>390.</sup><sup>391.</sup><sup>392.</sup><sup>393.</sup><sup>394.</sup><sup>395.</sup><sup>396.</sup><sup>397.</sup><sup>398.</sup><sup>399.</sup><sup>400.</sup><sup>401.</sup><sup>402.</sup><sup>403.</sup><sup>404.</sup><sup>405.</sup><sup>406.</sup><sup>407.</sup><sup>408.</sup><sup>409.</sup><sup>410.</sup><sup>411.</sup><sup>412.</sup><sup>413.</sup><sup>414.</sup><sup>415.</sup><sup>416.</sup><sup>417.</sup><sup>418.</sup><sup>419.</sup><sup>420.</sup><sup>421.</sup><sup>422.</sup><sup>423.</sup><sup>424.</sup><sup>425.</sup><sup>426.</sup><sup>427.</sup><sup>428.</sup><sup>429.</sup><sup>430.</sup><sup>431.</sup><sup>432.</sup><sup>433.</sup><sup>434.</sup><sup>435.</sup><sup>436.</sup><sup>437.</sup><sup>438.</sup><sup>439.</sup><sup>440.</sup><sup>441.</sup><sup>442.</sup>

iam casu, si pœnitens bonâ fide confessus est omnia peccata, etiamsi postea aduertat, confessarium non sciuisse distinguere inter venialia, & mortalia; vel reseruata, putat. *Henr. lib. 2. de sacramento pœnit. cap. 14. num. 5. validum, & fructuolum fuisse sacramentum, nec pœnitentem teneri confessionem iterare: cùm bene dispositus fuerit & à Sacerdote quamvis ignaro absolutus.*

163.  
Notandum.

*Nota, non semper qui inuallidam confessionem fecit, teneri omnes subsequentes repetere; nam potuit quis ob aliquem defectum inuallidam confessionem facere, & deinde inuincibiliter obliuisci defectum: vel propter instantem necessitatem excusari à repetitione præterita confessionis. In his enim casibus non tenemur subsequentes confessiones repetere, cùm illæ fuerint validæ, nec prior defectus inuincibiliter oblitus, vel instans necessitas excusans potest subsequentes confessiones irritare; sicut nec peccatum antecedens oblitum, aut à præsente confessione excusans, subsequentes confessiones irritat.*

164.  
Dubium  
breve.

*Rogas, quid fieri, si quis duas facit confessiones inuallidas, duobus Sacerdotibus distinctis? sufficite, vnicuique repetere inuallidè confessa, an necessarium sit vni omnia reconfiteri? Resp. necessarium esse vni omnia integrè reconfiteri, nec sufficere vnicuique ea tantum repetere, quæ ei inuallidè confessus est: quia ex quo illæ confessiones inuallidæ fuerunt, est ac si nullo modo fucrint: at si nullo modo fuissent, teneretur pœnitens vni omnia confiteri, ab eoque absolutionem petere. Quare, vel ea peccata reconfienda erunt distinctè omnia alicui tertio; vel alterutri ex duobus: reducendo illi in memoriam, quæ cum ipso confessus est, & distinctè explicando, quæ alteri confessus fuerat. Atque hæc ferè certa apud omnes. Aliqua controuersia superest: An repetenda sit confessio facta ab excommunicato, antequam absolutus sit ab excommunicatione; vel excepta ab excommunicato; vel dubio in Iurisdictione.*

Ratio.

*Ad 1. PRIMA sent. affirmat; etiamsi talis excommunicationis sit inuincibiliter ignorata; est multorum, quos sequitur *Vasquez quest. 91. art. 3. dub. 5. Fundam.* excommunicatio ita priuat subiectum passiuâ receptione Sacramentorum, vt irritet absolucionem peccatorum impensam ab eo, qui potestatem non habet absoluendi ab excommunicatione. Est enim hoc impedimentum canonicum, inhabilitans subiectum ad absolutionem, extrahens illud à Iurisdictione Sacerdotis, potestatem non habentis absoluendi ab excommunicatione.*

166.  
Primum.  
1. Sentent.  
Fundam.

*SECVNDA Angelis Confess. 5. num. 10. 11 ed. cod. de confess. quest. 18. Suarez. diff. 31. sect. 3. &c. negantum, quæ probabilior est. Fundam. excommunicatio non reddit subiectum inhabile ad sacramentum, sed solùm prohibet, ne licetè possit ad illud accedere; stante extrinsecâ excommunicatione: ergo, si non obstante excommunicatione, licetè possit pœnitens ad sacramentum pœnitentiæ accedere, verum recipit sacramentum, & consequenter non tenetur illud repetere. Accedit autem licetè, 1. quando probabiliter ignorat excommunicationem, aut inuincibiliter putat, se cum ea licetè ad hoc sacramentum accedere posse. 2. quando est in aliquâ necessitate vitandi scandalum, aut grauem infamiam; nam tunc sicut validum recipit sacramentum, ita repetendum non est. Extra hos casus vt nequit excommunicatus bonâ fide accedere ad hoc sacramentum, quin obicem ponat; ita defectu interioris dispositionis nullum recipit sacramentum proinde repetendum, non tam ratione excommunicationis; quam defectu interioris dispositionis. Ad fun-*

dam. primæ; nego anteced. ciusque prob. nam falsum est, excommunicationem inhabilitare subiectum ad recipenda sacramenta, nam licet subtrahatur à Iurisdictione quoad absolutionem ab excommunicatione; non tamen quoad reliqua. Solùm igitur excommunicatione prohibet, ne licetè possit ad ea accedere: quia non potest Ecclesia prohibere, quin, si omnia substantialia ad sacramentum concurrent, validum fiat sacramentum, sed, non obstante excommunicatione, possunt omnia substantialia ad hoc sacramentum concurrere: ergo. Ex his sequitur posse Sacerdotem habentem casum reseruatum cum excommunicatione vrgéte necessitate inferiori Sacerdoti confiteri; non tamen teneri, sed posse præmisso tantum actu contritionis celebrare. Idem dicendum, si tantum habeat casum reseruatum absque excommunicatione: quia tunc potest se gerere, ac si non haberet copiam confessarij: quod cum multis notauit *Diana tract. 4. de sacram. resol. 104.* quia non tenetur cum hoc onere bis suum peccatum manifestandi, semel inferiori Sacerdoti, iterum superiori, cui tale peccatum est reseruatum, confessionem præmittere.

*Controuersum etiam est. An repetenda sit confessio facta excommunicato? 1. Sententia vniuersaliter affirmat: eo quod vniuersaliter prohibemur cum excommunitatis in sacris communicare. 2. vniuersaliter negat: quia saltem validè possumus absoluiri à quolibet excommunicato inuincibiliter à nobis ignorato. 3. Distinguit & docet confessionem factam excommunicato denunciato, & publico percussori Clerici, esse irritam defectu potestatis, proinde semper iterandam, etiamsi talis excommunicatione fuerit inuincibiliter ignorata: factam cuipis alij per se non esse irritam defectu potestatis, posse tamen esse irritam ratione obicis, quia sèpè tenemur non dare alteri occasionem peccandi: & quia sic excommunicati peccant ministrando sacram. ideo si ignorantia, vel necessitas non excusat, peccat, ab ijs sacramenta petens; proinde obicem ponit ad sacramentum; & consequenter tali casu repetenda est confessio. Quæ vlt. sententia probabilior est. Lege *Medin. cod. de confess. quest. 22. & 23.**

*Controuersum vltius, An confessio facta Sacerdoti in Iurisdictione dubio sit repetenda? Non suminus hic dubium propriè pro suspensioneassen- Dubium sūs in utramque partem, sic enim nec pœnitenti licet ad Sacerdotem dubium in Iurisdictione accedere; nec Sacerdoti dubio absolutionem impendere; sed pro probabili coniecturâ, non faciente certitudinem moralem. Præterea non loquimur de confessione repetendâ per accidentem ratione obicis, quem ponit pœnitens, dum relicto certo, sine causa accedit ad dubium ministrum; sed de confessione repetendâ per se. Nec disputo, an tali casu fieri possit verum sacramentum quod directè cadat super aliquid veniale, vt materiam certam; & indirectè super mortalia: vt dixi de casibus reseruatis: Nam certum est, eo casu, tale Sacramentum fieri posse, si cætera adhuc: sed, non obstante vero sacramento, indago, an repetenda sit talis confessio, cùm non sint per eam peccata directè absoluta: sicut, non obstante vero sacramento in casibus reseruatis confessis inferiori, tenemur ea reconfiteri superiori, eo quod non fuerunt in priori confessione directè absoluta.*

*PRIMA sententia affirmat teneri, vbi primum pœnitenti constiterit, quod Sacerdos nullam Iurisdictionem habuit: Suarez. diff. 26. sect. 6. quia ad sacramentalem absolutionem non sufficit tantum putata, aut probabilis potestas; sed requiritur realis &*

168.  
Ad fund.  
primo.

lis & certa: sicut nec sat est putatus dolor; sed requiritur realis: nam hæc non pendent ex opinione Doctorum; sed ex institutione Christi.

**275.** SECUNDÀ negat; quæ probabilior est, licet prior sit securior. Fundam. eo casu censetur Ecclesia potestatem concedere: nam hoc ipso, quod ministri in absoluendo sequuntur opiniones probabiles ducuntur regulâ humanâ ad operandum humano modo proportionatâ: ergo hoc ipso Ecclesia censetur eorum gesta approbare, supplendo defectum potestatis, ubi, & quantum opus fuerit, ne publicum bonum animarum lœdatur: *ex leg. Barbarini ff. de officio prætori: in quâ ne publicum bonum lœdatur, statuitur, ne res à putato tantum prætore gestæ irritæ sint, & inualidæ: nam hoc humanius, inquit, est.* Confirm. Parochus tantum putatus, utpote qui simoniacè beneficium obtinuit, ex eadem tacitâ concessione Ecclesia censetur habere omnem potestatem ad suum officium ritè obeundum. Aduerte hoc non intelligi de priuatâ tantum opinione solius Sacerdotis, aut pœnitentis, sed communi aliorum, quando communiter habetur talis. Hinc sequitur validas esse confessiones factas Sacerdoti, qui, cum falsâ licentiâ Ordinarij, aliorum excipit confessiones, ut cum aliquibus sentit *Diana Traet. 4. de sacramentis Resol. 122.* Ad fundam. primæ, nego potestatem absoluendi, quâ dicto casu Sacerdos vtitur, esse tantum putata, consistentem in sola opinione hominum; licet ea præquiratur ut necessaria conditio, quâ positâ, Ecclesia ex aequitate Iuris censetur concedere realem potestatem ad absoluendum: quæ potestas, cum sit Iurisdictionis, pendet ab Ecclesiâ, vt ponatur vel non ponatur. Nec est eadem ratio de dolore putato; hic enim non pendet ab Ecclesiâ, sed ab ipso pœnitente; & ideo primum suppleri potest inscio etiam eo, cui conceditur: quia conceditur ad publicum bonum, non secundum.

Hinc alia quest. deci-  
denda.

**278.** Sententia  
affirmans  
communis.

Ex his deciditur quæstio, An qui confessus est mortale dubium, si postea aduertat fuisse mortale certum, illud tencatur reconfiteri ut certum? Communis sententia affirmat. Pro explic. nota, cum Sanchez lib. I. Summ. cap. 10. num. 69. vel iste tantum confessus est, se dubium mortale commisisse: vel integrè confessus est totam actionem peccaminosam, licet dubitauerit simul cum confessario, an illa fuerit lethalis. Si 1. modo; tenebitur illud ut certum reconfiteri: nam ex Trident. sess. 14. cap. 5. tenemur peccata confiteri eo modo, quo post diligentem discussionem sunt in conscientiâ pœnitentis: ergo si dubium fuit in conscientiâ certum, tenebitur illud ut certum confiteri, quia ut sic non fuit clauibus subiectum. Si 2. modo confessus est, non tenebitur illud reconfiteri: quia tali casu nulla esset noua circumstantia subiicienda clauibus, quæ non sit priore confessione subiecta: validum verò sacramentum pœnitentia non requiritur, vt confessarius, & multò minus pœnitens, distinetè & determinatè sciat, quæ peccata in individuo sint mortalia. Alter iudicandum de peccatis, quæ licet naturâ suâ sint mortalia, dum tamen committebantur, putabantur inuincibiliter venialia, & vt venialia fuerunt in confessione explicata. Nam etiam si postea aduertat pœnitens, ea fuisse naturâ suâ mortalia, non tenebatur illa reconfiteri: quia peccatum non est confitendum, nisi prout fuit commissum: fuit commissum ut veniale: ergo non tenebitur pœnitens reconfiteri ut mortale. Hinc excusantur pueri, qui defectu pleni iudicij multa peccata committunt naturâ suâ mortalia, quia ab

ipsis non apprehenduntur, nisi ut venialia. Dixi inuincibiliter: nam si vincibiliter, non excusantur: quia tunc exponunt se periculo peccandi mortali, hoc ipso quod aduententes dubium peccatum committunt.

### An aliquando reconfitenda fint peccata validè & directè confessa?

**279.** **280.** **D**ixi valide & directè: nam possunt peccata validè, non tamen directè absolui, vt absoluuntur inuincibiliter obliterata; ex causa in confessione suppressâ; reseruata, à non habente potestatem, casu aliquo necessitatibus. Excipio articulum mortis, in quo omnis Sacerdos, directam habet potestatem super omnia peccata. At omni casu, quo peccata indirectè tantum absoluuntur, subiicienda sunt clauibus: nam præceptum confessionis obligat, vt omnia mortalia, quorum post diligentem discussiōnem conscientiam habemus, in confessione recententur, vt ex institutione huius Sacramenti colligit. *Trident. sess. 14. cap. 5.* sola ergo controversia est: an aliquando teneamus peccata validè, & directè confessa iterum reconfiteri. 1. casus esse posset, articulus mortis, in quo unusquisque tenetur. Pœnit. & Euchar. Sacramentum suscipere. At posset tunc preter peccata validè & directè ante confessa, nullius noui conscientiam habere: ergo eo casu tenebitur ad hoc præceptum adimplendum confiteri peccata quæ ante validè & directè confessus est. Sed contrà: si eo casu pœnitenti certò constaret, omnia sua præterita peccata validè, & directè absoluta fuisse, ad nullam teneretur confessionem; sed ad summum teneretur actum contritionis elicere; siue quia hic actus eo articulo per se hominem obligat independenter à Sacramento confessionis, vt multi censem; siue quia, vt existimo, liberum foret eo casu viatori, vel actum contritionis elicere, vel cum attritione confessionis Sacramentum suscipere, vt quantum fieri potest, eo articulo homo in tutto se ponat. 2. casus esse posset, si pœnitens ipse votu, aut iuramento se obstrinxisset ad eadem peccata validè & directè ante confessa iterum confitenda. Sed contrà: posset huiusmodi votum aut iuramentum in aliud opus, quæ aut magis perfectum commutari; ac proinde posset pœnitens liberari à reconfessione eorundem validè, & directè absolvitorum. Tertius esset; si confessarius per modum satisfactionis hanc pœnitenti peccata ritè confessa reconfitendi pœnitenti imponeret. Sed contrà: posset pœnitens dispensationem, vel commutationem huius pœnitentiæ ab eodem vel ab alio confessario petere, atque adeò liberari ab onere eadem reconfitendi.

His ergo reiecit, primus est; Ecclesiasticum præceptum, pœnitentem directè obligans ad id faciendum. Secundus; cum Superior facultatem concedit subdito confitendi sua peccata inferiori Sacerdoti sub conditione, vt eadem iterum sibi reconfiteatur.

Quoad 1. casum affirmant Henricus, Maior, Adriæ, quos sequitur Valsquez 3. p. quæst. 91. art. 3. dub. 7. Fundam. non repugnat, ferri legem, quæ pœnitentem obliget ad sua peccata semel ritè confessa iterum confitenda. Quin de facto huiusmodi legem habent Monachi Cistercienses confirmatam auctoritate duorum Pontificum; vt omnes huius Ordinis Fratres, per annum Ordinarij. Confessoribus confessi, in fine anni teneantur eadem peccata proprijs Superioribus reconfiteri. Id ipsum Author-

Regula  
univer.

Casus tres  
reieci-  
tur.

281.

282.

283.

284.

285.

Duo super-  
sunt casus.

1.

2.

286.

De primo  
affirmans.

3.

4.

287.

**Authores** huius sententiae confirmant ex quâdam Bullâ Martini V. in quâ præcipiebat Pontifex, vt sacerdotes Mendicantibus priuilegiatis confessi, reconfiteri tenerentur semel saltem in anno proprijs Parochis. Negant S. Thom. quodlib. I. art. 12. ad 1. Durand. ep. 4. dist. 17. quest. 15. num. 1. Medina cod. de confess. quest. 29. §. 2. propofitio, Nauar. in summ. init. cap. 9. Vasqu. 3. p. quest. 93. art. 1. dub. 5. qui sententiam, quam suprà quest. 91. docuerat, mutauit. Quam sententiam sequitur Suarez. disp. 22. sect. 7. ex Extraug. Benedicti XI. Inter cunctas, de privilegijs: in quâ ut absurdum infert Pontifex, semel legitimè confessum, iterum debere confiteri. Difficultas non parua est in assignandâ efficaciratione, cur hoc præcipere non possit Ecclesia.

**139.** **1. Ratio.** Prima ratio sit; quia non potest Ecclesia facere, vt materia, quæ non est necessaria, fiat necessaria Sacramenti, quia pendet hæc à Christo instituente, non ab Ecclesiâ præcipiente: Si autem statueret, vt peccata ritè confessa iterum confitenda essent, faceret materiam non necessariam, necessariam Sacramenti; quia peccata semel ritè confessa non sunt amplius materia necessaria confessionis Sacramentalis. At posito præcepto de illis reconfitendis statim fierent materia necessaria confessionis: quia nisi ea pœnitens reconfiteretur, non posset salutem assequi: ergo transit de materia non necessariâ in necessariam confessionis. Confirm. non potest Ecclesia cogere baptizatum, vt peccata ante Baptismum commissa, vel vt venialia confiteatur; ergo neque vt semel ritè confessa reconfiteatur, Sed contrà: nullum est absurdum, vt ratione præcepti adiuncta materia sufficiens fiat necessaria Sacramenti. Nam sicut eadem peccata ritè confessa ratione voti, iuramenti, pœnitentia à confessario iniuncta, durâte voto, iuramento, pœnitenti iniuncta sunt materia necessaria Sacramenti; ita nullum erit absurdum, vt eadem ratione præcepti Eccles. fiat materia necessaria confessionis: sicut materia consilij potest ratione præcepti additi fieri materia necessaria ad salutem, vt materia castitatis, quæ est tantum materia consilij, accedente præcepto Eccles. Sacris ordinibus annexo, fit materia necessaria ad salutem: Neque hoc esset mutare materiam sacramenti à Christo institutam: nam Christus institueret potuit, vt peccata fidelium etiam legitimè confessa, accedente præcepto Superioris, aut voto, iuramento pœnitentis, fierent materia necessaria confessionis. Sicut de facto instituit, vt eadem peccata post legitimam confessionem adhuc manerent materia saltem sufficiens Sacramenti, aut vnde constat, Christum hanc potestatem suæ Ecclesiæ non reliquisse? Ad confirm. quod attinet ad peccata ante Baptismum commissa, Ecclesia non habet potestam in illa, & consequenter præcipere non potest, vt illa subijcantur clavibus, cum non possit præcipere materiam sibi non subiectam. Nec refert, quod baptizatus ratione Baptismi fiat ipsi subiectus: quia per hoc non sequitur, vt etiam peccata ante Baptismum commissa fiant subiecta Ecclesiæ, sed solum quæ committuntur post Baptismum, seu tempore subjectionis. Quod vero attinet ad peccata venialia, Authores contraria sententiae eandem putant esse rationem, ac de mortalibus confessis.

**291.** **2. Ratio.** Secunda: lex debet esse tolerabilis, & accommodata humano modo operandi. Talis autem lex esset intolerabilis, & supra modum agendi hominum: ergo obligare non posset: quia cum lex humana non præbeat vires ad operandum, vt lex diuina, quæ ad superandas difficultates præbet au-

xilium, non poterit supra vires humanas homines obligare. Confirm. propterea non obligaret lex humana, quæ præciperet seipsum interficere, vel in publico Concilio seipsum accusare de occulto crimen: quia tales leges sunt intolerabiles, & supra modum operandi hominum. Sed contrà: hæc ratio ad summum probat, non posse talem legem ferri indiscriminatum, non quod saltem ferri non possit pro Religiosis hominibus, qui ratione statu ad difficultiora præcepta seruanda obligantur, vt est præceptum obedientiae: sicut enim hoc non censetur intolerabile Religiosis; ita nec præceptum de peccatis reconfitendis. Confirm. de facto hæc lex seruatur in nostrâ Religione, quæ etsi sub præcepto ad mortale obligante non astringat; astringit tamen per modum Regulæ, & Spiritualis directionis ad maiorem perfectionem Religiosos viros obligantis. Eaque sine magnâ difficultate seruatur tam à nostris Scholasticis bis in anno, quam à Professis, & reliquis in gradu constitutis quotannis. Ceterum etsi lex humana vires non præbeat ad superandas difficultates, quæ in ea seruanda occurruunt, ratione immediati legislatoris; vires tamen præbet, ratione legislatoris mediati, qui Deus est, à quo omnis Ordinata potestas descendit: nam sicut per ipsum Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, Proverb. 8. ita ab ipso sufficietes vires subministrantur ad leges humanas seruandas. Ad confirm. neg. paritas: nam lex de se ipso interficiendo, & de suo occulto crimen publicando, est aperte contra Ius naturæ; non autem lex de sacramentali peccatorum confessione facienda, quæ ratione inuolabilis sigilli diuini, quo confessa peccata obsignantur, nullam parit confitenti infamiam, & si quam apud solum confessarium parit, ea optimè compensatur vberi gratiâ, & spirituali emolumento, quod in ea confertur.

**295.** **3. Ratio:** cum Ecclesia potestatem non habeat in peccata interna, non poterit præcipere, vt ea pœnitens reconfiteatur, si aliunde vi præcepti diuini ad ea confitenda pœnitens non teneatur: quia quando vi præcepti diuini tenetur ad illa confitenda, potest Ecclesia in virtute præcepti diuini fideles obligare, etiam ad interna peccata eonfitenda, vt de facto eos obligat ad annuam confessionem. Sed contrà: hæc ratio: solum probat de peccatis merè internis, non de externis, quæ saltem Ecclesia præcipere posset, vt ea pœnitens reconfiteretur. Nec est tunc necessarium, vt simul cum externis, reconfiteretur interna alias ritè confessa: nam posito quod illa fuissent semel subiecta clavibus, non teneretur pœnitens amplius illa confiteri; sed tantum ea, supra quæ Ecclesia potestatem habet. Nec propterea talis confessio non esset integra formaliter: quia peccata semel ritè absoluta in una confessione, non pertinent ad integratatem alterius confessionis: Vnde qui generaliter confiteri peccata ritè ante confessa non tenetur omnia confiteri.

**296.** **4. Ratio.** Quartæ: Ecclesia præcipere posset, vt eadem non tantum semel, sed plurice reconfiteretur; quod esset lex intolerabilis & supra vires humanas. Sed contrà: ex multiplici reconfessione corundem sequitur moralis impossibilitas, non ex vnicâ tantum reconfessione.

**297.** **5. Ratio.** Quinta: una confessione legitimâ vltimò terminatur causa pœnitentis in hoc sacro iudicio; sicut in forensi à supremo Iudice vltimò terminata, non potest vterius in iudicium adduci. Confirm. Sacerdos in hoc tribunal est supremus Iudex: quia

301.  
Repudia-  
sur.302.  
Sacerdos  
an index  
supremus;303.  
Bisariam  
principia  
id Ecclesia  
possit.304.  
Conclusio  
quadrime-  
bris.305.  
Prob. pri-  
mum.306.  
Secundum.307.  
Tertium.

quia iudicat auctoritate accepta à Christo, & ut minister ipsius: igitur causâ semel ab ipso cognitâ, & terminatâ, quamvis possit pœnitens sponte voluntate iterum se eidem iudicio subiungere, non tamen ad id cogi. Sed contra: hæc ratione tantum probat, nisi aliunde accedit obligatio, non teneri pœnitentem semel iuridicem in hoc foro iudicatum & absolutum, iterum iudicari & absolvi; at sicut accedente voto, vel iuramento ipsius, aut obligatione à confessario iniunctâ, iterum cognoscitur & iudicatur; quidni accedente præcepto superioris Ecclesiastici: cùm hanc potestatem Christus Ecclesia conferre potuerit, si aliunde, non afferatur sufficiens fundamentum illam de facto negandi? Quod dicitur Sacerdos in hoc tribunali esse supremus Iudex, quia iudicat potestate sibi à Christo communicatâ ut minister ipsius, intellige, nisi talis potestas quoad vsum ab Ecclesia limitetur. Etenim, ut infra, licet totam potestatem iudicandi in hoc foro Sacerdos habeat à Christo; eam tamen, ob bonum regimen Ecclesiasticum, quoad vsum dependentem habet ab Ecclesia, quæ sicut prohibere potest, ne Sacerdos talem personam, vel à talibus peccatis absoluat; quidni, ut tantum absoluat sub conditione, & onere eadem peccata confessa reconfinet.

Nota, posse Ecclesiam præcipere, ut pœnitentes peccata semel confessa reconfiteantur, uno modo directè & immediate illos obligando ad confessionem sacramentalem; alio modo immediate & per se eos tantum obligando ad confessionem faciendam cum Sacerdote habente à Deo potestatem conficiendi simul cum confessione ipsius pœnitentis verum sacramentum.

DICO 1. non posse Ecclesiam directè & immediate obligare fideles ad peccata semel confessa reconfitenda sacramentaliter: 2. posse directè & immediate obligare ad secretam confessionem de peccatis saltem externis reconfitendis: 3. quo casu pœnitens, et si non vi præcepti Ecclesiastici, teneretur tamen vi præcepti diuini, & reverentia sacramento debet ad talem confessionem debito cum dolore accedere; 4. non tamen teneretur cum peccatis externis interna etiam aliàs ritè confessa reconfiteri. Primum prob. ut disp. 16. sect. 2. Ecclesia non habet potestatem in actus merè internos. At confessio sacram. essentialiter includit dolorem merè internum: ergo nequit directè & immediate obligare ad confessionem de peccatis semel confessis: cùm hoc sit extra sphæram potestatis ipsius, quæ tantum se extendit ad actus externos, vel ad internos, quatenus sunt principia externalorum: dolor autem sacramentalis non est actus, sine quo fieri non posset confessio. Secundum constat: in tali obiecto nihil est, quod excedat Ecclesia potestatem: cùm tam peccata reconfienda; quæ confessio ipsa sint actus externi. Nec refert, quod confessio sit actus secretus: nam etiam in actus secretos Ecclesia habet potestatem: ut constat de hæresi secretâ & occultâ, quæ modò produsat in actum, vel signum externum, statim fit subiecta Ecclesia, incurritque censuras ab Ecclesia impositas. Tertium prob. pœnitens tali casu tñetur non committere sacrilegium: ergo tenetur reconfiteri cum dolore ad sacramentalem confessionem requisito: non ratione præcepti Ecclesiastici quod ad talem dolorem obligare non potuit, sed vi præcepti diuini, quod obligat; ut quotiescumque ad hoc Sacramentum accedatur, accedatur cum interno dolore de peccatis, quæ quis confi-

tetur. Nec dici potest, pœnitentem tali casu non teneri ad confessionem Sacramentalem, sed tantum ad historicam narrationem peccatorum, aliàs ritè confessorum: nam hoc ipso, quod illa narrat Sacerdoti, qui audita tenetur absoluere, non potest absque sacrilegio ea historicè tantum narrare: quia vi præcepti diuini tenetur supponere aptam materiam absolutioni, ne in irritum cadat. Neque posset cum sacerdote conuenire, ut absolutionem non impenderet: tum quia hoc ipso quod Ecclesia obligat pœnitentem ad peccata reconfitenda, obligat etiam sacerdotem ad ea audita absoluenda, cùm omnis confessio facta Sacerdoti ordinetur ad absolutionem. Tum quia hæc ipsa fictio & conuentio esset contra præceptum, quod non solum obligaret ad confessionem faciendam; sed etiam ad non ponendum impedimentum, ne sacramentalis absolutione sequeretur. Ultimum patet: cùm talia peccata non cadant sub Ecclesia præceptum, & aliàs semel confessa non teneatur pœnitens iterum confiteri, licet poterit illa tacere: ut nec erit necesse accedere cum dolore de omnibus; sed de uno tantum. Ex his sequitur, posse Ecclesiam præcipere confessionem de venialibus externis. Et tunc eodem modo vi præcepti diuini tenebitur pœnitens ad sacramentum accedere cum interno dolore. Ex dictis conciliantur ambæ sententiaz: prima intelligitur de obligatione directâ ad externam confessionem, quâ positâ vi præcepti diuini indirecte & consequenter teneretur etiam ad internum dolorem. Secunda vero de confessione sacramentali ut sic, quo pacto includit internum dolorem, ad quem vi solius præcepti Ecclesiastici non potest pœnitens obligari. Porro ex eo quod Pontifex reputet absurdum, debere pœnitentem iterum sua peccata confiteri, non recte infertur, non esse in Ecclesia potestatem ad hoc præcipiendum; sed solum quod non semper expedit tale præceptum condere. Vnde fortasse non posset univeralem legem ferre indiscriminatum obligantem omnines.

Quoad 2. casum negat Vasquez 3. p. quest. 93. art. secundum 1. dub. 6. posse subditum obligari ad reconfitenda peccata, quæ cum facultate superioris sub conditione confessus est inferiori sacerdoti (et si contrarium docuerit quest. 91. art. 3. dub. 7. & 8.) quia id negat omnis Sacerdos in hoc foro sacro est supremus iudex, totumque auctoritatem iudicandi, & absoluendi habet à Christo, tantumque ab homine dependet quoad applicationem materiaz, quæ illi applicatur per subiectionem personaz, quæ illi à superiore traditur. Et consequenter non potest superior potestatem absoluendi suum subditum delegare inferiori sub conditione, ut eadem peccata absolutus reconfiteatur sibi; sed hoc ipso, quod inferior accipit materiam à superiore sibi per personaz subiectionem designatam, absoluuit independenter à superiore: proinde absolutus non tenebitur amplius sua peccata reconfiteri superiori, etiamsi ab illo sub hæc conditione potestatem alteri confitendi accepit. Secus vero, inquit, est de potestate absoluendi à censuris: quæ, quia etiam quoad principium actuum absoluendi sacerdotes inferiores pendent à supremis Pastori-bus, limitari potest, ut non nisi sub conditio- ne comparendi coram superiore eos absoluant. potestas enim hæc, cùm ordinetur ad forum exter- num, tota pendet à superiore; illa vero, cùm ordinetur ad internam pœnitentis iustificationem, tota deriuatur à Christo, cuius vices gerit Sacerdos in hoc tribunal.

Confir.

308.

Quarum  
pass.310.  
Concilia-  
tur ambæ  
sententiaz.

311.

Ratio cur  
id negat  
Vasq.312.  
Differencia  
inter po-  
tatem u-  
tramque.

313.  
Conformat.

Confir. *absolutus in extremâ necessitate à casibus reseruatis, quibus annexa erat excommunicatio, tenetur coram superiori comparere pro absolutione ab excommunicatione in foro tantum extero, ut statuitur cap. Eos qui de sentent. excommunic. in sexto.* Contra vero absolutus à casibus reseruatis, quibus nulla annexa erat excommunicatio, non tenebitur posteà, cessante periculo, coram superiori comparere pro absolutione ab illis; cuius tamen contrarium *not. loco* docuerat; quia potest concedi potestas absoluendi ab excommunicatione, sub conditione comparendi coram superiori pro ultimâ sententiâ accipiendâ: eò quod potestas absoluendi à peccatis tota sit à Christo, tota potestas absoluendi ab excommunicatione sit ab homine qui illam limitare potest, prout vult.

314.

Cæterum concedit *ibid.* *Vasquez*, posse superiorum concedere inferiori facultatem absoluendi à peccatis personam sibi subditam, cum hoc onere, ut illi virtute clavium pro pœnitentiâ imponat, ut eadem peccata reconstituantur sibi. Quam pœnit. tam confessarius imponere, quam pœnitens acceptare tenetur: quia cum hac conditione concessa est inferiori potestas absoluendi à peccatis: nihilominus poterit pœnitens postquam absolutus fuit, & pœnitentiam acceptauit, vel ab eodem, vel ab alio confessario ab huiusmodi pœnitentiâ liberari.

315.  
*Longe pro-  
babilior  
fuit.*

Communis sentent. *Scholasticor.* quam sequitur *Suarez dispu. 30. scit. 5.* affirmat; posse subditum proposito casu obligari ad peccata validè & directè confessi inferiori, recontenda superiori. Quæ sentent. longè probabilius est. Probari solet 1. quod eo casu inter subditum & superiorum intercedat pactum de cōcedendâ, & acceptandâ facultate confitendi sacerdoti inferiori sub onere eadem reconfitendi superiori, cuiusque iure reservationis essent confitenda. Et quia hoc est iustum, tenebitur conditions pacti seruare. Cæterum cum hoc includat graue onus bis eadem peccata confitendi, semel inferiori, iterum superiori, necessariò requirit consensum pœnitentis, si velit tale onus acceptare: Cum non possit superior ad hoc subditum inuitum cogere.

316.  
*Probari so-  
let dupli-  
citer.*

Hinc sequitur, si tale pactum non proponatur pœnitenti vel à superiori, vel à confessario, non teneri posteà peccata reconfiteri, si post confessionem aduertat, facultatem confitendi datam fuisse à superiori sub hoc pacto, & onere. Quin putat *Suarez*, etiam si huiusmodi pactum pœnitenti proponatur post factam confessionem ante absolutionem, pœnitenti non teneri illud acceptare, sed posse & debere absolvi, etiam pacto non acceptato: quia pœnitens per confessionem bonâ fide factam ius acquisivit ad sacramentalem absolutionem: vnde non potest illi absque iniustitiâ negari: & cum hoc pactum graue contineat onus de iterandâ confessione, non cogitur illud acceptare: cogeretur autem, si illud sibi proponeretur post confessionem ante absolutionem: quia siue illud acceptet, siue non acceptet, tenebitur iterum eadem peccata ritè confessi iterum confiteri; hoc autem est contra naturam pati onerosi; quod libertatem requirit in eo, qui onerosum pactum subire debet. Intellige, si ex negligentiâ subditi non fiat, ut pactum inter superiorum & ipsum ante confessionem non nouerit: quia negligentia subditi non debet prajudicare authoritati superioris, si aliqui superior ex parte suâ fecerit, quantum debuit, ut conditions pacti ad notitiam subditi peruenirent. 2. modo potest subditus obligari ad peccata reconfitenda iure reservationis, quod habet superior: Vt de facto talis facultas conditione quoad casus reseruatos conceditur Nostris iter

317.  
*Ratio.*

318.  
*Ex his patet ad fund.* *Vasquez*, concedo, quemcumque Sacerdotem in hoc foro habere à Christo *solvantur*: supremam potestatem absoluendi à peccatis; cum hæc potestas non pendeat ab homine, sed tantum à Christo; habere tamen illam quoad vsum dependentem à superiori, à quo sicut impediri, ita & limitari potest; non solum quoad peccata, sed etiam quoad modum, reseruato sibi ultimo iudicio de peccatis. Hoc enim modo melius saluat, & subordinationis inferiorum ad superiorum, & directio Spirituali Pastorum in subditos. Ratio adducta de absolutis in extremâ necessitate, solum probat, quod in tali casu siue iure diuino, siue Ecclesi, nulla valcat superioris geseruatio quoad peccata, valcat autem quoad censuras: eo quod illa solum dirigitur in priuatum bonum pœnitentis; hæc ad publicum forum contentiosum. Quinquam non defunt, qui dicant: etiam absolutum in extremâ necessitate à peccatis, cessante periculo, adire debere Superiorum pro absolutione à casibus reseruatis: quos secutus est *Vasquez* in 1. loco cit. quod tamen in 2. loco retractauit.

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

agentibus: quia superior habet plenam potestatem *ridicione* delegandi, vel non delegandi suam autoritatem *nem infe-* alteri: ergo poterit illam limitatè delegare: nam *riori*. quâ ratione potest illam simpliciter non delegare, eadē potest cum limitatione delegare, & sicut potest illam limitare ad certa peccata, ita & ad certum modum, nempe quoad obligationem compendi coram superiori, ab eoque accipiendo ultimum iudicium & sententiam de peccatis confessis. Nam licet quiuis Sacerdos totam potestatem iudicandi, & absoluendi in hoc foro accipiat à Christo; illam tamen quoad vsum accipit dependentem à superiori: à quo sicut potest totaliter impediti; ita & quoad modum, reseruato sibi ultimo iudicio de peccatis confessis limitari. Confirmat. vt ex *Suarez citat.* et si nequeat superior, post *Confirmat.* quam inferiori Sacerdoti materiam applicavit, efficeret, quin inferior à peccatis absoluat: quia ad hoc potestatem habet à Christo, quæ supposita applicatione materiæ facta à superiori, impediri, & limitari non potest, poterit tamen ob bonum ipsius pœnitentis & aliorum, reseruare sibi ultimo iudicium & sententiam de peccatis subditorum, ut eos possit ut proprius Pastor melius ad salutem dirigere, eiique medicinalem pœnitentiam iniungere. Quod officium non ita benè præstare potest, qui non est proprius Pastor pœnitentis.

Nota; iuxta hunc modum, ut subditus teneatur peccata inferiori Sacerdoti confessi superiori re- *Discrimen* confiteri, non est necesse, ut sciat peccatum esse re- *inter duos* seruatum, & sub hæc conditione concessam esse fa- *modos affi-* cultatem alteri confitendi. Contrà vero iuxta 1. mo- *gnatos.* dum, necessarium omnino est, ut subditus sciat, peccatum esse reseruatum, & sub hæc conditione sibi facultatem alteri confitendi, concessam esse: scilicet *Ex diverso* iuxta 1. modum delegatur facultas absoluendi in- *modo dele-* feriori dependenter à consensu subditi, volentis, aut *gandi.* non volentis acceptare pactum: Iuxta 2. modum delegatur potestas independenter à consensu subditi, ex pleno iure, quod superior habet reseruandi sibi pec- catum, etiam independenter à voluntate subditorum. Vnde iuxta hunc modum non delegat absolute, sed sub conditione, ad quam adimplendam subditus semper manet obligatus. Neque ab hæc obligatione adimplendâ illum excusare potest ignorantia: nam sicut inscio illo ponit potuit; ita inscio illo superior obligare potest.

Ex his patet ad fund. *Vasquez*, concedo, quemcumque Sacerdotem in hoc foro habere à Christo *solvantur*: supremam potestatem absoluendi à peccatis; cum hæc potestas non pendeat ab homine, sed tantum à Christo; habere tamen illam quoad vsum dependentem à superiori, à quo sicut impediri, ita & limitari potest; non solum quoad peccata, sed etiam quoad modum, reseruato sibi ultimo iudicio de peccatis. Hoc enim modo melius saluat, & subordinationis inferiorum ad superiorum, & directio Spirituali Pastorum in subditos. Ratio adducta de absolutis in extremâ necessitate, solum probat, quod in tali casu siue iure diuino, siue Ecclesi, nulla valcat superioris geseruatio quoad peccata, valcat autem quoad censuras: eo quod illa solum dirigitur in priuatum bonum pœnitentis; hæc ad publicum forum contentiosum. Quinquam non defunt, qui dicant: etiam absolutum in extremâ necessitate à peccatis, cessante periculo, adire debere Superiorum pro absolutione à casibus reseruatis: quos secutus est *Vasquez* in 1. loco cit. quod tamen in 2. loco retractauit.

O

SECTIO

## SECTIO XIII.

*An teneatur confessarius monere pœnitentem bona fide, sed inualidè confessum?*

325.  
1. Sentent.

**P**RIMA sentent. affirmat: alioqui talis defectus imputaretur confessario. Confirm. ad confessarium spectat pœnitentem instruere de rebus ad salutem necessarijs, etiamsi inuincibili ignorantia laboret.

326.  
2. Secunda  
probabilior.

**S**ECUNDA distinguit: si id fieri non potest si ne damno, vel ipsius Sacerdotis, vel alterius personæ, id facere confessarius non tenetur; sed relinquere potius pœnitentem in bonâ fide, eumque absoluere: quia tali absolutione manebit indirectè absolutus à præteritis peccatis bonâ fide, sed inualidè confessus: si verò nullum sequatur damnum, & spes fit futura emendationis monendum erit pœnitens: alioqui talis defectus imputabitur confessario. Hæc sent. probabilior.

327.  
Coroll.

Ex quo etiam constat, quando confessarius teneatur pœnitentem instruere de rebus necessarijs, quarum ille inuincibili ignorantia laborat. Nam si ex earum manifestatione timeretur damnum, quale plerumque timeri solet ex manifestatione matrimonij inualidi, sed bonâ fide contracti, aut si nulla spes sit futura emendationis; sed potius timetur, quod pœnitens admonitus euadat deterior, relinquendus erit in bonâ fide, & absoluendus: quia cum hæc admonitio dirigatur in bonum pœnitentis, si ex eâ nulla sit spes futuri profectus, sed potius occasio maioris mali, omittenda erit, iuxta illud August. lib. 50. Homil. 41. fine: *Si scirem tibi non prodeesse, non te admonerem, non te terrerem, quod etiam colligitur ex cap. Quia circa de consanguin. vbi consultus Pontifex de quodam, qui subreptitiâ dispensatione matrimonium contraxerat, ita respondet: Dissimulare poteris, ut remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione (sicut afferis) graue videas scandalum immunere.* Secus quando ex admonitione nullum timetur damnum, & spes concipiatur futura emendationis, vel ex eâ pendet damnum tertiarum personarum resarcendum. Dixi, quando pœnitens

*Si ignorans. laborat ignorantia inuincibili: quia si ignorantia est tia vincibilis, semper monendum erit; nam tunc res lis sit, sum per est monendum.*

Notat Laymant. 6. de sacram. pœnitent. c. 13. num. 5. etiamsi ignorantia sit culpabilis, modò non mortaliter, non teneri confessorem pœnitentem mouere, si nulla speretur emendatio. Potest autem ignorantia principio esse vincibilis & malæ fidei, que postea fiat inuincibilis, & bonæ fidei; velut si pœnitens consuluit doctos viros, à quibus dubium, quod de suo errore habebat, exemptum, ac sublatum fuit. Secus verò est, si confessarius à pœnitente consulatur: nam tunc tenetur, etiam si videat pœnitentem esse in bonâ fide, & inuincibili laborare ignorantia, veritatem illi dicere: nam hoc ipso quod pœnitens interrogat, videretur esse dubius.

328.  
Notandum.

Notat Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 38. num. 8. cum Henriquez, & alijs contra Sotum in 4. distinct. 18. quest. 2. art. 4, ad 2. posse, ac debere confessarium monere pœnitentes laborantes ignorantia

inuincibili de valore matrimonij, vt sibi mutuò debitum reddant, nam sicut stante hac ignorantia peccant coniuges non reddendo sibi debitum; neque cum tali conscientia absolui possunt, nisi proponant, se reddituros: ita persuaderi, ac induci possunt & debent, vt debitum sibi mutuò reddant. Etenim tali casu redditio debiti honestatur ex ignorantia inuincibili, & probabili estimatione veri matrimonij. Et confessarius præcipit rem debitam ex circumstantijs, nec mentitur cum illos coniuges appellat, cum sint tales probabili estimatione aliorum.

**A**duertunt autem Doctores in casu inuincibilis ignorantia, quando ex monitione nullus speratur fructus, non debere confessarium multis vrgere interrogationibus pœnitentem, ne ille, huiusmodi interrogationibus sollicitatus, in suspicionem veniat suæ obligationis: ex quâ suspicione eius bona fides vertatur in malam; sed tantum debere ad ipsius interrogata respondere: & ad summum illum interrogare, an aliquid sit, quod ipsius conscientiam molesteret, aut dubiam scrupulosamque reddat?

Vltimò dubitatur, an confessarius, qui evidenter habet, quod pœnitens peccatum commiserit, illudque non sit confessus, debetur illum de tali peccato monere? Dico, si evidenter non habeat, quod illud non sit confessus, presumere potest, illud confessum esse alteri, ac proinde illum absoluere: si confessario etiam est evidens, pœnitentem illud non fuisse confessum, certum omnino sit, non posse absoluere; quia non potest absoluere, quem cuiusdeter nouit esse in peccato, indignumque: nam hoc esset cooperari sacrilegio, quod est per se malum. Ceterum in casu proposito posset confessarius iudicare, quod pœnitens commissum peccatum tacuerit, iusta aliquâ ex causâ, ac proinde tutâ conscientiæ poterit illum absoluere. Cum enim non semper pœnitens teneatur omnia peccata in confessione explicare, sed possit interdum iusta ex causâ aliquod tacere, probâbiliter prudens confessarius iudicare poterit, tale peccatum esse ex illis, quod vel re ipsâ vel iuxta probabilem opin. pœnitens putat, non esse in confessione explicandum.

329.  
Proprietary.

Dubium  
ultimo.

## DISPUTATIO XIV.

## De Sigillo Confessionis.

**Q**VÆRITVR I. An, & quo iure obliget sigillum confessionis? Dicitur sigillum obligatio, quâ res Sacra confessione creditæ confessarium adstringunt ad eas perpetuò celandas: nam secreta sigillo obsignantur, ne alijs palam fiant; ita arcana peccatorum Sacerdoti concredita, silentij quasi sigillo perpetuo obsignantur, ne alijs vñquam innotescant. Constat sent. peccata, quæ per sacramentalem confessionem apud confessarium deposita sunt, nullo vñquam casu, etiam pro liberazione totius regni, esse manifestanda. Constat ex cap. omnis, de pœnitentijs, & remissionib., vbi cauetur, ne Sacerdos verbo, aut signo, aut alio quouis modo peccatorem prodat sub pœnâ depositionis, & detrusione perpetuae in arctum monasterium. Ratio huius arctissimæ obligationis est ipsa sacramenti institutio. Etenim cum sacram. hoc institutum Rati. sit, vt medium necessarium ad salutem pro vniuersâ Christianâ Repub. eius utilitas præferenda est cuiuslibet bono priuato, aut etiam publico totius regni. Atqui utilitas huius sacramenti pendet ex ipsius observatione: ipsius obseruatio pendet ex hoc arctissimo sigil-

De debito  
reddendo

mo sigillo: nam vbi scirent homines, posse uno casu sua peccata confessa revelari, statim deterrentur ab hoc salubri, ac necessario medio, probabiliter suspiciati, alijs etiam casibus similibus id licere. Vnde passim, & quidem iuste possent peccatores ab eius obseruantia excusari. Quod esset unicum medium hoc sacramentum de medio tollendi. Confirm. quocumque casu pœnitens sciret, posse suum peccatum confessum revelari, non teneretur illud confiteri: nec enim obligamur cōfiteri peccatum, quod probabiliter suspicamur esse à confessore reuelandum: ergo multò minus, si probabiliter dubitaremus, id iure reuelari posse: ergo etiam si daretur casus, quo liceret confessori peccatum pœnitentis reuelare: id tamen nunquam habere posset effectum: quia eo casu pœnitens non tenetur suum peccatum confiteri. Vnde talis doctrina nihil prodest; quia neque eo casu haberet intentum: obesset multum; tum quia homines deterretur à frequentatione huius sacramenti, tum quia eo ipso casu tollet pœnitenti medium recurrendi ad confessarium, qui prudentibus monitis, & consilijs illum inducere posset, vel ad desistendum à malo, quod ipse molitur, vel ad reuelandum, quod alij machinarentur. Nota, ad fractionem sigilli duo esse necessaria: 1. vt peccatum in confessione detectum reueletur: 2. vt persona, quæ confessa est, aliquo modo prodatur: neque unum sine alio ad sigilli fractionem sufficeret. Nam possunt reuelari peccata, si nullum sit periculum reuelandi personam: sicut potest reuelari persona, quæ confessa est, si nullum reueletur peccatum, dicendo quod sit bene confessa; quod omnia sua peccata cum dolore confessa sit.

Ex his infertur 1. non posse confessarium, fugā, aut quis facto suā vitā, famā, ac proprijs bonis consulere, si ex eo facto reuelatur aliquod peccatum: quia prēstat bonum confessionis bono propriā vitā. In quāre *Scotus in 4. dist. 21. quest. 2. argum.* hanc tradit regulam generalem: quod si cumque signum naturā suā non est expressum peccati confessi; sed de se indifferens ad significandum peccatum confessum, aut non confessum, etiamsi aliquibus, ex aliquo supposito, sit magis determinatum ad significandum peccatum confessum, non est signum per se reuelatum confessionis. Quod autem additur, etiamsi aliquibus, &c. non prob. nam vnde cumque periculum immineat vel vni manifestandi peccatum confessum, semper erit illicitum: alioqui posset superior amouere subditum ab aliquo officio propter peccatum in confessione cognitum, etiamsi talis amotio aliquibus ex aliquo supposito sit signum peccati confessi. 2. non potest confessarius impendens malum, quod pœnitens tertīā personā, aut reipublicā machinatur, manifestare, si periculum sit, ne ex eā manifestatione deueniat in notitiam personā machinantis: potest tamen per verba generalia, ex quibus nulla posset suspicio generari personā machinantis eos monere. Non tamen debet manifestare peccatum speciale, ex quo tale periculum immineat, dum ne pœnitentem manifestet, tum ne Iudicem impediat, quod minus, si talia machinantem deprehenderit, possit contrailllum procedere de crimine, cuius notitia originem duxit ex confessione. 3. Interrogatus confessarius de peccatis in confessione auditis, potest & debet, etiam cum iuramento negare, ea sc̄ scire: quia semper interrogatio prēsumitur fieri de rebus humano modo notis. Imò etiā interrogatur, an id sciat ex confessione, potest & debet, etiam cum iuramento respondere, se id ex confessione nescire, subintellecta restrictione, vt possit alijs dicere. Sicut & ipse pœni-

tens negare potest, se suum peccatum huic, vel illi Sacerdoti dixisse. 4. interrogatus confessarius an absolverit publicum usurarium, aut concubinariū, qui sibi fuit confessus, non potest signum vñlum dare, quo ostendat, se illum non absolvisse; sed debet respondere, se functum esse officio suo: qui dicendi modus in similibus casibus erit usurpandus, 5. non est deneganda schedula, in testimoniu, quod sint confessi ijs, qui illam petunt, etiamsi absoluti non sint, quando ex negatione schedulæ deueniri posset in notitiam negatae absolutionis. Quod accedit, quando confessarius est notus, & certus, licet oppositum sit etiam probabile, quod docet *Henrīquez lib. 6. de sacrament. cap. 22.* quia non tenetur confessarius cooperari occultationi peccati. 6. non potest occulto peccatori, confessio & non absoluto, petenti, communio denegari; debet si publicus sit: quia tunc non denegatur ex notitiā secretā confessionis; sed publicā aliunde comparata: si tamen confessor aliam notitiam de publico peccatore non haberet, non posset ei communionem denegare. 7. Non possunt duo confessores, qui ambo simul pœnitentis peccata in confessione audiere, de ijs absque expressā licentiā confitentis, simul colloqui, etiam ad finem dirigendi illum ad salutem æternam. 8. non potest confessarius ex notitiā habitā ex alterius confessione pœnitentem obligare, vel absolutionem suspendere; potest, si alia viā nouit eius peccatum, quod scit non esse confessum: quia per priorem notitiam periculum est, ne manifestetur peccatum prioris pœnitentis. 9. non potest confessarius neque in genere dicere, hic confessus est sua peccata mortalia, etiamsi ea publica sint, & nota omnibus: neque in specie; hic confessus est verbum otiosum; potest dicere, hic confessus est sua venialia in genere: quia hæc ad minimum includuntur in confessione. Cauendum, ne dum plures sunt pœnitentes, dum de uno affirmat, confessum esse sola venialia, de alijs indirecte videatur affirmare, confessos esse mortale. 10. non potest confessarius de peccatis in confessione auditis cum ipso pœnitente loqui extra confessionem: nec illum monere, quod non seruet ea, quæ illi fuerunt in confessione iniuncta: potest illum monere in posteriori confessione de peccatis auditis in priori, ad directionem salutis ipsius. *Vasquez quest. 93. art. 4. dub. 10. num. 8.* etiam censet, id fieri posse extra confessionem. Putat enim non esse contra sigillum, pœnitentem reprehendere extra confessionem, vel illi peccata exprobrare: quamuis putet, esse cōtra reverentiam debitam huic sacramento, eo quod hoc modo confessio redderetur gravis & nimis onerosa. 11. Ex nullo præcepto humano potest confessarius obligari ad manifestandum peccatum in confessione auditum; immò neque extra illam cognitionem, quando occultum est, & non vergit in damnum alterius. Nám quando vergit, vel in graue damnum tertij, vel in publicum periculum boni communis, nullum secretum naturale, quantumvis iuratum obligat: quia nullum iuramentum obligare potest contra charitatem. *Leg. S. Thom. 2.2. quest. 79. ars. 1. ad 2. & Caiet. ibid.*

12. Non potest ad explicandum peccatum proprium in confessione, reuelare peccatum alterius in confessione auditum: quia præceptum signum est articulus, quām præceptum de integritate confessionis. Ita omnes contra *Sotum in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. §. oct. 1.* currunt; qui oppositum sub dubio tantum putat pro confessione. babilius. Citatur etiam *Gabr. in 4. dist. 21. q. unica. art. 3. dub. 1.* sed ille nobiscum sentit, 13. tenetur

Confirma.

4.  
Duo ad  
fractionem  
sigilli co-  
cessaria.5.  
Corollaria  
24.Regula ge-  
nerali.

6.

7.

*Præceptum  
signum est  
articulus pra-  
cepio de in-  
tegritate con-  
fessionis.*

Semper  
presumen-  
dū in favore  
pœnitentis.

18.

19.

Confessio  
alia sacra-  
mentalitatis,  
alia civilitatis.

20.

Sub sigilli  
cadunt pec-  
cata futu-  
rae.

22.

Cordi.  
tra.

23.

Peccata.

Defectus.

Sacerdos peccatum sub sigillo conseruare etiam quando dubitat, an illud in confessione audiuerit: quia semper presumendum est in fauorem pœnitentis. 14. eodem sigillo obsignanda peccata, quæ à pœnitente dicuntur paulò post confessionem, ut appendix præcedentis confessionis: nam illa integrant vnam confessionem cum præcedente. 15. tenetur confessarius sub sigillo confessionis celare peccatum complicis, etiamli absque necessitate complex sit à pœnitente in confessione manifestatus: quia quidquid in confessione à pœnitente, etiam absque necessitate, imò & imprudenter ad suum peccatum explicandum manifestatur, cadit sub hoc sigillum. Hoc enim exigit reverentia, & summa necessitas huius sacram. ne ab illo deterreantur fideles: quidquid in contrarium doceat Joan. de la Crux apud Dian. tract. 4. de sacram. resol. III.

Quæritur 2. Ex quâ confessione oriatur hoc sigillum? Certum est, hoc sigillum non oriri ex confessione ciuili; sed tantum ex sacramentali: difficultas est, an ex omni sacramentali illud oriatur, sacramentum. nam altera valida & perfecta, quæ simul cum absolutione sacram. perficit; altera inchoata & imperfecta; facta tamen animo consequendi absolutionem. Vtraque confessio fundat hoc sigillum, vtraque enim ordinatur ad sacram. omnis alia, quæ non ordinatur ad hoc sacram. non fundat hoc sacramentale sigillum, velut si quis genuflexus aſt in star confitentis narret sua facta Sacerdoti, nō vt ea ad sacram. ordinet. Nec si addat, se ea dicere sub sigillo confessionis, tenebitur Sacerdos ad amplius, quam ad naturale secretum ea excipere, cùm nullo modo ea sit confessio sacram. nec confessio, quæ pœnitens fingit se confiteri, vt confessarium decipiatur, vel ad suam trahat voluntatem peccandi, eum obligat sub sigillo sacram. Insertur 1. non modò sub sigillum cadere peccata confessa præterita, sed etiam futura; quia potest pœnitens accedere ad hoc sacram. cum animo nondum disposito præcauendi futurum peccatum, petendo à confessario, vel auxilium, ut dignè disponatur; vel consilium, an poslit cum tali proposito recipere Sacram. 2. sub hoc sigillum cadunt peccata auditæ à Sacerdote nullam habente iurisdictionem: immò etiam auditæ à laico, fingente se esse Sacerdotem; quia talis confessio fit à pœnitente animo consequendi absolutionem; secus, si fiat laico cognito vt laico, etiam animo consequendi absolutionem ex ignorantia confiteptis. ratio: id procedit ex errore priuato pœnitentis. 3. tenetur Sacerdos sub sigillo celare ea peccata, quæ inuitus importunitate pœnitentis in confessione audiuit: quia cùm hoc sigillum sit in fauorem pœnitentis, sufficit, vt ea peccata manifestentur à pœnitente animo consequendi absolutionem, etiam si sacerdos non habeat animum illum absoluendi, vel talia peccata audiendi, patet, quia quando pœnitens sua peccata manifestat laico putato Sacerdoti, animo consequendi absolutionem, laicus sub sigillo tenetur ea peccata seruare; ergo à fortiori verus Sacerdos, esto illa audiat animo absolutionem non dandi.

Quæritur 3. Quæ res cadunt in hoc sigillum?

1. Sub sigillum cadunt omnia peccata, & circumstantiæ peccatorum, tam propria confitentis, quam aliena; vt obiecta, & circumstantiæ peccatorum ipsius pœnitentis; item persona complicis: Nam omnia hæc conducunt ad explicanda peccata pœnitentis. 2. defectus natalium, inhabilitates naturales, imperfectiones personales, & irregularitates, etiam sine peccato contractæ, quando hæc aliquo modo sunt circumstantiæ peccatorum, vel ad ea explicanda necessaria. Vnde non potest Episcopus or-

dinem publicè petenti denegare, quem ex solâ confessione sacrâ nouit esse irregularem; aut Parochus fœminam, & virum in coniuges non copulare, quos solâ confessione inhabiles ad matrimonium deprehendit: Nec potes evitare, quem ex solâ confessione nosti esse excommunicatum. Lege Sotum in 4. dist. 18. quest. 4. art. 5. conclus. 3. Colligitur, virtutes in confessione detectas, non cadere sub hoc sigillum: Non vnde quia nemo illas narrat vt materiam confessionis; posse tamen sub sigillum cadere indirectè: si ex manifestatione earum indirectè manifestentur peccata.

Difficultas maior est: an sint etiam celandi errores, quos pœnitens confitendo committit. Resp. eos An erro- saltem sub sigillo naturali celando esse. Cæterum res? quæ solùm concomitanter pœnitens in confessione dicit, & peccata non sunt, sub sigillum non ca- dunt.

Quæritur 4. An possit confessarius de licen- tia pœnitentis de ipsis peccatis extra confessionem 27. loqui? Communis sent. affirmat. Fundam. hoc sigil- lum est in bonum pœnitentis, cui Iuri ipse cedere potest, vnde non solùm potest confessor de peccatis in confessione auditis extra confessionem cum ipso loqui; sed etiam cum alijs, cum quibus pœnitens li- centiam dederit. Nota, ad hoc requiri expressam li- centiam pœnitentis; nec sufficere interpretatiuam, etiamsi id fiat in bonum ipsius: potest autem hæc li- centia semel data à pœnitente revocari: nec poterit extendi, nisi quantum verba pœnitentis sonant. Nec potest confessarius peccata pœnitentis reuelare in foro contentioso, vel in damnum ipsius, etiamsi genera- lem licentiam habeat ipsius peccata manifestan- di: nam hæc licentia semper intelligi debet propter aliquam causam pœnitenti honorificam.

Quærit Sotum in 4. dist. 18. quest. 4. art. vlt. quid facere debeat confessarius, si errorem commiserit in confessione: vt si absoluere, quem non poterat: Ti non obligauerit ad restituendum, quem debebat; respondet ibid. admonendum esse pœnitentem, vt sibi de commissione errore prouideat, vel extra confes- sionem, vel in confessione. Concordant Medina cod. de confess. quest. 35. fine, & reliqui. Quod intelli- ge de errore, qui vel sacramentum reddit inuali- dum, vel est in graue damnum tertij: nam de sell- quis non est curandum. Poterit etiam confessarius, si error fuerit vel ex defec-etu potestatis, vel intentio- nis absoluendi, dicere pœnitenti in 2. confessione, vt se generaliter accuset de omnibus percatis præter- itis, eumque de omnibus absoluere. Secus si defec- etus fuit ex parte attentionis: quia tunc, cùm non formauerit iudicium de peccatis à pœnitente con- fessis, debent iterum ea confiteri, saltem quæ ipse nō percepit, vt de illis iudicium formare possit: nam quamvis, vt notat Henr. lib. 5. c. 14. n. 5. de illis pœ- nitens bonâ fide confitens sit absolutus indirectè; tenetur tamen cùm primum aduertit, illa non fuisse à confessario percepta, iterum subiçere clauibus, vt directè absoluantur: & consequenter tenetur etiam confessarius de hoc pœnitentem monere, quando id commodè fieri potest.

Sed quid si pœnitens extra confessionem à con- fessario rogatus, vt licentiam sibi concedat vt ei de- fectum in confessione commissum aperiat, & ille nolit licentiam concedere, an poslit tunc confessarius illi defectum aperire? Affirmat Suarez disp. 33. sect. 5. num. 3. Quia, tunc, inquit, verè non loquitur extra confessionem, sed supplet & perficit eam, quæ inchoata & imperfecta manserat, & pœnitens tunc est irrationaliter inuitus. Negat Diana tract. 4. de sacram. resol. 87. & alijs apud ipsum: & sanè probabilius. proba-

*probabilitas*; cum in nullo casu absque expressa licentia pœnitentis licet de peccatis in confessione auditis, extra confessionem non solum cum alijs, sed etiam cum pœnitente loqui. Eset enim haec quædam peccatorum exhortatio, quæ valde onerosam & grauem reddit confessionem. Nec refert, quod hoc fieret statim post confessionem: nam ab soluto sacramento, non habet amplius Confessarius facultatem loquendi cum illo de peccatis in confessione auditis absque expressa licentia illius. Nec argumentum *Suarez*, efficax est: nam ex hoc sequetur, etiam post multum tempus posse confessarium talen defectum in confessione commissum pœnitenti aperire, absque expressa licentia ipsius, cum semper precedens confessio, quamdiu commissus defectus non emendatur, maneat imperfecta & inchoata. Quare in proposito casu, si pœnitens licentiam neget, non debet confessarius amplius illum vrgere: nam tunc erit excusatus apud Deum, & tota culpa, & obligatio devoluetur in pœnitentem.

**QVÆRITVR 5.** Quas personas obliget hoc sigillum? 1. Confessarium: 2. interpretem: 3. superiorem, à quo petitur facultas absoluendi ab aliquo referuato: 4. obligat illum, à quo consilium petit confessarius: 5. internuncium: 6. quemcumque alium, ad quem licet, vel illicite; casu, vel consultò notitia peccati Sacramentaliter confessi peruenit; quia talis notitia transit cum onere. Non tam hoc sigillo tenetur, qui audit publicè sua peccata confitentem, præter confessarium, qui etiam hoc casu tenetur sub sigillo huiusmodi peccata publicè sibi confessa seruare.

**Difficultas** est, an hoc sigillo teneatur, qui legit chartam, in quâ scripta sunt peccata pœnitentis. Affirmant *Diana tract. 4. de Sacram. Rel. 112. & alijs apud ipsum. Fundam. charta continens peccata pœnitentis*, est quædam inchoata confessio: ergo obligat sub eodem secreto, quo confessio ipsa. Confirm. Qui casu audit pœnitentis confessionem, sub sigillo tenetur cum seruare: ergo etiam qui charta legit: quia charta est confessio scripta. Vnde qui audiret pœnitentem sua peccata ex charta Sacerdoti legente, teneretur sub secreto confessionis illa seruare: Negat *Suarez disp. 33. scilicet 4. n. 5. Henr. lib. 6. de Sacram. c. 20. num. 2. alijs plurimi ab ipso in textu citati. Quæ sent.* probabilitior est. Fundam. ea tantum confessionis sigillo seruanda sunt, quæ confessionis clauibus sunt subiecta. Peccata autem in charta scripta nondum sunt confessionis clauibus subiecta: nam tunc peccata subiiciuntur clauibus, cum manifestantur Sacerdoti animo absolutionem consequendi. Maior probatum quia peccata, quæ pœnitentis ante confessionem alicui narraret, etiam tunc animum haberet, ea suo tempore confitendi, non teneretur audiens ea sub sigillo confessionis seruare: ergo neque quæ in charta scripta ante confessionem legeret: cum sit eadem virtusque ratio. Tum quia hoc sigillum derivatur in peccata ex ipso sacram. Sed quædam peccata non sunt sacrâ confessione subiecta clauibus, nondum est confessionis sacramentum: igitur nondum possunt secretum huius sigilli participare. Confirm. peccata pœnitentis ob-signantur sigillo confessione sacrâ pœnitentis: ergo quædam non est facta sacra confessio, nondum sunt peccata hoc sigillo ob-signata. Vnde ad summum qui peccata in charta scripta legit, tenetur ad secretum naturale.

Quo fit, ut si in ea contineatur aliquod facinus vergens in graue damnum innocentis, vel Reip. teneatur illud reuelare: cum nullum secretum obliget cum damno alterius, & multo minus cum damno boni publici.

*Tomus VIII. De Sacramentis.*

*Obijcies* 1. ergo saltem qui tales chartam reperit, postquam peccata in eâ scripta fuerunt subiecta clauibus, tenetur illa sub sigillo confessionis seruare: quia tunc accipit illa ob-signata sigillo sacrâ confessionis. Resp. 1. conced. sequel. præsertim si constaret de confessione pœnitentis, secus si non constaret: quia tunc potius supponi posset, nondum facta esse confessio sacra: cum soleat factâ confessione charta statim comburi, vel lacerari. 2. neg. sequel. quia tunc supponi posset, pœnitentem celsis iuri suo, hoc ipso quod post confessionem chartam, continentem peccata non lacerat.

*Obijcies* 2. sequeretur, qui multò ante interpreti vel interlocutorio sua peccata narravit, vt ea Sacerdoti Sacramentaliter manifestaret, non teneri sub sigillo confessionis, ea apud se seruare: nam ita se habet interpres, vel internuntius, in ordine ad peccata, sibi à pœnitente narrata, vt ea confessio manifestet; sicut charta, in quâ scripta sunt peccata, à pœnitente Sacerdoti confitenda. Resp. neg. sequel. quia narratio peccatorum, facta interpreti, vel internuntio, est proxima inchoatio confessionis; nam est, ac si ea pœnitens ipse diceret confessio: cum vi talis narrationis non teneatur pœnitens aliam manifestationem facere de suis peccatis interpreti, vel internuntio. Secus est de peccatis in chartâ scriptis: cum talis scriptio peccatorum nullo pacto dici possit proxima inchoatio sacrâ confessionis. Confirm. per interpretem, & internuntium pœnitens subiicit sua peccata clauibus: pariter ac si sua peccata multò ante narraret confessio, vt ab ipso postea absolutionem obtineret: per scriptio autem in chartâ nullo pacto pœnitens censetur sua peccata subiicare clauibus. Ad fundam. oppositæ, neg. antel. Ad prob. neg. conseq. nam qui audit confessionem, peccata percipit ob-signata sigillo sacrâ confessionis; Vnde illa tenetur eodem sigillo, quo accipit, seruare. Qui autem ea legit in chartâ scripta, non accipit ob-signata eo sigillo. Eadem ratio est, quando quis pœnitentem audit ex chartâ sua peccata Sacerdoti confitentem: quia tunc accipit illa ob-signata sigillo confessionis sacrâ.

**QVÆRITVR 6.** An possit confessio ut aliquando notitia ex confessione comparata? Multi affirmanter quod intelligunt de ijs, in quibus nullum est periculum reuelandi confessionem. Vnde hanc regulam tradunt, posse prælatum ex sola notitiâ confessionis non admittere, vel amouere subditum ab officio, vel ministerio, ad quod admitti, vel amoueri pendet à sola voluntate superioris: quia tunc nullum est periculum reuelandi confessionem, cum soleant alij ab illo amoueri, vel non admitti, non posse tamen amouere, vel non admittere subditum ad officium, vel exercitium, ad quod admitti, vel amoueri, non pendet ex sola voluntate superioris, ex notitiâ tantum habitâ in confessione. Quocirca docent, non posse Episcopum non admittere ad ordinem habentem dimissoriam; quem tamen nouit in confessione esse irregularē, posse tamen non admittere subditum ad examen ordinandorum, quem per confessionem scit esse irregularē. Nam subditum ad ordinem admittere, vel non admittere, pendet ex sola voluntate Episcopi. Lege *Sotin lib. Opinio pro de secreto regendo memb. 3. quest. 4. conclus. 5. dub. I. babili.* Opinio hæc probabilis est, cum nullum ex usu talis notitiae sequatur periculum reuelandi peccatum confessum: & sit licet, talem notitiam adhibere ad actiones honestas peragendas, præsertim quando illæ vergunt in bonum pœnitentis: ut est amotio personæ à loco, vel officio, in quo pœnitens de salute periclitaretur.

41.  
Non in pra-  
xienam.

Verum quia hæc opinio eam exigit in praxi circumspunctionem, & cautelam, ut difficile sit, sine aliquâ suspicioñe peccati confessi, eam in proxim re-digere, & doctrinahæc valde odiosam reddat confessionem, animosque subditorum retardet, ne confidenter ad hoc Sacramentum accedant, tutior ac securior est opposita sententia, quæ docet: nunquam licitum esse, ut notitia ex confessione habitâ ad externam gubernationem. Quam sententiam superioribus regularium sequendam præcipit Clemens VIII. Bullâ editâ 1593. die 26. Maij, in quam prohibet, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vuantur. Hanc sententiam anno 1590. suis subditis in totâ Societate ante præscriperat Claudio Aquaviva his verbis. *Tametsi non defint Doctores, qui notitiâ per confessionem habitâ, salvo Sacramenti sigillo confessarijs uti nonnunquam licere sentiantur. Nostros tamen eam doctrinam sequi non expedire indicamus. Quare caueant diligenter Superiores, ne vel ipsi, vel Nostrorum aliquis eam vspiam introducatur, priuatisve, aut publicè doceant, nec eâ nisi forte de pœnitentia licentia, ullo modo vuantur.*

42.  
Coroll.

Ex quo infertur, non posse negari suffragium indigno ex solâ confessione cognito; nec superiorem subditum ab officio, etiam aliâ voluntate superioris amouibili mutare, & vniuersaliter aliquid ex tali notitiâ facere, vel omittere, quod aliâ Confessarius facturus, vel omissurus non esset. Nam etiam si ignoratur, hic & nunc confessarium uti scientiâ per confessionem habitâ, ipsa tamen persuasio, quod possint confessarij propter notitiam peccatorum in confessione habitam, priuare, vel impedire pœnitentes ab honoribus, & dignitatibus consequendis, multum retrahit animos pœnit. à Sacra confessione.

## DISPVTATI O XV.

### De Ministro sacramenti Pœnitentia.

#### SECTIO PRIMA.

*An quilibet Sacerdos completam potestatem habeat absoluendi quemlibet in foro pœnitentia?*

1.  
*Error VVi-  
cleffij &  
Lutheri.*2.  
*Controver-  
sia inter Ca-  
tholicos.*

**S**VPPONO ex Trident. sess. 14. can. 10. solos Sacerdotes esse legitimos ministros huius sacram. vbi hanc veritatem contra VVicleff. & Luther. qui hanc potestatem extendebant ad laicos, expressè definit. Ratio: cùm hoc sacramentum exerceri debeat per modum actus iudicialis, vt idem definit can. 9. non poterat quilibet esse aptus ad illud ministrandum; cùm multa requirat actu iudicialis, quæ non facile poterant in quilibet reperiri, vt scientiam in dignoscendis peccatis, prudentiam in adhibendis remedijis, ad morbos animi curandos opportunis, prælationem & authoritatem ad peccatores coercendos. Controversia est: an quilibet Sacerdos Iure diuino in ipsâ Presbyteratus collatione completam potestatem accipiat absoluendi quemcumque Christi fidelem, in hoc foro pœnitentiario, vt nihil ei deficit ex parte principij ad absoluendum; nisi sola materia applicanda, quæ est, pœnitens subditus, siue hæc materia fiat subdita Sacerdoti ex commissione superioris; siue ex propriâ voluntate pœnitentis.

PRIMA sententia. negat. & distinguit potestatem, alteram ordinis; iurisdictionis alteram: primam ait i. Sententia. accipere Sacerdotem à Deo, cùm iniciatur: secundam ab Ecclesia, cùm illi oves pascendæ commit-tuntur. Et quia prima sine secundâ non sufficit, necessaria est Sacerdoti posterior, vt possit à peccatis in foro pœnitentia absoluere. Vnde concludit Sacerdotem, vi suæ ordinationis, non habere sufficien-tem potestatem ad absoluendum; nisi noua potestas ab Ecclesia illicoferatur. Bonav. in 4. dist. 19. art. 3. quest. 1. & 2. ad argum. Richard. art. 1. qu. 3. Durand. q. 2. n. 13. Mayron. dist. 18. q. 2. Argent. art. 1. ad 2. cont. 2. p. art. Sotis dist. 20. q. 1. art. 5. ad 1. Cani releet. de pœnit. p. 5. ad 4. argum. ultim. loco add. & part. 6. ad 6. princip. argument. Medin. cod. de confess. q. 35. Henrig. lib. 3. de sacram. Pœnit. c. 1. Valent. dist. 7. quest. 10. punct. 2. Suarez. disp. 16. sess. 3. Coninck. disp. 8. dub. 2. Fundam. Fundam. de fide est, vt constat ex Florent. in decreto de unio. & Trident. sess. 14. cap. 7. hoc sacramentum validè exerceri non posse, nisi à Sacerdote habente iurisdi-ctionem ordinariam, aut delegatam. At Sacerdos vi ordinationis nullam accipit iurisdictionem: ergo nullus Sacerdos vi ordinationis habet comple-tam potestatem absoluendi à peccatis, in foro pœnitentiario. Maiorem Concil. probat: cùm hoc sacra-mentum sit quoddam iudicium, & natura iudi-cij postulet, vt sententia feratur in subditos, vt vali-da sit, necessariò supponit in exercente iurisdictionem. Minor constat: quia si Sacerdos vi solius ordinationis aliquam acciperet iurisdictionem, cùm illam acciperet à Deo, non posset ab Ecclesiâ prohiberi: quin si illam exerceret, validum efficeret sacra-mentum. sicut quia à Deo accipit potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi, non potest ab Ecclesiâ prohiberi, quin si illam exerceat, vali-dum efficiat Eucharistiæ sacramentum, quia non po-test Ecclesia prohibere, quin, positis omnibus ad sa-cramentum requisitis, sacramentum fiat, cùm hæc non pendeat ex voluntate Ecclesiæ, sed Dei. Con-firm. soli Petro dictum est Ioan. 21. pascere oves meæ: ergo soli Petro, eiusque successoribus demandata est cura pascendi oves Christi, reliquis vero non nisi ex commissione Petri, eiusque successorum: hoc enim postulat ordo Ecclesiastici regiminis, vt à supremo ad inferiores hæc potestas absoluendi diminet; alio-qui si vnuquisque pro suo libitu absoluere posset, magna foret in Ecclesia Dei confusio.

SECUNDA affirmat: cuius quatuor sunt modi ex-plicandi: primus Caiet. tom. 1. opusc. tract. 7. & Pa-2. Sen-4-  
lat. in 4. dist. 18. dis. 1. fine, præter potestatem Or-  
dinis, quam Sacerdos accipit in collatione Presby-  
teratus, nullam aliam potestatem iurisdictionis ne-  
cessariam esse in absoluente, quæ per modum prin-  
cipij concurrat ad actum absolutionis; esse tamen  
necessariam iurisdictionem ex parte termini, vt  
qui absoluendus est, sit subiectus ministro, vt ab  
illo absoluiri possit. Sicut in arbitrio, habente potesta-  
tem iudicandi à partibus, nulla requiritur noua po-  
testas iudicandi ex parte principij: quia nullam pos-  
sunt partes in arbitrum iurisdictionem conferre; re-  
quiritur tamen ex parte ipsorum, qui se arbitro sub-  
mittunt iudicandos.

Secundus Durand. qui quamvis veriorem pu-tet i. sententia. probabilem censet secundam, quam s. secundam.  
sic cum Arma-can. lib. II. quest. Armenor. explicat. Quilibet Sacerdos, sicuti iure diuino in suâ Ordinazione completam accipit potestatem consecran-di corpus Christi; ita & absoluendi quemlibet à peccatis in foro sacro: iustis tamen de causis iure Ecclesiast. prohibitum est, ne quilibet Sacerdos in quemlibet hanc potestatem exercet. Quo fit, vt si quis

quis sciens confiteatur Sacerdoti non habenti potestatem audiendi confessiones, confessio eius invalida sit, & nulla, non defectu potestatis absoluendi; sed ratione obicis, quem apponit paenitens, dum contra prohibitionem Ecclesiae confitetur ei, cui non debet. Si vero id bona fide, & ignorans faciat, valida erit confessio; tenetur tamen illam cum proprio Sacerdote repetere, ut Ecclesiae praceptum seruet de confitendo proprio Sacerdoti.

6. Probat. 1. Sacerdos est Iudex arbitrarius in hoc sacramento de voluntate partium, nempe Dei, & hominis, quorum causa agitur: Sed ad hoc sufficit voluntas Dei assumentis Sacerdotem, ut arbitrum in hac causâ, & voluntas peccatoris sponte se submittentis iudicio Sacerdotis: ut constat ex naturâ arbitrii, qui ut validè possit causam iudicare, soli sufficit partiū voluntas. Maior prob. Sacerdos est Iudex in causâ peccati assumptus, tam à Deo in defensionem sui honoris per peccatum laeti, quam à peccatore ad remissionem culpæ obtinendam: nisi enim peccator voluntariè suam culpam Sacerdoti manifestet, eiusque iudicio sponte se submittat, non poterit Sacerdos iudicialeiter cum eo agere in hoc foro sacro. Confirm. si hoc iudicium non esset voluntarium, & Sacerdos ipse, ut arbiter, voluntariè assumptus à partibus, Papa à nullo absolui posset: nam Papa neque subiicitur legibus humanis, neque ipse alteri potestatem ad scipium absoluendum, sicut neque ad excommunicandum, conferre potest. Vnde nisi ipse voluntariè huic iudicio se submittat, à nullo absolui potest. Natura igitur huius iudicij est, ut sit voluntarium, per spontaneam subiectionem paenitentis. 2. Si Minister huius sacramenti iure diuino non haberet completam potestatem absoluendi quemlibet à quibuscumque peccatis; sed necessaria ei foret potestas iurisdictionis ab Ecclesiâ collata, non quibus Sacerdos absoluere posset quemlibet, in extremâ necessitate. At in Trident. sess. 14. cap. 7. definitum est, in extremâ necessitate omnes Sacerdotes absoluere posse quoscumque paenitentes, à quibuscumque peccatis: ergo signum est, quemlibet Sacerdotem iure diuino habere completam potestatem absoluendi quoscumque. Sequela probatur: si iure diuino necessaria esset in minister huius sacramenti potestas iurisdictionis, ab Ecclesiâ collata, ea posset in extremâ necessitate ab eadem negari: quo casu absolutio data à Sacerdoti iurisdictionem non habente, esset nulla. At fallum est posse negari.

7. Confirm. 3. Modus. 9. Tertius Alber. in 4. dist. 18. a. 2. & 5. Maior. dist. 19. quest. 11. Angels verbo Confessio, 3. num. 4. Vasquez quest. 93. dub. 2. ad quem inclinat Scotus in 4. dist. 17. art. 19. fine, quemlibet Sacerdotem in ipsa ordinatione iure diuino accipere completam potestatem absoluendi à peccatis, quantum est ex parte principij, nullam tamen iure diuino accipere materiam determinatam in qua talis potestas exerceri queat; sed illam accipere determinandam à Vicario Christi, ad quem iure diuino spectat, materiam, vnicuique assignare, aut viâ ordinariâ per assignationem Episcopatus, vel Parochie, quorum distributio facta est auctoritate Pontificis; aut viâ extraordinariâ ex commissione generali, vel speciali Pontificis; vel alterius superioris assignantis subditum, in quem potestas exerceri possit. Itaque Ecclesia nullam confert Sacerdoti potestate absoluendi à peccatis, cum totam hanc accipiat à Deo, in ipsa sacrae Ordinis susceptione, sed solam materiam, sine qua hæc potestas exerceri non posset. Fundamentum: Sacerdos vi sua Ordinationis constituitur perfectus Index animarum in foro sacro: &

nullus sententiam ferre potest, nisi in subditum, cùm omnis sententia à non solo iudice lata sit nulla. Sed non videtur alias congruentior modus salvandi hæc duo.

Quartus docet, quemlibet Sacerdotem vi sua Ordinationis iure diuino accipere completam potestatem ius dicendi in quocumque peccata confessa, & in quocumque Christianum, qui se sponte submiserit huic sacro iudicio, sub conditione tamen, nisi Ecclesia prohibuerit. Vnde accedente Ecclesiâ prohibitione, absolutio impensa à Sacerdote paenitenti, quantumcumque voluntariè se submittenti, erit nulla: eo quod Sacerdos non accipit hanc potestatem exercendam contra prohibitionem Ecclesiâ. Quare etiamsi Ecclesiâ prohibitionem potuerit Sacerdos absoluere quoscumque, qui se voluntariè submisserit in hoc sacro foro; positâ tamen prohibitione, non potest quemquam validè absoluere, nisi in quem ex authoritate Ecclesiâ ordinariam, aut delegatai accipiterit iurisdictionem. Nam positâ prohibitione Ecclesiâ, ipsa Sacerdotialis potestas absoluendi à peccatis iure diuino redditur inualida: idque ad conseruandum debitum ordinem regiminis Ecclesiastici. Hunc docuerunt

Gulselmus Rubio in 4. dist. 18. quest. 2. ar. 1. Quilibet Sacerdos, cuius potestas non est à suo superiore renovata, nec restricta, habet aqualem potestatem. & auctoritatem, tantam videlicet, quantam quilibet alius, etiam ipse Papa, absoluende ab omni culpa quemlibet paenitentem, veraciter confitentem, nisi quod Papa habet illam inimpeditibilem, & irrenocabilem, quilibet vero aliis impeditibilem, & renocabilem: quia cum hac condicione illam accepit. Antoninus 3. p. sum. titulo 17. ca.

4. §. Tertius casus est: ubi sic scribit: omnis Sacerdos potestem, & iurisdictionem habet ex sua ordinatione: sed subditos habet solum eos, quise ei submittunt: nisi quod secundum iura, qui se semel alicui submisit, factus est eius Parochianus: nec potest se alij submittere, quousque primò se subtrahat simpliciter, nisi de voluntate illius. Nauarrus in cap. Placuit, dist. 6. num. 1. 3. & 4. & Nauarrus.

27. vbi ait: omnes Presbyteros primitiæ Ecclesiæ potuisse omnes, qui eis confiteri voluissent audire: non tamen nunc id facere posse, nisi tantum cum illis, qui legitimè sibi subduntur: quia tunc accipiebant iurisdictionem in habitu; & in actu, hoc est nullâ lege, & nullius superioris imperio ab exercitio impeditam: nunc vero illam accipiunt impediat. Eundem indicant Alen. 4. p. q. 2. mem. 3. art. 2. Alen. &c.

§. 2. S. Thom. in 4. dist. 20. quest. 1. art. 1. quest. Pet. Soro let. 5. de conf. dum docent, potestatem clavium, quantum est de se, se extendere ad omnia peccata, & ad quoscumque personas, nisi ex ordinatione Ecclesiæ restricta esset ad certa peccata, certisque personas.

Hic modus mihi maximè probatur i. saluat omnia, quæ de hoc sacramento docent Theologi. Saluat i. cur initio nascentis Ecclesiæ omnes Sacerdotes iure diuino poterant quoscumque paenitentes voluntariè se submittentes à quibuscumque peccatis absoluere; ita cit. Caet. Sylvest. v. Confessor, 1. quest. 2. & Nauar. not. nu. 2. fatetur, hoc omnes testari: quod & ipse deducit ex citat. cap. placuit, in quo Urbanus II. prohibet, ne deinceps vili Sacerdoti liceat, quemlibet alteri Sacerdoti commissum, ad paenitentiam suscipere, sine eius consensu, cui prius se commisit: nam Dicit, inquit, deinceps, & similes denotant constitutiones, in quibus ponuntur præterita non comprehendere. Nec obstat, quod ante Urban. II, qui floruit circa ann. 1100. Calistus I. & Dionysius I. ille an. 228. hic 250. statuerint, ne nullus Sacerdos alterius parochie subdi-

Expressè docens cum Ratio.

Antoninus.

Nauarrus.

Alen. &c.

Modus eß. varior.

12. Hic modus mihi maximè probatur i. saluat omnia, quæ de hoc sacramento docent Theologi. Saluat i. cur initio nascentis Ecclesiæ omnes Sacerdotes iure diuino poterant quoscumque paenitentes voluntariè se submittentes à quibuscumque peccatis absoluere; ita cit. Caet. Sylvest. v. Confessor, 1. quest. 2. & Nauar. not. nu. 2. fatetur, hoc omnes testari: quod & ipse deducit ex citat. cap. placuit, in quo Urbanus II. prohibet, ne deinceps vili Sacerdoti liceat, quemlibet alteri Sacerdoti commissum, ad paenitentiam suscipere, sine eius consensu, cui prius se commisit: nam Dicit, inquit, deinceps, & similes denotant constitutiones, in quibus ponuntur præterita non comprehendere. Nec obstat, quod ante Urban. II, qui floruit circa ann. 1100. Calistus I. & Dionysius I. ille an. 228. hic 250. statuerint, ne nullus Sacerdos alterius parochie subdi-

*Nen obstat.* tum iudicaret: qui propterè vnicuique parocho  
suam assignarit parochiam: quia potuit hoc sta-  
tutum non esse vniuersale; sed solum comprehen-  
dere eos, quibus fuerant per parochias assignati  
subditi. Saluatur autem hoc in hoc nostro modo:  
quia initio ob paucitatem Sacerdotum, nulla erat  
Ecclesia prohibitio: quâ non existente, qui quis Sa-  
cerdos iure diuino poterat quoscunque ad se spô-  
te accedentes absoluere. 2. saluat, quod Pontifex  
possit à quolibet Sacerdote, cui sponte se submi-  
sit, absolvi: nam quilibet Sacerdos iure diuino ha-  
bet potestatem absoluendi quemcunque voluntari-  
cè submittentem, modò non sit ab Ecclesia pro-  
hibitus: sed summus Pontifex à nullo prohiberi po-  
test, quin se voluntariè submittat, cuicunque ipse  
voluerit, cùm nullum habeat in terris superiorem.  
Nec est eadem ratio de potestate excommunican-  
di: quia cùm hæc concernat forum contentiosum,  
non est communicata, nisi Pontifici, quam nequit  
contra scipsum alteri communicare. 3. quod om-  
nes Apostoli iure diuino acceperint hanc potesta-  
tem absoluendi quoscunque ad se sponte acce-  
dentes: nam illam acceperunt cum omni plenitu-  
dine à Christo: nec fuit illis à Petro ad certa pecca-  
ta, certasque personas limitata. 4. cur omnes Sa-  
cerdotes in articulo & periculo mortis plenam ha-  
beant potestatem absoluendi quoscunque à qui-  
buscunque delictis: nam tunc cessante Ecclesia pro-  
hibitione, iure diuino omnes habent hanc potesta-  
tem, quam neque Ecclesia prohibere potest, cùm  
non sit Ecclesia communicata potestas in destruc-  
tionem, sed in ædificationem animarum. 5. cur omnes Sa-  
cerdotes, ut communis opinio fert, po-  
testatem habent, quoscunque absoluendi à pec-  
catis venialibus, & mortalibus alias rite confessis:  
quia cùm neutra sint necessariò subiicienda clavi-  
bus, Ecclesia prohibitio de non confitendo nisi  
proprio Sacerdoti, non censetur cadere, nisi super  
ea, quæ sunt necessariò confitenda.

*Probatur bic modus à pari.* 7. Secundò hic modus probatur à paritate matii-  
monij, in quo Christus potestatem contulit Chri-  
stianis coniugibus, ut inter se hoc sacramentum  
celebrarent per contractum, non obligando illos  
ad peculiarem cæremoniā, in contractu apponē-  
dam; nisi illa fuerit ab Ecclesia præcepta: quo præ-  
cepto posito, contractus, qui ante legitima erat  
materia huius sacramenti; desinit esse legitima;  
idque iure diuino, quia sub hæc conditione fuit à  
Christo institutum. Et in hoc sacramento pœ-  
nitent. ante Trident. approbatio confessarij ab E-  
piscopo non erat ad validitatem huius sacrament.  
necessaria; quæ tamen necessaria est post Conciliū.  
Eādem igitur ratione potuit ante prohibitionem  
Ecclesia valida fuisse absolutio, collata à Sacerdo-  
te, pœnitenti voluntariè se submittenti; quæ tamen  
invalida erit post ipsius prohibitionem; idque iure  
diuino: nam sub hæc conditione potestas hæc col-  
lata est Sacerdotibus.

18. *Prob. 3. à priori.* Tertiò probatur ut constat ex Trident. sess. 14.  
cap. 5. Sacerdotes, vi suæ ordinationis, constituuntur iu-  
dices animarum, in causâ peccati, in hoc foro pœ-  
nitent. Iudex autem sine potestate iudicandi intel-  
ligi non potest: ergo Sacerdotes, vi suæ ordinationis,  
accipiunt à Christo potestatem iudicandi pec-  
cata fidelium in hoc foro pœnit. Quod autem hæc  
potestatem vi ordinationis non accipient limita-  
tam ad certa peccata, certasque personas, collig-  
tute ex verbis Christi, Ioannis 20. Accipite Spiritum  
sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,  
& quorum retineritis, retenta sunt. Quibus verbis  
& Apostolis tunc, Sacerdotibus nunc, amp la tradi-

tur sine vllâ restrictione potestas absoluendi, & li-  
gaudi. Quia verò ad debitam subordinationem re-  
giminis Ecclesiastici necessarium erat, hanc pote-  
statem accipere cum dependentiâ à summo Ponti-  
fice, vt ipse posset pro recto regimine, & curâ libi  
demandatâ in omnes Christi oves, illam & quoad  
peccata, & quoad personas limitare, vel omnino  
suspendere quoad actum 2. sub hæc conditione hæc  
potestas collata est Sacerdotibus. Vnde comparâ-  
Sacerdotes. comparan-  
tur Sacerdotes iudicibus chartularijs, qui vt testân-  
tur Iudicî Palud. Sylvest. Nanar. designabantur ab impe-  
ratoribus cum plenâ potestate iudicandi eos, qui laris.  
sponte vellent se eis iudicados submittere: cum hoc  
tamen discriminere: quod illi hanc potestatem iudi-  
candi non accipiebant dependentem in actu 2. nisi Aliquod in-  
ab ijs, qui sponte vellent se eorum iudicio submit-  
ter Sacer-  
dotes & In-  
dices eis-  
modi discri-  
men.  
testare: Sacerdotes verò potestatem iudicandi pec-  
cata accipiunt, dependentem à Christi Vicario, qui  
pro rectâ Ecclesiæ gubernatione eam limitare po-  
test, vt magis expedit videbitur publico anima-  
rum bono. Quamdiu autem illa à Christi Vicario  
limitata non fuerit, exerceri poterit in omnes per-  
sonas, sponte se submittentes. Confirm. cùm Sacer-  
dos pœnitentem absoluere, non dicit absoluere aucto-  
ritate Pontificis, sicut dicit, quando absoluere ab  
excommunicatione; sed auctoritate Dei. Igitur au-  
thoritas absoluenter tota est à Christo.

Infertur 1. discriminatur hinc & reliquos mo-  
dos. primus putat, nullâ opus esse potestate iudi-  
ciali ex parte principij; sed sufficere solam ordinis, ultimum  
& iurisdictionem tantum ex parte termini iudicandi.  
Discrimen  
inter hunc  
& reliqui  
modos.  
Hic verò utramque potestatem & ordinis, & iu-  
risdictionis putat esse necessariam in iudice Euang.  
eamque conferri censet vnicuique Sacerdoti, vi  
suæ ordinationis, ex Christi institutione.

Secundus existimat, potestatem ius dicendi in Scilicet se-  
peccata necessariam esse, eamque à Christo confer-  
ri vnicuique Sacerdoti vi suæ ordinationis, non  
sub conditione, sed absolute. Vnde positâ prohibi-  
tione Ecclesiæ, solo præcepto Eccles. & non diuino,  
Sacerdotem manere suspensum ab actu absoluendi.  
Quo fit, ut si quis bona fide ad tales accedit,  
qui prohibitionem ab Ecclesiâ habet, ne confessio-  
nes excipiat, absolutionem consequatur, fructum-  
que sacramenti percipiat. Noster verò modus do-  
cet, huiusmodi quidem potestatem conferri à Chri-  
sto, sed sub conditione, nisi Ecclesia prohibuerit:  
quâ prohibente, Sacerdos manet suspensus ab actu  
absoluendi, non solum præcepto Eccles. sed etiam  
diuino: & per consequens nihil operaretur bona fides  
pœnitentis in hoc 4. modo.

Tertius opinatur, totam potestatem absoluendi  
à peccatis accipere Sacerdotem, cùm initiatpr; non  
tamen vllam materiæ designationem: quam tan-  
dem accipit ab Ecclesia. Hic autem putat, & pote-  
statem absoluendi, & materiam absoluibilem acci-  
pere Sacerdotem à Christo; dependenter tamen,  
immediatè quidem ab ipso pœnitente absoluendo,  
mediate verò ab Ecclesia. Vnde materia ipsius erit Materiæ  
Sacerdotis  
pœnitens voluntariè se subdens, ab Ecclesiâ non  
ab solvendis  
que sit.

Infertur 2. nullum modum præter nostrum,  
saluare omnia, quæ Theologi docent, de potestate  
absoluendi à peccatis. Etenim 1. sententia non saluat  
Sacerdotes in suâ ordinatione à Deo constitui per-  
fectos indices animarum, in causâ peccati, in hoc  
foro pœnitentiali: quia iuxta 1. sentent. Sacerdotes,  
cùm ordinantur, non accipiunt completam pote-  
statem iudicandi, & absoluendi. 1. modus secundus referuntur  
incommode  
trium pri-  
sententia non saluat naturam iudicariæ potestatis, morum mo-  
quæ habet Sacerdos in ordine ad forum pœnit. dorum.  
quia

quia hæc non est sola potestas Ordinis; sed etiam iurisdictionis in iudicandum, sine quâ potestate non posset Iudex Euang. ius dicere in peccata sibi confessa. 2. modus non cohærenter theologatur: nam si Christus potestatem absoluendi, quo scunque voluntariè accedentes, absolute contulit omnibus Sacerdotibus, vi suæ ordinationis; non potuit Ecclesia suo præcepto illam limitare, ne validè absolvant; sicut non potest potestatem Ordinis suspenderet, ne validè confiant, etsi prohibere possit, ne licet exerceatur. 3. non saluat, quo pacto initio orientis Ecclesiæ omnes Sacerdotes absoluere poterant quo scunque accedentes. Ægrè etiam saluat, quo modo summus Pontifex possit à quo quis Sacerdote absoluiri: quia si iure diuino Sacerdos non accipit potestatem absoluendi quemcunque ab Ecclesiæ non prohibitum, non facile appetit, quâ ratione possit summus Pontifex dare Sacerdoti iurisdictionem in scipsum, assignando seipsum ut materiam sacri iudicij. Saltem negari non potest, hoc melius, & facilius saluari in nostro modo.

*Ad absolucionem summis Pontifice, Episcopis, & Parochi; vel ex commissione, vt illam habent Religiosi à summo Pontifice, vel ab Episcopo, aut à Parocho in propriâ Diœcesi, aut Parochia. Fundamentum de facto est vniuersalis Ecclesiæ prohibito, vt constat ex cap. Omnis utriusque sexus, vt nemo possit alteri, quâ proprio, vel de licentiâ proprij, sua peccata confiteri. Nomine autem proprij non solum intelligitur proprius parochus; sed etiam Episcopus, & summus Pontifex, qui est proprius Sacerdos omnium fidelium. Neque ad hanc potestatem iurisdictionis sufficit ratihabitio futuræ licentia, cum iurisdictio debeat esse præfens, quam non confert ratihabitio futuræ licentia. Sufficit autem ratihabitio per externum aliquod signum præsentis consensûs sufficienter expressum.*

*27. Infertur 4. potestatem absoluendi necessariò presupponere potestatem consecrandi: posse tamen soluendi à peccatis, est potestas in corpus Christi verum. Ratio secundi: potestas absoluendi à peccatis confert tempore posterius, quâ potestas variposse, à consecrandi: igitur est ab illa separabilis; quia posse illâ collatâ, hæc non conferri. Antec. prob. potestate consecrandi Sacerdos accipit in traditione calicis cum vino, & patenæ cum pane, vñâ cù prolatione: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & defunctis. Potestatem verò absoluendi à peccatis accipit in impositione manuum Episcopi simul cum prolatione verborum: Accipe Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum ressueris, retenta sunt. nam statim post traditionem calicis cum vino, & patenæ cum pane consecrat simul cum Episcopo, cùm tamen nondum per Episcopatum manuum impositionem acceperit potestatem à peccatis absoluendi, quam accipit post consecrationem, constat exemplo Christi; qui potestatem consecrandi Apostolis contulit in cœnâ per traditionem panis, & calicis consecrati, & illa verba: Hoc facite in meam commemorationem: potestatem verò à peccatis ijsdem contulit post suam resurrectionem, per signum insufflatum, & verba: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum ressueritis, retenta sunt. Vero simile au-*

tem non est Ecclesiam per aliud signum potestatem à peccatis absoluendi Sacerdotibus conferre, quâ per quod Christus Apostolis, eorumque successoribus contulit: etsi utraque potestas & consecrandi, & à peccatis absoluendi per unicum Episcopatum manuum impositione ritu Græco conferatur Sacerdoti, vt tom. 7. disput. 2. sect. 4. Ceterum, an potestas à peccatis absoluendi sit character, à tharactere ordinis realiter distinctus, an moralis dumtaxat extensio illius, vti de Episcopali potestate tom. 7. docui, res est controversa, & in sacram. Ordinis disputanda.

*Infertur 5. quæ, & quot sint claves Ecclesiæ. Dicuntur enim claves, quia vim habent aperiendi, & claudendi seras cœlorum, per absolutionem, vel retentionem peccatorum. Sunt autem istæ claves duæ: altera scientia: potestatis altera. Illa præsupponitur ad hanc: quia nemo potest sententiam ferre nisi causâ cognitâ: vnde qui hanc confert, censetur conferre & illam, ad hanc necessariò præsuppositam. Dicitur autem clavis scientia, non habitualis, quæ tamen ad recte iudicandum præquiritur; sed authoritatis discernendi nimurum inter peccatum, & peccatum.*

*Obiectio 1. potestatem ordinis Deus confert independenter à prohibitione Ecclesiæ: ergo etiam potestatem absoluendi. 2. si potestas absoluendi pederet à prohibitione Ecclesiæ, posset per consuetudinem præscribi: at nullâ consuetudine præscribi potest, vt quis non confiteatur proprio Sacerdoti sine licentiâ ipsius; ex cap. Si Episcopus, deponit. & remiss. in 6. Sequela prob. nulla est humana prohibito, contra quam præscribi non possit: solum enim contra ius naturale, & diuinum præscribi non potest. 3. Si quis Sacerdos iure diuino completam haberet iurisdictionem in foro pœnitentiali posset parochus excommunicatus concedere, vt Sacerdos validè absoluere suos Parochianos: quia non oporteret in illum transfundere aliquam iurisdictionem, cum totam habeat à Christo: sed solum auferre ab illo impedimentum prohibitionis Ecclesiæ. Resp. ad 1. Neg. conseq. nam maior ratio fuit, cur potius potestas absoluendi, quâ consecrandi, daretur dependenter à prohibitione Ecclesiæ: quia illa concernit iurisdictionem, non hæc. Omnis autem iurisdictio priuata subordinari debet publicæ, ne illam perturbet.*

*Ad 2. dist. maior. Tunc potest contra Ecclesiæ prohibitionem præscribi, quando prohibito est ab Ecclesiæ principaliter, secus quando est ab Ecclesiæ conditionaliter: vt est in casu proposito: in quo Ecclesiæ prohibito est sola conditio, quâ positâ ius diuinum prohibet, ne utamur potestate, possit præsub hâc conditione à Christo concessâ. Hinc solvitur alia difficultas, quo pacto confiteri proprio Sacerdoti sit de iure diuino, cum tamen iure diuino unusquisque habeat facultatem eligendi sibi in confessarium, quem voluerit, nisi ab Ecclesiæ prohibetur: nam positâ prohibitione Ecclesiæ, ille Sacerdos erit iure diuino proprius confessarius, quem Ecclesia assignauerit.*

*Ad 3. nego sequel. nam illa absolutio Ecclesiæ sticæ prohibitionis cum sit actus quidam iurisdictionis, non poterit à Parocho excommunicato exerceri. Ad fundam. primæ, respondet Vsq. Conciliū appellare iurisdictionem ordinariam, aut delegatam, non potestatem aliquam, quæ se teneat ex parte principij; nam illam accipit Sacerdos à Christo, in susceptione ordinis: Sed quæ tantum se teneat ex parte materiæ assignandæ, vel vi ordinariæ per assignationem Episcopatus, aut Parochiæ; vel extraordi-*

*Duae sunt  
claves Ec-  
clesie.*

*29.  
Dies.*

*1.  
2.*

*3.*

*30.  
resp.*

*ad 1.*

*31.  
contra Ec-  
clesia pro-  
hibitionem*

*scribi.*

*32.  
Ad Fund.  
prime sent.*

traordinaria ex commissione superioris. Nam posita prohibitione, necessaria est nunc assignatio materia, quæ sit auctoritate Pontificis.

**33.** Ad confirm. dico, soli Petro dictum esse : *Pascere oves meas, tum quia soli Petro collata fuit hæc potestas, absolute, & inimpedibiliter, reliquæ verò conditionatè, & impeditibliter à summo Pontifice: quia soli Petro ciusque successoribus collata fuit simul cum hæc, potestas etiam pascendi oves doctrinâ, & coercendi illas in foro externo per censuras Eccles. vniuersalis iurisdictionis & potestas totius regiminis Eccles.*

**34.** Ad 1. modum secundæ, patet ex dictis. Ad 1. **Ad primum modum &c.** argumentum secundi, respondō: Sacerdotem vi ordinationis constitui iudicem arbitriatum inter Deum, & peccatores; sed cum plenâ subordinatione ad Prælatos Ecclesiæ, quod erat necessarium ad regnum ordinem regiminis Ecclesiastici. Ad reliqua constat ex dictis. An autem possit Ecclesia prohibere, ne quis Sacerdos in extremâ necessitate validè absoluat, concedunt *Maior, & Vasquez*. Negant *Durand. & Canus* relect. de pœnitentia part. 5. ad 2. & *Angelus V. Confessio* 3. numero 2. &c. Quibus magis assentior: quia, ut *Durandus*, nunquam intelligitur priuilegium concessum capiti in destructionem; sed in ædificationem membrorum, cum caput sit propter membra. Quæ doctrina intelligenda est de omnibus Sacerdotibus, etiam suspensis, degradatis, apostatis, & hereticis, vt habet communis sententia, Ad 3. modum patet ex dictis.

*Privilagium capiti conceditur in ædificationem membrorum & non in destructionem.*

### SECTIO II.

#### De iurisdictione ad forum pœnitentia requisita.

**35.** *E*tsi omnem absoluendi potestatem in hoc foro pœnitentiali Sacerdos habeat à Christo in ordinis susceptione: quia tamen illam habet dependenter in actu 2. à Vicario Christi, qui pro recto regimine illam potest impedire, & de facto impediuit per multos canones, præsertum, per cap. *Placuit, dist. 6.* & per cap. *omnis utriusque sexus*: positâ autem vniuersali prohibitione Pontificis, potestas absoluendi iure diuino manet suspensa in Sacerdote, donec accedit ab ipso Pontifice, ad usum talis potestatis exercendum, licentia; quæ etsi non addat nouam potestatem absoluendi, pristinam tamen reddit expeditam, & efficacem ad suum effectum operandum, tollendo impedimentum, quod erat canonice appositum. Quæ impedimenti sublatio in moralibus æquiparatur potentia: quia reddit principium ad actum 2. expeditum; & ad operandum idoneum, quod antea ratione prohibitionis erat impeditum, & ad operandum ineptum, non defecit alicuius principij; sed conditionis: propterea de illo loquitur ut de potentia morali in actu 1. conferente ius, & principium operandi. Porrò multa de hac potestate iurisdictionis queri solent.

*Impedimenti sublatio in moralibus quinales potentia.*

**36.** *T*itulus 1. *Zurisdictio est duplex.* Rogas 1. Quotuplex sit Iurisdictio? ex *Florentino in decreto de unione Arme. §. Quartum & Tridentino Ieff. 14. cap. 7.* est duplex, ordinaria, & delegata. Illa est, quæ cum munere Pastoralis officij est necessariò annexa: hæc habetur ex coactione ipsius, qui est ordinarius Pastor pœnitentis. Ratio primi est: omnis iurisdictio fori pœnitentiali per se ordinatur ad salutem animarum: ergo illa est necessariò connexa cum officio, & mu-

nere Pastoris, cuius est intendere saluti animarum. Ratio secundi: unusquisque delegare potest alteri auctoritatem, quam habet in se.

**D**icitur: non potest Sacerdos potestatem consecrandi, quam habet, alteri non Sacerdoti delegare: ergo nec potestatem iurisdictionis. **R**esp. 1. neg. conseq. nam potestas consecrandi fundatur in charactere Sacerdotiali, quem Sacerdos alteri communicare non potest: Potestas iurisdictionis fundatur in superioritate, & subiectione, quam potest superior alteri communicare. 2. neque posse potestatem à peccatis absoluendi alteri, quam Sacerdoti delegari; nam hæc Sacerdotalem characterem supponit.

**E**x his deducitur 1. ordinaria potestas reperitur in summo Pontifice, absolute, & sine ullâ dependencia ab aliquo mortalium; in Episcopis cum dependentiâ à summo Pontifice: in Parochiis cù depêndentiâ ab utrisque. Ad 1. ordinem reducitur summus pœnitentiarius Pontificis, & ipsius legatus à latere, quibus cum ipso munere communicatur auctoritas Pontificalia quoad iurisdictionem in hoc foro. Ad 2. reducuntur Vicarij Episcoporum, Abbates exempti, Generales, & Provinciales Religionū, qui Episcopalem quasi iurisdictionem in suos subditos participant. Ad 3. ordinem reducuntur perpetuus Vicarius Parochi, Archipresbyteri, & immediati superiores Religionū, & quibus ex iure, vel ex privilegio commissa est immediata cura animarum. 2:

quilibet superior habet iurisdictionem in inferiore, & in omnes subditos ipsius; nullus inferior exercere potest iurisdictionem, quam habet in suos subditos, contradicente superiore. Quare potest Episcopus contradicente Parocho, & Pontifex contradicente Episcopo, suam iurisdictionem exercere in subditos Parochi, & Episcopi: non potest Parochus, aut Episcopus suam iurisdictionem exercere in subditos, contradicente Episcopo, aut Pontifice. Ceterum Archiepiscopus non est superior Episcopi, neque in ipsius Diœcesimi iurisdictionem exercere potest, nisi tantum tempore visitationis, quo solo suffraganiæ subditorum confessiones audire potest, vt definit *Bonifacius VIII. c. vlt. de censibus in sexto* 3. non solum Parochus respectu suæ Parochiæ, sed etiam Episcopus respectu suæ Diœcesis, & Pontifex respectu omnium fidelium est proprius Sacerdos; alioquin parochianus annuam confessionem facies cum Episcopo, aut Papâ, vel de horum licentiâ cōfites alteri, quam proprio parocho, non satisfaceret præcepto Eccles. de cōfiteō semel in anno proprio Sacerdoti, aut de licentiâ proprij alteri iuxta decreto Conc. Lateran. c. omnis utriusque sexus. Quicunq;

*Quis fit igitur ordinariam iurisdictionem habet, est proprius Sacerdos: Contrà verò alienus est qui ordinariam iurisdictionem non habet, quod intelligitur respectu ad pœnitentem.* 4. hæc iurisdictio tamdiu durat in Parocho, in Episcopo, in Pontifice, quâdiu in eis durat officium Pastoris, quo cessante, cessat iurisdictio. Vnde si Parochus, Episcopus, aut Pontifex Parochianatum, Episcopatum, aut Papatum renuntiet, statim in eis cessat ordinaria iurisdictio: nā hæc annexa est officio Pastoris, cum quo sicut incipiente incipit, ita cessante cessat. 5. hæc iurisdictio immediate non terminatur ad loca, sed ad personas: quia cum sit iudicium sacrum, per se tantum ordinatur ad bonum priuatum personæ; vnde non pendet à loco, sed à persona. Quo fit, vt etiam extra propria diœcesim subditus iudicari, & absolviri possit à proprio Sacerdote. Contrà verò persona aliena diœcesis, neque ratione delicti sit subdita in hoc foro Sacerdoti alterius diœcessis: sicut ratione delicti persona.

**I**urisdictio immediate non terminatur ad loca, sed ad personas: quia cum sit iudicium sacrum, per se tantum ordinatur ad bonum priuatum personæ; vnde non pendet à loco, sed à persona. Quo fit, vt etiam extra propria diœcesim subditus iudicari, & absolviri possit à proprio Sacerdote. Contrà verò persona aliena diœcessis, neque ratione delicti sit subdita in hoc foro Sacerdoti alterius diœcessis: sicut ratione delicti persona.

persona fit subdita Sacerdoti alterius diœcesis, ad subeundas omnes pœnas, etiam spirituales in foro externo latas, ut habetur *tit. de Raptorib. c. i.*

43.  
Tiplus 2.

**ROGAS 2.** Quis sit immediatus Sacerdos respectu singulorū fidelium? Dico, *immediatus*: nam mediatus respectu omnium & singulorum fidelium est Pontifex, sicut respectu totius diœcesis est Episcopus. So- la difficultas est de immediato, qui est parochus.

44.  
Conclusio.

Dicendum igitur est, singulos fideles illi parocho in hoc foro subdi, in cuius parochia firmum habet domicilium. *Est omnium ex ea vlt. de parochijs*, vbi statuitur, eum, qui ex uno loco in alium domicilium transtulit, iudicari debere ab Episcopo illius loci, in quem domicilium transtulit.

45.  
Coroll.

Hinc infertur, qui duplex habet domicilium, vel quasi domicilium, confiteri posse alterutri parocho, cui libuerit: ita *Maior in 4. dist. 19. q. 1. fine, &c.* Vnde milites, studiosi, mercatores confiteri possunt parocho illius loci, in quo reperiuntur. Vagabundi verò, cum nullum firmum habeant domicilium, confiteri tenentur in loco, in quo aetū vagantur. De peregrinis autem docet *Caser. in sum. ver. Absolutio 2.* Eugenium IV. viuz vocis oraculo declarasse, eos in paschate confiteri, & communicare posse in loco, vbi reperiuntur ut incolas illius loci: à fortiori poterunt reliquo anni tempore, quo ad confitendum non obligantur: est enim tacita quædam licentia proprij Sacerdotis: modò talis perigrinatio non fiat in fraudem confitendi alieno, relicto proprio. Hinc infertur, quando parochiani ex una parochia deuotionis causa eunt ad visitandum templum alterius parochiæ, ex eacitâ licentia proprij parochi, posse eos parocho alterius parochiæ confiteri.

46.

Ab hâc regulâ excipitur familia Pontificis, quæ immediate subiicitur Pontifici, & Cardinales, eorumque familia; nec non Religiosi, & Moniales, quæ immediate subiiciuntur proprio superiori.

47.  
Tiplus 3.

**ROGAS 3.** Quinam possint in hoc foro pœnitentiiali iurisdictione delegare? Resp. omnes, qui illam ordinario iure possident: ex cap. *Omnis utriusque sexus*: vbi dicitur, quod *Si quis alieno Sacerdoti voluerit insta de causa sua confitiri peccata, licentiam prius postulet, & obireat à proprio Sacerdote*. Quæ verba supponunt, iurisdictionem confitendi posse alteri delegari. Ratio: qui ordinario iure illam possidet, pleno iure possidet, atque adçò cum potestate illam delegandi, quod est vnuin ex principalibus iuribus, quo illa possidetur. Sub his, qui possunt hanc iurisdictionem delegare, comprehenduntur summus Pœnitentiarius Pontificis, Legatus à late-re, Vicarius Generalis, Nuntius Apostolicus, Vicarij Episcorum, Superiores Religionum, & perpetuus Vicarius parochi, & Archiepiscopus in vistatione. Est *Henriq. lib. 3. de sacra. pœnit. c. 7. n. 3.* nam cum iij omnes pleno iure hanc potestatem recipiat, illam recipiunt cum facultate etiam alijs delegandi. Nomine Episcopi, & parochi intelliguntur etiam electi, etiam si nō dum sint Sacerdotes: cum actus delegandi sit distinctus ab actu absoluendi, & vnu possit ab alio separari.

48.

Hinc deducitur 1. delegatum non posse alteri potestatem subdelegare, ut habetur *l. final. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictione*: nam *datam tibi, inquit, iurisdictionem mandare alteri non posse manifestum est*; & definit *Honorius III. cap. cum Causam, de appellationibus*: vbi facultatem subdelegandi iurisdictionem delegatam solùm extendit ad delegatos Principum. Quam *Glossa* extendit etiam ad delegatos super vniuersas causas. Ratio: qui accipit iurisdictionem ad audiendas confessiones, non eo ipso accipit

Actus dele-

gandi dis-

tinguitur est

ab actu ab-

soluendi.

49.

potestatem illam delegandi, cùm audire confessiones, & delegare iurisdictionem audiendi confessiones: sint actus distincti, & vnu separabilis ab alio. Quod intelligitur, quando Pastor Ordinarias in concessione nil aliud exprimit, quam facultatem audiendi confessiones: alioquin si vellet, posset cum facultate audiendi confessiones, potestatem etiam subdelegandi concedere, ut cum multis aduertit *Swar. disp. 26. sect. 2. num. 24.*

Deducitur 2. hanc iurisdictionem à Pontifice delegari posse in perpetuum, non autem à reliquis inferioribus Prælatis, nisi ipsi viuentibus: quia in solo Pontifice residet ius vniuersale, non solùm quoad personas, quibus delegatur; sed etiam quoad modum, quo delegatur, ut constat ex priuilegijs concessis Religiosis. Est contra *Swarez. disp. cit. sect. 3.* qui docet non solùm à summo Pontifice; sed etiam ab Episcopo, hanc facultatem absoluendi, in hoc foro pœnit. delegari posse in perpetuum: quia hæc est gracia, quæ non exspirat morte concedentis.

3. Qui iurisdictionem delegatam habet à Pontifice, potest confessiones audire vbi que terrarum, nullâ licentiâ petitâ ab Ordinariis locorum: sicut quidelegatam habet ab Episcopo, potest in totâ diœcesi. Non solent tamen huiusmodi licentiam concedere, nisi Ordinariis, & Parochis non inuitis, & non repugnantibus: constat ex *Bulla Gregorij XIII. in quâ concedit Societati Iesu facultatem absoluendi quoscunque accedentes*, modò non repugnat Ordinarij locorum. 4. Omnes, qui possunt iurisdictionem in hoc foro delegare, possunt etiam facultatem eligendi confessarium concedere: cùm non maior iurisdictione, requiratur in alio: nec maiorem effectum habeat vnaquam alia.

5. Non potest excommunicatus iurisdictionem delegare, cap. 1. de officio Vicary. in 6. quia excommunicatio priuat excommunicatum vnu iurisdictionis Ecclesiast. at delegare iurisdictionem in foro pœnitent. est actus iurisdictionis. Hoc intellige de ex-

communicato, quem iuxta *Concilium Constantiense* vitare tenemur: nempe nominatum denunciatum, & publicum Clerici percussorem, non de reliquis: si tamen excommunicatus iurisdictionem delegavit ante excommunicationem, valida est delegatio. De quo ex-  
communi-  
catione accedit excommunicatione. Quod cato sit in-  
si iurisdictione delegetur à Papâ, vel ab Episcopo sub tollendu-  
conditione, ne repugnet parochus, potest parochus  
iure dare consensum, etiamsi sit excommunicatus:  
quia non confert iurisdictionem; sed est sola condi-  
tio, sine qua non.

**ROGAS 4.** Quibus hæc iurisdictione delegari possit? Respond. si delegetur sine facultate subdelegandi, non potest nisi solis Sacerdotibus ab Ordinario approbatis: si verò conceditur cum facultate eam subdelegandi, poterit etiam non Sacerdoti. Ratio primi: tunc non delegatur nisi vnu excipiendi cō-  
laico dele-  
fessiones, qui necessariò presupponit potestatem gari possit Ordinis, & approbationem Episcopi. Ratio secundi: tunc immediate non delegatur vnu excipiendi confessiones; sed vnu subdelegandi facultatem excipiendi confessiones, ad quod non requiritur potestas Ordinis; sicut nec requiritur in ipso principali delegante.

Deducitur: Excommunicatus nominatum de-nunciatus, & publicus clericis percussor non est capax iurisdictionis absoluendi: quia iste iure Eccles. suspenditur ab vnu absoluendi in foro pœnitentiiali: rigitur non est capax iurisdictionis delegatæ: quia hæc concedit solùm vnu absoluendi in hoc foro: ergo qui est incapax vnu absoluendi, est incapax iurisdictionis delegatæ.

**ROGAS 5.**

49.  
Corollaria  
quinq. 50.

Excommu-  
nicatus non  
potest iuris-  
dictionem  
delegare.

De quo ex-  
communi-  
catione accedit excommunicatione. Quod cato sit in-  
si iurisdictione delegetur à Papâ, vel ab Episcopo sub tollendu-  
conditione, ne repugnet parochus, potest parochus  
iure dare consensum, etiamsi sit excommunicatus:  
quia non confert iurisdictionem; sed est sola condi-  
tio, sine qua non.

51.  
Titulus 4.  
Quando  
soli Sacer-  
doti, &  
quando eti-  
am cōlaico dele-  
fessiones, qui  
garī possit  
iurisdictione.

52.  
Coroll.

55.  
Titulus 5.

ROGAS 5. Quinam habeant facultatem in iure eligendi sibi confessarium absque licentia superioris. Resp. Iuxta cap. vlt. de pœnit. & remissionib. Omnes Episcopi, eorumque superiores; & inferiores Praepositi Generalis, gaudent hoc priuilegio, vt possint sine sui superioris licentia confessarium sibi eligere.

Qui nomine Episcopi intelligantur.

Nomine Episcopi, non venit electus, & non consecratus, cum hic nondum sit verè Episcopus; venit tamen consecratus, etiam si nondum iurisdictionem & Episcopatum acceperit. Leg. Suarez disputat. 27. sect. 2. numer. 5. Quod Henriquez extendit etiam ad Episcopum, qui consecratus Episcopatu renuntiavit, libr. 3. de pœnit. cap. 13. sub Episcopo Henriquez comprehendit eius Vicarium; Angelus, & Sylvester etiam Cardinales: cum sint superiores Episcopis; & parochos; licet Suarez quoad parochos non approbet; eo quod in iure non dicantur Praepositi. Nominis vero exempti veniunt non solum Abbatibus, Episcopalem habentes iurisdictionem; sed omnes Praepositi Religionum; etiam immediati: quia hi sunt exempti à iurisdictione Episcoporum. Nullo tamen pacto nomine superioris intelligitur Abbatis, quantumvis exempta: quia haec nunquam venit nomine Praepositi.

56.  
Coroll. tria.

Deducitur 1. hoc priuilegio uti posse etiam Praepositi latos excommunicatos: nam haec iurisdictione absoluendi non confertur in confessarium ab ipso eligente; sed à Pontifice. 2. Hoc priuilegium non extendit ad casus reseruatos, & censuras: cap. Si Episcopus, de pœnit. & remissionib. in 6. quia in generali concessione illa non veniunt, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Extendit tamen ad casus reseruatos ab ipso eligente. 3. Vt huius priuilegij non posse Praepositos eligere sibi quemcunque confessarium; sed approbatum ab ordinario, iuxta decretum Trident. vel ab ipso superiori Religionis, si Praepositus eligens sit Religiosus.

59.

Nota, priuilegium, quod ex Roder. refert Suarez. Notandum. rez tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 19. num. 7. concessum Fratribus Minoribus, & consequenter reliquis Religiosis, qui per communicationem illud participant, ut possint semel eligere de eadem obseruantia confessorem, qui de omnibus peccatis reseruatis, & censuris possit eos absoluere, imo & dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria. Quo tamen priuilegio uti non possunt Religiosi nostræ Societ. absque licentia Praepositi Generalis: cum nullum priuilegium vien habeat in Societate, nisi ut communicatum à Praeposito Generali, vel ab alio ab ipso designato, ut habetur in Bulla Gregorij XIII. de usu facultatum.

60.  
Titulus 6.

ROGAS 6. An in aliquo casu fideles ius habeant eligendi sibi confessarium? Respondeo. In solo casu ignorantiae confessoris Cap. placuit, de pœnitene. distinct. 6. tunc enim licitum est, sine licentia proprii Sacerdotis, alieno confiteri. Addunt Rich. in 4. dist. 17. ar. 3. q. 7. Henr. & alijs in casu, quo proprius Sacerdos iniuste negat licentiam pœnitenti alteri confitendi: nam tunc licentiam censetur dare summus Pontifex, vel alius superior.

61.  
Titulus 7.

ROGAS 7. An aliqui habeant ex sola consuetudine ius eligendi confessarium? Resp. Negatiuè. Constat ex cap. Si Episcopus, de Pœnit. in 6. vbi definitur, nullà consuetudine introduci posse, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessarium sibi eligere valeat, qui eum soluere possit, & ligare: quia hoc est de iure diuino, contra quod nulla prævalit consuetudo. Vnde si qua alicubi extat talis consuetudo, potius est signum concessæ, & nunquam interruptæ facultatis, quam pura consuetudo: qua-

lis est consuetudo in Sacerdotibus mutuo sibi consentientibus. Neque enim sola necessitas praemittendi confessionem ante communionem, conferre potest iurisdictionem in eum, qui iurisdictionem non habet. Quare dicendum, huiusmodi consuetudinem fundatam esse in mutuo consensu parochorum. Sic ut qui putant nomine Praepositi, non venire parochos: consuetudinem, quæ inter ipsos est, eligendi sibi confessarium, dicunt originem duxisse à consensu Episcoporum, cuius signum est ipsa consuetudo. Eadem ratio esse potest de peregrinantibus ex diuersis parochijs ad aliquem pium locum.

ROGAS 8. Quid de facultate eligendi confessarium ab homine concessa. Duplex est facultas eligendi confessarium: altera in iure concessa, quæ annexa est dignitati prælationis: altera ab homine, quæ conceditur per Bullam, vel Jubilæum. Hactenus feſſariam de primâ; nunc de secundâ. Quæ, qualis, & quam ampla sit, colligendum est ex verbis concessionis.

Certum est 1. illam non extendi ad casus, & censuras reseruatas Pontifici, nisi peculiariter exprimatur: vt constat ex cit. cap. Si Episcopus; quin neque extenditur ad casus, & censuras Episcopales, vt declarauit Benedictus II. Extraag. inter Canonas.

Certum est 2. Illam non extendi ad irregularitates, vt idem Pontifex ibid. expressit: neque ad commutationem Votorum. 3. Illam non finiri donec compleatur actus, ad quem conceditur, nam in ordine ad illum conceditur priuilegium: alioqui frustra esset concessum: vnde si pœnitens non potuit cum uno confessore electo confessionem absoluere, poterit alium, & alium eligere, donec confessionem perficiat, etiamsi vi confessionis non possit, nisi ad unam confessionem unum dumtaxat confessarium eligere.

Difficultas superest: an & quando priuilegium concessum ab homine expiret morte concedentis. Quando concessum ab homine expiret morte concedentis. In quare dico: quando illud conceditur sine clausula limitante ad certum tempus, non expirare morte concedentis: quia cum sit priuilegium concessum à Pontifice, qui potestatem habet illud perpetuandi post suam mortem, si expresse non limitetur, non est cur debat expirare, cum hoc sit contra naturam priuilegij, quod semper interpretandum est in favorem priuilegiati. Ceterum duplex clausa apponuntur, usque ad benedictum nostrum, & tunc ex communis sententia Iurist. expirare morte concedentis: altera est, usque ad benedictum nostrum sedis, & tunc, quia sedes est perpetua, quæ continuatur in successoribus, non expirat morte concedentis. Sed vnde, mortuo concedente priuilegium habet vim? Nam quando priuilegiatus elit confessarium, concedens est mortuus. At tunc debet conferri iurisdictionis confessario electo, quæ non potest tunc, mortuo concedente, conferri. Respond. conferri iurisdictionem vi priuilegij antea cōcessi: quia cum Pontifex habeat potestatem concedendi iurisdictionem perpetuam, ex iure, quando illam concedit, transfert in confessarium eligendum vi priuilegij concessi. Ex his,

Infertur: Excommunicatum uti posse hoc priuilegio, quia iurisdictionem non confert ille, qui confessarium elit, sed qui priuilegium concedit: Non posset tamen eligi confessarium excommunicatum, imo nec quemcunque, sed ab Ordinario approbatum, quia priuilegium non præiudicat iuribus communibus.

Fundam.

An.

Concluſe.

52.  
Titulus 8.

Duplex est facultas eligendi confessarium.

63.  
Corona.

64.

65.

66.  
Quando concessum ab homine expiret morte concedentis.

mortis con-

cedentis.

Duplex clausa.

apponi soli-

tunc.

in priuile-

gio.

vnde primi-

legium mor-

tuo conce-

dente vim

habebat.

67.  
Coroll.

*An Prælati Societatis Iesu facultatem habent eligendi sibi confessarium extra, vel intra Religionem?*

*68. Ratio dubitandi.* R Atio dub. vt constat ex cap. ultimo de pœnit. & remissionib. ius concedit facultatem omnibus Episcopis, & reliquis Prælatis inferioribus eligendi sibi confessarium, etiam præter licentiam proprij superioris: Ne pro delatione pœnitentia periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & alijs superioribus, nec non minoribus Prælatis exceptis, ut etiam præter sui superioris licentiam, pronidum, & idoneum sibi possint eligere confessorem. At sub nomine Prælatorum exemptorum intelliguntur etiam superiores nostræ Societ. ergo etiam gaudent hoc priuilegio, vt etiam præter licentiam sui superioris, eligere sibi possint idoneum confessarium, tam intra, quam extra Religionem. Confir. 1. vt cù mult. tis notat Diana tract. 2. de dubijs regul. resol. 1. Priuilegium in corpore iuris insertum, habetur pro legi firmâ, ac stabili, quæ nunquam intelligitur reuocari, nisi de illâ fiat expressa mentio. Nullibi autem in nostro iure sit expressa mentio de reuocatione huius priuilegij in ordine ad superiores: ergo quoad superiores adhuc manet in suo robore, & vigore. 2. omnes superiores Societ. habent in hoc foro pœnit. Ordinariam potestatē absoluendi omnes suos subditos; cùm sint proprij animarum Pastores: cui muneri perse annexa est hæc potestas absoluendi à peccatis. Sed qui habet Ordinariam potestatem, potest illam alteri delegare, vt est communis sent. Igitur superiores Societ. possunt ordinariam potestatem, quam in suos subditos habent, alteri delegare, ab eoq[ue] in foro conscientiæ absolvi. 3. superiores Societ. possunt suis subditis concedere facultatem eligendi sibi confessarium tam intra, quam extra Societ. vt constat ex Bullâ Gregorij XIII. editâ an. 1575.

*69. Confirm. 1.* 3. *Maj.* ergo eâdem vti possunt pro sc: nam quidquid potest superior cum suis subditis, potest pro se, vt constat de Episcopo, qui quoad omnes casus, à quibus potest absoluere suos subditos, potest per delegatum potestatem alteri communicatam & ipse absolvi.

*70. Confirm. 2.* Dico: Nullus superior nostræ Societ. infra Generalem, habet potestatem eligendi sibi confessarium intra, vel extra Societ. absque licentia Generalis, nisi in casu itineris, aut alterius necessitatis, in quo habere non posset proprium confessarium à superiore deputatum. Prioris assert. Fundamentum est propria Societatis Constitutio 3. part. constit. cap. 1. §. 11. & in 6. part. cap. 3. §. 2. confirmata à Paulo III. speciali Bullâ, quæ præcipit, confessarium nostrorum debere esse à superiore constitutum: Quilibet, inquit Pontifex, ex Sociis Societ. huiusmodi peccata sua proprio Praeposito, vel ab eo deputato, seu deputatis, & alias secundum Ordinationes Societatis predicta designatis, confiteri debeat. Cùm igitur reliqui superiores, infra Generalem, habeant superiorem ipsum Generalem, qui in cit. Bullâ appellatur Præpositus, tenentur hanc constitutionem seruare, & non seruando extra casus assignatos, non essent legitimè absoluti; Quia cùm legitima absolute supponat Iurisdictionem in absoluente; cumque hæc Jurisdiction in confessariis nostræ Societatis per Bullas Pontificias, & constitutiones eiusdem pendeat à supremo Præposito eiusdem non poterunt inferiores superiores ab alijs confessariis, quæ à Generali assignatis legitimè absolvi. Confirmatur: de facto tam superioribus lo-

calibus; quæ Prouincialibus assignatur proprius confessarius, superioribus quide[m] localibus à Provincialibus, Prouincialibus verò ab ipso Generali. Ergo tenentur his, & non alijs iuxta Societ. constitutiones à Sede Apostol. approbatas & confirmatas, confiteri: non minus, quæ tenentur confiteri sa- culares proprio Sacerdoti à Pontifice designato.

Posterior pars constat, tum ex Bullâ Gregorij XIII. citat. in quâ Pontifex nostris iter agentibus facultatem concedit eligendi sibi confessarium: tum ex speciali concessione ipsius Generalis, qui hanc facultatem eligendi sibi confessarium in sextâ Ordinatione Generalium pro superioribus, & confessariis §. 6. concedit omnibus nostris iter agentibus. Nam quamvis hæc facultas nostris concedatur quoad casus reseruatos cum onere sistendi se superiori, ad quem ituri, vel reddituri sunt; quoad reliqua ve- rò peccata non reseruata, conceditur absolute, absque ullâ obligatione, ea superiori, vel proprio confessario reconfitendi: vt ex ipsâ concessione constat, quæ tantum loquitur de reconfessione reseruato- rum. Et licet in 3. p. const. cap. 1. in declar. l. 9. dicatur, Regula Soc. quod qui alij, quæ suo confessario designato confiteatur, debeat postmodum (quantum recordari poterit) ei- dem suo confessario totam suam conscientiam aperire: id tamen non imponitur sub præcepto, adeò, vt si non sicut, reincidat in nouum peccatum; sed tantum sub consilio, vt meditam ad maiorem perfectionem statu[m] Religiosi, vt est regula de confessione generali. quilibet semestri à Scholasticis approbatas, vel quotannis à Professis, & coadiutoribus faciendâ. Id que non obscurè colligitur ex fine, ad quem talem peccatorum reconfessionem constitutio dirigit: Vt nihil, inquit, ignorando, quod ad eam, sc. conscientiam, pertineat, melius in Domino possit eundem innare. Atque ita hanc regulam interpretatur Suarez, tom. 4. de Relig. lib. 8. cap. 4. num. 5. quia cùm supponantur per præcedentem confessionem huiusmodi peccata absolute remissa, vt constat ex con- fessione Generalis, in quâ de solis peccatis reseruatis datur facultas confitendi cum onere eadem superiore, vel alteri de licentiâ superioris reconfitendi, non erunt amplius necessaria materia confessionis. Confirm. Nemo tenetur sub pœnâ noui peccati reconfiteri peccata semel in confessione di- recte, & absolute remissa: sed peccata per delegata potestatem absque conditione concessam, sunt directe, & absolute remissa: ergo nemo tenetur sub pœna noui peccati ea reconfiteri. Maior est com- munis sententia fundata in Lure diuino, quod se- mel tantum obligat ad peccata directe confitenda. Minor probatur: qui absolute potestatē absoluendi alteri delegat, directam & absolute potestatē illi concedit super omnia peccata, super quæ suam potestatē delegat: Cùm igitur superior absolute suam potestatē deleget Sacerdoti, quem subditus in confessarium sibi eligit, non poterit sub pœnâ peccati obligari ad eadem reconfiten- da.

Demum hanc facultatem eligendi sibi confessarium Religiosis iter agentibus concesserunt Sixtus IV. Innocentius VII. Clemens VII. & Leo X. apud ius hoc d. Diana tract. 2. de dubijs Regularium Resol. 2. Cùm eas, enim hoc sacramentum institutum sit, vt non modò ad salutem necessarium; sed ad quotidiana- num animæ profectum valde vtile, debet vnicuique esse obvium, vt non tantum in extremâ necessitate; sed etiam in quâvis magna utilitate esse, ad manus omnium Fidelium, ac præsertim Religiosorum, qui ex proprio instituto animi profec- tum intendunt.

75. Cæterum notandum est ordo, quem in prædictâ Quis Ordo concessionem noster Generalis præscribit iter agen- seruandus sit ab iter agentibus in eligendo confessario. tibus, ut si possit haberi confessarius in aliquo loco à superioribus designatus, illi sit confitendum: si verò hic haberi non possit, confitendum sit ali- cui è Societate: quod si neque talis haberi possit, confiteri poterit externo Sacerdoti. Qui ordo ne- cessariò seruandus est non solum quoad absolu- tionem à reseruatis; sed etiam à non reseruatis. Nam sub hâc conditione superior facultatem con- cedit subdito eligendi sibi confessarium. Ratio est: quia cum hæc facultas pendeat à voluntate su- perioris, non poterit pœnitens aliter illâ vti, quam vt concessio superioris præscribit. Solùm videtur esse liberum peregrinanti, quando aliter à su- periore non præscribitur, alterutri confiteri vel socio, si secum illum dicit, vel Ordinario confessori loci Soc. per quem transit. Nam in tali casu volun- tas superioris non magis excludit vnum; quam a- lium. Leg. Suarez. 4. de Relig. lib. 2. c. 17. n. 4.

76. Petes: an etiā Provinciali licet alterutri confiteri, Ratio dubi- tandi. vel Sacerdoti sibi à Generali assignato, vel Ordina- rio loci, quem ipse pro cæteris assignat? Ratio du- bitandi, quia à superiori habet plenam potestatem assignandi pro aliqua commoditate confessarium, sub tali communitate, comprehenditur etiam ipse, qui potestatem accipit, cum non sit ipse deterioris conditio, quam sint alii in eadém communitate existentes. Ex alia verò parte, cum Provincialis pro- prium habeat confessarium à Generali sibi assignatum, non videtur ipsi liberum alterutri confiteri, sed ei tantum, quem Generalis ei assignauerit. Resp. posse Provinciali, etiam si proprium habeat confessarium à Generali deputatum, confiteri quoad peccata non reseruata Ordinatio confessario loci, quem ipse pro cæteris designauit, vt probat prior ratio dub. Nam qui ordinariam potestatem à superio- re accipit, nisi expresse aliud præscribatur, accipit il- lâ cum potestate deligandi alteri. At Provincialis Ordinariam potestatem in deputandi cōfessarios à Gene- rali accipit absque vllâ restrictione; ergo quoad pec- cata non reseruata, eâ vti poterit pro se. Neque assignatio proprij confessarij, facta à Generali, est suffi- ciens causa illum excludendi, quinaliter etiam, à se deputato, confiteri possit: nam ille est tantum deputatus pro reseruatis, circa quos nihil potest confessarij Ordinarius à Provinciali designatus. Id ipsum non obscurè colligitur ex ordinatione Claudij Pre- positi Generalis pro instructione superiorū & con- fess. 6. vbi loquendo de confessarijs Nostrorum pro reseruatis, ita concludit: *Idem quoque ipsorum Pro- vincialium confessarijs, cum prefens non esset is, qui ad eū finem à Generali esset destinatus.* Addc. seruandum est, vt videlicet eos à reseruatis absoluat cum obligatio- ne sustendi se ei, qui ad hunc finem est à Generali destinatus: Nec vllum est absurdum, Provinciali duos habere confessarios, vnum pro reseruatis à Generali assignatum; alium pro non reseruatis à se electum: cum hoc etiam habeant cæteri in eadém communitate existentes.

78. Addo vltius, non solum posse Provinciali quoad peccata non reseruata, confiteri confessario Ordinario pro totâ communitate à se electo; sed etiam ei, quem sibi specialiter elegerit: quia cum hæc potestas in Provinciali sit Ordinaria, ei que sine re- strictione à Generali communicetur, poterit illam cui voluerit intra Societ. pro seipso delegare, vti potest alijs sibi subditis. Haud tamen potest abs- que causâ confessarium sibi eligere extra Societa- tem, neque etiam intra vagè modò vnum, mo- dò alium eligendo, nisi intra numerum eorum,

qui in Societ. solent pro alijs assignari: nam hoc est contra iuramentum constitutionum, & præmix Societ, contra quam Prouinciales agere non possunt. Vnde neque hunc modum, confessarium sibi vagè ad libi- tum eligendi, concedere potest suis subditis.

Cæterum, cùm iuxta Bullam Clementis VIII. editam 26. May. 1594. teneantur superioris Regu- larium in singulis domib. pro maiori, vel minori numero Subditorum, plures confessarios deputare, difficultas insurget: an hoc decreto Pontifex velit superiores obligare ad deputandos plures confes- sarios pro numero Subditorum indiscriminatim, vt libitum sit vnicuique, quemlibet ex assignatis adi- re, an potius potestati superiorum relinquit, vt non omnes indiscriminatim assignent pro omnibus; sed aliquos pro aliquibus, aliquos pro alijs determi- natè. Iuxta hunc 2. sententia Pontificis decretum in- terpretatur Suarez. tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 15. n. 7. quia si hoc voluisse, expressius declarasset: cùm non expresserit, dicendum, id liberè potestati su- periorum reliquise.

Sed oppositum non solum est verius; sed etiam in proxim redactum. Nam de facto cuius ex assi- gnatis à Superiori confessarijs, licitum est, confite- ri, vti per ipsos superiores declaratum est. Et sane hæc videtur fuisse mens Pontificis, vt per hanc confessorum pluralitatem consuleret Subditorum libertati, vt maiori cuim fiduciâ, & libertate ad hoc sacramentum accederent. Confirm. ex interpreta- tione Suarez. sequetur, sat esse vnum confessarium in parvis domibus, vbi pauci sunt pœnitentes: quod consequenter admittit Suarez: sed est contra Ordinationem superiorum, qui etiam in parvis Collegijs, præter Ordinarij, alium etiam assignat confessarium, ad quem pœnitentes recurrere pos- sint: idque faciunt propter obseruantiam huius de- creti. Demum si Suarez interpretatio vera esset, non tantâ solicitudine superiores desiderarent dispensationem huius decreti, quod aliquo modo obesse putent Societatis constitutioni, quæ præscribit, vt saltem vniusquisque suum habeat confessarium à superiore designatum. Quia si non teneretur supe- riores plures confessarios indiscriminatim pro om- nibus assignare, optimè posset constitutio seruari, per deputationem certi confessarij certis personis.

Ad rationem dub. Resp. citatum priuilegium Prælatis Religionum concessum sufficienter in So- ciet. nostrâ revocatum esse per cōstitutiones, & Bul- las Apost. in quibus non solum subditis; sed etiam superioribus præscribitur modus habendi confessarium. Ex his patet ad 1. Confirm. hoc ipso, quod constitutio Religionis à Sede Apost. probata præ- scribit superioribus modum habendi confessarium, cedit Priuilegio in corpore Iuris inserto.

Ad 2. principium illud intelligi, quando aliun- de Ordinaria potestas non est limitata: vti per cō- stitutiones & Bullas Apostolicas limitatur potestas concessa superioribus in Ordine ad suos confessarios. Ad 3. negatur antecedens: nam neque Pro- vinciales potestatem habent concedendi suis sub- ditis quemcumque, & quocunque modo confessarij sibi eligendi. 2. negatur consequentia: nam Provincialis Societatis potestatem absoluendi præ- servit à casibus reseruatis accipiunt à Generali il- limitatam pro suis subditis, non pro se. Nec est Hoc de sa- eadem ratio de Episcopis, qui potestatem absoluendam. videnti à casibus occultis Sede Apost. reseruatis ac- infra Gene- cipiunt sine restrictione: proinde mirum non est, si rationem. eam possint sibi ipsis applicare, per delegationem De Gene- alteri factam.

Grauior difficultas superest de Generali: an pos- sit con-

Supponit  
hoc P. Clau-  
diu.

Potestina  
eligeret quæ-  
libet?

Difficultas  
insurgit.

80.  
Præmis-  
soluitur.

81.  
Ad rationem  
dub.

Ad 2. confir.

82.  
Ad 2. Respo.

sit confessarium, etiam quoad casus reseruatos ad libitum intra, vel extra Societ. sibi eligere. Ratio dubitandi pro parte affirmativa est: in *citata Bulla Gregory XIII.* conceditur Generali authoritas dispensandi cum suis subditis ut alij, quam Ordinario confessario, intra, vel extra Societ. confiteri valeant; idque non solum ratione itineris; sed alia etiam de causâ. Ergo eadem vti poterit pro se, illam alteri delegando, cum illam possidat Ordinario iure: quippe cum spectet ad perfectum munus Pastoris. Confirm. cum Generalis sit unus è Societate, poterit hoc priuilegium, toti Societati concessum, participare.

35: Ratio dubitandi pro parte neg. est: nequit Generalis contra constitutiones à summis Pontificibus approbatas, & confirmatas dispensare. At constitutiones prescribunt, vt unus sit omnium nostrorum confessarius à superiore constitutus: igitur non poterit peculiarem sibi confessarium à ceteris distinctum eligere. Confirmatur: saltem quo ad casus reseruatos non videtur habere hanc potestatem eligendi sibi confessarium. Quia cum per Bullam *Clemens VIII.* citatam non licet Generali nisi in conuentu Generali totius Ordinis casus pro totâ Religione reseruare, non poterit ipse sibi pro reseruatis confessarium eligere; sed illum deputatum habere debet ab ipsâ congregazione generali, cuius est casus pro totâ Societate reseruare.

36. Pro decisio-  
ne diffic.  
conclusio  
membris. Dico 1. potest Præpositus Generalis Societatis Iesu quemcunque Sacerdotem è Societate in confessarium sibi eligere. 2. etiam pro casibus reseruatis, à congregazione generali; 3. non extra, nisi in casibus, in quibus facultatem concedere posset suis subditis. Primum constat à paritate Provincialium; nam à fortiori id poterit ipse Generalis, in quo potestas vñ in capite primario refert.

37. Prob. fons-  
dom. Secundum, probatur: hoc ipso, quod hanc potestatem à congregacione Generali accipit absque expressâ restrictione, quod eâ vti non possit pro se, censetur accipere illam cum omni amplitudine intra terminos constitutionum. Nam cum illam accipiat vt Ordinariam, ex officio sibi debitam, hoc ipso potest cuicunque Sacerdoti in eadē Societate sibi subdito tam delegare, ab eoque ab omnibus etiam reseruatis absolui. Confirm. si superior immediatus omnem suam autoritatem absoluendi à casibus sibi reseruatis concederet Sacerdoti sibi subdito, ea non solum vti posset pro alijs, sed etiam pro se vt cum multis docet *Diana tract.* 4. de sacrament. Refol. 142. si eam sine restrictione acciperet: ergo cum Generalis hanc potestatem absoluendi à casibus reseruatis à congregacione Generali accipiat absque vñ expressâ limitatione, poterit illâ vti pro se.

38. Prob. 107.  
suum. Tertium, probatur: Generalis non aliam habet potestatem, quam illi constitutiones à Sede Apostolica approbatæ concedunt. Sed non concedunt illi potestatem sibi eligendi quemcunque confessariū ad libitum, & sine causâ extra Societ. igitur non potest quemcunque extra Societatem ad libitum, & sine causa confessorem sibi eligere. Maior patet: nam non aliam habet potestatem, quam illam, quam à congregacione Generali accipit. Porrò congregatio Generalis non aliam potest illi potestatem conferre, quam quæ in constitutionibus à Sede Apostolica approbatis, & in Bullis Pontificiis continetur. Minor probatur: in 9. part. constit. cap. 3. §. 8. præfertim in declaracione D. dicitur, in constitutionibus dispensare non posse, nisi iuxta

mentem, qui constitutiones considerunt, & non aliter. At contra mentem constitutionum, & indulcta Apostolica est, vt Generalis Societatis possit quemcunque confessarium extra Societatem absque causâ sibi eligere: cum vbiique constitutiones clament, vnum debere esse nostrorum confessariorum à superiore in Societ. constitutum; nec non *vñ societate* *confessarium.* induita Apostolica prohibeant, ne nostri, externo Sacerdoti confiteri possint, nisi ratione itineris, aut alia de causâ à Superioribus eiusdem talis facultas ad id specialiter daretur. Quare sicut nequit Generalis hanc facultatem vñli è Societate concedere, nisi iudicaret, hanc dispensationem esse iuxta mentem eorum, qui constitutiones considerunt: ita neque à fortiori illâ vti poterit pro se, cum nullus possit esse rectus Iudex sui. Ex his insertur, non posse Generalem vagè modò vnum, modò alium sibi confessarium eligere, cum hoc etiam sit contra constitutiones, & praxim Societ. Quam liberam facultatem neque suis subditis concedere potest.

DICES. Generalis habet admonitorem, qui, vt habetur 9. p. *Constit. cap. 4. §. 4.* debet esse per Societatem designatus; eiusque confessiones audire. Respond. officium admonitoris esse, tantum illum admonere in ijs, quæ extra confessionem in ipso notauerit, vt constitutio habet: siue, ille sit eius confessarius, siue alius quispiam per Societatem designatus.

39. Ad 1. rationem dubitandi concedo Generalem potestatem habere secum dispensandi in electione confessarij; sed iuxta mentem constitucionis & praxim Societatis, iuxta quam accipit à rationem congregacione Generalis potestatem tam secum, dub. quæ cum alijs dispensandi. Ad confirmationem, & ad 2. rationem dubitandi pro parte negante: licet eas reseruentur à congregacione Generali; potest tamen ea authoritatem concedere Generali, vt in ijs non solum dispensare valeat cum alijs; sed etiam secum ipse, delegando potestatem alteri, quem ipse sibi in confessarium iuxta praxim Societatis, elegerit. Porrò hoc ipso, quod hanc potestatem congregatio Generalis non limitat, censetur illam in totâ amplitudine ei concedere, vt constat ex potestate concessâ Episcopis absoluendi à casibus occultis, Sedi Apostolicae reseruatis. Quæ potestas hoc ipso, quod illis non conceditur cum limitatione tantum pro alijs, possunt illam applicare sibi.

### SECTO III.

*An approbatio Episcopi sit necessaria re-  
quisita ad validitatem sacramenti  
Pænitentia?*

40. Præter ea, quæ naturali, ac diuino iure ad hoc sacramentum perficiendum requiruntur, est *Nova lex* approbatio Episcopi, de idoneitate ministri ad hoc munus obeundum, quæ est noua lex à Trident. sancita *sess. 23. cap. 15. de Reformatione: decernit*, inquit, *Sancta Synodus, nullum etiam regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illic videbitur necessarium, aut alias idoneum indicetur, & approbationem, quæ gratis datur, obtineat.* Vbi duo modi approbationis assignantur: alter per collationem

parochialis beneficij : alter per approbationem Episcopi, quæ examine, aut alio modo, quo Episcopo videbitur, fieri poterit. Prior modus antiquus est; posterior nouus, & à Concilio introductus. De quo

92. Dubium: Ratio dub. Primò querimus: an sit necessarius necessitate sacramenti, an tantum præcepti: Ratio dub. quæ sunt necessaria necessitate sacramenti, spectant ad necessitatem sacramenti: at Ecclesia non habet potestatem in ea, quæ spectant ad necessitatem sacramentorum: nam hæc pendent à solâ voluntate Christi institutis sacram. ergo si ante Concil. talis approbatio necessaria non fuit necessitate sacram. neque nunc erit necessaria.

93. Sententia Communis. Communis sententia est: Approbationem Episcopi post Tridentinum esse necessariam necessitate sacramenti, & non tantum præcepti, adeò, vt si quis tentet, nihil efficiet: Vnde pœnitens, etiam si bonâ fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primùm id nouit: atque ita ferunt declarasse congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Fundam. potest Ecclesia in Sacerdote requirere aliquam conditionem, sine quâ ille non esset capax iurisdictionis ad absoluendum: cum enim potestas absoluendi in hoc foro conferatur à Christo dependenter à suo Vicario, factâ prohibitione, ne nullus sine licentiâ superioris absolvat, statim Iure diuino requiritur talis licentia. Vnde sicut potuit Ecclesia ad validitatem huius sacramentilicentiam superioris requirere; ita requirere potuit Episcopi approbationem, vt conditionem, sine quâ Sacerdos non esset capax talis licentie, & iurisdictionis. Confirm. à paritate matrimonij, ad cuius validitatem post Trident. scff. 24. cap. 1. de Refor. requiritur præsentia Parochi, aut alterius Sacerdotis de ipsis Parochi, vel Ordinarij licentiâ, cum duobus vel tribus testibus; quæ tamen antea non requirebatur. Pari ergo ratione ad validitatem sacram. Pœnit. requirere potuit approbationem Episcopi, quæ antea non requirebatur.

94. Resp. ad rationem dub. Ad rationem dub. minor est vera de potestate directâ & immediatâ; falsa de indirectâ & mediata: per quam mutando aliquam circumstantiam, quæ immediate pendet ex ipsius auctoritate, indirecte & mediata mutat essentialiam sacram. quæ ex Christi institutione pendet ex talic circumstantia, potestate Eccles. subiecta.

95. Corollaria tria. Deducitur 1. ab hac lege neminem excipi, ne quidem publicum Doctorem Theologiz, vt anno 1571. definiuit Pius V. qui tamen vetat, eos prævio examine approbando esse, vt refert Henr. lib. 6. de sacramentis cap. 6. in tex. litera E: quamvis contrarium ibi multi doceant, eo ducti arguento, quod approbatio publicæ Academiæ suppletat approbationem Episcopi: quia per huiusmodi publicum testimonium videtur Pontifex eos approbare. Quod etiam colligunt ex verbis Concilij: Aut alias idoneus iudicetur. Sed standum est declarationi Pontificis.

96. Notandum. Nota: hæc approbatio Episcopi non est necessaria pro absoluendis ijs, qui constituti sunt in articulo mortis, in quo omnes Sacerdotes, vt Trident. testatur scff. 14. cap. 7. quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt. Quod iuxta communem opin. extenditur etiam ad periculum mortis: in quo merito recensentur mulieres partui proximæ, præfertim quæ vel primum partum edituræ sunt, vel quæ difficilem aliquando expertæ sunt partum.

2. Non agent hâc approbatione Episcopi, vel Abbatibus Episcopalem, vel quasi Episcopalem iurisdictionem habentes: cum sit eadem, vel potior ratio de his, ac de parochis: agent tamen approbatione Superiores Religionum, cum hi nullo modo eximantur à cit. decreto Concilij: nisi Superior Religionis annexam habeat parochiam: quia tunc ratione munieris parochialis à decreto eximitur. Qui, ut notant ibidem ijdem authores, designare potest Vicarium absque approbatione Episcopi. Ceterum non desunt citat. loco apud Henrigez, qui contendant, omnes Prælatos Religionum gaudere hoc priuilegio, cum omnes sint iure Ordinarij, & æquiparentur parochis: est tamen contra verba Concilij.

98. Pœnitentes Regulares hoc decreto non comprehenduntur. 3. Hoc decreto non comprehendi pœnitentes Regulares, qui confiteri possunt cuilibet Sacerdoti ab Episcopo non approbato. Vnde non tenentur Superiores Religionum, cum confessarios assignant suis subditis, eos Episcopo presentare, vt approbentur ad confessiones suorum subditorum audiendas: quin etiam concedere eis possunt facultatem, vt extra Religionem cuilibet Sacerdoti ab Episcopo non approbato confiteri possint. Inter Religiosos intelliguntur etiam Moniales, quæ confiteri possunt cuilibet Sacerdoti, à Superiori designato. Fundamentum: Concilium hanc legem expressè limitat respectu sæcularium: & Religiosi Iure antiquo validè confiteri poterant cuilibet Sacerdoti. Hinc infertur, quando Superior concedit subdito licentiam eligendi sibi confessorem in itinere, posse sibi eligere quemcunque, etiam ab Ordinario non approbatum: nam hoc ipso quod licentia non limitatur, censetur concessa in suâ amplitudine.

Dubium est, an hoc priuilegio fruantur equites S. Ioannis, S. Iacobi Calatravæ, Alcantaræ, Aliud re Montesæ. Affirmant communiter apud Dianam tractat. 2. de dubiis Regul. Refol. 30. quia isti sunt veri Religiosi per tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiae, in manibus suorum Prælatorum emissa: ergo non secus, ac reliqui Religiosi, confiteri possunt cuius Sacerdoti siue sæculari, siue regulari, etiam ab Episcopo non approbato. Quæ licet de Iure vera sint; de facto tamen, vt ibidem, consuetudo est in contrarium.

QVÆRITVR 2. An qui virtute Bullæ facultatem habet eligendi confessarium, teneatur eligere ab Episcopo approbatum? Affirmant aliqui apud Sotum in 4. distinct. 18. questione 4. articul. 3. s. postremum: quia qui per diploma facultatem habet, vt possit eligere confessarium, debet qui eligitur, supponi confessarius per Episcopi approbationem, vel parochiale beneficium. Secundò quia semper in diplomate adjicitur, Confessores idoneos; Idonei autem non dicuntur, nisi qui vel approbatione Episcopi, vel Parochiali beneficio, sunt approbati. Cum iudicium Idoneitatis non sit relinquendum Personis priuatissimis publicis. Tertiò quia non censetur Pontifex per huiusmodi indulta quemcunque confessarium approbare, alioqui ansam daret eligendi quoscunque idiotas & indignos; sed solum eos, qui publicum testimonium habent de idoneitate.

Negat citato loco Sotus. Quam sententiam ipse communem appellat: pro quâ citat Paludanum, Antoninum, Gabrielem, Sylvestrum, Adriani, quos sequuntur aliqui recent. apud Dianam tract. 2. de dubiis Regul. Refol. 21. Fundamentum Sotis: ad sacramentalem absolutionem sufficit

sufficit potestas Ordinis, & Iurisdictio. Quius Sacerdos habet potestatem Ordinis, iurisdictionem accipit ab illo, qui priuilegium pœnitenti contulit eligendi sibi confessarium: nam hoc ipso qui prívilegium concedit, iurisdictionem confert in pœnitentem. Probat hoc secundum; primò ex verbis diplomatis, *ut possint eligere confessorem*: nam hoc, inquit, non est eligere eum, qui supponitur confessor per Episcopi approbationem, vel parochiale beneficium, sed qui electione ipsa fit confessor. Sicut cùm eligitur Episcopus, non eligitur, qui erat; sed qui ipsa electione creatur Episcopus: secundò, Pontifices, cùm id in Bullis non exprimant, nolunt pœnitentes coarctare ad solos confessarios approbatos. Tertiò, Priuilegia, & indulta non sunt arcta magis quam sonant.

DICO 1. Quando Pontifices in suis Bullis, & Indultis exprimunt, se facultatem concedere eligendi confessorem ab Ordinario approbatum, talem conditionem necessariò seruandam esse: alioqui inualida esset absolutio collata à confessario non electo iuxta formam concessionis. Neque potest nomine Ordinarij alias significari; quam Episcopus, iuxta consuetum modum loquendi Pontificum. Atque in hoc puto omnes conuenire.

103. 2. Quoties Pontifices non exprimunt, semper presumendum est facultatem concedere in suis Bullis iuxta formam Concilij. Ratio: cùm contrarium sit dispensatio à lege communi, non presumuntur Pontifex illam concedere, nisi id specialiter declareret: cùm semper Principes stare presumantur pro legibus, quæ suam vim iam obtinuerunt.

104. Ad 1. *Sots.*, retorq. argu. si eligendus est confessarius iuxta Bullam idoneus, presupponi debet idoneus, fit autem idoneus approbatione Episcopi. Nec est par ratio de Episcopo, quia hic non supponitur Episcopus ante electionem; sicut supponitur idoneus confessarius ante electionem.

Ad 2. sat esse ipsa lex communis Concilij, iuxta quam Pontifices suas Bullas concedere presumuntur, nisi aliud exprimant. Ad 3. concedo antecedens, quando aliud non obstat: in praesenti obstat lex communis Concilij, iuxta quam Pontifices presumuntur Bullas condere, nam licet Pontifices in ea dispensare valeant, nunquam tamen presumuntur dispensare, nisi exprimant: cùm dispensatio à lege communi sit priuilegium, quod nunquam Princeps censetur contra communem legem concedere, nisi exprimat.

105. QYERITVR 3. Qui possint hanc approbationem dare? Resp. Episcopos: vt Concilium docet. Nomine Episcopi intelliguntur etiam Vicarij Episcoporum, Abbates exempti, Episcopalem authoritatem exercentes, Capitulum sede vacante: non inferiores Pralati, aut Superiores, Episcopalem Iurisdictionem non habentes. Fundam. hic est actus Iurisdictionis Episcopalis: ergo omnes, & soli illi possunt huncatum exercere, qui Episcopalem, aut æqualem, aut quasi æqualem Iurisdictionem habent: hi autem sunt omnes, & soli enumerati. Iuxta hanc doctrinam intelligitur quædam Cardinalium Responsio, quæ prohibet, neminem se ad hoc intromittere posse, cùm sit proprium Episcoporum munus. Hinc excluduntur 1. Cardinales Episcopalem Iurisdictionem non habentes, 2. Provinciales & Generales Religionum: quia hi nullam Iurisdictionem habent in sacerdotes: 3. Episcopi electi, & consecrati, nondum tamen Iurisdictionem habentes: 4. Episcopi nominatim excommunicati: nam hic est actus Iurisdictionis, quæ excommunicatio priuat. Ceter-

rūm Henriquez lib. 3. de confirm. & Extr. Vnct. cap. 13. num. 3. & Sæ v. Confess. 30. putant posse: quia censem non esse actum Iurisdictionis: sed falluntur, cùm sit sententia iuridica de idoneitate Sacerdotis prævio examine, quæ necessariò presupponit Iurisdictionem in ferente sententiam.

QYERITVR 4. An debeat Episcopi approbatio re ipsa obtineri? Resp. affirmatiuè. Constat ex Concilio. Vnde non sufficit illam tantum petere: etiamsi iniuste negetur. Nam licet peccet Episcopus, iniuste negando; non tamen illa statim censetur concessa, nisi reipsa obtineatur. Non est autem necesse, ut obtineatur scripto, aut per examen, vel per Episcopum: quia potest per alium, & sine examine, ut Episcopo videbitur, concedi, ut ex Concilio constat.

Putant autem Navarrus cap. 27. num. 264. & 265. *Alio opin.* Henriquez lib. 3. de sacramento Pœnit. cap. 6. num. 4. Layman tract. 6. cap. 11. num. 4. Diana tract. 2. de dubijs regul. resol. 24. & permulti alii apud ipsos, si Episcopus Religiosos Mendicantes à suis Praelatis presentatos, & manifestè idoneos, sine causâ reijceret, possent nihilominus confessiones audire. Fundamentum in Clem. Dudum, de Sepultu. conceditur fratribus Mendicantibus priuilegium, ut si à suis superioribus electi, & presentati, nolint Praelati eos ad confessiones admittere, hoc ipso admitti censantur ab sede Apost. Neque hoc priuilegium derogatur per verba Concilij: *Priuilegijs, & consuetudine quacunque etiam immemorabili non obstantibus:* nam priuilegium in corp. Iuris insertum non reuocatur per nouam legem, nisi de illo fiat expressa mentio. Confirmat Navar. quando Iura, quæ videtur contraria, possunt concordari, debent: at hæc possunt concordari, ut Concilium hoc decreatum considerit solùm ad supplendam Praelatorum negligentiam.

Hæc opinio solùm probabilis est extrinsecè auctoritate. Cæterum citatus Textus Clemens. non loquitur de iuridicâ approbatione Episcopi, sed de purâlicentiâ, quam pro suo beneplacito, his Religiosis Episcopus concedere deberet ad audiendas confessiones suorum subditorum intra propriam diœcesim, ut sic melius seruaretur subordinatio. Idque colligitur ex verbis Pontificis, in quibus nulla mentio fit de examine, per Episcopum, sed tantum de licentia & gratia, totumque iudicium de idoneitate Confessorum Pontifex committit Superioribus Confessorum, concludens: *Ac deinde prefati Magistri, Piores, Provinciales, & Ministri Ordinum predicatorum, eligere student personas sufficientes, idoneas, vitâ probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum. Quas sic ab ipsis electas representent, vel faciant representari Praelatis, ut de eorum licentia, gratia, & beneplacito in Cimitatibus, & Diaœcisbus eorumdem huiusmodi persona sic eleæ confessiones, confiteri sibi voletum audiant.* Cùm igitur hoc ius examinandi, & approbandi Sacerdotes ad confessiones audiendas sit nouum à Tridentino inductum, distinctum ab illo, quod Mendicantes habebant, non potest ex illo ad hoc efficax argumentum duci: nam hoc supponit priuilegium, quod Mendicantes habebant, fuisse illud idem, cuius oppositum in suo decreto sanxit. Vnde ex hoc summum tantum sequitur, quando huiusmodi Religiosi alias ab Episcopo iuridicè approbati, ad confessiones non admittuntur, posse vi huius priuilegij illas audire. Verum hoc ipsum etiam censetur derogatum per multas Bullas posteriores, in quibus non solent Pontifices concedere Religiosis licentia riores repudiendi confessionem repugnantibus Episcopis, gnant.

& Parochis, ut constat ex bulla Greg. XIII. in qua Pontifex facultatem concedit Nostris iter agentibus confessiones audiendi, non tepugnantibus Parochis: imò neque in locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtentā, etiam si alijs sint approbati.

uilegia, quæ concedit per Bullas, concedit iuxta decretum Concilij, nisi aliter exprimat.

Qværitur 6. A quo Episcopo debeat approbari Sacerdos ut idoneus ad hoc munus reputetur? Dabat 6.

duplex sit Episcopus, alter pœnitentis, alter absoluētis, controversia emergit: cuius Episcopi requiratur approbatio iuxta decretum Concilij, Pœnitentis ne, an absoluētis, an vtrinsque?

PRIMA sententia requirit approbationem vtriusque: 114.  
1. Sentent.  
Fundam.  
Confirm. 1.

*Vasquez* qvæst. 93. ar. 3. dub. 4. Fundam. Concilium requirit approbationem ab Episcopis in plurali: igitur vtriusque. Confirm. 1. Si sola approbatio absoluētis sufficeret, talis approbatio sufficeret pro 2. toto mundo. 2. nam eius est confessore approbare, cuius est de idoneo ministro suis ouibus prouidere.

SECUNDA requirit approbationem vnius tantum Episcopi, quicunque ille sit, etiam si neutrius. 115.  
2. Sentent.

*Henriquez lib. de Indulg. cap. 12. & lib. 3. de sacramento Pænit. cap. 6.* Eamque probabilem putat *Mendoza* 12. qvæst. 19. art. 6. §. Ceterum: quia Concilium non requirit, nisi Episcopi approbationem: igitur non est coarctanda ad Episcopum vel pœnitentis, vel absoluētis.

Fundam. TERTIA requirit approbationem Episcopi solius pœnitentis: ita multi Theol. & Iuristi apud *Sanz* resp. *disput. 28. scil. 6.* quoniam ad Episcopi munus spectat, de bonis atque idoneis confessarijs suis subditis prouidere: ergo maximè ad Episcopum pœnitentis spectat, eos approbare.

QVARTA aferit, esse munus Episcopi solius absoluētis. 116.  
3. Sentent.  
Fundam. possit.

*Suarez disput. 18. proxime; Coninck disp. 8. dub. 7.* Quæ probabilior est. Quam confirmant duæ Resp. Cardinalium, quorum munus est explicare dubia, quæ ex Cōcilio emergunt. 1. in quâ fuit quæsumum, an ex vi priuilegij, quod habet Episcopus sibi eligendi confessarium, posset sibi eligere Sacerdotem, sibi non subditum, à proprio Ordinario non approbatum. *S.D.N. audita relatione Congregacionis declaravit*, Episcopum vigore priuilegij, de quo in capit. finali, de Pænit. & Remissionib. non posse sibi eligere Sacerdotem, sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam huius decreti admissus, seu approbatus ad audiendas confessiones. In quâ Pontifex supponit, requiri approbationem Episcopi ipsius Confessarij, alioqui si sufficeret approbatio Episcopi pœnitentis, posset Episcopus elegere sibi confessarium non subditum, cumque approbare. 117.  
4. Sentent.  
probabil.

Prior resp. At in Bulla Iubilæi debent supponi approbati ab Ordinario, debeant intelligi approbati ab Ordinario pœnitentium, an confessariorum. *Declaravit S. D. N. tempore Iubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus, approbatis ab Ordinario, ad audiendas confessiones.* In Bulla autem non fit mentio nisi de Ordinario eorum, qui audituri sunt confessiones, non de Ordinario confessantium. At Pontifex in Bulla Iubilæi semper vult seruari Ius Concilij: igitur ex hac declaratione, sequitur iuxta Concilium solius Episcopi Sacerdotis approbationem necessariam esse, & sufficere. Hoc autem indicant illa verba, non ab Ordinario pœnitentium. Nec dici potest hanc dub. extendi tantum ad Regulares, de quibus tantum fit mentio: nam eadem est ratio de omnibus: quia approbare Sacerdotem ad confessiones audiendas, est actus Iurisdictionis: ergo non potest exerceri in non subditum. At si requireretur approbatio Episcopi pœnitentis, deberet exerceri in non subditum: quia Episcopus pœnitentis deberet approbare Sacerdotem alterius dicæccis.

Ad 1. 1. sent. R. csp. Concilium loqui in plurali, prima. non

no.

Dubium 5.

Ratio dub. per Clemen. super Cathedram, de sepulchro. & inter cunctas, de priuilegijs Generalium, vel Prouincialium Mendicantiū erat designare aliquos sui Ordinis Sacerdotes, qui presentati ab Episcopo, licentiam peterent excipiendi confessiones sacerulariū intra illius dicæccis, & nunc in nostrâ Societ. munus exponendi confessores profæcularibus, præmisso domestico examine, & approbatione Ordinarij, est Prouincialis: Vt *Regula* 28. *Prouincialis*. Igitur præter approbationem Episcopi, necessaria est etiam approbatio proprij Superioris. Respond. vel loquimur de sola approbatione, quæ Regularis Sacerdos iudicatur idoneus ad confessiones sacerulariū audiendas, & hæc solius Episcopi sufficit: nam ad illum, tale munus approbandi Concilium remittit. Vel loquimur de iurisdictione, quam iuxta priuilegia Sacerdotes Regulares accipiunt per suos superiores, ad confessiones sacerulariū audiendas, & tunc præter approbationem Ordinarij, necessaria est licentia proprij Superioris: quia vt in *Bulla Gregorij XIII. de usu facultatis anno 1575.* & in *compendio nostrorum privilegiorum in prefatione*: Nullus è Societate vti potest priuilegij Societati concessis, nisi illi per Generalem aut per alios ab ipso electos communicetur. Cùm igitur Generalis facultatem communicandi nostris iurisdictionem ad audiendas confessiones sacerulariū committat solis Prouincialibus, vt ex cit. *Reg. constat*: præter Ordinarij approbationem, necessaria erit Prouincialis facultas ad iurisdictionem, iuxta nostra priuilegia accipendam. Leg. *Palar. in 4. disp. 17.*

III. Coroll. 1.

Fundam:

II. Coroll. 2.

Ratio primi. Ratio secundi.

Hinc deducitur 1. posse Episcopum simul cum approbatione dare etiam iurisdictionem Sacerdoti Regulari, habitanti intra suam dicæccis absque vltâ licentia sui proprij superioris, quantum attinet ad validitatem sacramenti. Fundamentum: Regulares ratione habitationis sunt subditi quoad hoc Episcopis: ergo possunt ab illis approbari, & iurisdictionem accipere. imò etiam si proprij Superiores contradicerent, validè absoluere possent: quia habent omnia ad absoluendum requisita; nec approbatio, & iurisdiction ab Episcopo concessa, quoad valorem pendet à voluntate proprij Superioris; sed Episcopi cocedentis. 2. Non posse Sacerdotem Regularem approbatum tantum ab Episcopo, audire confessiones sacerulariū, sine facultate sui Prouincialis: posse tamen eligi sine facultate sui Prouincialis à quolibet sive sacerulari, sive Regulari per Bullam vel Iubilæum. Ratio primi: Ordinarij Regulares, iurisdictionem audiendi confessiones sacerulariū, per priuilegia ipsis concessa, participare solent per communicationem suorum Superiorum, à quibus nisi habeant facultatem audiendi confessiones, non participabunt iurisdictionem à Pontifice concessam. Atque adeò confessiones audiire non poterunt. Ratio secundi: tunc iurisdictionem absoluendi non habent Regulares mediante proprio Superiore; sed immediate à Pontifice: ergo electi absoluere possunt quemcunque etiam contradicente proprio Superiore. Supponi tamen debent ab Ordinario approbari, etiam in ordine ad Pœnitentes Regulares: quia in semper Pontifex pri-

non quia plurium Episcoporum requirantur approbationes; sed quia pro diversis Sacerdotibus, diverso Episcopo subiectis, plures ac diversæ requiruntur approbationes. Ad 1. confirm. infra. Ad 2. dico, satis suis ouibus Episcopum prouidere: etenim licet possit alienum Sacerdotem à suo Ordinario approbatum, ad confessiones suorum dicæcessorum admittere; non tamen tenetur, & ideo potest illam vel ad tempus admittere, donec maiorem de illo acquirat notitiam, vel ad tempus differre, donec aliunde certior fiat, de idoneitate ipsius. Ad reliquas sciat. constat ex dictis.

<sup>119.</sup> <sup>Dubium</sup> 7. An approbatus ab uno Episcopo, censeatur approbatus protota Ecclesia? Non loquimur hinc, quando aliquis approbatur limitate, pro certo loco, aut qualitate personarum, quod iure suo Episcopi facere possunt, cum enim major scientia, vel prudentia requiratur pro uno loco, aut genere personarum; quam pro alio, rationabiliter potest Episcopus approbare Sacerdotem pro uno loco, vel genere personarum, & non pro alio: quo casu non posset talis confessarius approbatus tantum pro uno loco, aut genere personarum, virtute Iubilæi, eligi à pœnitentibus alterius loci, vel ab alio genere personarum: nisi talis limitatio loci aut personarum, non fuerit facta ex defectu scientiarum, sed valetudinis. Loquimur igitur, quando Episcopus absolute, & absque ullâ restrictione approbat aliquem, an talis approbatio sufficiat, pro quavis dicæcessi.

<sup>120.</sup> PRIMA sent. negat: *Vasquez qu. 93. art. 3. dub. 4.* <sup>Sententia 4. &c. quam confirmat R. resp. Cardin. ad Episc. Valent.</sup> Congregatio Concilij responderet, approbatum ab alio, ex Privilegio quam a Valentino Episcopo, in diœcesi Valentina non possit illi seruare, nisi approbatum ab Ordinario.

<sup>121.</sup> SECUNDA affirmit: *Henr. de Indulg. cap. 12.* quia <sup>122. 2. Sententia</sup> Concilium non exigit nisi approbationem, ergo <sup>123. 3. Sententia</sup> non est, cur plus requiratur.

<sup>124.</sup> TERTIA distinguit. Quantum est ex vi decreto, ei Concilij, sufficere unam approbationem pro totâ Ecclesiâ: quantum verò est ex parte approbantis, posse plures requiri: quia potest approbans limitare suam approbationem, ut non valeat nisi pro suâ dicæcessi, & tunc, ut idem iudicetur idoneus pro aliâ, debet ab Episcopo illius dicæcessis approbari. Ita *Suarez* disp. 28. sect. 7.

<sup>125.</sup> QUARTA, quæ mihi maximè probatur, est *Coxinck* disp. 8. dub. 7. Opinantur, per se quidem sufficere unam approbationem pro totâ Ecclesiâ; adhuc tamen posse Episcopum unius Dicecessis examinare Sacerdotem approbatum ab Episcopo alterius dicæcessis, ut illi suas oves committat. Probatum quia sic optimè conciliantur Cardinalium Responsiones; duæ citatae in dubio precedentis affirmant requiri, & sufficere approbationem Episcopi absoluens; ex quo sequitur, Sacerdotem approbatum à suo Ordinario, censeri approbatum pro quâvis Dicecessi. Ultima in hoc dubio, negat Sacerdotem approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo censeri approbatum in Valentinâ dicæcessi:

<sup>Concilium</sup> <sup>126.</sup> <sup>sancti tres</sup> <sup>resp.</sup> priores duæ intelliguntur, quantum est ex vi decreti Concilij ad validitatem sacramenti: Ultima intelligitur, si Episcopi voluerint ut iure suo, quod habent in Sacerdotem approbatum ab Ordinario alterius dicæcessis: nam tunc approbatus in unâ non censetur approbatus in aliâ, si Episcopus illius voluerit in illum ut iure suo. Probabile enim est, approbationem unius Episcopi communicari cum subordinatione ad reliquos; ut si reliqui non repugnant, si sufficiat una; si minus, non tollit ius, quod

vnuquisque habet ad examinandum Sacerdotem pro suis ouibus. Hoc ipsum confirmat motus *Pij V.* anno 1571. qui incipit: *Romani Pontificis*, quo declarat posse Religiosos Mendicantes approbatos à predecessor, iterum examinari à successore pro maiore quiete ipsius; nontamen debere. Eadem igitur ratione poterit, semel approbatus ab uno Episcopo, iterum examinari ab alio, pro maiori quiete conscientiæ ipsius, non tamen debere. Eadem quippe est ratio vnius respectu plurium Episcoporum, in eâdem dicæcessi sibi succedentium, atque unius respectu plurium Episcoporum in diversis dicæcessibus existentium. Notat *Diana cum alia tract. 2. de dub. regul. resol. 27.* quod quamuis id facere possit Episcopus; haud tamen facere potest Capitulum sede vacante; præsertim cugi Regularibus, qui non censentur comprehendendi in odiosis, nisi exprimantur. Vnde si nouus Episcopus reuocaret licentias confitendi à præcedente concessas, sub hâc reuocatione non compræhenderentur Regulares.

Infertur 1. habentem parochiale beneficium, posse ubique eligi ad confessiones audiendas, absque nouâ approbatione. Fundamentum: Concilium distinguit inter habentem, & non habentem parochiale beneficium; & de non habente tantum dicit necessariam esse approbationem: ergo habente remittit se ad ius commune. Vnde posset unus parochus suam Iurisdictionem delegare alteri parochio, non simplici Sacerdoti, contra aliquos apud *Dianam tract. 4. sacram. resol. 146.* quia Parochus non potest Sacerdotes approbare. 2. Quilibet Sacerdos, approbatus absolute à suo Ordinario, eligi potest à quilibet per priuilegium Bullæ, aut Iubilæi: quia quilibet Sacerdos à suo Ordinario approbatus, iuxta Concilium est capax Iurisdictionis in hoc foro: ergo eligibilis est à quilibet per priuilegium Bullæ, aut Iubilæi. Dixi, absolute: quia si esset tantum approbatus pro uno loco, vel dicæcessi, non posset eligi nisi ab incolis illius loci, aut dicæcessi, ut *suprà*.

3. Sacerdos mutans domicilium ex unâ dicæcessi in aliam, ut sit idoneus ad audiendas confessiones illius dicæcessis, ad quam migrat, & aliorum, eget (iuxta 1. sentent.) nouâ approbatione Episcopi, sub cuius dicæcessi fit: non tamen nouâ approbatione, si postea ad eandem dicæcessum redeat: quia ex *Tridentino* nullus Sacerdos est capax *Fundam.* Iurisdictionis, nisi approbatus à suo Ordinario.

Sed Sacerdos mutans domicilium in aliam dicæcessum fit subditus Episcopi illius; ergo ut ex Concilio sit idoneus, & capax Iurisdictionis, eget approbatione illius ad cuius dicæcessum transfert suum domicilium; nam ille est ipsius Ordinarius. Idem dicens de Religiosis, qui ex unâ dicæcessi migrant in aliam; nam licet hi sint exempti ab Episcopo; in hoc tamen sunt illi subiecti. 4. Idem dicendum de pœnitentibus Religiosis, quando per priuilegium Bullæ, vel Iubilæi eligunt sibi confessarium: quia *Fundam.* semper in Bullis Pontifices intendunt priuilegia concedere iuxta decretum Concilij. Neque ullam differentiam faciunt inter Religiosos, & laicarum.

5. Potest Episcopus facultatem concedere suis subditis eligendi sibi quemcumque Sacerdotem, à suo Ordinario approbatum. Quod etiam potest parochus: cum duplice discrimine. 1. quod Episcopus potest impedire delegationem parochi, non contraria. 2. Quod Episcopus potest etiam concedere subdito, quando est vir doctus, facultatem approbandi confessarium, non parochus.

Quæritur 8. An semel approbatus semper *Dubium 8.* maneat approbatus?

PRIMA sententia de Regularibus affirmat: de <sup>1. Sentent.</sup>

P 4 secu-

<sup>124.</sup> Corollaria quinque. Fundam.

115.

126.

127.

Concedi potest subdito facultas approbandi.

129.

sæcularibus negat: quia Regulares suam Iurisdictionem habent à Pontifice, & solum Episcopi agent approbatione: quâ semel habitâ, ipso iure censentur idonei, & capaces Pontificis Iurisdictionis. Neque ex Concilio requiritur, nisi una dumtaxat approbatio: sæculares verò non solum pendunt ab Episcopo quoad approbationem; sed etiam quoad Iurisdictionem, quæ ad nutum Superioris reuocari potest. Henriquez lib. de Indulgenc. cap. 12. Vasquez quæst. 93. art. 3. dub. 5. & Sæ V. Confess. 3.

130. SECUNDA negat de vtrisque: quia potest Episcopus tam sæculares, quam Regulares approbare ad tempus, quo elapsi egebunt nouâ approbatione. Et hæc approbatio est Iudicica sententia de sufficientiâ Sacerdotis, quæ fundari debet in doctrinâ & moribus ipsius. Sed possunt doctrina & mores mutari: ergo & sententia.

131. DICO 1. non potest Episcopus sine iusta causâ approbationem semel datam reuocare. Ita Congregatio Cardinalium declaravit: quia hæc est Iudicica sententia, quæ reuocari non potest absque nouâ causâ. Vnde si evidenter constaret nullam subesse causam, reuocatio esset inualida, & approbatus adhuc censeretur approbatus. Dixi, evidenter quia in dubio standum est pro Superiori, qui interdum ad euitandam infamiam unius, qui non recte fuit approbatus, iterum examinat omnes.

132. DICO 2. Potest Episcopus, nouâ subortâ causâ, approbationem semel datam, non solum à Sacerdote sæculari, sed etiam à Regulari reuocare. Hanc nemo negat: quia sicut ipsius iudicio commissum est, ut possit iudicare de sufficientiâ Confessoris, an sit idoneus ad inchoandas confessiones; ita iudicio eiusdem commissum est, iudicare an sit idoneus ad continuandas.

133. Ex his infertur 1. Posse Episcopum Sacerdotem Regularem, ab alio Episcopo approbatum, iterum pro sua dicecesi approbare: quia non tenetur se remittere ad iudicium alterius Episcopi. 2. Posse Episcopum successorem iterum approbare Regularem, approbatum à suo prædecessore; quia non tenetur successor remittere se ad iudicium prædecessoris: quod etiam declarat Pius V. cit. 3. non posse Episcopum Sacerdotem Regularem anteâ ab ipso approbatum, si posteâ mutauit domicilium, iterum ipsum examinare, cum denuo ad eius Episcopatum reuertitur, nisi nouâ subortâ causâ: quia sola mutatio domicilij per aliquod tempus non est sufficiens causa, quod debeat iterum ad examen vocari.

134. Nota: Pium V. primò per bullam declarasse; Religiosum, ab aliquo Episcopo approbatum, non posse ab eodem iterum examinari, & sisit ex Mendicantibus, nec posse à successore: Postea ad dirimendas lites inter Ordinarios, & Religiosos per aliam bullam declaravit, posse etiam Mendicantes à prædecessore examinatos, etiam à successore iterum examinari, pro maiori quiete conscientiae suæ. Demum Gregorius XIII. Vtramque bullam Pij V. reuocauit, & totum hoc negotium reduxit ad ius commune. Hæc reuocatio habet in fine summ. Narr. Quo sit, ut tota hæc res decidenda sit iuxta decretum Trident. & declarationes congregacionis Cardinalium, quæ ius habet interpretandi Concilium.

135. Cùm igitur neque ex Concilio, neque ex declarationibus Congregationis Cardinalium, discri-  
men aliquod habeamus inter approbationem Sa-  
cerdotis sæcularis, & Regularis in Ordine ad con-

fessiones sæcularium, non est cur tale discri-  
men. Quare in hâc re idem de vtrisque sentien-  
dum est, quantum spectat ad approbationem: nam  
de Iurisdictione alia est ratio, cum Regulares illam  
habeant immediate à Pontifice, sæculares ab Epi-  
scopo. Hoc autem non tollit, quin quoad approba-  
tionem sint pares.

## DISPUTATIO XVI.

### De satisfactione sacramentali.

**H**ÆC est alia pars, ad integratem huius sacramenti ex parte pœnitentis, teste Trident. sess. 14. cap. 3. diuinâ institutione re- quisita. Dicitur autem pars integrans, & non essentialis: quia tota essentia huius sacramenti consistere potest absque satisfactione, ut patet de sacramento collato moribundo, cui ob im- potentiam nulla imponitur pro peccatis satisfactio. Hoc posito, Quatuor præcipue de satisfactione Quan-  
satisfactio di-  
castur pars  
integrans.

### SECTIO PRIMA.

#### An Sacerdos habeat potestatem obligandi pœnitentem ad satisfactionem acceptandam?

**P**RIMA sententia negat: Scotti in 4. dist. 15. quæst. 1. §. de 2. principali: & dist. 17. art. 2. & dist. 19. §. ad. dist. 17. art. 2. & dist. 19. §. ad. dist. 14. quæst. 1. art. 2. & dist. 17. art. 2. post conclus. 2. Gabriel. dist. 16. qu. 2. art. 3. dub. 5. & dist. 18. qu. 1. art. 3. dub. 1. Sylvestri verb. confess. 1. quæst. 23. Medin. cod. de confess. qu. 41. Na-  
narr. in sum. cap. 26. num. 20. Vbi ait, hanc esse in Ur-  
be, & Orbe receptam sententiam Caietani Tom.  
1. Opuscula tract. 6. quæst. 2. ad 2. qui non modò cum  
præcedentibus existimat, pœnitentem non teneri  
ad satisfactionem acceptandam; sed neque sub mor-  
tali teneri ad acceptatam exequendam, contra eos-  
dem cit. Fundamentum: non obligatur pœnitens Fundam.  
pro suis peccatis in hâc vitâ satisfacere; sed potest  
satisfactionem differre in aliam: quia quando sunt  
duo modi satisfaciendi, ad neutrum tenetur tenuis  
determinate; sed poterit pro libito vtrumlibet eli-  
gere. Confirmatur 1. alioqui frustra esset purgato- Confirm.  
rium, si pœnitens teneretur in hâc vitâ, propeccati-  
onis in confessione remissis, satisfacere. 2. Si posset Confirm.  
confessarius obligare pœnitentem ad pœnitentiam  
acceptandam, posset illum obligare ad acceptan-  
dam pœnitentiam peccatis condignam: at ad hanc  
obligare non potest: esset enim intolerabile onus,  
humanam imbecillitatem exceedens: ergo ad nullam  
obligare potest.

**S**ECUNDA affirmit: Magistr. in 4. dist. 16. & 18. 3.  
Alens. 4. part. qu. 24. memb. 4. art. 5. Albert. in 4. di- Affirmat.  
stinct. 16. art. 20. S. Thom. in 4. distinct. 18. qu. 1. art. 3.  
qu. 3. & distinct. 20. qu. 1. art. 2. quæst. 2. ad argum. Bo-  
nu. dist. 18. art. 2. qu. 2. Richard. art. 1. quæst. 5. Capreol.  
dist. 19. art. 3. ad 4. Scotti cont. 4. (onc. Palud. distinct. 20.  
quæst. 2. Major. qu. 1. Sot. qu. 2. art. 2. Palat. dist. 1.  
Cani relect. de pœnit. part. 6. fine. Petr. Sot. de satisfact.  
lett. 2. propos. 2. Henriquez lib. 5. de sacram. cap. 18. &  
20. Suarez disp. 38. sect. 3. & 7. Vasquez qu. 94. art. 2.  
dub. 1. Valent. disp. 7. quæst. 1. 4. punt. 4. Coninck disp.  
10. dub. 9. Sæ vers. satisfact. 4. Quam sentent. Vasquez  
& Vistoria putant de fide; Suarez ita certam, ut sine  
temeritate negari non possit: Canus oppositam  
vocat

vocat intolerabilem. Et sanè siverba, Trident. sess. 14. cap. 8. & can. 15. expendantur, de cù dubitari non potest. Verba Concilij sunt hæc. *Habeant pre oculis, Sacerdotes, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad noue vita custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteriorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam claves Sacerdotum non ad absolvendum dum taxat; sed & ad ligandum concesserit, et antiqui Patres, & credunt, & docent.* Et can. 15. oppositum sub anathemate damnat. Si igitur in Sacerdoti est potestas ligandi pœnitentem per iniunctam satisfactionem, erit in pœnitente obligatio acceptandi: alioqui frustra eset in Sacerdote potestas, cui nulla responderet in pœnitente subiectio.

**Dices 1. cum Nauarr.** Esse in Sacerdote potestatem non absolutam, sed arbitriam, cui responderet in pœnitente subiectio non coacta, sed libera. Sed contrà: hanc potestatem ligandi Concilium comparat cum potestate soluendi: at potestas soluendi siue à culpâ, siue à pœnâ æternâ, (non enim intelligi potest de potestate soluendi à pœnâ temporali: quia hæc est eadem cum potestate ligandi per pœnitentia impositionem: quæ quatenus pœnitentem obligat ad acceptandum satisfactionem, dicitur potestas ligandi) non est potestas arbitria, sed absoluta: quia non est in arbitrio Sacerdotis absoluere, vel non absoluere pœnitentem à peccatis; sed ex præcepto tenetur positâ subiecti dispositione: quo etiam præcepto tenetur pœnitens ad absolutionem procurandam, & acceptandam: ergo etiam potestas ligandi per satisfactionem erit in Sacerdote absoluta, consequenter etiam in pœnitente respondet obligatio acceptandi absoluta.

**Dices 2. cum Fabro apud Dianam tract. 4. de sacramentis resol.** 51. Concilium intelligi de pœnitentiâ, quatenus est medicinalis, & præseruativa à futuris peccatis, non quatenus est satisfactoria: vt sic enim potest illam non acceptare, sed in aliâ vitâ soluere. Sed contrà: hanc potestatem, quæm confessarius habet imponendi pœnitenti satisfactiōnem, manifestè extendit se ad imponendam illam etiam in vindictam, & castigationem præteriorum peccatorum, vt ex verbis suprà constat. Confirmatur: confessarius in hoc tribunali non solum agit partes medici; sed etiam Iudicis & ministri Dei, cuius offensas iuxta ipsorum grauitatem punire debet in reo.

**Eadem veritas deducitur ex verbis Christi, Matthei 16. quodcumque liganoris super terram, erit ligatum hac veritate. & in Cœlis: quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis: quæ non solum intelliguntur de potestate ligandi, & absoluendi à culpâ; sed etiam à pœna: vt colligit S. Thom. hic ex pronomine quodcumque; quod non solum extenditur ad culpam, sed etiam ad pœnam: Ligat Sacerdos ad pœnam, illam imponendo; soluit à pœnâ per impositam satisfactionem, à pœnâ peccatis debitâ liberando. Ita Augustin. lib. de verâ & falsâ pœnitent. cap. 15. loquens de pœnitente, ponat, inquit, se omnino in potestate Iudicij, in Iudicio Sacerdotis, nihil sibi reservans sui: vt omnia eo subente paratus sit facere. Vbi nota participium, labente, quod absolutam præcipiendo potestatem importat. Probat. ratione, 1. ex Trident. sess. 14. cap. 3. & can. 4. satisfactio est pars integrans sacramentum pœnitent. quæ nec à Sacerdote omitti, nec à pœnitente sine causâ rejici potest: quia vterque tenetur, quantum fieri potest, integrum sacramentum facere: fieret enim aliqua iniuria sacramento, si pars integralis sine causâ omit-**

teretur. Ut si quis in Extrema-Vnctione sine causa omitteret aliquam sensus inunctionem. 2. Ex eodem sess. 14. cap. 5. & 6. & can. 9. Sacerdos est verus, & legitimus Iudex à Christo institutus in hoc foro pœnitent. At officium Iudicis postulat, vt possit ligare, & soluere per condignam pœnæ impositiōnem, sicut & reus Iudici pœnam imponenti parere debet. 3. Ius naturæ dicit, aliquam iniuriæ compensationem faciendam esse offenso, cùm ad ipsius amicitiam redit offendens: ergo aliquam satisfactionem exhibere debet pœnitens, cùm per sacramentum reconciliationis ad Dei offensi amicitiam redit: ergo maximè illam quam Sacerdos vice Dei imponit. 4. Tenetur Sacerdos vt medicus spiritualis opportuna adhibere remedia tum ad contractos animi morbos curandos; tum ad futuros præcauendos; ergo tenetur aliquam satisfactionem pœnitenti iniungere: quia non est alius opportunitas modus vitia curandi, & in posterum vitandi; quæm ad oppositos actus virtutum pœnitentem obligare; ergo pœnitens tenetur eam acceptare: nam arctiori vinculo adstringitur pœnitens erga suam salutem, quæm Sacerdos; ergo si hinc tenetur eam pœnitenti procurare per opportuna media; à fortiori tenebitur illam per opportuna media procuratam non respuere.

**Infertur 1.** teneri sub mortali tam Sacerdotem conuenientes satisfactiones pœnitentibus iniungere, quæm pœnitentem eas acceptare atque exequi. Colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 8. debent Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares & conuenientes satisfactiones iniungere, ne si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quedam opera pro gravissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Nam & verbum debent, & quæ subsequuntur, ne alienorum peccatorum participes efficiantur, satis declarant, grauem incumbere Sacerdotibus obligationem, ad condignas culpis pœnitentias imponendas.

Nec te moueat Florentin. in litteris vno. 9. **Quartum,** vbi docet, satisfactionem imponendam esse, Florentinus secundum arbitrium Sacerdotis: nam nō Secundum arbitrium, non significat, quod in arbitrio Sacerdotis sit, satisfactionem pro peccatis imponere, vel non imponere; sed quod satisfactio iudicanda sit digna, vel non digna culpis, iuxta Sacerdotis arbitrium: quod Trident. explicauit per illa verba: **Quantum Trident.** Spiritus & prudentia suggererit. Quo iudicio posito, non est amplius in potestate Sacerdotis, pœnitentiam, quæ iudicata est condigna peccatis, pœnitenti non iniungere. Quare solum Sacerdotis arbitrio committitur iudicium de condignitate pœnæ, non de illâ imponendâ, vel non imponendâ pœnitenti: hanc enim obligationem habet, vt Trident. testatur, à clauibus, quæ ad hunc finem Sacerdoti conferuntur, vt per eas ligare, & soluere possit. Ratio: Sacerdotes in hoc tribunali sunt Ordinarij Iudices à Christo constituti, non minus ad causas Dei, quæm pœnitentium agendas: iudices autem tenentur secundum leges à supremo Principe sibi constitutas iudicare: ergo tenentur Sacerdotes per pensum grauitate criminum, & pœnitentium facultate, condignas ac salutares pœnitentias iniungere. Cùm enim hoc sacramentum non modo sit ad salutem animarum, sed etiam ad vindictam offensæ contra Deum institutum, non minus debent iniunctæ pœnitentia esse condignæ pro offensâ Deo illatis, quæm salutares pro animarum salute.

**Prob. ratio-  
ne. 1.** Trident. sess. 14. cap. 3. & can. 4. satisfactio est pars integrans sacramentum pœnitent. quæ nec à Sacerdote omitti, nec à pœnitente sine causâ rejici potest: quia vterque tenetur, quantum fieri potest, integrum sacramentum facere: fieret enim aliqua iniuria sacramento, si pars integralis sine causâ omit-

Addit

11.  
Altiora  
verba Con-  
silio.

Addit Concilium, pro pœnitentium facultate: quia cùm hæc satisfactio, quæ in hoc sacramento iniungitur, non sit tantum in vindictam peccatorum; sed etiam in salutem pœnitentis, debet illa spectari non solum penes condignitatem compensationis; sed etiam penes vires & facultatem pœnitentis, à quo sine magnâ difficultate adimpleri possit. Vnde si dubium esset, ne à pœnitente adimpletur, posset in aliam faciliorem commutari: quam commutationem licite posset à confessario pœnitens petere; quam si ille negaret, alium posset confessarium adire. 2. non tenetur Sacerdos sub mortali, sed tantum sub veniali, satisfactionem pro venialibus iniungere. Ratio: cùm hæc non sit pars essentialis, sed tantum integralis, non est simpliciter necessaria ad validitatem Sacramenti. Omittere autem partem integralem minimam sacramenti, qualis esset satisfactio pro venialibus, non est, grauem iniuriam inferre sacramento. Eadem ratione sequitur, non teneri pœnitentem sub mortali, minimam satisfactionem pro venialibus acceptare. Vix tamen iste casus ex parte pœnitentis reduci potest in proximam absque contemptu, qui semper est mortale.

13. DICES. Qui in sacramento Eucharistia omittit miscere aquam vino consecrando, peccat mortaliter, esto aqua, quam miscere omittit, sit pars leuis: ergo qui in sacramento pœnitentia omittit satisfactionem leuem peccat mortaliter, esto illa sit materia leuis. Respond. neg. consequent. quia aquæ mixtio in Eucharistia habet aliquam mysticam significationem, quæ non saluat in solo vino, aut pane consecrando: est autem hæc, fluxio aquæ ex latere Christi, & vno populi cum Christo. At significatio satisfactionis in sacramento pœnitentia saluat in alijs partibus eiusdem sacramenti. Est enim hæc compensatio, quam peccator tenetur offerre Deo pro suis peccatis: hæc autem non solum significatur per pœnitentiam sibi à confessario iniunctam; sed etiam per dolorem ab ipso pœnitente conceptum; qui etiam offertur Deo in compensationem illatæ offendæ. Vnde non est hæc pars integralis ita necessaria huic sacramento, sicut mixtio aquæ vino consecrando in Eucharistia. Et quamquam satisfactio non solum iniungitur pro compensatione offendæ; sed etiam pro medicinâ & cautelâ pœnitentis: tamen hæc non semper est necessaria pro venialibus.

14. Coroll. 3. 3. Tenetur pœnitens grauem pœnitentiam, etiam pro venialibus, vel mortalibus alijs confessis, exequi sub mortali: contrà verò leuem, etiam pro mortalibus impositam non tenetur sub mortali: *Henriquez lib. 5. de sacram. cap. 20. num. 3. & 4.* Fundamentum: grauitas legis non sumitur ex grauitate causæ, ex quâ imponitur, cùm illa sit extrinseca, sed ex grauitate operis iniuncti: ergo nec grauitas satisfactionis, quæ est lex à Sacerdote lata, desumenda est ex grauitate causæ, sed ex grauitate operis iniuncti. Confirm. sicut votum in materiâ leui, etiam propter grauem causam factum, non obligat sub mortali: & contrà, votum in graui materiâ, etiam propter leuem causam editum, obligat sub mortali: ita satisfactio &c.

15. Coroll. 4. 4. Pœnitentia est anteabsolutionem iniungenda; non tamen peccare, qui illam iniungeret post absolutionem. Primum prob. potest pœnitens cum confessario de pœnitentiâ non conuenire, atque adeò alium confessarium adire; 2. absolutio est ultima sententia remissiva offendæ ex parte Dei; ergo supponere debet voluntatem satisfaciendi ex parte pœnitentis: 3. absolutio est forma, satisfactio

materia, quæ ad formam præsupponenda est. Secundum docet *Nanarr. in cap. 1. de penit. distinc. 6. num. 35. & Henriquez lib. 5. cap. 22. num. 10.* Probat. cùm iniuncta satisfactio non spectet ad essentiam sacramenti, & aliunde non est probabile periculum, quod illam pœnitens non sit acceptatus, nulla sit sacramento iniuria. Si statim post absolutionem iniungatur: secus quando periculum foret, ne pœnitens illam esset acceptatus: quia tunc deberet Sacerdos de voluntate pœnitentis certior fieri, ne, postimpensam absolutionem, cogeretur alium confessarium adire.

16. Coroll. 5. 5. Non tenetur ad implendam pœnitentiam, qui certò nouit absolutionem fuisse inualidam, tum quia illa non fuit pars sacram. tum quia alioqui teneretur ad duplē pœnit. cùm debeat confessionem repetere, & aliam pœnit. acceptare.

17. 6. Per se quodlibet opus, etiam internum, est aptum ad satisfaciendum Deo pro peccatis; tamè ex *Quæ opera Trident. debent satisfactiones esse salutares, & con-*  
*pœnitentiâ iniungenda in suis actis,* facilius fieri potest opera virtutum contraria peccatis in satisfactionem imponi, vt melius pœnitentis saluti consulatur: omnia autem opera satisfactoria Theologi reducunt, ad Orationem, Ieiunium & Eleemosynam. Docet etiam *ibid.* Concilium, peccatorem per flagella à Deo inficta, & patienter tolerata, pro suis peccatis satisfacere posse: adeoque eadem posse in satisfactionem peccatorum à confessore iniungi. Vnde potest infirmo iniungi infirmitas ipsa in satisfactionem suorum peccatorum; quin & opera alijs præcepta; quæ tamen non intelliguntur imponi, nisi exprimantur.

18. Ad Fundam. primæ, nego anteced. Ad probat. nego minor. Non enim in arbitrio pœnitentis est, *Ad fundam.* pro peccatis in hæc vel in aliâ vitâ satisfacere. Ad prima 1. confirmat. nego sequel. nam purgatorium non est pro ijs, qui nullam voluerunt in hæc vitâ pœnitentiam agere; sed pro ijs, qui quamvis iniunctam pœnitentiam egerunt; haud tamen totaliter pro suis peccatis satisfecerunt. Ad 2. cùm pœnitentia à confessore iniuncta debeat proportionari non solum grauitati delicti; sed etiam facultati pœnitentis, & non quævis pœnitentia proportionata grauitati delicti, proportionetur facultati pœnitentis, non sequitur, quod si Sacerdos potest pœnitentem ad satisfactionem obligare, possit ad condignam obligare; sed ad illam dunitaxat, quæ, omnibus pensatis, censemur condigna, spectata facultate pœnitentis.

## S E C T I O . II.

Quem effectum conferat satisfactio à confessore iniuncta?

19. RIMA sentent. negat conferre vñlum effectum ex opere operato; sed tantum ex opere operato, *Sentent.* rantis, qui illi respondet, vt bonum opus est ex grauitate procedens: *Sotii in 4. distinc. 19. quest. 1. art. 5. 9.* *Nicholomius, Adrian. quest. 2. de satisfact. in solut. argum. Fundam. Sotii est: si satisfactio haberet effectum ex opere operato, haberet illum, etiamsi fieret per veniale: nam sacramentum vel pars sacramenti non amittit suum effectum, ex opere operato; etiamsi fieret per veniale, vt patet in suscipiente Baptismum ex vanâ gloriâ: absurdum autem est, nos satisfacere Deo per opus peccati.*

SECUNDA

21. SECUNDA affirmit, satisfactionem sacramenta-  
lem augere gratiam ex opere operato. *S. Thom. 3, p. quæst. 90. art. 2. ad 2. Caset. shd. Sot. distinct. 17. quæst. 2. art. 2. folio. 2.* Vbi contraria dixit ijs quæ postea distinet. 39. cit. Suarez disp. 18. sect. 2. Fundamentum: satisfactionis est pars sacramenti, ergo debet participare naturam totius: At natura totius est conferre gratiam ex opere operato: ergo hoc ipsum competere debet parti. Confirmatur: si pœnitens eodem tempore, quo absolvitur, iniunctam pœnitentiam adimpleret, maiorem gratiam reciperet ex opere operato: ergo eandem recipiet, etiam si illam adimpleat postea, non tollitur, quin moraliter coniuncta cum alijs partibus unum sacramentum constituat cum illis.

22. TERTIA docet, satisfactionem sacramentalem conferre solam remissionem pœnæ temporalis ex præteritis peccatis condonatis relictæ; nec non auxilia quædam ad futura peccata facilius præcauenda: idque ex opere operato. *Coninck disp. 10. dub. 10. Vasquez quæst. 94. art. 2. dub. 5. Henrigh. lib. 15. de sacra. cap. 20. num. 7.*

23. DICO 1. Satisfactionis à Confessore iniuncta, ut pars sacram. aliquem effectum confert ex opere operato. Fundam. nequit satisfactionis esse pars sacramentum: nisi aliquo modo participet naturam totius sacram. Nam pars dicitur, quæ integrat naturam totius: ergo participare aliquo modo debet naturam totius.

24. DICO 2. Effectus, quem ex opere operato satisfactionis confert, ut pars sacramenti, non est augmentum gratiæ habitualis; sed remissio alicuius pœnæ temporalis ex peccatis iam condonatis relictæ, cum aliquo auxilio ad facilius præcauenda peccata in futurum. Primum mihi suadet absurdum, quod ex oppositâ sententiâ manifestè sequitur: etenim si satisfactionis gratiam conferret ex opere operato, sequeretur interdum peccatorem cum solâ attritione iustificari extra sacramentum: nam fingatur, homo iustificatus in sacramento pœnitentia, antequam adimpleat iniunctam pœnitentiam, incidere in mortale; cuius, quando pœnitentiam exequitur, obliuiscatur inuincibiliter; iam hic, cum sola attritione cadente super omnia peccata à tali peccato iustificaretur. Nam sacramentum, vel pars sacramenti, quæ vim habet conferendi gratiam ex opere operato, semper illam confert obicem non ponenti. Ut definit Tridentinum sessione 7. can. 6. & 7. atque ex doctrinâ communâ, qui sacramentum, vel partem suscipit cum inuincibili ignorâ peccati, & attritione cadente super omnia peccata, non ponit obicem effectui sacramenti: ergo accipit gratiam, quam tale sacramentum, vel pars sacramenti ex opere operato natum est conferre: ergo qui post absolutionem in peccatum incidit, si posteà satisfactionem iniunctam exequitur, cum inuincibili ignorâ talis peccati, cum solâ attritione cadente super omnia, iustificabitur. Quod absurdum licet fortasse concederent Thomista, qui concedunt sacramentum pœnitentia informe; reliqui tamen illud non admittunt. Secundum docuit *S. Thom. in 4. distinct. 16. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. his verbis.* Ad 3. dicendum, quod ex proposito satisfaciendi gratia conferetur, quanvis satisfactionis actualis gratiam presupponat, vel dicendum quod per satisfactionem consequitur pœnitens perfectum effectum gratia peccatum abolentis: quia liberatur totaliter à reatu peccati. Ex quo loco explica, quod docuit in summâ. Probat. 1. cùm satisfactionis ut pars sacramenti debeat aliquid ex opere operato con-

ferre, cumque hoc esse nequeat remissio culpæ, aut pœnæ æternæ; nam hæc remittitur per gratiam habitualem, quam non confert satisfactionis necessariò erit remissio pœnæ temporalis, quæ per opera satisfactionis tollitur. 2. sacramenta nouæ legis id sacramentum efficiunt ex opere operato, quod significant, ex Trident. sess. 7. can. 6. At satisfactionis sacramentum significat solam peccatorum punitionem, & pœnæ ex peccatis condonatis relictæ remissionem, & maiorem in posterum peccata præcauendi facilitatem. Quæ non præstantur à gratiâ habituali: sed ab operibus pœnalibus, & auxilijs gratiæ actualis.

25. Ad fundamentum primæ, sect. seq. Ad secundæ, disting. primum conseq. debet participare naturam totius, adæquate nego, inadæquate concedo. Sufficit igitur, si participet naturam sacramenti: quantum ad remissionem pœnæ, & gratiæ actualis collationem. Ad confirm: nego anteced. intellectum de gratiâ habituali.

26. Infertur: Satisfactionis ante absolutionem adimplēta à pœnitente, etiam iustificato per contritionem non confert effectum ex opere operato; quia nullæ pars sacramenti confert effectum ex opere operato; nisi supponat sacramentum essentialiter constitutum. At hoc constituitur per absolutionem: ergo ante illam nulla pars, sive essentialis, sive integralis confert effectum ex opere operato. Constat 1. inductione: nullius sacramenti materia ante prolationem formæ; aut prolatione formæ ante applicationem materiæ, confert effectum ex opere operato. 2. sacramentum non confert effectum, nisi quando compleatur in ratione signi, scilicet per utramque partem, materialem & formalem: ergo tum effectum causat.

27. Neque dicas, Eucharistiam conferre suum effectum antequam compleatur per utramque speciem: nam unaquæque species est perfecta in ratione signi, & sacramenti formaliter sumpti, licet non in ratione sacrificij, & signi materialiter accepti: Idem dicendum si sacramentum pœnitentia fuit inuaidum: quia cùm partes vim sumant à toto, si totum fuit inuaidum, etiam partes erunt inuaidæ, & inefficaces ad suos effectus cauandos.

## SECTIO III.

*An satisfactionis sacramentalis in peccato adimplēta suum sortiatur effectum.*

QUESTIONIS sensus, 1. An satisfactionis in statu peccati adimplēta suum consequatur effectum, & quando. 2. An adimplēta per opus peccati minosum habeat suum effectum.

Quoad 1. prima sentent. negat, satisfactionem sacramentalis in statu peccati adimplētam suum sortiri effectum, nec quidem fictione recedente: *Quoad 1. sentent. Alens. 4. part. quæst. 24. memb. 4. art. 2. Albert. in 4. distinct. 15. art. 10. S. Thom. quæst. 1. art. 3. quæst. 2. Richard. art. 1. quæst. 5. Argent. q. vn. art. 1. Capreol. quæst. 1. art. 1. conclus. 4. Sot. distinct. 19. quæst. 1. art. 5. §. Nihilominus, Valent. disp. 7. quæst. 14. punct. 2.* Quin addunt *Alens. & Argent.* teneri pœnitentem iniunctam satisfactionem iterare, quando certus est, quod illam impleuerit in peccato. Probant 1. vt opera nostra sint satisfactionis coram Deo, debent illi esse accepta; nulla autem opera, facta in statu peccati, sunt Deo accepta: cùm sint opera inimici. 2. Remissio pœnæ temporalis est opus amici, quia præparat

parat hominem ad consecrationem gloriæ, remouendo impedimenta à peccatis relictæ, ergo non potest conferri peccatori inimico. 30. Sequeretur etiam indulgentias sumptas in peccato conferre effectum ex opere operato: cum non minus indulgentia, quæ satisfactio à confessore iniuncta virtute clavium, & meritorum Christi ordinetur ad remissionem pœnæ temporalis à condonatis relictæ: Consequens est contra sensum Roman. Pontificum, qui nunquam indulgentias concesserunt peccatoribus, vnde semper addunt, *pro confessis & contritis*. Quod autem neque hæc opera reuiuiscant recedente fictione, probant: quod nunquam habuit vitam, non est reuiuiscentia capax: sed satisfactio in peccato adimpta nunquam habuit vitam gratiæ. Ergo.

**30. 2. sentent.** SECUNDA conuenit cum præcedente in primo: discrepat in secundo; Affirmans satisfactionem in peccato adimpletam reuiuiscere, suumque effectum sortiri statim, ac pœnitens gratiam recuperat. *Caiet. rom. 1. opusculi tract. 6. quest. 2.* Petr. *Sots de satisfact. l. 2. Suarez. disput. 38. sect. 8. Henriquez. lib. 5. de sacram. cap. 20. Coninck. disputat. 10. dub. 11. Sa V. Satisfactio, num. 7.* Eamque probabilem putat *Bonavent. in 4. dist. 15. parte 1. artic. 1. quest. 4.* quamvis primam censcat securiorem. Probatur: satisfactio, vt pars sacramenti imitari debet naturam totius. At sacramentum pœnitentia, si contingat esse informe, recedente fictione confert suum effectum ex opere operato: ergo & satisfactio.

**31. 3. sentent.** TERTIA docet Satisfactionem sacramentalem in peccato adimpletam statim conferre suum effectum ex opere operato: *Sots in 4. distinctione 15. questione 1. s. de 4. dicuntur. Gabriel. distinctione 16. questione 2. articulo 3. dubio 2. Marfil. quest. 11. articulo 3. Medina. od. de confessione quest. 42. Navarr. in 1. cap. de pœnitentia, distinctione 6. num. 46. Vasquez. quest. 94. art. 2. dub. 5.* Quæ magis pia & probabilis est. Fundamentum: effectus satisfactionis sacræ est sola remissio pœnæ temporalis cum auxilijs facilitantibus ad præcauenda peccata in futurum. Sed hoc effectu non priuat satisfactio in statu peccati adimpta: quia satisfactio sacramentalis operatur in virtute meritorum Christi, vi clavium eleuata: ergo, vt coniuncta cum meritis Christi, non priuat suo effectu, etiamsi fiat ab homine existente in peccato: quia peccatum non tollit, quod opus habet ex meritis Christi. Eadem sententia sequitur ex 2. parte secundæ sententiaz, alioqui nec recedente fictione posset tale opus conferre suum effectum. Confirmatur: ex eo, quod opus fiat à peccatore, non statim sequitur, illud esse incapax præmij: nam contritio est actus elicitus à peccatore, & tamen illi ex diuinâ promissione respondet in præmium gratia sanctificans, saltem de congruo. Nec peccatum reddit subiectum incapax effectus sacræ satisfactionis: quia effectus huius non est gratia habitualis, quæ pugnat cum peccato; sed remissio pœnæ temporalis ex condonatis peccatis relictæ, cum auxilijs facilitantibus peccatores ad futura peccata præcauenda: ergo non est cur illum statim non consequatur. Confirmatur: sicut duplex datur genus sacramentorum, alterum mortuorum, quæ gratiam conferunt etiam mortuis. Akerum viuorum, quæ gratiam non conferunt nisi viuis: ita duplex quoque est genus satisfactionum. Altera, quæ remissionem pœnæ confert etiam mortuis. Altera, quæ non nisi viuis, qualis est indulgentia, vt mox, dicam.

**Illius off. 32. Confirm.** *Eius non est incapax peccator.* **Ad primum 1. sentent.** AD 1. primæ disting. minor. Nulla opera fa-

cia in statu peccati sunt Deo accepta in ordine ad præmium æternum vitæ, concedo; in ordine ad præmium aliquod temporale, nego. Ad 2. Nego anteced. ad probat. Nego, remissionem pœnæ temporalis proximè & immediate præparare ad vitam, sed tantum remotè & mediately: quo pacto etiam præparant auxilia gratiæ, quæ conceduntur peccatoribus. Vnde Nego, hæc esse opera amici; sed communia etiam cum inimicis. Sola enim remissio culpæ, & pœnæ æternæ est opus, quod non debetur, nisi amicis. Ad 3. concedunt aliqui sequelam, teste *Navarr. de Indulgen. & Indulgenc. notab. 17. num. 3.* & docent *Mayron. in 4. distincti 21. quest. 5. art. 4.* & *Rubio distinctione 19. questione 1. artic. 2.*

Ego cum *Navarr.* Nego sequelam: cum quia de *Indulgentijs* habemus in *Extranag.* *Vnigenitus.* *Indulgentia Christum thesaurum suorum meritorum communi- in peccato cur venio- sisse dispensandum per suum in terris Vicarium forans eum.* verè pœnitentibus & confessis. Non habemus autem, satisfactionem sacramentalem, non prodeste nisi iustis. Tum quia ad satisfactionem sacramentalem concurrit ipse pœnitens per proprium actum ut per instrumentum, eleuatum vi absolutionis sacræ, integrans unam causam totalem cum ipsa satisfactione Christi: ad indulgentias autem non concurrit fidelis per proprium actum, ut per instrumentum integrans unum cum merito, & satisfactione Christi per indulgentias applicatæ: sed solùm ut per conditionem sine quâ non: vnde tota vis Indulgentiarum est in sola satisfactione *Satisfactio Christi, nobis per ipsius Vicarium applicatæ: & genitrix & possit nobis inscijs, & nihil operantibus applicari. ne respondeat.* At non tota vis sacramenti pœnitentie sita est in *institutio absolutione*, etsi in eâ præcipue consistat, ut docet *Trident. sess. 14. cap. 3.* Sed etiam in actibus pœnitentis, qui unâ cum absolutione facerdotis integrant unum sacramentum gratiæ ac remissionis pœnæ collatiuum. Tum maximè ex diuerso modo, quo satisfactio sacramentalis, & Indulgentia à Christo instituta sunt, ad pœnas ex condonatis peccatis relictas relaxandas. Etenim illa instituta est per modum sacramenti, seu partis sacramentalis, ut immediate à Christo per suum Ministrum huiusmodi pœnas relaxet: Hæc non à Christo immediate, sed à suo Vicario, per modum dispensationis, cui commissa est à Christo potestas sua merita & satisfactiones, cum causa exegerit, fidelibus dispensandi. Porrò hoc intercessit inter eum, qui ut principalis causa alijs sua dona impertit, & eum, qui ex commissione alterius illa dispensat: quod illa, cum sit absolutus dominus suorum bonorum, gratis impertit cui vult, & modo, quo vult, etiam nullâ requisitâ causâ ex parte subiecti, cui conferuntur, cum tota bonorum collatio pendeat ex voluntate conscientis. Hic vero, cum non sit dominus, sed dispensator tantum bonorum alterius, ut valida sit dispensatio, rationabilē postulat causam in eo, cui dispensatio bonorum sit; nam cum hæc tacitâ conditione bona dispensanda dispensatori traduntur, nisi aliud exprimitur. Et ratio efficax huius rei in subiectâ materia *Ad validitatem* est: quia cum Christus acquisuerit ius exigendi *tamen dispensationis* à peccatore pœnas ex condonatis peccatis relictas, *plura requiri* per legem à se taxatas, ad hoc ut in hoc iure à Christo acquisito, Pontifex validè dispenseat, debet habere causam, quæ moraliter præualeat iuri, quod Christus habet in pœnas peccatoris à condonatis peccatis relictas. Quemadmodum ut validas sit dispensatio in votis, vel in alio iure diuino à Pontifice

tifice facta, habere debet causam, quæ moraliter præualeat iuri, quod Deus per votum videntis, aut legem à se conditam in creaturam acquisivit. Causa autem, quam indulgentia in fidelibus requirit, quæque moraliter præualeat iuri, quod Christus ad exigendas pœnas ex corum condonatis peccatis relicta, est, ut ante Indulgentiam per confessionem, vel contritionem se reponant in statu gratiæ & amicitiæ cum Deo, ut fusè probo disp. ult. 8. & 9.

<sup>34.</sup> Ad argumentum. partis 2. quatenus facit contra secundam partem sententiaz quam nos veriorem iudicamus, supposito, quod satisfactione sacramentalis in peccato adimpta non conferat statim suum effectum, defectu incapacitatis subiecti, neganda minor; nam licet ea in peccato adimpta non habuerit vitam à principio proximo, & instrumentali, habuit tamen vitam à principio remoto, & principali, quod fuit meritum Christi.

<sup>35.</sup> Superest examen in sensu poster. Examina est eadem quæstio in 1. sensu. Prima sententia affirmat, satisfactionem sacramentalis ex fine peccati venialis adimptam, valeare ad relaxationem pœnæ temporalis, propter quam est imposta. Suarez disput. 38. sect. 8. Henriquez libro 5. de sacramentis capite 20. & libro de Indulgenc. capite 9. Prob. 1. sicut Baptismus ex fine veniali suscepitus, & confessio ex circumstantia veniali facta, non priuat effectu ex opere operato; ita nec satisfactione sacramentalis ex fine veniali adimpta. 2. Opus sacramentale non spectatur secundum bonitatem, quam habet à personâ proximè eliciente, sed quam habet à Christo principaliter operante; ergo licet, ut procedit à personâ proximè eliciente, non consequatur suum effectum; consequitur tamen illum, ut procedit à Christo principaliter concorrente.

<sup>36.</sup> Secunda. Negat, satisfactionem sacramentalis ex malo fine veniali adimptam conferre suum effectum ex opere operato. Sors, Vasquez, Valentia, citat. Pro cuius explicatione nota: duplicitate se habere posse circumstantiam venialis ad actum satisfactionis, uno modo concomitante, per actum omnino distinctum ab ipsa satisfactione, alio modo formaliter: quod est, quando circumstantia prava inficit actum satisfactionis, per modum obiecti, aut finis, per eundem actum intenti. Primo modo non tollit effectum satisfactionis, etiamsi per nos sit mortale: quia sicut non tollit intrinsecam honestatem actus, intuitu cuius tribuitur remissio pœnæ temporalis: Ita non impediet effectum ipsius ex opere operato. Sola igitur controversia est de secundo modo. Quando circumstantia venialis concurrit ad actum satisfactionis, formaliter.

<sup>37.</sup> Fundam. Dico 1. Actus satisfactionis sacræ ex prauo fine, etiam peccati mortalis elicitus, valet ad implendum præceptum, à confessario iniunctum, de satisfaciendo pro peccatis confessis: modò per talem actum impletur substantia satisfactionis. Est communis. Fundamentum: per talem actum impletur primarius finis, propter quem sacramentalis pœnitentia iniungitur: qui, ex Tridentino sessione decimaquarta, capite octavo. est, ut sit in vindictam patratorum criminum. Vnde per ieiunium, etiam ex prava circumstantia peccati mortalis factum, vindicatur carnis petulantia. Ex quo sequitur, non teneri pœnitentem satisfactionem.

Tom. VIII. De Sacramentis.

nem, ex prava circumstantia adimpletam, iterare.

Dico 2. Satisfactione sacramentalis ex prauo fine, etiam veniali adimpta, non confert effectum ex opere operato. Fundamentum: ut satisfactione eum consequatur, habere debet formalem rationem satisfactionis: at satisfactione, adimpta ex prava circumstantia, non habet formalem rationem satisfactionis. Maior constat: effectus ex opere operato non promittitur, nisi operi satisfactorio: ergo ut illum consequatur, supponi debet habere veram naturam satisfactionis: sicut quia gratia regenerativa promittitur ablutioni, non datur nisi vera ablutioni. Minor probatur, satisfactione, ut ex nomine ipso patet, est opus factum intuitu offensi, in compensationem offensis: at hoc ipso quod fit ex prauo fine, non fit intuitu offensi, in compensationem offensis, sed intuitu eius rei, ex cuius motu & fine clicitur. Ex his sequitur, quod, nec recedente fictione, tale opus confert effectum ex opere operato: quia ut talem effectum conferat, supponi debet habuisse aliquando rationem veræ satisfactionis.

Ad 1. primæ, nego consequent. nam circumstantia venialis non tollit naturam Baptismi, aut <sup>39.</sup> Ad primæ Confessionis, cui respondent effectus ex opere operato: tollit autem naturam satisfactionis, cui facta est promissio relaxationis pœnæ temporalis.

Ad secundum, licet opus sacramentale non spe- Ad 2. detur secundum bonitatem, quam habet à personâ proximè eliciente; spectari tamen debet secundum conditionem ab institutore præquisitam: sicut licet ablutione sacramentalis, ut effectum ex opere operato conferat, non requirat moralem bonitatem à ministro; requirit tamen naturalem conditionem ablutionis, secundum quam assumitur à Christo, ut instrumentum sive passionis ad gratiam regenerativam cau- sandam. Cum igitur satisfactione sacramentalis assumatur à Christo, secundum veram naturam satisfactionis, ut sit uniforme & homogeneum instrumentum cum suâ principali satisfactione, non assumetur ad talem effectum causandum, nisi habeat veram naturam satisfactionis.

Cæterum dubitari potest; an valeat homo condigne satisfacere pro pœna temporali, ex condonato peccato relicta, non tantum ut membris Christi, sed etiam ut principialis causa. Respondeo affirmatiè, modò homo sit in gratia, secus si sit in peccato. Primum patet: quia potest homo in gratia existens condigne mereri augmentum gloriæ æternæ; ergo, & à fortiori, remissionem pœnæ temporalis, quod est minus. Secundum probatur: quia opus factum in peccato; non est acceptum Deo in ordine ad vitam æternam; ergo neque ad remissionem pœnæ, quæ ut impedimenti sublatio ordinatur ad vitam æternam: licet idem opus in peccato factum, ut pars sacramenti acceptetur ex meritis Christi.

## SECTIO IV.

*An satisfactio ab uno confessore imposta, possit ab alio mutari?*

41. Negat. So.  
tus. **P**RIMA sententia *Sotii* in 4. *disp. 20. quest. 2. art.* vlt. §. in casu, negantis, pœnitentiam ab æquali impositam posse ab alio æquali commutari; immo neque ab eodem, nisi pœnitens recurrat tempore; quo adhuc durare censeretur iudicium sacramentale, vt post duos, vel tres dies, quo adhuc viget memoria peccatorum in mente confessarij; alioquin negotium transit in rem iudicatam: posse tamen commutari à superiore. Fundam. par in parem non habet imperium; unde in foro exteriori nequit unus Iudex, nisi sit Superior, mutare sententiam alterius.

42. 2. Sentent.  
reliquorū. **S**ECVNDAM communis docet, posse confessarium, etiam inferiorem, mutare pœnitentiam Superioris: *e Angeli verb. confessio 5. num. 4. Sylvest. 1. quest. 27. Nauarr. in sum. cap. 26. num. 22. & Confil. 3. de vo- to; Henr. lib. 5. cap. 22. Suarez. disp. 38. sect. 10. Vas- quez 3. parte quest. 94. art. 2. dub. 5. Valent. disput. 7. quest. 14. punct. 4. Coninck. disp. 10. dub. 12. Sà verb. sa- tisfactio, num. 5.* Addunt *Nauarr. Henr. Valent. Sà*, etiam non auditis peccatis, propter quæ imposta fuit: quin vterius censem *Nauarr. & Henr. quez*, posse inferiorem Sacerdotem commutare pœnitentiam à Superiore impositam, etiam ob pec- cata referuata.

43. Pro explic.  
nota. **N**ota, præsentem controuersiam non esse, quando pœnitentia imposta iudicio prudentis excedit facultatem pœnitentis, siue quia imposta fuit, erante clave, siue quia suborta est noua causa, à pœnitentiâ sufficenter excusans: nam tunc si im- potentia est eidens, pœnitens àure naturæ manet à pœnitentiâ deobligatus: nec tenetur loco illius aliam assumere. Si verò potentia est du- bia, poterit etiam extra confessionem peccatis propter quæ iniuncta fuit, narratis, à quolibet viro docto declarationem petere, vt notauit *Sotii*; non tamen posset extra confessionem sacramentalem pœnitentiam accipere: quia hæc, vt sit sacra, & pars integrans sacramenti debet iniungi in confes- sione sacram. Sola igitur controuersia est: quando pœnitentia imposta proportionatur tam pec- catis, quam facultati pœnitentis, ac prouinde illum ad sui executionem obligat: vtrum tunc possit ad solum beneplacitum pœnitentis ab alio confessa- rio mutari.

44. Prima pars  
prob. **D**ico 1. Quius legitimus confessarius mutare potest pœnitentiam, ab alio etiam superiore im- positam, sed non nisi in confessione, & auditis pec- catis, propter quæ fuit imposta. Primum prob. pœnitens habet ius eadem peccata, vni confessio, alteri iterum confitendi: ergo quilibet legitimus confessarius habet potestatem ea iudicandi, & condignâ pœnitentiâ puniendi. At non tenetur pœnitens de iisdem peccatis duplum pœnitentiam subire: ergo poterit relicta pœnitentiâ prioris, exequi pœnitentiam posterioris Iudicis; scili- cet ius iterandi confessionem est correlatum, cui necessariò in altero respondet ius ferendi iudicium supra peccata iterum confessio: est enim ius confitendi in ordine ad absolutionem sacra- mentalem accipiendam. Ergo ius reconfitendi ne- cessario supponit potestatem iudicandi, & pœnitentiâ imponendi sine quibus sacra absolutio-

Poterit  
unus con-  
fessarius  
mutare pa-  
nit. impos-  
ta ab alio.

impendi nequit. Confirm. ius reconfitendi pec- cata, est ius ad nouum sacramentum pœnitentiæ accedendi: sed ad nouum sacramentum pœnitentiæ perfectè conficiendum non solum ex parte absoluenter noua requiritur absolutio; sed etiam noua pœnitentiæ impositio, cùm pœnitentia sal- tem integraliter perficiat hoc sacramentum. Se- cundum ostendo: respectu iudicij sacramentalis nullus Sacerdos est superior, cùm omnes æqua- lem à Deo accipient potestatem in susceptione ordinis. Igitur impertinens est, quod unus sit al- tero Superior: quia non est Superior vt Iudex in hoc foro: sed confessarius non iniungit pœnitentiam sacram. nisi vt Iudex in hoc foro, à Chri- sto constitutus in Ordinis susceptione. Igitur im- pertinens est, quod alio titulo sit superior. Ter- tium constat: cùm pœnitentia sacrament. sit pars sacramenti & nequeat ea esse, nisi iudicio sacra- mentali taxetur: vt autem iudicium sacra- mente condignam pœnitentiam taxet, sacram pre- requirit cognitionem peccatorum, quæ haberi non potest, nisi per sacram. confessionem: ergo nequit posterior confessarius prioris sententiam la- mentaliter mutare, nisi auditis in confessione pec- catis, in quæ illa fuit lata.

45. 46. Non nisi  
auditio iter-  
rum pecca-  
tis. **D**ICES. Esto vt pœnitentia sit sacram. debeat ex sacro iudicio per sacram. confessionem formato procedere: adhuc tamen queritur an liceat pœnitentiam mutare, & non per sacramentale iudi- cium? Respondeo negatiuè: sicut enim non licuit *solvitur*. priori confessario, pœnitentiam imponere, nisi ex sacro iudicio; ita neque licebit posteriori, illam commutare; cùm vterque teneatur facere inte- gram sacram, scilicet per pœnitentiam sacram. in- iunctam.

47. Instabis: Poteſt Pontifex, vel Episcopus mu- tare sacramentalem pœnitentiam extra iudicium sacramentale per applicationem indulgentiæ, per quam aut tollitur tota, si sit plenaria; aut pars, si plenaria non sit. Respondeo posse; quia per in- dulgentiam ex opere operato supplere possunt ef- fectum sacræ satisfactionis, qui est remissio pœ- næ relicta ex peccatis condonatis, & compensa- tio diuinæ offensæ, quæ compensatio æquæ fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur: quos effectus supplere non possunt inferiores Sacerdotes extra sacramentum pœnitentiæ. Ceterum non desunt authores, qui, op- positum etiam à simplici Sacerdote licite fieri pos- se, doceant, Leg. *Layman tract. 6. cap. 15. num. 16. ad finem.*

48. 49. **D**ICO 2. probabile est, inferiorem Sacerdotem mutare posse pœnitentiam, impositam à superiore propter peccata referuata: probabilius tamen est, non posse. Primum constat authoritate, tum ratio- ne: sicut peccata referuata semel absoluta à superiore, non manent amplius referuata; ita nec pœnitentia ab eodem imposta. Unde sicut pœnitens habet ius iterum sua peccata referuata alte- ri confitendi; ita & aliam pœnitentiam loco prioris subeundi.

50. **S**ecundum prob. cùm referuatio peccatorum vltimate ordinetur ad iudicium, quod referuans ferre debet de illis, ex *Trident. sess. 14. cap. 7.* frustraretur hoc iudicium, si ab alio inferiori Sacerdote mutari posset; unde pœnitens non po- test ab inferiore pœnitentiæ commutationem pe- tere: quia in huiusmodi pœnitentijs inuoluitur tac- tum præceptum, ne possint ab alijs commutari, nisi urgente graui necessitate, & ad superiorem recursus non

non facilè pateat. Confirm: ex oppositâ sententiâ sequeretur, huiusmodi pœnitentiam non solum posse commutari à quocumque Sacerdote iuridico; sed etiam à quocumque alio, qui ratione Ordinis, potest peccata semel confessâ sacramentaliter absoluere.

52. Ad fundam. primæ, nego, cùm Sacerdos posterior mutat pœnitentiam prioris, exercere in illum imperium; sed in pœnitentem; in cuius gratiam institutum est hoc sacramentum. Vnde nullam iniuriam facit priori; sed consulit conscientiæ pœnitentis, qui ius habet consulendi alium confessorem. Nec est eadem ratio de iudice exterioris fori: tum quia, cùm hæc mutatio sententiæ in tribunali forensi fiat in foro externo, minueretur fama alterius iudicis: mutatio verò sententiæ sacræ, cùm fiat in foro interno conscientiæ, nulla per se fit diminutio famæ alterius iudicis. Tum quia, cùm in foro pœnitentiæ agatur de salute aeterna pœnitentis, præponenda est cuicunque alteri bono.

### Dubia quindecim soluuntur.

**Dubium 1.** PRIMVM: An possit pœnitens propria autoritate commutare sibi pœnitentiam à confessario iniunctam, in euidenter meliorem? Dixi, *propria authoritate*: nam possit confessarius facultatem dare pœnitenti, vt ipse sibi pœnitentiam eligeret: & tunc electa haberet eandem vim, quam haberet, si esset à confessario imposta. Nam illa mediatae saltem proficeretur ex virtute clavium, in quarum authoritate, illa esset à pœnitente electa. Affirmat Diana tract. 15. Miscel. & tract. 4. de sacram. Resol.

52. 53. **Ratio:** sicut potest vicens authoritate propria commutare sibi votum in opus euidenter melius; ita pœnitens pœnitentiam à confessario iniunctam in aliam euidenter meliorem. Negant Henriquez lib. 2. de sacram. pœnit. cap. 20. num. 5. Sanchez in sum. tom. I. lib. 4. cap. II. num. 36. Coninck disp. 10. dub. 12. num. 103. & communiter; Quibus assentior, quia pœnitentia nequit esse pars sacramenti, nisi procedat ex virtute clavium: ergo nequit esse pars sacramenti, nisi iniuncta à Confessario, in quo tantum residet virtus clavium. Anteced. constat: omnes partes huius sacramenti sortiuntur vim, & rationem sacramenti ab ipsâ potestate Sacerdotali, à quâ omnes actus pœnitentis eleuantur ad esse sacramenti. Nisi enim accedat Sacerdotalis absolutio, virtute clavium imperata, nec contritio, nec confessio habebunt rationem sacramenti: ergo patiter, nisi accedat imperium Sacerdotis, virtute clavium pœnitentiam pro peccatis confessis iniungentis, nullum pœnitentis opus, quantumvis honestum, habebit rationem sacramenti. Confirm. In de pœnitentia habet rationem sacramenti, vnde habet vim operandi ex opere operato: at vim hanc habet, vt iniuncta à Sacerdote virtute clavium in sacrâ confessione: ergo vt iniuncta à Sacerdote, & non propriâ authoritate electa, habet rationem sacramenti, & partis integrantis sacramentum.

Vtraque propositio patet: cùm idem sit, habere vim operandi ex opere operato, & habere rationem sacramenti, seu partis integrantis sacramentum, cuius tantum est operari ex opere operato. Neque hanc vim pœnitentia habere potest, nisi virtute clavium, iniuncta ab ipso Sacerdote in foro sacramentali. Porro pœnitens tenetur pœnitentiam exequi ut partem sacramenti: tum quia tenetur integrum facere sacramentum: tum quia, cùm pœnitentia imponatur pœnitenti à Sacerdote no-

miae Christi in satisfactionem pro offensis illatis Deo, tenetur illam vt à Sacerdote iniunctam exequi.

Ex his appetit disparitas inter commutationem voti, & pœnitentiæ sacræ: quia votum pendet à voluntate videntis, & eius, cui votum factum est: pœnitentia pendet à potestate clavium, virtute quarum elevari debet ad esse partis sacramentalis. Non fit autem contra voluntatem, immo iuxta voluntatem eius, cui factum est votum, vt in melius commutetur. Quia cùm votum sit opus exhibatum in obsequium Dei, ex liberâ voluntate videntis ad illud se obligant; cumque melius ac honestius opus magis placeat Deo; iuxta ipsius voluntatem erit, vt votum à vidente commutetur in melius honestiusque opus. Est autem contra pœnitentiam sacramentalem, quæ rationem sacramenti non habet, nisi à virtute clavium, vt propria ipsius pœnitentis autoritate commutetur in opus, etiam euidenter honestius. Ceterum non puto mortaliter peccare; immo nec venialiter cum, qui id bonâ fide faceret. Infertur, pœnitentem lux obligationi non satisfacere, si rosarium, quod in pœnitentiam à confessario accipit, non vocaliter, sed mentaliter tantum recitat: quia Confessor, nisi aliud exprimat, semper censetur pœnitentias iniungere iuxta modum ordinarium, quo solent communiter ab alijs exerceri: & rosarium solet vocaliter recitari. Sicut nec satisfacit, qui habens pro pœnitentiæ iniunctum ieunium, illud nocte frangit, etiamsi die seruet, contra Suarez. disp. 38. sect. 8. initio: quia ieunium censetur à confessario pœnitenti iniungi iuxta morem, quo illud communiter seruatur in Ecclesia.

**Dubium 2.** Quanto tempore differri possit pœnitentia? Diana, cum Anton. Fernandez è Societ. putat differri posse per annum. Suarez disput. 38. sect. 7. num. 6. censet, quamprimum commodè potest, pœnitentiam esse adimplendam. Distinguuntur, si pœnitens probabiliter dubitat, se pœnitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, tenetur, cùm primùm commodè potest, illam adimplere, ne imperfectum relinquat sacramentum, si verò non dubitat, posset illam per annum differre; seu quandiu non tenetur per nouam confessionem ad nouum sacramentum pœnitentiæ accedere: scilicet tenetur, antequam ad nouum sacramentum conficiendum accedit, præcedens perficere.

**Dices.** Qui probabiliter dubitat, se non adimpleturum præceptum de sumendâ Eucharistiâ in Paschate, non tenetur tempus præuenire: ergo neque qui probabiliter dubitat, se intra annum non adimpleturum pœnitentiam à confessario iniunctam. Resp. quidquid sit de anteced. de quo infra, neg. consiq. nam in casu nostro aliqua iniuria fieret sacramento, si illud essentialiter completum per confessionem, & absolutionem, integraliter etiam non perficeretur per adimplitionem iniunctæ pœnitentia.

**Dubium 3.** An possit confessarius pro pœnitentiâ sacramentali imponere opus applicandum defunctis? Negant aliqui apud Diana. tract. 4. de sacram. resol. 54. Fundam. cùm hoc sacramentum sit totum institutum in bonum pœnitentis; & pœnitentia à confessario iniuncta sit pars huius sacramenti, non poterit, nisi in bonum ipsius pœnitentis iniungi. Confirm. Nullum sacramentum debet suo fine frustrari: sed sacramentum pœnitentiæ institutum est in remissionem culpe & pœnitentiæ ipsius damnarum pœnitentis: igitur non debet hoc sine frustrari.

Q. 2

Affir-

62. Affirmant probabilius Sanchez lib. 8. de Matri. Affirmant disput. 34. num. 41. Diana, Turrian. apud ipsum. Mo- probabilius. uoc: ex eo, quod pœnitentia sacramentalis iniungatur pœnitenti pro remissione pœna alterius, non desinit esse pars sacramenti: ergo licitum erit ad hunc finem aliam imponere. Anteced. prob. vt sit pars sacramenti, sufficit, ut virtute clavium ele- uetur ad conferendum effectum ex opere opera- to, quem semper operabitur, siue imponatur pro remissione pœna ipsius pœnitentis, siue alterius. Confirm. sicut potest effectus impetrationis sacra- menti applicari alij; ita & remissio pœna. Ex his insertur, non solum pro defunctis, sed etiam pro viuis posse sacram pœnitentiam imponi.

63. DICES. Claves sacræ non se extendunt ultra sphæram suæ virtutis: sed virtus clavium non se extendit ultra bonum pœnitentis, in ordine ad quod sunt datae claves Sacerdoti. Resp. dist. mi- nor, virtus clavium non se extendit immediatè ul- tra bonum pœnitentis, concedo; mediatè, nego. Etenim per pœnitentiam applicandam defunctis immediate procuratur bonum ipsius pœnitentis, dum eius morbo medetur, qui fortasse contra iustitiam, vel charitatem deliquerit in defunctos; me- diatè verò bonum defunctorum. Ex dictis patet ad fundam. oppositæ; ex eo, quod pœnitentia imponatur, applicanda defunctis, non tollitur, quin possit, saltem per modum medelæ, vel cautelæ prodesse pœnitenti; ac proinde in tali casu sacra- mentum suo fine non frustraretur. Non infi- cior tamen, tunc sacramentalem satisfactionem quoad proprium suum effectum remittendi pœnam ex opere operato, non prodesse pœnitenti, sed de- functis: verum hoc nihil obstat, vel repugnat sa- cramento.

Dubium 4. An si confessarius probabiliter pu- tet, pœnitentem nullam acceptatum pœnitentiam, possit illum, nullâ pœnitentiâ impositâ ab- soluere? Affirmant aliqui apud Henr. lib. 5. de sa- cram. cap. 20. num. 6. in text. lib. 2. quam sententiam ipse videtur approbare. Ratio: cùm hoc sacra- mentum sit institutum in bonum pœnitentis, non debet au- tem, si tali casu non impenderetur absolutio, nullâ pœnitentiâ impositâ. Negant Fagundez lib. de 2.

65. Negant probabilius. 66. Eccles. præcepto cap. 3. num. 10. & alij. Quod longè probabilius est, & consequens ad ea, quæ suprà. Et- enim posito, quod pœnitens teneatur aliquam pœ- nitentiam à confessario iniunctam sub præcepto acceptare, planè sequitur, non fore dignum ab- solutione, qui ita dispositus est, ut nullam sit admis- surus. Quin etiam ij, qui sentiunt, non teneri pœ- nitentem ullam pœnitentiam acceptare, adhuc in hoc nobiscum censem, non esse absoluendum, qui de facto nullam pœnitentiam vellet à confessario admittere: quia licet, inquit, nullus teneatur in hac vitâ pro suis peccatis satisfacere; moraliter ta- men non videtur ad hoc sacramentum dispositus, qui nullam pœnitentiam vellet à confessario ac- ceptare.

Dubium 5. An teneatur Confessarius pœni- tenti satisfactionem iniungere, si sibi constet, il- lum pro toto reatu satisfecisse? Affirmat Richard. in 4. dist. 18. art. 2. quæst. 2. ad 1. vbi ait, quod etiam si renelatum esset Sacerdoti, quod tota pena peccato de- bita, esset pœnitenti remissa, adhuc deberet Sacerdos pœ- nitenti iniungere aliquam pœnitentiam pro cautela contra futura. Prob. 1. pœnitentia est pars integra- lis huius sacramenti: non licet autem absque vr- gente causâ imperfectum sacramentum relinque- re, absque suâ parte integrali. Ergo etiamsi nulla

maneat pœnitenti pro peccatis confessis luenda pœna, adhuc imponenda est aliqua pœnitentia, propter integratem sacram. 2. Non minus hoc sacramentum institutum est ad vindicandas iniu- rias contra Deum, quād ad remittendam pœnam pœnitenti. Ergo licet nulla maneat pœnitenti luenda pœna, adhuc aliqua satisfactio imponenda est in compensationem offensæ illatæ Deo. 3. Non so- lùm hoc sacramentum est institutum in vindictam præteriorum; sed etiam in remedium, & cautelam futu- rorum peccatorum: ergo licet nulla sit impon- nenda pœna pro peccatis præteritis, saltem impon- nenda erit in remedium, & cautelam pro futu- ris. 4. Confessarius in hoc sacramento est Iudex à Christo constitutus; Iudex autem tenet ferre sententiam secundū allegata, & probata in suo foro: ergo confessarius tenet ferre sententiam iuxta peccata à pœnitente in hoc sacramento ma- nifestata, nullâ habitâ ratione præcedentis satis- factio. quæ ad forum huius sacramenti non spe- cat. Negant Henr. lib. 5. cap. 20. num. 6. Suarez dis. 38. s. 3. &c. Quæ sententia non solum autho- ritate, sed etiam ratione probabilius videtur. Fundam. totum hoc sacramentum institutum est in bonum pœnitentis, ut illum à culpâ & pœna ab- soluat. Ergo si certò confessario constet, pœnitentem adæquate satisfecisse pro suis peccatis, nullam tenet iniungere pœnitentiam. Quia tamen hoc certò constare non potest, regulariter sem- per tenet aliquam illi iniungere. Confirm. 1. quod maior præcessit in pœnitente pro suis pec- catis satisfactio; eò minorem potest confessarius pœnitentiam imponere: ergo si præcessit condi- gna, poterit nullam imponere. 2. Si propter ma- ximam pœnitentiam, quæ pro suis peccatis in pœnitente præcessit, confessarius iudicat minimam esse imponendam, illam saltem non tenebitur sub mortali iniungere: cùm nec confessarius sub mortali teneatur minimam, quam iudicat, iniungere; nec pœnitens sub mortali illam adim- plere.

Ad 1. Oppositæ, neg. conseq. nam satis vrgēs cau- fa omittendi pœnitentiam tali casu esset, ipsa ad- æquata pro peccatis satisfactio, quæ in pœnitente præcessisset: nam illa suppleret vicem pœnitentiaz sacræ, tam respectu pœnitentis, quād respectu Dei. Neque illa fieret iniuria sacramento: quia tunc ex iustâ causâ omitteretur pars tantum inte- gralis ipsius.

67. DICES: ergo non idèo peccat vel confessarius non imponendo pœnitentiam, quando certus non est de sufficiente satisfactione pœnitentis; vel pœ- nitens ipse, non exequendo iniunctam pœnitentiam: quia irritum facit sacramentum; sed quia illud tam à confessario, quād à pœnitente non di- rigitur in bonum ipsius pœnitentis. At posset in hoc pœnitens iuri suo cedere. Ergo adhuc nullâ præcedente satisfactione pœnitentis, posset tam confessarius nullam iniungere pœnitentiam, quād pœnitens nullam adimplere. Nego totum discur- sum: nam quando confessarius non est certus de sufficiente satisfactione pœnitentis, iniungere debet pro graibus delictis, grauem pœnitentiam: & quia iniuriam infert sacramento, qui notabilem partem integrantem omittit; idèo peccat eo casu, nullam imponendo pœnitentiam. Eadem ratio est de pœnitente, qui in hoc suo iuri cedere non po- test: quia in hoc inuoluitur ius sacramenti. Qui au- tem certus est de sufficiente satisfactione pœnitentis, non tenetur, quin nec debet grauem, sed le- uem imponere pœnitentiam. Qui autem paruam partem

Negant  
probabilis.  
Fundam.  
possimum.

68. Confir.

70. Ad primâ

71. Obiectio.

72. Soluerit.

partem integralem sacramenti omittit, grauem iniuriam non facit sacramento: & si causa subsit, poterit totam absque peccato omittere. Ad 2. Nego conseq. nam eadem satisfactio, quæ imponitur pœnitenti pro remissione ipsius pœnæ, imponitur etiam pro compensatione diuinæ offensæ. Ergo si constet confessario, pœnitentem sufficienter satisfecisse pro suis peccatis, eadem satisfactio simul erit compensatio pro illatâ offensâ, & pro remissione pœnæ peccatis debitâ. Ad 3. Nego conseq. nam sèpè nulla est necessaria pœnitentia pro remedio, vel cautela futurorum peccatorum. Quod si esset necessaria, tunc sine dubio imponenda foret. Ad 4. Nego conseq. nam ad hoc sacramentum non solum spectant peccata, quæ à pœnitente in confessione manifestantur; sed etiam pœnitentia, quas pœnitens pro peccatis confessis egit. Etenim cum iudicium huius sacramenti sit in fauorem pœnitentis; non solum ad illud pertinent peccata; sed etiam satisfactio peccatorum, quas pœnitens cum ipsis peccatis, in hoc iudicium adserit.

Dubium 6.

Affirmat.

DVB IVM 6. An possit confessarius grauem pœnitentiam, pro grauibus delictis, sub consilio tantum, pœnitenti imponere? Affirmant *Squarez* disp. 38. f. 3. *Fagund.* lib. 9. cap. 3. num. 11. & alij: tum quia Confessarius in hoc sacramento non solum est iudex; sed etiam medicus, & Prælatus: qui non semper infirmos & subditos obligant sub præcepto, sed interdum sub consilio: tum quia etiam indulgentia est effectus clauium; quæ tamen non imponitur sub præcepto, (non enim obligantur fideles ad indulgentiam lucrandam,) sed sub consilio: ergo etiam si pœnitentia sacramentalis sit effectus clauium, imponi potest sub consilio. Negat *Vasquez* quest. 94. art. 2. dub. 1. num. 9. & 10. quia Sacerdos in hoc sacramento sententiam profert ut Iudex: Iudex autem sententiam in reum non profert sub consilio: sed sub præcepto, obligando illum ad sententiam acceptandam in pœnam commissi criminis. Vnde infert, pœnitentiam, quam Sacerdos pœnitenti sub consilio imponit, non esse sacramentalem: quia non imponit illam virtute clauium, quæ non exerceat vim suam, nisi quando obligant.

Dicendum: non posse Sacerdotem pro grauibus delictis, de quibus non præcessit in pœnitente condigna satisfactio, pœnitentiam imponere sub consilio; sed teneri illam imponere sub præcepto: posse tamen cum pœnitentiā imposita sub præcepto aliquam iniungere sub consilio, quæ etiam erit sacramentalis, & causatiua ex opere operato meritorum Christi. Primum prob. non potest Sacerdos, nisi urgente causâ, relinquere sacramentū multum, & imperfectum quoad notabilem partem integrantem sui: igitur non potest pro delictis grauibus, nullam sub præcepto imponere pœnitentiam. Confirm. Sacerdos est constitutus in hoc foro non solum in fauorem pœnitentis; sed etiam in causâ honoris diuini ad vindicandas offensas contra Deum: ergo non potest pro grauibus delictis nullam imponere pœnitentiam: posset autem nullam imponere, si illam tantum sub consilio imponere posset: nam quâ ratione illam imponere posset sub consilio, eandem posset nullo modo imponere: quia sicut non tenetur pœnitens pœnitentiam sub consilio iniunctam implere: ita nec tenetur confessarius illam imponere. Dixi, de quibus non præcesserit in pœnitente condigna satisfactio: nam si vel sufficiens præcesserit, & de hoc confessori constet, posset tunc pœnitentiam solum sub consilio iniungere. Ratio: tunc non deberet grauem

pœnitentiam imponere, vt ex 5. dub. constat: proinde eo casu non priuaret sacramentum notabili parte integrali. Nam sicut posset sub consilio tantum imponere pœnitentiam pro venialibus: quia hæc ex naturâ sua leuem exigunt pœnitentiam; ita & quando in pœnitente sufficiens præcessit satisfactio.

DICES: vt pœnitentia sit grauis, vel leuis, pendet à voluntate confessarij: ergo si illam imponat grauem, siue præcesserit, siue non præcesserit in pœnitente satisfactio, semper tenebitur illam sub præcepto imponere: si vero imponat leuem, nunquam illam tenebitur sub præcepto; sed poterit sub consilio tantum iniungere. Resp. neg. antecéd. quia *solutur*. cùm confessarius in pœnit. sacrâ taxandâ sit *Iudex*, grauitas aut leuitas pœnitentia non pendet ex sola voluntate ipsius; sed ex grauitate aut leuitate peccatorum, attentâ facultate, & satisfactio pœnitentis, ex *Trident. sess. 14. cap. 8.* Quare tunc solum non tenebitur confessarius sub præcepto pœnitentiam imponere, quando perpensis omnibus circumstantijs leuis pœnitentia imponenda est: secus quando omnibus perpensis, iniungenda est grauis.

Secundum efficaciter probat fundamētum pri-  
mæ, quia confessarius in hoc sacramento non tan-  
tum est Iudex; sed etiam medicus: proinde ipsius officium erit, non tantum ex allegatis, & probatis à pœnitente, sententiam ferre, sed etiam ipsius morbis, & infirmitatib⁹, propter quas hoc sacramentum in fauorem pœnitentis institutum est, inederi. Sæpe autem expedit, vt præter pœnitentiam sub præcepto impositam, alia etiam sub consilio in medicinam, & cautelam iniungantur. Quod autem talis pœnitentia sub consilio iniuncta sit sacramentalis; & causatiua ex opere operato, probatum à paritate indulgentia, quæ non minus, quam pœnitentia sacramentalis, est effectus clauium: sed hæc etiam sub consilio iniuncta suum effectum confert ex opere operato; ergo etiam pœnitentia sub consilio imposta. Tum à priori; nam claves data sunt Sacerdoti in bonum, & fauorem pœnitentis: sed in bonum pœnitentis non tantum sunt necessariae ad ligandum absolute, & indepen-  
denter à voluntate pœnitentis; sed etiam sub conditione, & dependenter à voluntate ipsius, si voluerit effectum satisfactionis ex opere operato con-  
sequi.

Hinc contra *Vasquez* sequitur, vi illorum ver-  
borum: *Quidquid boni feceris, & mala sustinueris, sit Coroll. tibi in remissionem pœnae, & premium vita eternæ: omnia bona, quæ pœnitens est facturus, & mala, quæ patiēter est passurus, operari ex opere operato ipsi pœnitenti, ut cum multis grauioribus autho-ribus ostendi* disp. de formâ huius sacramenti f. 1. Nam per hæc verba, tam bona à pœnitente facta, quam mala ab eodem sustinenter passa, virtute clauium eleuantur ad operandum ex meritis Christi, ultra id, quod operarentur ex sola sua intrinsecâ honestate. Ex dictis patet ad fundam. *Vasquez*, quatenus est contra hoc tertium dictum: nam claves non solum sunt ad ligandum absolute, & sub peccato; sed etiam conditionatæ, & sub pœnâ tantum.

DVB IVM 7. An pœnitentia sacramentalis suum effectum ex opere operato conferre valeat ante ab-  
solutionem sacramentalis? Resp. negatiuè: quia nequit suum effectum ex opere operato conferre, Conclusio. nisi vt pars integralis sacramenti: nequit autem es- Fundam. se pars integralis sacramenti, nisi supponat sacra-  
mentum essentialiter constitutum, scilicet absoluo-

tione sacrâ, vt formâ: nequit igitur ante illam suum effectum ex opere operato conferre. Minor prob. pars integralis pendet ab essentiali: nisi enim sit essentia sacramenti, nequit esse pars integralis ipsius: sicut nequit esse pars integrans hominem, nisi supponat essentialiter cōstitutum hominem. Hinc infertur, contritionem non conferre suum effectum ex opere operato, ante, sed post absolutionem sacram. Leg. num. 26.

**Dubium 8.** DVBIVM 8. An satisfaciat, qui sacramentalem pœnitentiam adimplerit solùm quoad substantiam, non autem quoad circumstantias? Affirmant aliqui apud *Dian. tract. 4. de sacram. Resol. 55.* Sed distinctione opus: quando circumstantiaz reddunt opus, quod in pœnitentiam iniungitur, notabiliter afflictuum, & laboriosum, non satisfit præcepto confessarij, nisi opus iniunctum adimpleatur cum circumstantijs. Ut si imponatur rosarium flexis genibus recitandum, non satisfacit pœnitens, si illud recitet stando, vel sedendo: quia hæc circumstantia in ratione satisfactionis notabiliter auget opus iniunctum. Neque præsumendum est confessarium noluisse pœnitentem obligare, nisi ad puram rosarium recitationem: alioqui talem circumstantiam non apposuisset. Secus verò iudicandum, quando circumstantiaz non reddunt opus iniunctum notabiliter laboriosum, & afflictuum: ut si confessarius imponat Psalms Pœnitentiales recitandos domi, & pœnitens recitet in templo.

**Dubium 9.** DVBIVM 9. An interdum opera aliâs præcepta censeantur comprehensa inter opera in satisfactionem à confessario imposta? Hoc dubium oritur ex 1. sect. Coroll. vlt. vbi dixi, posse quidem opera aliâs præcepta in pœnitentiam sacramentalem imponi, nunquam tamen illa censeri à confessario imponi, nisi exprimantur: velut cùm in pœnitentiam imponitur, *sacrum*, vel *ieiunium*, non intelligitur de *sacro*, vel *ieiunio*, ad quod aliâs pœnitens sub præcepto obligatur. Quæritur igitur, an interdum inter opera, in satisfactionem à confessario imposta, intelligentur comprehensa, etiam opera aliâs præcepta. Resp. affirmatiuè: idque ex circumstantijs colligendum erit: ut si imponatur pro pœnitentia Eleemosyna, satisfacit pœnitens, etiamsi illam faciat extremè indigenti, cui aliâs ex præcepto charitatis tenetur illam facere. Secus, si illam faciat proprijs parentibus, vel consanguineis, qui ordinariè semper extremè indigent; quia hic casus obligat ordinariè pœnitentem ad succurrendum suis extremè indigentibus; non autem ille: proinde ille non censetur, sicut iste à pœnitentia confessarij exclusus. Item si pro pœnitentia imponantur duo sacra die festo audienda, pœnitens non tenebitur ad duo præter illud, quod aliâs sub præcepto teneatur audire.

**Dubium 10.** DVBIVM 10. An qui pœnitentiam iniunctam suo tempore non adimpleuit, alio tempore teneatur illam adimplere? Potest pœnitentia à confessario iniungi: ut certo die adimplenda: ut ieiunium pridie Nativitatis B. Virginis; Rosarium in Sabbatho orandum. Et hoc modo omissam pœnitentiam assignato die noti tenetur pœnitens illam alio die adimplere; sed tantum de omissione dolere, eamq; suo tempore confiteri. Ratio est; quia talis pœnitentia est addicta certo tempori, quo elapsio, non amplius obligat; sicut officium diuinum, aut sacram in festo omissum, vel votum ieiunandi, aut recitandi psalmos determinato die, in honorem alicuius sancti, non tenetur alio die ea perficere: quia sunt opera ex intentione Ecclesiæ, vel confessarij, aut youentis addicta ad certum diem, quo elapsio, non

amplius obligant: quia ultra illum non se extendit intentio imponentis, aut youentis. 2. Iniungi potest pœnitentia à confessario ad nullum certum diem addicta: & tunc certum est, quolibet die eam à pœnitente impleri posse. 3. Imponi potest certis quibusque diebus in hebdomadâ, aut mense exequenda, ut ieiunium singulis diebus Veneris intra mensem, vel annum seruandum. Et tunc quando pœnitens vnâ hebdomadâ, aut mense pœnitentiam non adimpleat, tenetur alia hebdomadâ, aut mense adimplere; quia tunc pœnitentia non imponitur, *Ratio.* vt addicta ad certum diem; sed pro commoditate pœnitentis diuiditur in hebdomadas, vel menses, vt facilius adimpleri possit. Ex his infertur, si confessarius imponat ieiunium pœnitenti singulis diebus Veneris per annum seruandum, & festum Nativitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri pœnitentem illo die ieiunare; sed posse ieiunium transferre in alium diem.

**DVDIVM 11.** An qui oblitus est pœnitentiaz sacramentalis teneatur confessionem repetere? Afirmat *Richard. in 4. dist. 17. art. 2. quest. 8. in 4. ar-* 94. *gum.* quia pœnitens tenetur de peccatis confessis. *Affirmat.* agere pœnitentiam iuxta arbitrium confessarij: confessarius autem nequit iuste taxare pœnitentiam, nisi cognitâ culpâ. Igitur qui pœnitentia oblitus est, tenetur iterum sua peccata confiteri, ut eam iuxta confessarij arbitrium accipiat. Distinguunt *Sylvester, Angelus, Tabien. verb. Confess.* nam si pœnitens culpabiliter pœnitentiam oblitus est, tenetur confessionem repetere, ut arbitrio Sacerdotis dignam suis peccatis accipiat pœnitentiam: si non culpabiliter, non tenebitur confessionem repetere. *At Sotus in 4. dist. 20. quest. 2. art. 2. ad 3. Petr. Soto Sententia let. 2. de satisfactione. 5. tertia, Nanarr. in sum. cap. 9. num. probabilitum.* 96. *17. Vasquez quest. 94. art. 2. dub. 4. Coninck disp. 10. dub. 9. num. 85. Layman tract. 6. cap. 15. fine, & alijs putant, ad nihil teneri, qui sacramentalis pœnitentiaz oblitus est, nisi ad confitendum peccatum negligenter, si forte culpabiliter oblitus est. Hæc sententia probabilior est. Fundam. pœnitens non tene-* 97. *Fundam.* *tur peccata semel confessa reconfiteri: nec potest propriâ authoritate pœnitentiam sibi imponere;* cùm nec possit esse Iudex sui. quia pœnitentia hæc fit sacramentalis sola virtute clavum: ergo manebit à pœnitentia liber; quamquam illam in alia vita debebit soluere. Notant Doctores, consultius esse, ut pœnitens in proximâ confessione à confessario petat, sibi aliam pœnitentiam iniungi pro eâ, cuius est oblitus: præsertim si ipse fuerit in culpâ. Ex his à fortiori sequitur, non teneri pœnitentem, facere aliam pœnitentiam, si ad *Coroll.* eam, quæ sibi à confessario imposta est fiat impotens; ut si propter infirmitatem fit impotens ad impositum ieiunium exequendum, non tenebitur Eleemosynam facere, vel orare.

**Obijcies 1.** posset in tali casu pœnitens dicere confessario, sc̄ grauem accepisse pœnitentiam, cuius tamen oblitus est, cui confessarius tenebitur aliam æquivalentem imponere. Sed contraria: neque indirecte tenetur pœnitens peccata semel confessa reconfiteri: nec posset confessarius, si statum pœnitentis saltem in communi non nouit, pœnitentiam taxare: cùm nemo possit sententiam ferre, incognitâ omnino causâ. Vnde saltem in communi debebet iste peccata semel confessa iterum in confessione manifestare.

**Obijcies 2.** Tenetur youens, si oblitus est votum, aliquid æquivalentem præstare; ergo & pœnitens. Resp. neg. conseq. nam votum pendet ex voluntate youentis: ergo poterit loco oblii, aliud æquivalentem sibi

*Nemo potest sententiam ferre incognitâ omnino causâ.*

*neg.*

sibi imponere. Sacra autem pœnit. pendet ex arbitrio Sacerdotis, qui incognitâ culpâ, non potest imponere pœnitentiam, & quia pœnitens non tenetur peccata semel confessâ reconfiteri, non tenebitur pro pœnitentia oblita aliam petere.

**Obijc̄es 3.** Qui certus est de debito soluendo, incertus verò de quantitate, vel qualitate, tenetur aliquid æquivalens soluere: ergo qui certus est de pœnitentia, incertus de quantitate, aut qualitate, tenebitur aliam æquivalentem præstare. **Resp. neg.** conseq. etenim prius debitum est iustitia, quod semper obligat, vel ad debitum in specie, vel ad æquivalens. Posterior est debitum reuerentia erga sacramentum, vt illud imperfectum non relinquitur: cuius debiti obligatio cessat, interueniente iusta causâ: cuiusmodi est ius, quod pœnitens habet, ne sua peccata semel confessâ, iterum confiteri debet.

**Obijc̄es 4.** Qui certus est de mortali in genere, incertus in specie, tenetur illud saltem in genere confiteri: ergo qui certus est de obligatione pœnitentia in genere, incertus de pœnitentia in specie, tenetur aliquam saltem in genere agere pœnitentiam. **Resp. neg.** conseq. nam de peccato habemus expressum præceptum illud confitendi, vt est in nostrâ conscientiâ. De pœnitentia solum habemus præceptum, illam adimplendi iuxta arbitrium confessarij. Obliti autem pœnitentia in specie, esto recordemur in genere, non possumus illam iuxta arbitrium confessarij, qui illam non in genere, sed in specie determinauit, adimplere.

**Dubium 12.** An satisfactio sacramentalis possit per alium impleri? Affirmant communiter Scholastici in 4. dist. 20. Sotus dist. 19. quest. 2. art. 4. Henr. lib. 5. cap. 21. num. 4. Suarez dist. 38. sett. 9. Fagund. lib. 9. cap. 4. num. 12. & plerique recent. Fundam. pœnitentia sacramentalis ad duo ordinatur, scilicet ad medendum spiritualibus morbis pœnitentis, & debitum peccatorum soluendum. Esto igitur non possit quoad 1. ab alio, quâm ab ipso pœnitente impleri; poterit tamè quoad 2. cùm possit unus pro alio debitum soluere. Qui authores non tantum loquuntur de solutione per modum operis operantis; sed etiam per modum operis operati: putant enim, claves Sacerdotales non solum se extendere ad opera exequenda ab ipso pœnitente: sed etiam exequenda ab alio pro ipso pœnitente. Negat Vasquez. quest. 94. art. 2. dub. 1. num. 10. & Ledesapud. Fagund. Quod verius est. Et certum 1. id fieri non posse auctoritate pœnitentis: quia pœnitens, vt 1. dub. non potest propriâ auctoritate mutare pœnitentiam, sibi à confessario iniunctam, eamque in partem sacramenti eleuare, cùm hoc sit proprium clavium Sacerd. 2. certum est, confessarium non posse virtute clavium obligare alium ad satisfactionem, pro pœnitente exequendam, etiamsi is sponte se offerat, ad huiusmodi pœnitentiam exequendam: quia claves Sacerdotis non se extendunt nisi ad pœnitentem. Vnde etiamsi tali casu, pœnitentia ab alio adimpleta, prodesset pœnitenti per modum operis operantis; non tamen prodesset per modum operis operati, de quo tantum est præsens difficultas.

**106.** Remaneat igitur, vt confessarius talem pœnitentiam imponat alteri exequendam, medio consensu pœnitentis. Et tunc insurget difficultas; 1. an debeat aliquando confessarius hoc modo impone-re pœnitentiam. 2. an saltem licite possit eam aliquando imponere. 3. & præcipua: an talis pœnitentia esset sacramentalis, & effectum pœnitenti conferret ex opere operato. **Quoad 1.** **Resp. negatiuē.**

Nam duobus casibus posset esse dubium: an tene-  
reter confessarius satisfactionem pœnitenti iniungere per alium exequendam. 1. si pœnitens sit im-  
potens per se illam exequi. 2. si nolle, etiam si pos-  
set, per se illam exequi. Non tenetur, in 1. quia im-  
potentia excusat, & pœnitentem à pœnitentiâ ex-  
equendâ, & confessarium ab iniungendâ, vt constat  
de moribundis: non enim confessarij pœnitentiam,  
quam nequeunt moribundi exequi, alijs illorum  
vice exequendam imponunt. Neque in 2. quia vel  
talis pœnitentia esset commensa viribus, & facul-  
tati pœnitentis, cuius iudicium spectat ad confes-  
sarium, vt ad proprium iudicem: & tunc pœnitens  
si nolle illam acceptare exequendam per se ipsum,  
non esset absoluendus: quia non esset dispositus,  
cùm nolle acceptare pœnit. quam tenetur accep-  
tare. Vel non esset commensa viribus, & facul-  
tati pœnitentis; & tunc deberet commutari in-  
aliam.

**Quoad 2.** regulariter non licet, quâm in ali-  
quo casu possit: primum prob. vt mox constabit,  
satisfactio ab alio, quâm à pœnitente adimpleta,  
non potest esse pars sacram. At **dub. 6.** probatum  
est, non posse Sacerdotem absque urgente causâ  
hoc sacram. sine notabili parte integrante, imper-  
fectum relinquare. Igitur regulariter non licet  
pœnitentiam alteri exequendam imponere. Con-  
firm. pœnitentia imponitur, ad medicinam propter  
morbum contractum, vel contrahibilem; ad com-  
pensationem pro offensis illatis Deo; ad remissio-  
nem pœnae temporalis, relicta ex peccatis conde-  
natis. Primum & 2. nequit suppleri per pœnitentia  
ab alio impletam. De 1. constat, quia medicina  
non curat; neque præseruat à morbo, nisi sumpta  
ab ipso infirmo. De 2. prob. nam punitio, & com-  
pensatio non est per modum meriti, vti fuit satis-  
factio Christi, & opera, quæ vnu siustus offert in sa-  
tisfactionem pro alio peccatore; sed per modum  
iusta pœnae correctiæ culpæ à iudice impositæ,  
quæ secundum rectum ordinem iustitia, quem  
Deus, teste Trident. sess. 14. cap. 4. in hoc sacra-  
mento seruat, per se postulat esse in ipsâ personâ, quæ  
deliquit. Quoad tertium, et si possit pœnitentia vnius  
quoad remissionem pœnae prodesse alteri, haud  
tamen prodesse poterit tantum, quantum si ab ipso  
pœnitente fieret. Nam facta à pœnitente illi prodest  
etiam ex opere operato; & quoad incrementum  
gratia, si illa in statu grâte adimplatur. Quod  
verò aliquando id licitum sit, constat, quando vel  
pœnitens est impotens ad omnem pœnitentiam, &  
desiderat saltem per alium aliquam facere: vel quando  
non potest totam per se ipsum adimplere: nam  
etiam tunc, cum consensu pœnitentis, licet poterit  
confessarius partem iniunctæ pœnitentiæ, alte-  
ri exequendam, imponere.

**Quoad 3. difficult.** **Resp. negatiuē:** quia ex Tri-  
dent. sess. 14. cap. 3. materia huius sacramenti, sunt ipsi  
actus pœnitentis, qui virtute clavium eleuantur  
ad esse sacramenti. Cùm igitur satisfactio ab alio  
adimplita non sit actus pœnitentis, non erit apta ma-  
teria virtute clavium eleuabilis ad esse sacramen-  
ti. Quare solùm prodesse poterit pœnitenti per mo-  
dum operis operantis, non operati.

**DICES.** Hoc ipso quod pœnitentia adimpletur  
ab alio, ex consensu ipsius pœnitentis, sit actus ipsius  
pœnitentis, ac proinde sit apta materia sacram. sicut  
eleemosyna, facta per famulum, ex consensu domi-  
ni, censetur actus Domini. **Resp. neg.** anteced. ex  
quo tantum sequitur, cōsensum pœnitentis esse a-  
ctum proprium ipsius, non pœnitentiam ab alio  
adimplatam. Nec est eadem ratio de eleemosyna do-  
mini

mini per famulum facta: nam haec principaliter fit a domino, a famulo autem non nisi instrumentaliter: cum illam non clariatur ex bonis suis, sed domini. Poenitentia vero fieret ab alio, ut a causâ principali: quia fieret ex proprijs operationibus, ut ieiunare, peregrinari, orare, sunt actus proprii ieiunantis, peregrinantis, orantis, non autem poenitentis.

ceptum relinqu potestati Ecclesie: sicut a Christo instituta sunt Confirmatio, & Extrema Unctio; quorum tamen præceptum relictum est authoritati Ecclesie: ergo supposito, quod hoc sacramentum fuerit a Christo quoad omnes eius partes constitutum, hic quero: an ipsius usus sit ab eodem Christo præceptus?

Catholica sent. est a Trident. sess. 14. cap. 5. & Can. 6. & 7. contra haereticos nostri temporis definita, iure Divino necessarium esse omnibus post Baptismum lapsis, confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria post diligentem discussionem habetur; etiam occulta, & circumstantias omnes peccati speciem mutantes. Huius Diuinis sacrae præcepti argum. 1. est, perpetuus, & nunquam interrupsus, vel ab ipso nascientis Ecclesie exordio, ad hanc usque tempora, sacrae confessionis usus, ordinis sunt. Nam, quæ Augustini lib. 4. de Baptismo cap. 24. Regula Apostolica traditum rectissime creditur: cum igitur neque in Conciliis, neque in Pontificum decretis nullum extet initium huius præcepti, censendum est, illud manasse immediate a Christo, per Apostolos Ecclesie communicatum. Hunc perpetuum usum crudite probat Bellar. lib. 3. de penit. a cap. 6. usque ad 10. Quid si aliqua Concilia, vel Pontifices huius obligationis mentionem fecerunt, tempusque confessionis assignarunt, illam tamen non tam ipsi præcepserunt; quam præceptam præsupponentes, tempus duntaxat huius præcepti præscriperunt; vt de Latera, in quo præscriptum est tempus annuæ confessionis interpretatur Trident. sess. 14. cap. 5. Neque enim, inquit, per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Chrsiti fideles confiterentur, quod iure Divino necessarium, & institutum esse intellexerat; sed ut præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Et in Carthagi. 3. tempore Siricii Papa, approbato a Leone IV. can. 3. sic legitur: Ut penitentibus secundum peccatorum differentiam, Episcopi arbitrio, poenitentia tempora decernantur. ubi non confessio, sed tempus confessionis dicitur ab Episcopis decerni. Confirm. credibile non est, præceptum tamardum, ac seruat difficile, unquam attentatum fuisse ab Ecclesie Præsidibus; vel certè toti Ecclesie persuaderi potuisse, vt ipsum acceptarent, ac tot seculis inuiolabiliter obseruarent, regibus ac principibus non repugnantibus.

Secundum argum. huius diuinæ obligationis dicitur ex illo Ioan. 20. Quorum remisit peccata, Obligatio remittuntur eis, & quorum retinueritis, resenta sunt: ad confessio- Christus hoc loco, vt definit Trident. sess. 14. cap. 1. & tur ex Ioan. can. 3. sacramentum poenit. instituit, conferendo 20. Apostolis, corumque in Sacerdotio successoribus absolutam potestatem absoluendi fideles a peccatis, eaque iuxta ipsorum arbitrium retinendi: ergo simul fideles obligavit deferre sua peccata ad Sacerdotes, vt ad Christi ministros, & iudices. Consecratio est Trident. sess. cit. cap. 5. nam ex hac potestate, Sacerdotibus concessa, infert, oportere a poenitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionis conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint: cum constet Sacerdotes iudicium hoc incognitam causam exercere non posuisse, neque aequitatem in penitentiis iniungendis seruire posuisse. Nam quo pacto Sacerdotes potestatem haberent peccata fideliū retainendi, si fideles præceptum a Christo non habent sua peccata ad Sacerdotes deferendi? Prob. 3. vt disp. 9. sect. 4. ostendimus, præceptum confessionis in lege Euang. successit.

Dubiū 13.

Resolutio dubij affirmativa.

DVBIVM 13. An possit poenitens iniunctam poenitentiam adimplere tempore operis alias præcepti? Casus: an qui pro poenitentia debet officium Beatae Virginis recitare, possit illud recitare tempore, quo sacrum audit ex obligatione? Resp. affirmativa, quando huiusmodi opera sunt sibi iniunctum compossibilia, cuiusmodi sunt recitatio officij, & auditio sacri: quia potest quis ad utrumque attendere: quod inter alios docet Pet. Soto lect. 2. de satisfactione. §. hinc proximum est.

Dubiū 14.

Affirmativa.

DVBIVM 14. An qui pro poenitentia debet duas, aut tres Missas audire, satisfaciat si omnes in diversis altaribus eodem tempore simul audiatur? Affirmat Sanchez. in summ. lib. 1. cap. 14. fine: pro qua sententia probabilis est: quia præceptum confessarij non est, nisi de duobus, aut tribus missis audiendis: ergo modò possit esse moraliter præsens duabus, aut tribus missis simul, satisfacit præcepto. Secus vero esset, si confessarius exprimeret, ut non omnes simul, sed unam post aliam audiret: nam illa circumstantia temporis, quæ inter unam missam, & aliam intercederet, notabiliter poenitentiam aggrauaret; ac proinde qui illam non seruaret, non satisfacret præcepto confessarij.

Dubiū 15.

Negativa.

DVBIVM 15. An sit imponenda noua poenitentia ei, qui cum nouis peccatis, statim post sacramentalem absolutionem ad confessionem rediit? Negat Henr. lib. 5. cap. 20. num. 6. quia tunc sequens absolutione facit unum moraliter cum præcedente: proinde non est noua poenitentia necessaria; sed sufficit præcedens, quæ data fuit pro præcedentibus peccatis. Distinguendum: si peccata, quæ de novo poenitens affert, sunt mortalia, & nunquam confessa, imponenda erit noua poenitentia: quia in tali casu iudicium confessoris variatur substantialiter, ac proinde nouam debet imponere poenitentiam cum prior fuerit iuxta aliud iudicium, & sententiam substantialiter diuersam. Si vero sint venialia, vel mortalia ritè alias confessa, non tenetur nouam imponere. Nam talia peccata non variant substantialiter iudicium confessoris: & sicut tunc subsequens confessio facit unam confessionem moraliter cum præcedente: ita & absolutione subsequens, cum absolutione præcedente: ac proinde unum sacramentum moraliter: pro quo una etiam sufficit poenitentia.

## DISPUTATIO XVII.

### De præcepto diuino Confessionis.

#### SECTIO PRIMA.

An Confessio sit iure diuino præcepta?

**N**ON hoc ipso, quod sacramentum hoc fuit a Christo institutum, vt disp. 10. sequitur, ab eodem quoque fuisse præceptum: nam secundum multos potuit eius præ-

*cessit præcepto contritionis. Sed præceptum contritionis iure Diuino obligabat peccatores; ergo etiam præceptum confessionis: quia non est maior ratio, cur contrito fuerit Diuino iure præcepta, & non confessio sacramentalis, in eius locum subrogata.*

*Contrito  
duplici ti-  
tulo pecca-  
torum obli-  
gabat iure  
divino.*

*7.  
Prob. vlt.*

*Duplici enim titulo contrito iure Diuino peccatorem obligabat, & ratione propriæ iustificationis, & ratione compensationis, quâ peccator tenetur Deo propter offensas ei illatas, offerre: ergo eodem duplici titulo confessio sacramentalis iure Diuino peccatorem obligabit. Minor constat ex ijs Oraculis, quibus poenitentia peccatorum inculcatur, vt à Deo præcepta, *Luca 1. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simus peribitis: & sexcenta alia, que afferri possent.* Vlt. optimi ac prouidi legi slatoris munus est, non modò sanctissimis legibus ciues instruere; sed ad eas etiam seruandas, quantum fieri potest, illos obligare. Cùm igitur Christus pœnitentia sacramentum instituerit, vt sanctissimum, ac necessarium medium ad peccatorum remissionem consequam, ad ipsius singularem prouidentiam, & bonitatem pertinuit, fideles omnes ad illud seruandum peculiari præcepto obligare. Quod obseruatū videmus in sacram. Baptismi: quod, quia institutum est, vt necessarium medium ad consequam remissionem peccatorum, voluit Christus ad illud seruandum peculiari præcepto obligare omnes.*

*8.  
Nullus in-  
ferior abro-  
gare potest  
præceptum  
superiorum.  
Quid sit  
propriæ dis-  
pensare.*

*Ex dictis infertur, non posse in hoc præcepto summum Pontificem dispensare, & multo minus illud abrogare: cùm nullus inferior dispensare, vel abrogare possit Superioris præceptum. Nec obstat, quod sèpè Pontifices videantur in iure Diuino dispensare, vt in votis irritandis, in matrimonio rato dispensando &c. Nam vel in ijs propriè non dispensant; cùm dispensare propriè sit, adhuc vigente lege, subditum ab illius obseruantia eximere. Pontifices autem cùm vota irritant, vel in matrimonio rato dispensant, non eximunt subditos ab obseruantia legis, cùm vigente, & obligante; sed solùm tollunt vinculum humanâ voluntate contractum, supra quam Pontifex, vt supremus Pastor, potestatem habet, quo vinculo sublatu, ius Diuinum cessat. Velsi dispensant, id faciunt propter aliquam causam, quam probabiliter putant magis placitaram Deo. Nulla autem apparet causa, quæ magis esset placitura Deo, quam confessio sacramentalis.*

## SECTO II.

*An potuisset hoc sacramentum ab Eccle-  
sia præcipi, si non fuisset à Christo præ-  
ceptum.*

*9.  
1. Sensus.*

*Fundam.*

*10.  
Negant.*

*11.  
Bisaria in-*

*P*RIMA sent. affirmat: *Medine Cod. de conf. quest. 2. Nugnez 3. p. som. 2. quest. 6. art. 1. dub. 3. Suarez disp. 35. sect. 1. num. 18. Pro quâ citat Adria. & Vigner. Fundam. si quid obstaret, quo minùs Ecclesia posset hoc sacramentum præcipere, esset; quia Ecclesia non habet potestatem in actus merè internos fidelium; hoc autem falsum est, vt constat de inter- nâ attentione, sub quâ præcipit Orationem, & Of- ficium Diuinum.*

*SECUNDA negat. Durand. in 4. dist. 17. quest. 8. num. 7. Sots in 4. dist. 18. quest. 1. art. 1. §. Dubium au- tem est, Coninck disp. 5. dub. 3. &c. Nota 1. controuer- sia in eo sita est: an possit Ecclesia sacramentum confessionis præcipere sub eo ritu, & conditioni- bus omnibus, sub quibus de facto institutum est à Christo, si ab ipso Christo præceptum non esset? 2. Ut disp. 12. sect. 12. posset Ecclesia hoc sacramentum*

*præcipere, vno modo immediate præcipiendo to- telligi potest tum sacramentum, aliò modo immediate tantum Ecclesiæ præcipiendo externam confessionem peccatorum, hoc sacra- consequenter verò & mediátè internos actus, qui mentu pre- cipere. ad hoc perficiendum necessarij sunt.*

*Dico 1. Non posset Ecclesia immediate præci- pere totum sacramentum pœnitentiaz, prout de fa- cto à Christo institutum est. Fundam. hoc sacra- mentum, prout de facto à Christo institutum est; essentialiter includit internum dolorem, & confes- sionem omnium mortalium, etiam internorum. sed Ecclesia non habet potestatem supra actus merè in- ternos: igitur non posset hoc sacramentum, prout de facto à Christo institutum est, præcipere. Maior est de fide, definita à Trident. sess. 14. cap. 3. 4. & 5. & can. 4. & 7. Minor est communis sententia, nam li- cet Ecclesia potestatem habeat in actus internos, quatenus principia sunt externorum, non tamcn habeat po- in actus purè internos, qui nullo pacto principia sunt externorum. Ratio: tota autoritas, quam ha- bet Ecclesia in spiritualibus, est per ordinem ad ex- ternum regimen Hierarchicu, vt inferiores subor- dinentur superioribus, & superiores supremo capiti totius Regiminis Ecclesiæ, qui est summus Pôtis ex Vicarius Christi. Nam ea potestas concessa est Ec- clesiæ, quæ accommodata est humano Regimini: cùm enim Deus suam Ecclesiam regat per homi- nes, cam tantum potestatem suo Vicario contulisse, credendum est, quæ necessaria est, & sufficit ad hu- manum regimen. Hæc autem, vt patet, est potestas in eos dumtaxat actus, qui aliquo modo in exter- num prodire possunt. Nam hi tantum possunt hu- mano modo, hoc est sensibili notitiâ dignosci, & ab Ecclesia regulari. Actus autem purè interni, cùm per se non cadant in notitiâ sensibilem, non pos- sunt esse intra sphæram humanæ gubernationis, cùm non possint homines vel ad eos eliciendos, vel ad eos elicitos externo signo manifestandos cogi, nisi ab eo, qui omnia hominum secreta nouit.*

*Hinc exploditur 1. ratio Sotropinantis: non pos- se Ecclesiam hoc sacramentum præcipere; quia non est illi communicata potestas excellentiaz instituen- di sacramenta: At potestas ferendi præceptum de sacramentis, non est eadem cum potestate insti- tuendi sacramentum, vt patet: quia potest Ecclesia ferre præceptum de Confirmatione, vt de facto Trident. sess. 23. cap. 3. de refor. præceptum tulit, ne Prima tonsurâ initiantur, qui sacramentum Confirmationis non suscepint. Rejecitur 2. ratio Coninck do- centis, non posse hoc sacramentum, sicut de facto à Christo institutum est, ab Ecclesiâ præcipi: quia cùm sit seruatu difficultatum; & nequeat Ecclesia que- legem tam difficilem ferre, nisi casu urgentis neces- sitatis; quæ tamen eo euentu nulla esset, siquidem aliunde potuissent tunc peccatores iustificari solo actu contritionis, independenter ab hoc sacramento, conseqens fit, vt non potuisset hoc sacramentum Ecclesia præcipere. Esto, hoc præceptum foret ali- quibus seruatu difficile; non propterea tamen sim- plicer ferri non potuisset: nam qui maximam tunc difficultatem sensissent, excusati fuissent ab illius obseruantia: vt de facto Doctores communiter docent, esse legem saltem consuetudine introductam, vt omnes qui possunt, sua peccata propriâ voce con- fiteantur: à quâ tamen lege excipiuntur, qui in hoc maximam sentiunt difficultatem, licitum quæ ijs esse, pro voce vti scripto.*

*Dico 2. Posset Ecclesia direcere, & per se solùm præcipere Confessionem de peccatis externis, quo præcepto posito, obligaretur pœnitens Iure diuino, propter reverentiam, quam debet huic sacra- to; ne*

*Exploditus  
ratio Sot.*

*14.*

*Alio quo-*

*Rejecitur.*

Prior pars  
pass.16.  
Diceat.8  
37.Quid re-  
quiratur  
ut actus  
aliquis pu-  
niri possit.18.  
Pars 2. af-  
fert, prob.19.  
Coroll.

et ne illud irritum reddat, vna cum peccatis externis confiteri reliqua mortalia interna, actumque doloris ad hoc sacramentum necessarium elicere: nam in tali precepto nihil est, quod Ecclesia potestatem excedat: nam totum id, quod praeciperet, esset actus externus, conducens ad externum regimen & gubernationem Eccles. propter quam Ecclesia potestatem habet ad omnes actus externos fidelium. At deest, inquit Durand. in tali actu extero ratio probationis, esto non desit in Ecclesia authoritas. Quod probari non potest, iuste puniri non potest: quod puniri non potest, de eo lex ferri nequit: cum nulla lex praecipere possit actum, cuius transgressorum punire non valet: alias frustra esset lex, quae transgressores punire non posset. Unde ex Arist. 10. Ethic. omnis lex vim habet coactuam. Sed contraria: hic puniri posset propter transgressionem confessionis, quae est actus externus, quamvis secretus. Ut actus puniri possit, sufficit, si ex natura suâ sit talis, ut possit probari, licet defectu testimonij nunquam possit in actum probationis redigi. Actus autem externus confessionis natura suâ est talis, etiam ut in actum probationis, per testimonium confessarij, redigi possit; ac proinde ipsius negatio est capax punitionis Eccles. Posterior pars prob. licet per se, & directe vi solius precepti Eccles. pœnitens non teneatur, nisi ad confitenda sola peccata externa; ex suppositione tamen, quod deberet hæc peccata confiteri Sacerdoti, habenti auctoritatem conficiendi vna cum externâ confessione pœnitentis sacramentum, à Christo institutum, iure Diuino, & ex debito Religionis teneretur, ne iniuriam inferret sacramento, illud irritum reddendo, simul cum peccatis externis, confiteri interna, actumque doloris elicere. Sicut ex suppositione, quod ex precepto Eccles. tenemur vocaliter orare, iure Diuino, & virtute Religionis obligamur, ex reverentia, quam in orando Deo debemus, internam attentionem adhibere.

Ex his infertur; si Christus hoc sacramentum instituisset ad libitum confitentis, ut non omnia peccata, sed quæ tantum ipse vellet, confiteri posset; neque tunc potuisset Ecclesia preceptum ferre de ullo peccato interno; sed tantum de externis, deque ipso actu externo confessionis: quia vero, ut suppono neque tunc potuissent omnia peccata remitti, nisi de omnibus præcessisset internus dolor, etiamsi ad non omnia confitenda obligatus fuisset, de omnibus tamen debuisset dolere, ut omnium remissionem consequi potuisset. Quem dolorem etiam tunc iure Diuino, & ex suppositione, quod ad hoc sacramentum accederet ut iustificandus, elicere debuisset.

### SECTO III.

*An satisfiat precepto diuino per confessio-  
nem informem, sed validam?*

20.  
Qy. affio  
in sentent.  
aliena.21.  
Negant  
negatio qui.  
Probari po-  
test. 2.

Sicut in meâ sententia nulla confessio informis est validas ita nullâ confessione informi satisfit precepto diuino, siue id accidat defectu pœnitentis, siue absoluenter; quia preceptum diuinum ad minimum obligat ad suscipiendum sacramentum, sed quando confessio est nulla, sacramentum est nullum: igitur non satisfit precepto diuino, de sacramento suscipiendo. Inter eos, qui admittunt confessionem validam informem.

PRIMA sententia negat; 1. Quia qui facit confessio nmem informem, non assequitur finem, propter

quem Christus illam instituit, qui est iustificatio à peccatis: ergo non satisfacit intentioni Christi, & consequenter ipsius preceptiuæ voluntati. 2. Non satisfacit precepto contritionis, qui informem elicit contritionem: ergo nec precepto confessionis, qui informem facit confessionem. 3. alioqui posset per eam, etiam scienter factam, satisfacere diuino precepto: nam ex eo quod illa cognoscatur informis, non variatur quoad suam naturam, cum nulla res varietur per extrinsecam cognitionem: ergo si illa, ut ignota, sufficit ad satisfaciendum precepto diuino, etiam ut nota sufficiet.

SECUNDA affirmit: est omnium, qui confessio nmem validam, & informem admittunt: Durand. in Affirmans.

4. dist. 17. quest. 14. num. 8. Sot. dist. 18. quest. 3. art. 3. Pet. Sot. lett. 8. de confess. ad finem, Henr. lib. 5. cap. 11. Suarez disp. 35. sect. 4. Fagundez de 2. precepto Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 2. &c. Nota: confessio informis, sed valida admittitur à citatis uno modo ex defectu integratatis, ob ignorantiam etiam mortaliter culpabilem; ita Dom. Sotus, Henr. Nugnez 3. p. com. 2. quest. 9. art. 1. dub. 1. Diana tract. 4. de sacram. resol. 65. alio modo, ex defectu doloris, inculpabiliter se non extendens ad peccata inuincibiliter oblita; ita Suarez; vel ex defectu doloris re ipsa insufficiens, probabiliter tamen putati sufficientis; ita Valent. disp. 7. quest. 11. punct. 3. s. nunc quod.

DICO 1. per confessionem 1. modo informem, non satisfit precepto diuino, quia talis confessio non solum est informis, sed inuálida, & nulla: nequimus autem inuálida confessione diuino precepto satisfacere. Maior, prob. Ea confessio est inuálida, quæ deficit ab aliquo essentialiter requisito: talis confessio deficit ab aliquo essentialiter requisito: scilicet diligens conscientia examen est ad confes- sionem sacramentalem essentialiter requisitum; ex Trident. sess. 14. cap. 5. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligen- tem sui discussionem conscientiam habent in confessione recenseri. Ncque hoc potest ab aduersi. negari, qui vltro concedunt, examinis defectum, qui crassæ & supinæ negligentia comparatur, inuálidam reddere confessionem: Et ratio demonstrat: nam eadem lege præcipitur actus, & medium ad actus executionem necessarium: cum igitur diuinâ lege præcipiatur confessio omnium mortalium, eadem lege etiam præcipitur diligens conscientia examen, sine quo nequit fieri confessio omnium mortalium, præter- ceterum distincte quoad speciem, & numerum, ut Trident. definit. At, qui negligentiam mortaliter culpabili ad sacramentalem confessionem se examinat, non adhibet diligens conscientia examen: Diligentia enim quam ad sacramentalem confessionem Con- cilium prærequirit, ea debet esse quæ in conscientia peccatoris moraliter ac probabiliter tollat præticum dubium de oppositâ negligentia mortaliter. Quis autem dicet, examen negligentiam mortaliter culpabili factum esse huiusmodi morale ac probabile? Maior colligitur ex eodcap. Post quam quisque diligentius se excusserit, & conscientia sua sinus omnes describitur & latebras exploraverit. At quâ veritate dici potest, diligenter se discutere, & conscientia sua sinus omnes, & latebras explorare, qui negligentiam mortaliter culpabili se examinat? Explicatur. Qui mortali negligentiam culpabili se examinat, non potest moraliter, probabiliterque iudicare, se facere quantum debet; quod iudicium necessarium est, ut re ipsa pœnitens diligens adhibeat examen: nam non solum requiritur, ut hoc examen re ipsa à pœnitente ponatur; sed debet etiam ipsi constare per practicum iudicium, quo prudenter probabiliter-

Maior est  
Trident.

25.

Minor, in  
quâ est cor-  
iron.

26.

Examen  
diligentius se  
describitur  
à Concilio.

27.

*Probabilis  
ac prudens  
iudicium  
volit peccata  
cum mortaliter.*

28.

*Qui cum  
tali neglig.  
accidit ad  
huius sacram.  
non est dis-  
ponit suf-  
ficiens.*

que iudicat, se facere, quantum in re tam necessaria facere debet. At hoc ipso, quod in examine pœnitentis mortaliter deficit, non potest habere hoc prædicum iudicium: nam peccatum mortale stare non potest cum probabili, ac prudenti iudicio, de recte operando iuxta regulas propriæ conscientiæ. Confirm. Qui in examine mortaliter peccat, vel tale peccatum confitetur simul cum alijs, vel non. Si non, nec potest validam facere confessionem, cum scienter absque iusta causâ illam dimidiet. Si confitetur: tenetur illud efficaciter retractare, ac à se tollere per diligens examen, quo probabiliter iudicet, se fecisse, quantum in re tantâ debuit. Ergo hoc ipso, quod maior diligentia non adhibetur, non tollitur voluntas & affectus erga tale peccatum: at sufficiens dispositio ad hoc sacramentum debet ex *Trident. sess.* 14. cap. 4. excludere voluntatem peccandi, quam non excludit, qui dum potest mortalem negligentiam tollere, non tollit. Nec sat est, de tali negligentia tantum dolere: nam, ut talis dolor sit sufficiens, debet actu tollere culpabilem negligentiam, quæ pœnitentem periculo exponit, dimidiandi confessionem: vti non sufficeret, si quis aduertens, se versari in periculo peccandi in ipsâ confessione cum confessario, & illud non tolleret, dum posset: nam hoc ipso, quod non tollit, dum potest, non subtrahit effectum ab illo.

Dico 2. per confessionem 2. modo informem impletur præceptum Diuinum. Prob. 1. qui talem confessionem facit, non tenetur iterum confiteri: ergo satisfacit præcepto Diuinum. nam quamdiu præceptum non adimpletur, semper vrget obligatio illud adimplendi. Anteced. constat tum authoritate omnium, validam & informem confessionem admissentium: tum ratione: hic adimpleret substantialiter actum præceptum: qui tantum est de confitendis omnibus mortalibus, quæ post diligens examen sunt in conscientiâ peccatoris, legitimo Ministro, cum sufficienti dispositione prudenter probabiliterque putata. Sed in hâc sententia iste ita confessus est: 2. Præcepta non obligant, nisi prout sonant. Sed præceptum de sacrâ confessione non sonat, nisi confessionem omnium mortalium, quorum conscientia habetur post diligens examen, factam cum legitimo ministro, & cum aliquo dolore supernat, probabiliter putato sufficienti: ergo satisfacit præcepto, qui sic in hoc foro confitetur. Maior constat ex axiomate, *pœnalia potius sunt restringenda, quam amplianda*, Cùm igitur confessionis præceptum sit pœnale, non debet ampliari ad actum confessionis formatæ, sed potius restringi ad actum informis, modò quoad essentiam sacramenti sit valida. Supponit hæc sententia, huiusmodi confessionem factam esse ex dolore aliquo supernat. re ipsa sufficienti quoad essentiam, non quoad effectum sacramenti.

31.

Ad 1. opposita, distinguo 1. Conseq. non satisfacit intentioni Christi, quam habet de fine, quem in hoc sacramento intendit, concedo: quam habet de medio adhibendo in hoc sacramento ad talem duplex dñ finem consequendum, nego: quippe voluntas in singuenda est voluntas. Christo, altera, quâ voluit per hoc sacramentum peccatores iustificari: altera, quâ voluit medium ad hunc finem consequendum adhibere. Prior voluntas non cadit sub præceptum, cùm in eo non exprimatur, sed tantum posterior, quæ sola exprimitur. Putandum enim est, Christum præcepta hominibus dedisse more humano, quo solent terrestres principes suis subditis præcepta dare, quæ non obligant, nisi ad id, quod exprimunt. Ad 2. neg. conseq. nam contritio hoc ipso, quod est informis,

non est contritio: infallibiliter enim habet secum rationem pœnalis annexam gratiam iustificantem ergo hoc ipso, quod sacramentum, & quis non iustificatur, non elicit contritionem, proinde non satisfacit præcepto contritionis, quod accipit actum contritionis. At non hoc ipso, quod in hâc sententia confessio est informis, non est sacramentalis confessio, cùm in hâc sententia possit esse verum sacramentum pœnitentia absque effigie iustificantis. Quare posset quidem, qui actum contritionis non eliceret, à peccato excusari, recipia autem præcepto contritionis satisfacere non posset: quia non adimpleret substantialem actum contritionis. Vnde si sciret, se non eliciuisse actum contritionis, teneretur, ad satisfaciendum præcepto, illum elicere. Contrà verò, quia facheret confessionem informem, sed validam, etiam si poste à aduertaret, non tenetur illam repetere: quia per illam præcepto satisfecit, & iustificationem consequi posset per aliam confessionem subsquentem.

Ad 3. neg. sequela: quia tenetur pœnitens non solum obicem non ponere sacramento, sed nec principali effectui sacramenti, quæ est iustificatio peccatoris. Vnde hoc ipso, quod pœnitens scienter accederet cum dolore reipsâ insufficiente ad effectum sacramenti, non accederet cum dispositione sufficiente ad validitatem huius sacramenti; nam tunc accederet cum interpretatio affectu volendi impedimentum ad effectum sacramenti, ac proinde cum voluntate peccandi, quæ non solum repugnat effectui, sed etiam essentia huius sacramenti, quod et si non debet excludere peccatum, ad quod excludendum est hoc sacramentum institutum; at debet saltem excludere voluntatem peccandi. Per ignorantiam autem inuincibilem excusatur pœnitens à peccato: ac proinde etiamsi re ipsa accedit cum dispositione insufficiente ad effectum sacramenti, non tamen accedit cum impedimento ad essentiam sacramenti; quia ad hanc sufficit dolor supernaturalis probabiliter putatus sufficiens: ad illum verò requiritur dolor supernaturalis, re ipsa sufficiens. Atque hæc dicta sint iuxta sententiam de confessione validâ & informi.

## SECTO IV.

### Quas personas obliget hoc præceptum?

Certum 1. est, hoc præceptum obligare omnes baptizatos, habentes conscientiam mortalis: cùm mortalia sint materia necessaria huius sacramenti & hoc institutum sit à Christo, ut medium necessarium ad remittenda omnia mortalia post Baptismum commissa, sequitur, vt omnes baptizati conscientiam mortalis habentes tenentur hoc præcepto. Hinc infertur hoc præcepto teneri omnes pueros baptizatos, cùm primùm ad eam ætatem peruererunt, in qua sint doli capaces & conscientiam mortalis habere possint: Omnes hæreticos, Apostatas & degradatos. 2. Certum est, hoc præcepto non teneri in gratiâ confirmatos, & à fortiori immunes ab omni peccato: vt fuit B. Virgo. Vnde falsò & temerè aliqui putant, B. Virginem quotidie confessam fuisse S. Ioanni. Quam sententiam falsò pagundex de 2. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 10. tribuit S. Doct. 3. p. quest. 37. art. 4. Ibi enim solum agit Non tenende antiquâ ceremoniâ, quâ solebant mulieres post partum accedere ad templum purgandæ. Ratio: nequit hoc sacramentum impendi, nisi supra debitam materiam, quæ est peccatum, propriâ actione com-

34.

Tenentur  
ad hoc præ-  
ceptum pueri  
&c.

35.

Non tenen-  
tur ad hoc  
immunes à  
peccato.

*Discrimen  
inter Ba-  
ptismum  
et peniten-  
tia sacra-  
mentum.*

commissum; non minùs, quām repugnat, Eucharistiam confici sine pane & vino, quæ sunt propria materia ipsius. Nec est eadem ratio de Baptismo, qui impendi potest etiam immuni ab omni peccato: nam huius essentia non constituitur ex confessione proprij peccati, & dolore, ut materiâ; sed ex ablutione personæ baptizandæ, quæ saluari potest etiam in subiecto immuni ab omni peccato. Nec refert, quòd in tali subiecto non verificetur significatio interioris ablutionis, quæ per externam ablutionem importatur: quia sufficit, ut saluetur primarius effectus ipsius, qui est regeneratio creaturæ per gratiam sanctificantein, siue hæc actu subiectum abluat à peccato, siue non.

36. DICES: eodem modo saluari posset sacramentum  
penitentiae secundum primarium effectum, qui est  
hominis sanctificatio, esto actu peccatum non remit-  
tat. Sed contra: cum sacramentum penitentiae es-  
sentialiter constet ex proprij peccati confessione,  
& dolore, ut materiam implicat illud impendi immu-  
ni ab omni peccato, cum hic non possit habere  
confessionem, & dolorem proprij peccati. Neque  
etiam obstat, quod interdum hoc sacramentum  
impendi possit subiecto nullum habenti peccatum:  
quia sufficit, ut saltē aliquando peccatum ha-  
buerit, ut ex præsenti confessione, & dolore illius,

37.  
Non tenen-  
sur ad hoc  
confirmati  
in gratia.

confici possit hoc sacramentum. Quod neque con-  
firmati in gratia hoc precepto teneatur, prob. con-  
firmati in gratia carent materia necessaria huius sa-  
cram. quae sunt mortalia, propter quae tantum fide-  
les obligantur ad hoc sacramentum suscipiendum,  
ut definit Trident. sess. 14. cap. 5. sed ad summum  
tantum habent materiam sufficientem, quae sunt ve-  
nialia, propter quae non est sacramentum primariò  
institutum, cum haec alia via, multisque alijs reme-  
dijs, ut Trident. ait, expiari possint. Non est autem  
paratio de mortalibus dubijs: nam haec tenemur  
subiungere clauibus. Dico Dubijs: nam si ea probabi-  
liter iudicentur non esse mortalia, non tenemur  
ea clauibus subiungere: cum tunc probabilis ratio ex-  
cuset ad ea non confitenda.

38. Nonnulla difficultas est de infidelibus adultis:  
an isti teneantur confessionis præcepto. Et quan-  
quam non desunt, qui hoc affirment, negatiuam  
tamen sententiam, ut veram, secuti sumus disp. de  
confess. 3. Cuius oppositam omnino improbabili-  
lem censet Suarez disp. 35. sect. 2. Solùm aduerto, non  
rectè authores contrariæ sententiaz ex præcepto Eu-  
charistiz, quo etiam infideles tenentur, arguere ad  
præceptum confessionis, ut notat *ibid.* Suarez: Quia  
potest Eucharistia obligare gentiles, ut ad illam  
sumendum per Baptismum se disponant, post cuius  
susceptionem statim sunt Eucharistiz capaces.

**Dupliciter gentiles obligantur ad baptismum suscipiendum.** Iaceptionem itacum sunt Eucharistia capaces. Quocirca gentiles obligantur ad Baptismum suscipiendum, vno modo, vt ad necessarium medium contra originale, & personale coniunctum; alio modo vt ad dispositionem ad Eucharist. sumendam. Contrà verò, non possunt gentiles ante Baptismum obligari ad sacramentum pœnitentiaz. Quia vel obligarentur ad illud suscipiendum ante Baptismum, vt nonnulli autumant. Et contrà est: ante Baptismum nullus est capax sacramenti, nisi tantum Baptismi, cùm hic sit ianua reliquorum, quæ suos effectus non conferunt, nisi Baptismali charactere insignitis; vel post Baptisnum, eo prorsus modo, quo obligantur ad Eucharist. mediante Baptismo, vt medio disponente, & habilitante subie-

10

ptismi, independet à sacramento pœnitentiaz; non enim baptizati tenentur peccata ante Baptis-  
mum commissa clauibus subijcere: nec tenentur post Baptismum suscipere sacramentum pœnitentia-  
z nisi labantur in nouum mortale. Igitur non possunt ad illud obligari medio Baptismate: alio-  
qui obligarentur ad nouum mortale committen-  
dum, cùm non possint ad sacramentum pœnitentia-  
z obligari, nisi ratione mortalis post Baptismum commissi. Comfirm. posset gentilis post Baptis-  
mum in nullum mortale incidere: quo casu nun-  
quam teneretur sacramentum pœnitentiaz suscipe-  
re; nam propter venialia non tenetur. Neque te-  
neretur illud suscipere in articulo mortis. Nam esto tunc teneretur ponere se in tuto per aliquod  
medium certum; haud tamen teneretur per hoc determinatum; sed sub disiunctione, vel per hoc, vel per contritionem: cùm confessio per se deter-  
minatè non obliget, nisi propter solum mortale post Baptismum commissum, & non confessum.  
Ex his manifestè sequitur non posse gentilem ad sacramentum pœnitentiaz obligari medio Baptis-  
matus: quia si posset medio Baptismate ad illud obli-  
gari, teneretur illud suscipere, etiam si nullum post Baptismum committeret mortale.

## SECTIO V.

*Quo tempore praeceptum Diuinum confessionis Fideles obliget?*

**C**ertum 1. hoc præcepto obligari qui sunt in articulo mortis, si conscientiam habeant mortalis: quia cum hoc præcepto obligentur omnes, *Fundam.* qui post Baptismum mortale commiserunt; & nequeant, qui sunt in articulo mortis hoc præceptum post mortem adimplere, tenentur illud ante mortem executioni mandare: si in articulo mortis constitutus nullam habeat conscientiam mortalis, ad summum ex præcepto propriæ charitatis tenebitur ad actum contritionis, ut se in tuiori statu salutis reponat. Certum 2. Hoc præcepto obligari etiam illos, qui sunt in probabili periculo mortis: *Hoc præcep-* *vt primò parientes, vel qui maximas expertæ sunt in partu difficultates; qui bellum, vel periculosa nauigationem aggrediuntur; qui probabiliter pueri-* *qui sunt in probabili* *mortis,* *tant, se ante mortem copiam confessarij non habi-* *turos; hi enim omnes ante articulum, vel pericu-* *lum mortis confiteri tenentur, dum copiam con-* *fessarij habent, & conscientiam mortalis stimulan-* *tur. Ratio: cum omnes tencamur ante mortem hoc* *præceptum adimplere, imminentे periculo mor-* *itis vel probabili dubio quod non simus ante mor-* *tem confessorem habituri, tenemur, cum primū* *possimus, hoc præceptum adimplere. Certum 3.* *Non statim ac quis in peccatum labitur, ad confi-* *tendum teneri, vt falsò putauit *Alens.* 4. p. quest.* *77. memb. 4. art. 4. art. 2. & saltem de Religiosis sen-* *lit *Bonavent.* in 4. dif. 17. art. 4. quest. 2. quem sequi-* *tur *Angelus* verb. *confessio*, 1. num. 31. Est enim hoc* *contra communem sententiam & praxim fidelium,* *qui nunquam se accusant, quod non statim ac pec-* *carunt, confessi sint: Controversia emergit: an* *hoc præceptum Diuinum confessionis, fideles ob-* *liget alio tempore, quam in articulo, vel periculo* *mortis.*

Notis; posse fideles ad sacramentalem confessio-  
nem obligari, uno modo per se, vi ipsius confessio-  
nis præcisæ; alio modo per accidens, ratione alte-  
rius, ad cuius executionem sacramentalis confessio possunt.  
præ-

prærequisitur: sicut ad dignam susceptionem Euchar. prærequisitur sacra confessio. Quādō obligat per se ratione sui, eius transgressio est distinctum peccatum: quando verò obligat per accidens ratione alterius, transgressio non facit distinctum peccatum; sed est sola circumstātia peccati, quod committitur in transgressione illius præcepti, ad cuius executionem confessio ut dispositio prærequisitur. Velut cùm quis habens conscientiam mortalis, absque præviā confessione sacrā communicat, omissione talis confessionis non facit distinctum peccatum ab indignā susceptione Euchar. sed est circumstantia tantum indignā susceptionis. Sicut cùm quis communicat non ieiunus, non cōmitit duo peccata: alterum transgreendiē præceptum Ecclesiast. de p̄mittendo ieiunio ante sacram Synaxim; alterum de sumenda Euchar. à non ieiuno. Ratio: tali casu confessio non inducit nouam obligationem, distinctam ab obligatione dignā susceptionis Euchar.

Dico 1. præceptum confessionis, per accidens, obligat 1. quoties sumenda est Eucharistia, id ē iure Diuino, quo tenemur ob reūtentiam tanti sacram. ad Euchar. dispositi accedere, si mortalis conscientiā existimulemur: vt ex 1. ad Corint. 11. Prober autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, dedit Trident. eff. 13. cap. 7. Præter Eucharist. ad nullum sacram. digne suscipiendum obligat præceptum cōfessionis. Quādō non obscurè colligitur ex eod. quod dum declarat hoc esse peculiare præceptū de Euch. virtute negat de reliquis sacram. ad quorum dignam susceptionem sufficit p̄mittere contritionem. Quādō s. T. Tho. quod lib. 1. art. 11. sacram confessionem requirat etiam ordinandis, id non requirit ratione ordinis p̄cīsē, sed ratione Euchar. quam consuetudine Ecclesie solent ordinandi sumere, vt illum Sotus, Nauarr. & alij communiter explicant.

Dico 2. Præceptum confessionis obligat per accidens, 2. quando quis p̄acticē iudicat, se non posse aliquod peccatum in particulari, vel occasionem peccandi vitare, nisi confiteatur: quia cùm quisque teneatur peccatum vitare; tenebitur etiam adhibere medium, quod hīc & nunc iudicat necessarium ad vitandum tale peccatum. Dixi in particulari: quia ad vitanda peccata in communione non tenemur confessionem permettere, cōd quād non ita vigeant peccata in communione, sicut in particulari. Vnde etiamsi fideles moraliter sciant, se non posse intra annum aliqua peccata in communione vitare sinefrequenti confessione sacrā, ad illam tamen non tenentur, ex cōmuni sent.

Dico 3. Per accidens hoc præceptum obligat 3. quando quis p̄acticē iudicat, se teneri ad præceptum confessionis adimplendum. Quia cùm hoc sacram, aliquādō obliget, etiam extra articulum vel periculum mortis; cumque p̄actica & immediata regula hoc dignoscendi sit propria conscientia p̄oententis, quando ipse p̄acticē iudicauerit, se ad hoc teneri, tenebitur: nisi forte hanc conscientiam deponat consilio prudentis.

Dico 4. Per accidens obligat 4. quoties p̄enitentia in re graui, ac perdifficili, quam non expedit extra confessionem sacram manifestare, egēt consilio confessari, vel pro se, vel pro alio maximē pro complice, cuius fama melius in cōfessione consulitur. Vnusquisque enim iure naturā tenetur in rebus grauioribus, ac difficilioribus in quibus vel publicum bonū, vel salus famaq; pro-

pria vel proximi periclitatur; & aliūde non expedit, rem, de qua consilium capit, alicui extra confessionem committere, ad doctum & prudentem Sacerdotem recurrere, qui in confessione sacrā possit salubre consilium dare.

Dico 5. Obligare per accidens 5. in casu publicæ necessitatis, quādō probabiliter timetur, Deū punire populum propter peccata particularium: sicut propter peccatum Achian Deus punivit universum Israēl; nec antē illum punire destitit, donec per mortem ipsius, & filiorum, ac filiarum, universaque ipsius substantiæ combustionem, Deo satisfactū fuit, Iosue 7. & 2. Reg. vlt. propter unius Davidis peccatum, intra triduum peste absūpsit septuaginta millia virorum. Quod præceptum urgentius obligat prīcipes, quorum peccata, quō magis sunt populo scādalosa, cōd magi displicent Deo. Cæterū hoc intellige quando peccator putat, se huic obligationi aliā viā satisfacere non posse. vel quia sibi non fit ad actum contritionis attingere, vel quia iudicat illum non sufficere, sed p̄aret illum vltius applicanda esse per sacramentum p̄oententiaz merita Christi.

Grauior diffīc. est quando hoc præceptum, p̄æter articulum, vel periculum mortis, obliget per se, independenter à quocunque alio præcepto, & extrinsecā necessitate, cùm extra hæc tempora non videatur certum aliud tempus assignabile, in quo hoc præceptum obliget per se. Quocirca S. Tho. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. qu. 4. Scotus qu. vn. §. quoad quando, Durand. qu. 10. Palud. qu. 2. &c. quos sequitur Suarez disp. 35. s. 3. Coninck disp. 5. dub. 2. fine, & Fagundez de 2. præcep. Eccles. lib. 1. cap. 1. n. 6. pet. Fundam. se affirmat nō obligare, nisi tempore necessitatib. quia, cùm hoc sit præceptum affirmatiuum, non obligat, nisi tempore necessitatib: quod est iuxta ciratos, solus articulus, vel periculum mortis. Confir. Suar. hoc sacram. est quēdam determinatio præcepti p̄oent. virtutis, quo ex iustitiā tenemur Deo satisfacere. At hoc præceptum non obligat, nisi in extrema necessitate: ergo neq; sacram. p̄oent.

Longè tamen probabilior reliquorum sent. pronuntiat, hoc præceptum per se aliquando obligare, etiam extra articulum, aut periculum mortis. Ita Marsil. in 4. q. 12. Sotus dist. 18. q. 1. art. 4. post 6. concl. Henr. lib. 3. nn. 4. Valen. disp. 7. qu. 9. pu. 4. §. atque hoc, Vasquez 3. p. qu. 90. art. 1. dub. 4. à n. 25. Nugnez 3. p. 10. 2. qu. 6. art. 5. dub. 1. concl. 5. &c. ex Triden. eff. 14. cap. 5. Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christi fideles consterentur, quādō iure Diuino necessarii, & institutum esse intellexerat; sed ut præceptum confessionia, saltem, semel in anno ab omnibus, & singulis, cùm ad annos discretionis peruenissent, impleretur. His n. verbis affimat Concilium, determinatum fuisse ab Ecclesia tempus, in quo Christi fideles tenebentur hoc diuinum præceptum de constitendo adimplere. At si tempus implendi hoc præceptum iure diuino esset tantum articulus, vel periculum mortis, non fuisset necessariā hæc Ecclesie determinatio, cùm hæc tempora nempe articulus, & periculum mortis determinata per se. Igitur cùm Tridentinum docet, Ecclesiam determinasse tempus, quo debeat hoc diuinum præceptum impleri, necessariō intellexit de tempore, quo extra articulum, & periculum mortis hoc idē præceptum, iure diuino, obligasset: nam hoc tantum tempus egebat Ecclesie determinatione. Nec dici potest, per præceptum Eccles. determinatum fuisse tempus ipsum necessitatis ad annum confes-

confessionem. Nam si hoc esset, sequeretur, eum, qui intra annum confessus esset, non teneri ad confitendum, si mortis articulus, vel periculum occurret, etiam si conscientiam haberet mortalis.

<sup>53.</sup> Quando hoc præceptum iure diuino obligasset, si ab Ecclesia determinatum non fuisset ad annum tempus.

*Marsilius, Scotus, Medina cod de confess. qu. 14. de tempore; Nugnez, putant, hoc præceptum etiā extra articulum, & periculum mortis obligare, quia iure diuino tenemur omnia, & singula mortalia distinctè confiteri. Si autem confessionem differremus usq; ad periculum, vel articulum mortis, periculum foret, ne peccatorum obliuisceretur, ac proinde ne integrā confes. nō faceremus.*

<sup>55.</sup> Sed hæc ratio rejicitur: 1. quia alijs multi de facto tenerentur frequentius, quam siugulis annis confiteri, cùm multi de facto nequeant omnia sua peccata intra annum commissa memoriam retinere. Quod quamvis concedat *Nugnez*, cohærenterque concedere debeant alij; falsum tamen est, cùm nemo de facto de hoc peccato in confessione se accuseret. 2. quia sequeretur, non sufficienter Ecclesiam determinasse tempus, quo omnes Christi fideles integrè valeant hoc præceptum adimplere: nam si hoc præceptum iure Diuino obligat, ad peccatorum memoriam conservandam, non bene illud determinauit ad annum tempus, cùm multi nequeant intra hoc tempus omnium memoriam retinere, plurimis interiti negotiis. 3. quia ex præcepto diuino non tenemur, nisi confiteri omnia peccata, quorum conscientiam habemus post diligens examen, ut *Trident.* definit *seff. 14. cap. 5.*

<sup>56.</sup> *Alia ratio.* Item *Sotus*, & alij censem confessionem, etiam extra articulum, & periculum mortis fideles obligare: quia cùm sit sacramētū reconciliationis hominis cùm Deo, tenetur peccator non tantum in fine vitæ, sed etiam in vita aliquando esse cum Deo reconciliatus, eiusque præcepta iuxta voluntatem, & intentionem ipsius adimplere. Sed contrà: hæc reconciliationem cum Deo peccator consequi posset per contritionem, cum voto dumtaxat confidendi in articulo, vel periculo mortis.

<sup>57.</sup> *Alia similiter.* Alij, quia iure diuino tenetur peccator, pro suis commissis peccatis pœnit. agere sed contra: hanc peccator agere posset extra sacra. pœnit. ut agebant antequam hoc sacramētū esset institutum.

<sup>58.</sup> *Aliaque.* Nec minus rejicitur alia: cùm hoc sacram. sit institutum ad vitia extirpanda, moresque compone ndos, frequentius debet ab homine suscipi. Nam hæc omnia homo consequi posset per frequens exercitium virtutū, sapientum instructionē, ac prudentum, bonorumque virorum consilium.

<sup>59.</sup> *Ratio prima & effici.* Ratio igitur demonstrans sit: cùm hoc sacram. non tantum sit institutum ad remittenda peccata præterita; sed etiā ad præcauanda futura; cumq; efficacissimum sacramētū sit ad ea præcauenda, obligatio, ea distinctè alteri homini manifestādi; cùm hoc maximè adhorreat humana superbia, quæ in omnibus suam semper querit estimacionem, & famam apud homines, non fuit expediēs, illud usq; in articulū, vel periculum mortis differre, eo quod iūc non haberetur alter principalis finis propter quæ hoc sacram. est institutū, vt per illud homines à peccatis cōmittendis, abstinerēt, eaq; facilius præcauerent. Qui fructus, & emolumētū neq; per contritionem, neq; per alia media haberi potest. Confir. Deus hoc sacramento non solum

voluit humanæ occurtere imbecillitati, remitten do peccatori peccata solâ attritione disposito, sed etiam efficax sacramētū hominibus imponere, ne Confessionem facile in peccata prolaberetur: quod hoc medio suauius efficaciūq; excogitari non potuit, vt si non amor creatoris, vel metus futuræ gehennæ, saltem præsens respectus humanus, & naturalis horror manifestandi occulta sua scelera aleti homini, homines à peccando compeleretur.

Sed adhuc superest molesta diffīc. quando hoc sacram. ante determinationem Ecclesiæ iure diuino obligabat. *Henriq.* putat quolibet quinquennio; *Nugnez* arbitrio prudentis: alij quando propria conscientia peccatorum stimulasset. Sed viz <sup>60.</sup> <sup>Nullum in tempore assignari</sup> potest huius determinati temporis certa regula assignari. Vnde alij censem, necessariā fuisse Ecclesiæ determinationem, quæ vagum hoc tempus, ad certum spatium determinaret.

Ad fundam. oppositæ, neg. hoc præceptum obligare tantum in extremâ necessitate: licet in hæc tantum determinatè obliget, extra quam, non nisi vage & indeterminatè. Ad confit. Neg. hoc sacra. esse tantum determinationē præcepti pœnitent. virtutis; sed per se etiam institutū est ad sacramētū hominē à peccatis cōmittendis; nec solum à præteritis dimittendis: sed quod hoc sacra. nō solum requirat dolorē de præteris; sed etiam efficax propulsum saltē implicitum de futuris præcauendis.

### An præceptum Diuinum obliget fideles ad confitendum per interpretem, vel scriptum, quando non possunt aliter:

<sup>61.</sup> *Q*uo ad 1. diffīc. est 1. sent. affirmans *Sylvest.* *Affirmat.* *verb. confessio 15. Cani relect. de pœnit. p. 6. Sua. disp. 36. sect. 6. Nugnez 3. p. 10. 2. q. 6. ar. 6. diffīc. 2. qui id rādū asserunt in mortis articulo: quam etiam probabilem censer. Sæ verb. confessio. Mitigant *Suarrez*, & *Nugnez*: vt non teneatur pœnitens per interpretem confiteri ea peccata, quæ vergunt in norabilem ipsius infamiam. Quod, si omnia mortalia eo vergerent, posset tunc confiteri sola veniam: quia non teneretur tali casu facere confessionem integrā materialiter. Fundam. in articulo mortis tenetur homo facere quantum in se est, adhibendo certiora media, quæ potest, ut reconcilietur Deo.*

<sup>62.</sup> *S*ECUNDĀ reliquorum communis negat, etiam in articulo mortis, *Scots* in 4. diff. 17. qu. vn. §. ad *Nugnez.* alius, *Caiet. verb. confessio, condit. 11. Angeli cod. v. q. 1. n. 33. Tab. i. n. 34. Armil. nu. 23. Sotii in 4. diff. 18. qu. 2. art. 6. §. bis autem Petri. *Sotii* lect. 11. de secreto confess. *Medine* cod. de confess. qu. 15. de modo secreto; *Nauar.* in sum. cap. 21. n. 36. *Toleti* lib. 3. cap. 6. *Henriq.* lib. 5. cap. 2. n. 6. *Vasqu.* 3. p. qu. 91. art. 4. dub. 3. *Valen.* disp. 7. q. 11. pu. 1. §. quomodo, *Coninck* disp. 5. dub. 10. concl. 2. *Layman* tract. 6. de sacra pœnit. c. 6. fine: vbi docet in articulo mortis, de suā contritione dubitantē, teneri ad confessionē per interpretem, lege charitatis erga seipsum, & pœnitentia, ac satisfactionis erga Deum. Idem sentit *Diana* tract. 4. de Resol. 129.*

<sup>63.</sup> *Dico* 1. *V*i præcepti diuini, neque in articulo mortis, neque extra illum tenemur per interpretem confiteri, si aliter non possumus. constatauthoritate, & *Trid. seff. 14. cap. 5.* vbi definitur, non esse diuino præcepto mandatū, vt delicta sint publicā confessione aperienda. At per interpretem delicta fierē aliquo modo publica. Confir. si scire Confess-

confessarium vel vni tantum, meum peccatum esse reuelaturum, non tenerer illud confiteri; ergo neque per interpretem: 2. notanter in cap. omnis, vbi diuinum præceptum confessionis determinatur ad annum tempus, additur ut omnis fidelis omnia sua peccata solus confiteatur proprio Sacerdoti. Ergo per rō solus aperiē excluditur interpres. Addit Vasquez, si quis confessionē fecerit, & oblitus sit vnius peccati, non teneri posse ad illud confitendum per interpretē: quia illud indirecte fuit remissum per præcedentē cōfessionē: esto illud teneretur cōfiteri sine interprete, si posset.

<sup>65.</sup> *Eand. affer.* Ratio: ex præcepto diuino aliud non habemus quām vt omnia mortalia, quorū post diligentem nostri discussionem memoriam habemus, proprio Sacerdoti confiteamur. Cūm igitur hoc præceptū sit penale, non debet ipsius obligatio extendi ad modum tam difficultem, qualis est confiteri per interpretē: cūm hoc sit speciale onus à priori distinctum: quod cūm non sit in præcepto expressum, non debet presumi in illo inclusum.

<sup>66.</sup> *Coffr. ad bonum.* Confir, non est maior ratio, cur præceptum diuinum cōfiteri per interpretē obliget in articulo mortis, & non extra illū: cūm respectu Dei præceptum tam in articulo mortis, quām extra illū, sit idem. Quod si respectu nostri hoc præceptum magis in articulo mortis vrget, id solum est: quia tunc ex præcepto charitatis erga nos ipsos, tenemur certiora media ad salutē eternā adhibere, de quo mox, non ex præcepto diuino cōfiteri vt sic, de quo tantum loquitur.

<sup>67.</sup> Dico 1. In articulo mortis tenemur ex præcepto charitatis erga nos ipsos, si aliter non possimus per interpretē, imo & coram aliis, etiam cum notabili detrimento famæ, confiteri, si moraliter certi non sumus de contritione. Est ferè omniū, præsertim cum apposita limitatione, si moraliter certi non sumus de cōtritione. Quia cūm eo articulo agatur de eternā animi salute, quæ præponenda est omni temporali bono, non debemus propter amissionem temporalis famæ, quæ ex peccatorum confessione consequitur, dubiam reddere eternam nostram salutem. An tali casu licetē tacere possimus peccata, quæ vergunt in notabilē nostram infamiam? (nam quæ vergunt in infamiam proximi, certū est ea nos tacere debere) probabile est, posse: cūm satis rationabilis et tacendi causa sit. Quare non tenemur eo casu facere integrā confessionem materialiter.

<sup>68.</sup> *Lith. eo casu sacerdi possint pec- cata, ex quibus pa- docenti insa- maria emer- dei.*

<sup>69.</sup> *Si moraliter certi non sumus de contritione:* quia cūm eo eventu non teneamus cōfiteri præterea sit de ppter præceptum confessionis præcisè, quod tunc cōtritione, non tenetur cessat peccatorem obligare, ut suprà; sed propter præceptum charitatis, quæ tenemur, certam reddere eternam nostram salutem, si aliunde de hâc morali certitudine nobis constat, cum tanto dispendio nostræ famæ, non tenemur per interpretē confiteri. Optimum tamen consilium est, etiam si de cōtritione moraliter certi sumus, confessiōnem per interpretē facere, omniaque peccata confiteri.

<sup>70.</sup> Aliqui aliam assignant obligationem, cur eo casu teneatur peccator per interpretē confiteri, si per seipsum non possit, sc. vt Deo satisficiat. Vrbum ob hanc causam, non puto nos obligari: quia possimus Deo satisfacere per actum contritionis: Et hoc ipso, quod voluit Deus, tali casu peccatorem ad confitendum non astringere, deobligauit illum à satisfaciendo sibi per sacram confessionem. Vnde non cohærenter, me iudice, philosophatur, qui dicunt, Deum tali casu pecca-

torē ad confitendum per interpretē bonū obli- garē, & nihilominus eundem peccatorem obli- garē ad sibi satisfaciendum, per sacram confes- sionē. Nam hoc ipso, quod Deus peccatorem deobligat à confessione per interpretē, etsi illū etiam illum deobligat à præcepto sibi satisfacien- di per confessionem. Cūm non minus Deus per confessionem sacram. peccatorem obliget pro- pter ipsius iustificationem; quam propriū suam satisfactionem: igitur si illum deobligat à debito iustificationis per confessionem, quia illa potest alia viā haberī; eundem etiam deobligabit à de- bito satisfaciendi sibi per eandem confessionem, eo quod alia viā possit homo Deo satisfacere.

*Hec de con- fessione per interpretē.*

De confessione per scriptum Richard. in 4. dist. 17. art. 2. q. 5. Scors, Caiet, Medina, Scors, Nauar. Henrig. Valent. Tolet. citatis Diana tract. 4. de sa- cra resol. 128. &c. negant pœnitentem obligari ad confitendum per scriptum, quando aliter non potest. Quia scriptura de se est publica: nemo autē præcepto Diuino tenetur facere publicam confe- sionem. Oppositum à fortiori docent omnes ciari: qui sentiunt, præcepto Diuino peccatorem obligari, præsertim in articulo mortis per interpretē: quibus non pauci etiam consentiunt ex Autho. secundz, Petrus Sorus, Vasquez dub. 3. Con- ninck &c. Notas posse confessionem per scriptū fieri, vno modo, vt pœnitens sua peccata per li- tera Sacerdoti absenti legēdas mittat; vel ea scri- bat, vt ipse Sacerdos postea possit coram pœni- tente legere, si forte pœnitens dubitet, ne sensibus destitutus possit coram Sacerdote legere. Alio modo, vt pœnitens sua peccata scribat, eaque tra- dat Sacerdoti coram se præsente legenda. 1. modo censem cum Author. primæ sent. pœnitentem ad sic confitendum non obligari: quia hoc modo periculū est, ne charta petatur, vel ab alio, quām à Sacerdote legatur. Hoc sensu puto locuros fuil- se. Authores primæ ét. 2. modo omnino existimo peccatorem obligari etiam pro antuā confessio- ne adimplenda. Quia talis modus confitendi non addit speciale difficultatem supra modum con- fitendi propriā voce: tenemur ergo talem modū adhibere, vt præceptum adimpleamus. Si enim non possim satisfacere præcepto de sacro audiendō genuflexus, vel stans, sed tātū sedens, teneor hoc modo illud audire. Qui in Germaniā non po- test præceptum ieiunij seruare per oua & laetici- na, potest per pisces; vel contrà, qui non potest per pisces, potest per oua & laeticiina, tenetur ad talem modum. Ratio: quando modus non est cum substantiā præcepti expressus, obseruantia præcepti, non determinatur ad vnum tan- tum modum, sed ad omnem, qui peculiarem difficul. non affert; cūm mens legislatoris sit, vt lex seruetur omni eo modo, quo sine notabili in- commode seruari potest. At perinde ferè est. pri- priā voce ac scripto peccata confiteri; & facile potest incommodum vitari, perendo statim à Sa- cerdote chartam, eamque lacerando.

*Dupliciter posst fieri confessio per scriptum.*

Quomodo quia tene- tur per scriptum confi- fers. *Confit. in ceteris preceptis.* Nec vrget quod aduersarij obisciunt: posse Sacerdotem chartam pœnitenti non restituere; sed illam apud se retinere & peccata in eā contenta publicare: nam idem facere posset, si peccata ex ipsius tantum ote exciperet. Quod si h̄c non obstante, non excusat à præcepto confitendi, neque excusat, si aliter, quām scripto, confi- teri nequeamus: cūm in veroque modo sit eadem ferè ratio. Ex his patet ad fundam. opposit. nam licet scriptura ex natura sua sit publica; huic ta- men periculo facile occurrī potest.

*Nil urgēt.*

## An teneamur in articulo mortis confiteri mortalia dubia?

75.  
Confessio  
peccati mor.  
est quadam  
satisfactio  
Deo debita.

Statim quo.

76.  
Ita dubia  
teneantur ad  
illud confi-  
tendum.

Communi-  
cis & certa  
fere stabili-  
tur hoc dis-  
cursus.

77.  
Confirm. I.  
& fortiori.

**N**on dispuo h̄c, an dubius de mortali confessio, teneatur illud confiteri; in quo Doctores cōmuniter conueniunt esse cōfendū; tum quia dubius de solutione debiti, teneat pro qualitate dubij parti satisfacere; cū nequeat satisfactio dubia extinguere debitū certum: tum quia quando dubiū est in favorem animarum, tunc pars est eligenda. Neq; dispuo, an dubius nū peccatum cōmisit, teneatur id sub dubio confiteri: in cuius negātem partem cōmuniter inclinant: eo quod hoc casu melius sit cōditio possidēris: si certus est de de voto emissō, & dubius de voto seruato: nā 1. casu obligatio est dubia, p̄toinde ex nostra pendet libertate; in 2. obligatio est certa, dubia solutio. Nec dispuo, an confessus mortale dubium, si postea aduertat fuisse mortale certum, vel quia quando illud cōmisit inuincibiliter putabat esse r̄tū veniale, teneatur illud confiteri: nam resp. disp. 13. n. 278. sed quæstio est, an certus quod peccatum commiserim, dubius an fuerit mortale, teneat cōfiteri, maximē articulo mortis.

Communis sent. afferit, quādū quis tali casu manet dubius in neutram partem inclinans; ita Sanc. 10. 1. moral. lib. 1. cap. 10. n. 66. Suar. 10. 4. de p̄nit. disp. 22. s̄lt. 6. Coninck disp. 7. dub. 8. conclus. 2. & alii apnd Sanc. qui hanc sent. certam appellat. (cōtra quosdam Neoter. qui afferūt, nullo modo me teneri ad confitendum peccatū, quod certus sum me cōmisile, dubius, an fuerit mortale.) Prob. quādo mea opinio non tollit dubiū, an Christ. ita hoc, sacramentū instituerit, vt in eo non solum mortalia certa, sed etiā dubia cōprehendi volueri, lictū mihi nō est, operari iuxta mē opinionē: nam quamdiu non tollit dubiū, an Christus ita instituerit, sciens & volens eligo medium incertum, relicto certo cū pericolo irreparabilis damni æternæ salutis, quod illicitum est. At opinio, quam habeo de cōmiso mortali, non tollit dubium, an Christus instituerit sacramentum p̄nit. vt in eo etiam mortalia dubia essent cōfenda: nam insti- turio Christi, an ad integratatem sacræ cōfessio- nis requiratur etiā cōfessio de mortalibus dubiis, non pendet à mea opinione, quā iudico, eam ad integratatem cōfessionis non requiri, sed à Christi volūtate: ergo mea opinio, quod ea non requiratur, nihil conductit ad cōfessionis integratē. Si re ipsa Christus eā requisiuit: vnde semper maneo p̄acticè dubius de mea salute, quamdiu mihi certum non est, an ita Christus hoc sacra. instituerit.

Confir. I. Illicitū est in articulo mortis pro alterius salute adhibere mediū incertū, relicto certo; ex gr. relictā aquā elementari; infantē moribundū baptizare aquā rosaceā; etiā si probabile sit, hāc esse lūfficiētē materiā baptismi: ergo & p̄ mea salute. 2. De mortali dubio, aduersariis etiam factētibus, teneor cōteri; ergo & illud cōfiteri, nam ideo teneor de illo conteri, quia est mihi ad salutem obstatulum, alioqui non teneor de illo conteri, sicut non teneor conteri de veniali. Sed confessio sacram. à Christo instituta est vt mediū ad tollenda obstatula, quæ ante hoc sacram. tolli nō poterāt, nisi per cōtritionem, cui in lege Euan. succeſſit confessio sacram. 3. Hoc sacramentū iuxta Trident. s̄ff. 14. cap. 15. non solum institutum est in favorem penitentiū, sed etiam in vindictam criminum contra Deum cōmissorum, de quibus sa- cerdotes vice Dei sententiam ferre & condignam p̄niam taxare debent. At non satisfacit in iudi- cio humano, qui certus dē offensa illata principi,

dubius de grauitate offensi, nullam exhibet satis- factio: nam si certo debito quis non satisfacit, nullā oblatā solutione, solum quia dubitat, an il- lud sit solutum; nec satisfacit, si nullam offerat <sup>a fortiori.</sup> satisfactionem pro certa offensi contra princi- pem illata, etiamsi dubius sit de offensi grauitate.

Infero oppōsitam sent. esse p̄acticē improba- bilem, nec posse in praxi redigi, aut alteri sequē- dam consuli: vt quæ animæ salutem probabili ex- ponit periculo æternæ damnationis; esto concedi posse, esse speculatiū probabilem: nam specula- tiua veritas hoc casu non collit dubium, an Chri- stus ita sacram. p̄nit. instituerit, vt in eo etiam mortalia dubia sint confenda. 2. Non posse, qui hāc opinione vritur, à mortali excusari, quippe qui exponit se periculo æternæ damnationis: nec excusari poterit dicēs, se hāc sent. probabile, cen- sere; excusari autē à peccato, qui sequitur proba- bilem sent. primō, quia nemo, quem legerim, eam cēsset p̄acticē probabile, etiam ex iis authoribus, qui illi fauere videntur.

Hentiquez. n. primus lib. 8 de Eucha. cap. 45. n. 5. 79. in Scho. līt. P. ait: in dubio equalis sicut non tenetur Confit. di- ad votum & onus precepti: ita neque ad confessionem ita eorum mortalium dubiū: & paulò p̄st: at reverā, inquit, hic examinādō: potest p̄acticē depolare dubiam conscientiam, & sic primus mi- excusatur à precepto. Verum & tam subiectit: sed nūm faves in mortis articulo expedit confiteri, si facilem non ba- bet contritionem, aut aliud sacramentum, ne se expo- nat periculo damnationis. At hoc periculum suffi- ciens est, vt pro eo répore non cōseatur hāc opinio p̄acticē probabilis: cū eo répore quiuis te- ngatur adhibere media certa, p̄t̄serit quādo ea facilē habere potest, relictis incertis. Idem lib. 5. de p̄nit. cap. 4. n. 5. docet: si de peccato probabiliter du- bitas fuisse mortale, teneat illud confiteri dubiū, sicut nouis: alias exponet se probabili periculo dismisiādō confessionem, quod tamen facile & sine damno suo vitare potest. Hāc ibi, qui paulò p̄st ait, etiā si per probabiles rationes sapientum persuasus, quādō tale peccatum non fuerit mortale, conscientiam p̄acticē depolare possit, teneri tamen in articulo mortis de illo cōteri: quia opinio, inquit, probabilis licet excuset à violatione precepti, non tamen supplet mediū necessariū remissiōnē busius peccati, si foris fuit mortale. Neq; rationes ab ipso insinuatæ obstant. Non prima: quia quādo dubiū est de salute & eterna animæ, & dubitans non obligatur ad aliquid ul- tra dubiū limites, teneat latiorem partem sequi: at dubitās, an peccatū cōmissū sit mortale, nō ob- ligatur ad cōfendū illud: vt certū, sed vt dubiū proinde ultra dubiū limites nō obligatur. Non se- cunda: nam vt tali casu conscientia rationabilitē deponatur, debet tali ratione tolli, quæ persuadat omnī, dubia mortalia non esse ex Christi in- stitutione sub precepto confitenda.

2. Ioannes Præpositus q. 5. de integr. confess. 80. dub. 3. n. 120. post multa argu. cōcludit, illam sent. Secundū solum esse speculatiū, non p̄acticē probabilem. opinio illi 3. Egidius Coninck disp. 7. de integ. confess. dubio saevus. 8. concl. 2. hāc habet: Qui suis se aliquid fecisse, nega- tiū tamen dubitat, an sis peccatum mortale (hoc est, qui saltē probabile iudicium formare non potest, quod non fuerit mortale) hic, inquit, tene- tur confiteri, quia talis scit, se aliquid commisſe, quod est accusabile in illo foro, & nequit ullum ferre iudi- cium, quale sit. Quare nullo modo potest probabiliter reddit ra- indicare non esse peccatum mortale, aut non esse ma- tiorum necessariam confessionis. Hāc ille, qui, vt possit quis ab eo confitendo excusari, requirit, vt probabile iudicium formare possit, quādō non sit mortale: igitur quamdiu tale peccatum manet

78. Corollarium  
1.

in conscientia peccatoris dubium; subiiciendum est clavis. Neque ostant præcedentia verba; quibus deceptis est Laymon citandus, qui putauit, Coninck docuisse, etiam dubium peccatum sine periculo omitti posse: *Qui tertio modo dubitas (hoc est, ut declarauerat n. 67. quando dubium est negotium pro utraque parte, neque occurunt sufficentes rationes, ut possit de ea probabile iudicium ferre) an aliquid fecerit, quod credit esse peccatum non tenetur confiteri: quia ad hoc requiritur, ut saltem probabilitas possim indicare me peccasse, quod nequit facere.* Hæc Coninck, qui non loquitur, quando quis certus est se peccasse, & tantum dubius, an mortaliter peccauerit; sed solum quando est dubius, an peccauerit, alioqui hæc verba non cohærerent cum subsequentibus suprà relatis.

4. Paulus Laymon lib. 1. tract. 1. cap. 5. § 4. n. 7. qui eandem sent. confirmat 1. quia si quis post diligentem animi discussionem maneret dubius, ut in neutrā patrem assentiendo inclinare posset, videtur à confessione excusari. 2. quia ex Trid. sess. 14. cap. 5. non tenetur pœnitens confiteri, nisi peccata quorum post diligentem discussionem conscientiam haberet. 3. quia in dubio delictū presumi non debet: neque in vlo foro quis accusari debet propter delictum dubium. De ea sent. iudicium profert: *Verum non libenter rocedo à communis sententia, praxi etiam ac persuasions fidelium receptione: nam sacramentum pœnitentia est vindicta salutaris.* *sess. 14. cap. 8.* Tridentini: id est, non in punitionem criminum, sed magis etiam ad animarum salutem institutum: at qui in hoc dubio, quo de salute animi agitur, tñtor pars amplectenda est, ut si forte homo spiritualiter per peccatum mortuum sit, necessaria illi medicina queratur, qua est contritio, & in lege noua sacramentum pœnitentia. Ad 1. neg. assumpt. Ad 2. concessio antec. neg. conseq. nam cùm post diligentem discussionem adhuc maneat in conscientia peccata mortaliter dubia, confitenda erunt, præsertim in articulo mortis, ne homo se exponat periculo æternæ damnationis. Ad 3. quidquid sit de foro humano, in quo de bonis tantum agitur temporalibus & caducis; non est eadem ratio de foro digno, in quo de summa rei aut æternæ felicitatis, aut damnationis controuertitur. Adde, etiam in foro humano, si certò constet vi leui aliquam personam principem offendisse, etiam non constet, illam grauiter offendisse, minimè fatiscendum iti, nullà exhibita principi satisfactione. Pro eadem sent. citatur Jacob. Grana da in 3. par. contr. 6. tract. 6. cap. 7. n. 13. quem legere non potui. Contrà verò multi sunt, qui & contrariam improbabilem censem, ut Diana par. 4. tract. 3. resol. 5. cum aliis, & hanc nostram omnino certam putant, ut Sanch. cit. cum pluribus. Concludo: quando sententia probabilis non tollit dubium an ita Christus hoc sacram. instituerit, ut voluerit fideles obligare ad huiusmodi peccata confitenda, à peccato non excusat: sed cum speculativa probabilitate contrariæ sent. adhuc manet prædicum dubium, an re ipsa ita sit, & à Christo ita fuerit hoc sacram. institutum: quod dubium non tollit per probabile opinionem; sicut non tollit dubium, an aqua rosacea sit sufficiens materia baptismi, per probabile opinionem, qua existimem illam sufficere.

81. Nodus diff. Superest difficultas: nam ex iacto principio se-quitur adhuc eum, qui probabiliter iudicat, commissum peccatum non fuisse mortale, teneri illud confiteri. Saltem in mortis articulo: cùm neq; hoc probabile iudicium tollat periculum, ne forte aliter

fuerit à Christo institutum: sicut probabilis opinio quod aqua rosacea sit sufficiens materia baptismi, non tollit periculum, ne forte aliter sit à Christo statutum: atq; ad eò sicut in hoc non est licitum, reliqua aqua elementari, uti rosacea, etiā si probabile sit, hæc sufficere: ita neq; licitum erit, sequi iudicium probabile, reliquo certo de cōfitendo peccato probabiliter putato non mortali. At neg. sequel. nam lögē dispar ratio est de peccato mortali dubio, & de peccato probabilitas putato non mortali. Nā hoc in conscientia peccatoris positum non est mortale; illud verò in conscientia peccatoris est mortale dubium: Deus autem nos obligat ad cōfitenda peccata, nisi quæ sunt in conscientia ipsa peccatoris, ut Trid. sess. 14. cap. 5. vnde etiam si quod probabilitas iudicatur non mortale, re ipsa sit mortale, peccatorē ad illud cōfitendum non obligat: sicut neque quod est in probabili conscientia peccatoris veniale, etiā si re ipsa sit mortale, illud ad cōfitendum obligat: obligat autem quod est conscientia peccatoris mortale dubium. Ratio: cū ad hoc Deus potuerit peccatorē obligare, neq; cōstat, ad illud cōfitendum nos non obligasse, periculo damnationis æternæ exponimus, illud non cōfitendo. Dices, ut ad illud cōfitendum obligemur, debet nobis positiū cōstat, quod Deus voluerit ad illud nos obligare: at hoc nobis positiū non cōstat; ergo. Relp sufficieret nobis cōstat authoritate grauissimorum Doctorū, quorū nullus hactenus aulus est contraria sent. in praxi probabilem docere, sed ad summū speculatiū. 2. esto id nobis positiū non cōstet, ipsa tamen ratio supernaturali fide illustrata, & summa cura, quam de nostra salute habere debemus, manifeste suadet, huiusmodi peccata in articulo mortis esse cōfitenda. Ceterū dispar est ratio de aqua rosacea, quæ etiam si probabilitas putetur ad baptismū sufficere, si tamē à Christo ad hunc finē instituta non est, nihil cā efficitur: quia Christus non instituit pro materia baptismi, id quod baptizās probabilitas iudica sufficeret, sed quod re ipsa est tale. Contrà verò materiam remotā confessionis instituit peccata mortalia, non quæ sunt in re ipsa, sed quæ sunt in conscientia peccatoris: proinde, etiā si quod probabilitas cēsetur non mortalia, re ipsa mortalia sint, peccatorē ad ea cōfitenda non obligat. Et hoc ideo, quia peccata instituta sūt materia cōfessionis, ut sunt actus ipsius peccatoris, cōsequenter ut in conscientia ipsius censemur ut peccata & habentur: aqua vero & reliqua materia sacramentorum institutæ sunt, quatenus sunt res quædam in se ipsis existentes.

Dices: ergo pari modo dolor in sacramento pœnitentia à Christo institutus, non est dolor supernaturalis in te ipsa existēs, sed probabilitas à pœnitente putatus: neq; ad iustificationē extra sacramentum est cōtritio in re, sed tantum in conscientia putata talis, nā etiā hi ad iustificationē requiruntur ut actus ipsius peccatoris. Resp. neg. conseq. nā de his affectibus expressam habemus cōciliorum definitionem, quod debeant esse supernaturales &c, ex Speciali Spiritus S. impulsu eliciti, ut Trident. desinit sess. 6. can. 3. & sess. 14. cap. 4. attritionem, quæ cum sacramento pœnitentia ad Dei gratiam impetrandam peccatorē disponit, appellat *Dei donum*, & *Spiritus S. impulsus*. Vnde esto peccator non peccat accedens ad sacramentum pœnitentia cum dolore naturali, probabilitas putato supernaturali, haud tamen sacramentum efficit, defensu doloris ad illud substantialiter requisiti.

An accedens cum vero dolore supernaturali à pœnitente probabilitas putato naturali, sacramen-<sup>84.</sup>  
tom VIII. De Sacramentis. <sup>Dubitatio</sup>

*Negandum omnino.*

tum efficiat, quamvis informe ratione obicit, cum quo accedit, cùm putat, dolorem non esse supernaturalem, ac proinde insufficientem ad sacramentum conficiendum. Pro affirm. parte dici posset, validum effici sacramentum quoad substantiam, cùm in eore ipsa ponantur omnia ad eius substantiam requisita; licet informe ob subjecti indispositionem: eo quod actus ille reflexus, quo pœnitens iudicat, suum dolorem non est supernaturalem, adeoque ad essentiam sacramenti sufficientem, non vitiat dolorem: tum quia est illi extrinsecus: tum quia illum non imperat, ut saltem ratione imperij illam inquiet. Neq; subjecti indispositio tollit essentialia sacramenti, suppono enim cum dolore recipia supernaturali ponit reliqua ad substantiam sacramenti requisita. At negans pars omnino afferenda est, nempe neque quoad substantiam eo casu effici sacramentū, non quidem defētu doloris, sed integratis confessionis, suppresso peccato, quod ex conscientia erronea talis cōmitit, dum iudicat se ad illud accedere cū dolore insufficiēt. Vnde tali casu vel teneretur ipse conscientiam dopenere, iudicando se cum sufficienti dolore ad sacramentum accedere, vel certè erroneā conscientiā confessori explicatā, ipsius iudicio stare.

## DISPUTATIO XVIII.

### De præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis.

*Auctoritas Eccles. in sacra.*

**V**ÆRITVR 1. an sit latum præceptum Eccl. annuæ Confessionis distinctum à præcepto communionis? Suppono esse in summo Pontifice ut in supremo animalium Pastore, potestatem leges, & præcepta ferēdi circa usus & ritus sacram. & consequenter autoritatē determinandi tempus circa frequentiam huius sacram. Nam licet in eo nō sit authoritas instituti sacra. velea quoad substantiam mutandi; est tamen potestas statuendi, vel mutandi, quæ, saluā sacram. substantiæ, & suscipientium utilitati, & ipsorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicauerit, ut definit Trident. sess. 21. cap. 2. sine quâ potestate, neque Ecclesiæ regimen, neque animalium salus, neque veneratio & cultus constiteret posset. Sola igitur difficultas est: An de facto in Ecclesiâ sit latum præceptum de annuâ confessione sacrâ, distinctum à præcepto annuæ communionis?

*1. Sent. Fundam.*

PER 1 M A sent. negat: Duran, qui in 4. dist. 17. quest. 14. de hac redubitat. Fundam. non potest Ecclesia præcipere, quod sub ipso iudicium cadere non potest. Nequit autem confessio omnium mortalium cadere sub iudicium Ecclesiæ: nequit igitur tam confessionem præcipere. Maior constat: omnis lex habere debet vim coercitivam, ut suos transgressores punire possit. Ergo debet esse de ijs, quæ cadere possunt sub iudicium legislatoris: nam quæ non possunt, puniri nequeunt, cùm omnis iusta punitio presupponat culpæ notitiam. Minor. prob. vel peccata sunt mere interna: & hæc sub iudicium Ecclesiæ, quæ interna hominum secreta nō noscit, cadere non possunt; vel si sunt externa, saltem Ecclesiæ constare non potest, an ea fideles confiteantur, cùm actus confessionis sit occultus, & secretus. Vnde infert, in cap. omnis nisi viriusque sexus, per se tantum præcipi-

Eucharistiam: de confessione esse tanum salubre cōsilium. Quod si, inquit, non sū sola exhortatio; sed præceptum, illud quidem posset ligare conscientiam, quatenus sit ab Ecclesia auctoritate Christi: sed per Hac Duran. na temporali illius statuti transgressor puniri non potest, cùm non possit constare de transgressione.

Efficacius prob. ex cap. Et si non frequentius, Efficacius prob. de consecra. dist. 2. ubi Fabia. Papa frequentem illum communionis usum, qui in primiū Eccle- vigebat, contraxit ad tria tantum tempora in anno, nullā mentione facta de confessione: Et si non frequentius, inquit, saltem in anno ter homines com- municent, in Paschâ videlicet, & Pentecoste, & Na- tali domini. Sed decretum Innocent. III. sanctū in Latera. de annuâ confessione, fuit quædam contractio, & limitatio præcepti, latiā Fabiano: ergo si illud per se non obligabat, nisi ad com- munionem, & per accidentem tantum ad confessionem. Huic sent. fauere videntur S. Tho. in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. qu. 4. & quod lib. 1. art. 11 & S. Antoni. 3. p. tit. 14. cap. 19. 6. & 3. qui dicunt, præceptum confessionis esse per accidentem propter præceptum Eucharistia.

*2. Sent. 16.*

SCCVNDA reliquorum docet, de annuâ confes- sione esse præceptum, distinctum à præcepto nenda. Euchar. obligans ad distinctum peccatum. Ita Schol. in 4. dist. 17. & recen. omnes, quorum aliqui hanc putant de fide. Est autem hoc præceptum latum ab Innocent. III. in Concilio Latera. ut referratur de pénit. & remiss. ca. Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruererit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. & iniunctam sibi pœniteniam propriis viribus studeat adimplere. Vbi & præceptum de communione in Palchate sta- tuens, sic subdit: Suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistie sacramentum. Vbi rò Confi- teatur, præceptum importat: est enim verbum imperatiuum, quo legislator suum imperium subditis intimat: quod cùm sit de re grauissimâ, & animis salutem maximè concernente, obligat sub reatu mortalis, propter pœnam temporalem, quam ibid. Pontifex transgressoribus decernit.

*3. Ex*

Constat ex textu, in quo Pontifex non minus pro uno, quam pro alio præcepto vitur verbis præcipientibus: nam participium suscipiens & qui pollet verbo imperatiuo suscipiat. 2. Ex termino distributio, omnis: nam sub hoc termino comprehenduntur omnes, qui ad annos discretionis peruererunt. Porro si Pontifex ad confessionem non obligaret, nisi in ordine ad sumptionem Eu- char. vel ad eam sumendum, obligari et etiam pue- ros, qui ad annos discretionis peruererunt, vel certè, hos Pontifex in suo decreto non compre- hendisset. Vtrumque est absurdum. 3. Ex Trident. sess. 14. can. 8. in quo anathemate damnat eos, qui dixerint, ad confessionem sacram. non teneri omnes, & singulos, utriusque sexus Christi fideles, iux- ta magni Concilij Latera. constitutionem semel in anno. Vbi loquitur independenter à præcepto Euchar. cuius nulla ibi mentio.

*4. Ex*

Ex communi consensu fidelium: nemo enim est, qui non poterit, independenter à subceptione Euchar. se teneri semel saltem in anno ad sacram. confessionem. Vnde qui sumere Euchar. non pos- sunt, ut pueri, mortalis capaces, nondum tamen ad Euchar. idonei, cæterique legitimè impediti, non propter arbitrantur, se à præcepto confes- sionis esse liberos.

*5. Ex*

Digitized by Google

5. Ex fine, propter quem hæc lex condita fuit, nempè propter maximam necessitatē, & utilitatem, quam secum afferat sacram, pœnit. independenter à sacram. Euchar. quæ est salus animarum, & iustificatio peccatoris. Qui finis non solum militat in ihs., qui sunt ad Euchar. idonei; sed in reliquis omnibus, qui mortalis post Baptismum capaces sunt. Ergo non solum illud obligat per accidens ratione Euchar. ad quam iure diuino præmittenda est confessio mortalis nondum confessi; sed per se ratione necessitatis, & utilitatis, quam independenter ab Eucharistia afferat suscipienti.

<sup>Conf. ex abs. 1.</sup> Confirm. ex absurdis; 1. sequitur, non quinque contra communem sensum omnium fidelium, sed quatuor tantum esse Ecclesia præcepta. nam si confessio non est per se; sed tantum per accidens ratione Euchar. præcepta, non erit distinctum præceptum, à præcepto communionis. 2. Sequitur, eum, qui multis annis esset legitimè excusatius à susceptione Euchar. non teneri ad confessionem sacram, nam ad hanc per Durand. non tenetur, nisi ratione Euchar. ergo si ab hanc excusatatur, etiam ab illa. nec poterit Ecclesia contra tales Canonis pœnals agere.

<sup>Reflexion. Dñs.</sup> Ad fundamentū Durand. disting. minor: non potest confessio sacram. quoad peccata purè interna cadere sub iudicium Ecclesie, concedo; quoad externa, & actum exterioris confessionis; nego. Nec refert, quod actus sit occultus; nam triam in actus secretos, Ecclesia habet potestatē. Non enim necesse est, ut tales actus actu cadant in iudicium Ecclesie. ut in illos potestatem habeat: sed sufficit, ut apti sint, ut possint cadere; apti autem sunt hoc ipso, quod in exterrum producent. Cæterum præceptum annua confessionis omnium peccatorum Christi fideles obligat ex præcepto diuino modificato per præceptum Ecclesie. Vnde licet præceptum Ecclesie non obliget, nisi ad actus exterrnos, vel ad internos, ut principia exterrnorum: quatenus tamen includit præceptum diuinum modificatum per præceptum Ecclesie, per se etiam obligat ad actus purè internos. Authoritas verò S. Doctor. in cit. qu. 3. docet, in Lateran. latum esse præceptum de annua confessione distinctum à præcepto diuino: *Ad confessionem, inquit, duplicitur obligamus; uno modo iure Diuino, ex hoc ipso, quod est mediesna, & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum, qui peccauerunt mortaliter post Baptismum: also modo ex præcepto iuris positivi, & sic tenentur omnes ex institutione Ecclesie: & ita in Concilio Generali sub Innocentio III. præcipitur. Porro si confessio solum præcipetur ut prævia dispositio ad Euchar. non esset peculiari iure positivo Ecclesie præcepta: nam ut prævia dispositio ad Euchar. obligat ex iure Diuino; sc. ad præmittendam confessionem mortalism; Quod ius Trident. sess. 13. cap. 7. colligit ex illis: 1. Corint. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat &c.*

<sup>Itinerum S. Doctor ex plurimis.</sup> Cæterum cum B. Thom. dicit, præceptum confessionis per accidens præcipi, non intelligit, quod tantum præcipiat ratione Euchar. sed quod presupponatur antea præcepta iure Diuino, & solum ab Ecclesia designetur tempus, quo sit tale præceptum adimplendum. Cum verò docet, confessionem ab Ecclesia præcipi ut præparationem ad Euchar. intelligi debet non de præcepto annua confessionis simpliciter, sed de confessione faciendâ in quadragesimâ, quæ immedietate præcedit Pascha, in quo sumenda Eu-

char. sic n. in cit. quælibet. Et quia ex præcepto Ecclesia omnes fideles tenentur saltem semel in anno in festo Pascha præcipue sacramenti communionem accipere, ideo Ecclesia ordinavit, ut semel in anno, quædo imminet tempus accipiendi Eucharistiam, omnes fideles confiteantur. Eodem modo loquitur Antoninus.

Ad Autho. Fabiani Papa, Resp. Ex eâ nullum duci argum. contra nostram sent. nam ex eo quod ibi tantum mentionem faciat de præcepto communionis ter in anno, non sequitur, quod ab Innocen. non fuerit latum præceptum, nisi de cōmunione. Imò, cùm in decreto Fabiani non fiat mentio de confessione, fiat autem in decreto Innocen. signum est, quod hic expressè condere voluerit præceptum confessionis, ut distinctum à præcepto communionis.

### Per quam confessionem huic præcepto satisfiat;

P Otest quis per confessionem huic præcepto satisfacere, vno modo non incurriendo pœnas Ecclesie transgressoribus impositas; alio modo, ut maneat deobligatus à confessione iteranda. Quoad 1. scilicet vlt. vbi de pœnis transgressorū.

Quoad 2. certum est à fortiori, satisfacere præcepto Ecclesiast. qui satisfacit Diuino, cùm plus requiratur ad satisfaciendum Diuino. Vnde sequitur, satisfacere præcepto Eccle. qui facit Confessionem validam, sed informem, posito quod talis confessio decur.

Tota diff. an satisfaciat huic præcepto Ecclesie quoad deobligationem iterum confitea. In quo diffidi, qui seruat omnia, quæ immediate, & per se Ecclesia præcipit, esto non seruet ea, quæ in hoc sacram. præscribit. Ratio dub. ad satisfaciendum præcepto Ecclesie sufficit, si seruentur omnia, quæ suâ autoritate præcipit Ecclesia: esto non satisfaciat Diuino. Nihilominus,

Dico, non satisfacere præcepto Ecclesie de annua confessione, qui non satisfacit Diuino de confessione validè facienda. Est communior sent. quia hoc præceptum Ecclesie est modificatio Diuini, ut suprà; nam Ecclesia non condit nouum præceptum quoad substantiam ipsam confessionis; sed proponit illud idem seruandum singulis annis, quod iure Diuino vagè, & indeterminatè obligabat, solumque determinat tempus, in quo illud sit adimplendum. Ergo qui non satisfacit præcepto diuino, nec Ecclesiastico ut modificanti diuinum. Quia quando præceptum humanum est tantum modificatio Diuini, Diuinum est, quod obligat. ut modificatum præcepto humano: quia modificatio Ecclesie non proponit aliud præceptum quoad substantiam seruandum, quam Diuinum: solum autem Ecclesia suâ autoritate declarat, & præcipit, ut Diuinum quotannis seruetur. Nec obstat, quod Ecclesia addat nouum præceptum supra Diuinum: nam hoc præceptum Ecclesie, est tantum de executione præcepti Diuini quotannis adimplendâ. Vnde, in suo præcepto Ecclesia includit Diuinum: nec est præceptum Ecclesie separabile à Diuino: quia, ut supra, non potuisse Ecclesia præceptum confessionis condere, vel præcipere; si non fuisset à Christo institutum. Ex his manifeste sequitur, eum, qui validè non confitetur, teneri iterum intra eundem annum confiteri: sicut præcedente tom. 7. qui in Paschate indignè communicat, temeriter

io.  
Ex authq.  
ritate Fa-  
biani nullæ  
duci argu-  
mentum.

11.  
Bisaria po-  
test satisfa-  
cere.

12.

13.  
In quo diffi-  
cultas præ-  
cipua sita  
sit.

14.

iterum intra annum communicare: eo quod præceptum Diuinum de communione obligat ad dignè communicandum, quia obligat ad sumendum hoc sacram. ut cibum spiritualem animæ, qui, ut nutrit, supponit vitam in suscipiente.

### Quas personas obligat hoc præceptum?

*Dificultas circa rīa personarū genera.*

**D**ifficultas esse potest, an hoc præcepto obligentur pueri, rationis usum habentes, nondum annum 12. attingentes; summus Pontifex; & qui tantum venialia habet. Nam de reliquis Baptizatis conscientiam mortalis habentibus, certum est, eos singulis annis teneri omnia sua peccata tam externa, quam interna, proprio Sacerdoti confiteri. Nam licet peccata merita interna confiteri non teneantur vi præcepti Eccles. teneantur tamen illa confiteri vi diuini, quod in Ecclesiastico includitur, ut modificatum in suo modificeante, ut supra.

Quoad 1. genus. *Sotus in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. §. sed si quaras.* Negat pueros ante annum 12. hoc præcepto obligari, quia sicut ante annum 12. non obligantur alijs Ecclesiæ præceptis; ita neque hoc, cum maior ætas requiratur, ut quis obligetur Ecclesiæ præceptis, quam ut ratione vti possit, & capax sit peccati. Eand. sent. sequitur *Sæ u. confessio, in impress. Colon. 1599.*

Communis sent. *Schol. in 4. dist. 17. & recen.* omnium affirmat, eos teneri. Cuius oppositam sent. *Nugnez 3 p. 10. 2. quest. 6. art. 5. dub. 3.* improbabilitatis & temeritatis insimulat. Quin ipse *Sotus dist. 18. qu. 1. art. 3. ad finem,* suam sent. revocat, explicans verba *Decret.* Postquam ad annos distinctionis peruenierit; *Hand enim, inquit, designat certum tempus, ut duodecim, aut quatuordecim annorum,* sicut ad contrabendum matrimonium: sed cum primum puer fuerit capax; sic scilicet si inter bonum & malum discernere cœperit, & prudentium iudicio mortaliter peccat. Hæc Sotus, qui aperte sententiam, quam supra docuerat, hic retractat.

*Fundam.*

*Ratio de monstrans.*

Ratio: hæc sent. ut *Sotus aduertit*, continetur in cit. *Decretali.* Omnis utriusque sexus: nam ibi Pontifex nullum assignat certum tempus, sed solum capacitatem peccandi, quæ est ipse rationis ac libertatis usus. Igitur statim ac pueri intellectus ratiocinio, & voluntatis libertate ut possunt, ad mortale sufficiente, sunt capaces huius sacram. ac proinde comprehēduntur in hoc præcepto. Tum quia hi obligantur præcepto diuino confessionis; ergo etiam Ecclesiastico. Quia Ecclesiasticum est determinatio, & modificatio diuini, ut ex preced. sent. constat. Antec. patet: nam hi tam in articulo, quam in periculo moreis diuino præcepto tenentur confiteri, si conscientiam habeant mortalis. Ecclesia autem suo præcepto obligare voluit omnes, qui essent præcepti diuini capaces. Tum quia, cum hoc sacram. sit ad salutem necessarium, ad Ecclesiæ prouidentiam pertinuit, ut statim ac homo potest de propriâ salute periclitari, hoc præcepto obligetur.

*Fundam.*  
*Sotis.*  
*Assignatur dispartitus.*

Ad fundam. *Sotis Resp. 1. alia Ecclesiæ præcepta*, vel non sunt adeò ad salutem necessaria, vel certè maiorem requirunt capacitatem & instructionem, ut est præceptum sacræ Synaxis. 2. Etiam pueri libertatis usum habentes obligantur alijs Ecclesiæ præceptis, ut de sacro audiendo diebus festiuis, de abstinentia à carnibus diebus prohibitis. Et si, ut communiter, & Sotus docent, pueri, ante annum 12. non incurvant poenam Ecclesiast. transgressoribus huius præcepti impositas.

Quoad 2. Richardus in 4. dist. 17. art. 2. qu. 4. ad 3. &c. negant, summum Pontificem hoc præcepto teneri. Quia nullus potest à seipso, vel ab Fundam. alio potestatem in seipsum non habente, sicut est vous Papa respectu alterius ligari. Nec refert, si dicas, summum Pontificem obligari hoc præcepto: quia est modificatio præcepti diuini, quo etiam summus Pontifex ligatur: nam cessante præcepto Eccles. cessat diuinum quoad annuam obligationem: nam eatenus diuinum singulis annis obligat; quatenus ab Ecclesiâ sub præcepto declaratur, illud singulis annis obligare. Cum igitur unus Papa non teneatur præceptuam declarationem alterius Papæ sequi, non tenebitur hoc præceptum singulis annis seruare.

Communis sent. docet; Pontificem, hoc præcepto, ut & alijs legibus Eccles. obligari quoad *Pontifex subiectus vim directiuam, non quacum vim coerciuam.* huic præcepto. Etenim posito præcepto, iure naturæ tenetur superior illud seruare, cum ius naturæ dicter, caput non debere à reliquo corpore difformari. Licet igitur Pontifex, non seruando hoc præceptum, poenas Ecclesiast. iure impositas non incurrat præcepto tenebitur, et si non iure humano, saltem naturali, quo caput tenetur cum reliquo corpore conformitatem habere.

Dubitatur: an possit Pontifex in hoc præcepto cum aliquo dispensare, vel in longinquius tempus differre, aut omnino abrogare. Resp. omnino possit præceptum abrogare esse in summo Pontifice eam autoritatem. Quia abrogat habet supremam potestatem in omnes leges & validum præcepta humana. Abrogato autem præcepto quoniam Eccles. maneret tantum præceptum diuinum, vagè & indeterminatè obligans. Si vero queratur, an id licet fieri possit, communis sent. est: nunquam licet fieri posse, ut illud omnino abrogetur, cum nulla dari possit rationabilis causa talis abrogationis. Etsi licitum esse possit, ut cum aliquo in illo interdum dispensetur, vel in diuturnius tempus differatur. Leg. *Sotus in 4. dist. 18. qu. 1. art. 5. concl. 2. quietiam docet, posse Pontificem rationabili ex causâ secum dispensare.*

Quoad 3. Affirmant *Alen. 4. p. qu. 77. me. 1. art. 1. & 2. Bonan. in 4. dist. 17. vlt. art. qu. 1. Richar. dist. 16. art. 5. qu. 1. & dist. 17. art. 2. qu. 4. ad 1. venialia. Nugnez 3. p. 10. 2. q. 6. art. 4. dub. 2. Angelus v. obligatur confessio 2. nu. 4. qui ait, eum, qui habet conscientiam venialis, teneri ad annuam confessionem, non propter venialia; sed propter periculum mortalium, quæ culpabili ignorantiâ forent omessa. Vnde addit; quod si penitens esset certus, quod nullum haberet mortale, non tenetur tunc confiteri. Fundam. lex semper est seruanda, quamdiu absque absurdo seruari potest. Quia debet esse firma & stabilis. Sed lex, de semel in anno confitendo, absque absurdo seruari potest ab habente tantum venialia. Confir. qui esset in utero matri iustificatus, adhuc teneretur suscipere Baptismum. ergo etiam qui non haberet conscientiam mortalis obligaretur ad suscipiendum sacram. poenit.*

Reliqui Schol. in ead. dist. 17. & omnes fere recent. negant. *Quæ ut communior, ita probabilius sent. ex decretali, in quâ præcipitur, ut Omnis Colligunt. utriusque sexus fidelis, omnia sua peccata, saltet semel in anno, confiteatur. Vnde S. Tho. in 4. dist. 17. qu. 3. art. 1. qu. 3. ad 3. quæ in addi. ad 3 p. est qu. 6. art. 3. ad 3. ex termino distribuiuo Omnia colligit, vi huius præcepti nos nonnisi ad confitenda mortalia teneri, cum venialia non teneamur omnia confiteri; etiam quando non confitemur, nisi venialia. Et ex Trident. sess. 14. cap. 5. ubi tan-*

<sup>Præceptum  
hoc Ecclesia  
est modifica-  
tio divini.</sup>  
tum nos obligat ad mortalia, quorum post dili-  
gentem discussionem conscientiam habemus. Ra-  
rio: hoc præceptum est modificatio præcepti di-  
vini: præceptum autem divinum non obligat,  
nisi tantum ad mortalia; nego nec præceptum  
Ecclesiasticum.

<sup>25.</sup> D I C E S : 10. 7. disp. 26. nu. 11. docui, ante sum-  
ptionem Euchar. obligari ad faciendam confessio-  
nem præmittendam etiam cum, qui certa reuelatione  
constaret, le esse per contritionem à pecca-  
to iustificatum, idque confirmavi exemplo annua  
confessionis, quæ fidèles obligat, etiam si nullius  
mortalis sint concijs: rationemque dedi, quia  
semper præceptum est seruandum, dum seruari  
potest, esto finis, propter quem datur, in particu-  
lari cestet: ergo, etiam si nullius mortalis simus  
concijs, tenemur ad seruandum Ecclesiæ præcep-  
tum, annuam confessionem facere. R e s p. neg.  
conseq. quia præceptum de confessione præmit-  
tenda ad Euchar. non limitatur ad illam facien-  
dam, quamdiu certi non sumus, nos per contri-  
tionem esse iustificatos: sed absolute præcipimur,  
illam præmittere, quantumcunque nos existime-  
mus esse contritoche iustificatos, ex Trid. sess. 13.  
c. 7. & cap. 11. Præceptum vero annua confessionis  
solū est de mortalibus, ut ex forma præcepta  
colligitur. Cæterum, quod ibi dixi, præceptum  
annua confessionis fidèles obligare, etiam si nullius  
mortalis sint concijs, intellige, non prout de  
facto hoc præceptum latum est, sed prout ferri  
potuit, quia fieri potuit absolute, ut etiam si nullius  
mortalis essentia confcijs, adhuc obligari esse-  
mus ad annuam confessionem sacram. Non enim  
debet ad huiusmodi præceptum imponendum Ec-  
clesiæ potestas. Neque hoc esset, materialiter non  
necessarium, cuiusmodi sunt venialia, facere ne-  
cessarium: nam adhuc tali præcepto stante, posset  
fidelis sua venialia non confiteri, sed præterita  
tantum mortalia confessa; vel vno tantum ve-  
niale. Ex dictis sequitur, ad hoc præceptum annua confessionis, pro ut de facto latum est, non  
teneri confirmatos in gratiâ.

<sup>Concordia  
qua tom. 7.  
disp. 26. n.  
11. 13. 14.</sup>

<sup>26.  
Ad funda-  
mentum An-  
geli.</sup>

<sup>27.  
Ad alterum.</sup>

<sup>28.</sup>

<sup>29.</sup>

Nec refert, quod subditi teneantur singulis  
annis à suis pastoribus agnosciri, ac proinde, etiā  
non habeant mortalia, teneantur proprio Sacer-  
doti suam conscientiam confessione sperire: nam  
ut cī. loco notat S. Tho. sufficit, ut tali casu pœni-  
tens ostendat se Sacerdoti, dicendo, se nullam  
habere conscientiam mortalis.

Nota, si pœnitens simul cum venialibus habeat  
Quid faciat aliquod mortale dubium, illum teneri cum mor-  
tali, qui tali dubio confiteri aliquod veniale certum, ut  
habet dubitum præbeat materiam absolutionis, quod cū  
mortali.

Medina & Nauar. optimè notat Valentina disp.  
7. qn. 9. p. 3. Ratio: hic tenetur confiteri mortale

dubium, ut supra; & tenetur supponere materiam  
certam absolutionis: igitur.

Cæterum dubium est, an teneatur confiteri;  
qui cum venialibus haberet aliquod mortale, quod  
ratione infamie, vel alterius iuste causa pœnitē  
non possit confiteri: affirmant Henr. lib. 4. cap.  
4. nu. 4. <sup>Fundam.  
affir.</sup> Nugnez supra art. 6. diffic. 1. quia cū hic  
sit in mortali, tenetur saltem per confessionem  
venialium ponere se in gratiâ. Limitat Henr. quoad mortale: nam licet, inquit, non teneatur  
illud confiteri quoad actum externum; tenetur  
quoad confessum internum.

Oppositum tamen probabilius est, quod do-  
cent Suarez, disp. 36. scilicet 6. nu. 1. & Diana, tract. 4. <sup>Probabilis  
negatur.</sup> Ratio: cūm hic non teneatur  
confiteri venialia, nec teneatur ratione infamie  
propriæ vel alienæ confiteri mortale, ad nullam  
confessionem tenebitur. Quia putat Suarez, quod  
neque præceptum Diuinum tali casu nos obligat,  
sc. nisi immineat periculum æternæ damnationis:  
nam tunc obligat ratione charitatis erga nos  
ipsos. Secus verò esset, si inter mortalia haberet  
aliquod, quod sine ullo periculo confiteri posset:  
nam tunc ad seruandum præceptum teneatur  
confiteri ea, quæ posset, tacitis ijs, quæ non pos-  
set, cūm non semper pœnitens teneatur facere  
confessionem integrum materialiter.

Cæterum limitatio Henr. de confiendo con-  
sensu interno: non prob. nam ex hoc sequeretur,  
pœnitentem bis teneri ad idem peccatum confi-  
derum, semel confiendo internum consensum,  
quaendo cum illo non potest sine periculo actu  
externum confiteri; iterum verò cum consensu  
igerno opus externum, quando cessat periculum  
infamie.

Sed quæres: an saltem eo casu, in quo cum  
venialibus pœnitens haberet aliquod mortale, quod  
iusta ex causâ confiteri non potest, teneatur con-  
fiteri? Resp. solutionem huius pœndere ex seq.

*An qui annua confessioni, præceptum im-  
plere non potest, teneatur de peccatis  
contritionem elicere?*

P R I M A sent. affirmat: Sols in 4. dist. 17. qu. 1.  
art. 6. concl. 4. Henr. lib. 4. cap. 6. nu. 8. qui in <sup>34.  
Affirmata.</sup> commen. sub litt. 1, hanc sent. appellat communē  
recent. Prob. præceptum confessionis in lege E-  
uangel. succedit præcepto contritionis: sed tali  
casu obligaret hoc, si illud non esset: ergo qui nō  
potest illud, tenetur saltem seruare hoc. Quia  
præceptum confessionis non succedit præcepto  
contritionis, illud abrogando; sed in seipsum  
commutando, & solū ex suppositione illud tol-  
lendo, quamdiu præceptum confessionis ser-  
uari potest, quo cessante obligat præceptum cō-  
tritionis, cūm nunquam debeat peccatorē destitutus  
medio necessario ad salutem. Maior est com-  
muni sent. ex Trid. sess. 14. cap. 4. vbi dicitur, con-  
tritio, quæ charitate perfecta hominem reconciliat  
Deo, prius quam sacram. pœnit. actu suscipiatur,  
omni tempore fuisse necessaria ad im-  
petrandam veniam peccatorum: attritio verò, quæ  
per se peccatorē ad iustificationem perdacere  
nequit, eū ad Dei gratiam in sacram. pœnitentia  
impetrandam disponere. Quidbus non obscurè  
innuitur, contritio perfecta, quæ peccatorē etiam  
sine sacram. actu suscepit iustificat, necessaria  
fuisse ante institutionem sacram. pœnit. cū in le-  
ge Euang. successit attritio, quæ cum sacram.  
pœnit.

Nic. sive def.  
f. c.

Confir. 1.

36.  
Confir. 2.

37.  
Confir. 3.

18.  
N. gant fun-  
dam.

Vel obliga-  
ret ratione  
præcepti Ec-  
cles. vel di-  
misi mortis.

39.  
Confir.

40.  
Rejicitur ra-  
tio a. quorū  
de hāc sent.

pœnit. præstat, quod anteā præstabat contritio. Minor, prob. sacram confessionem ex interpretatione Eccles. Diuino iure obligat singulis annis fideles: igitur si confessio Diuino iure succedit contritioni, eo ipso tempore, quo confessio iure Diuino fideles obligat, obligat contritio, deficiente copia confessoris. Confir. 1. deficiente in articulo, vel periculo mortis confessore, succedit præceptum contritionis: nam eo tempore tenetur homo iure Diuino adhibere aliquid medium ad salutem necessarium: ergo deficiente intra annum confessore, succedit intra eundem annum præceptum contritionis. Quia non mindus confessio iure Diuino obligat singulis annis fideles ex interpretatione Eccles. quā obliget in articulo, vel periculo mortis. 2. Fuit præcepta cōfessio Diuino iure propter iustificationē peccatoris, & propter compensationem, quam peccator debet Deo ex offensia. Sed deficiente confessore potest hāc duo præstare contritio: ergo eo casu in locum sacrae confessionis adhāc præstanta succedit præceptum contritionis. 3. Valde probabile est. quod, etiam si Ecclesia nō determinasset tempus, adhuc fideles obligati fuissent ad annum confessionem. At eodem tempore, quo obligat præceptum confessionis, deficiente confessore, obligat præceptum contritionis: ergo.

Secunda negat: Suarez disp. 15. sect. 6. num. 13. Vasquez 3. p. 9. 85. art. 2. dub. 6. nu. 10. Coninck disp. 3. dub. 3. nn. 22. Quasent. probabilior est. Quia præceptum Diuinum ad annum confessionem non obligat per se determinatè, vt obligat in articulo mortis; sed mediante præcepto Eccles. suā authoritas determinantis tempus, quo debeat hoc præceptum Diuinum à fidelibus executioni mandari: ergo deficiente confessario intra annum, non tenentur fideles vi præcepti Diuini contritionis commutatae in præceptum confessionis, loco confessionis eo anno contritionem clicere. Quia cū Ecclesia suo præcepto positivo nō determinet, nisi tempus, quo debeat præceptum Diuinum confessionis adimpleri, deficiente confessore, non obligabit præceptum contritionis. Non ratione præcepti Eccles. quia hoc non obligat, nisi ad præceptum confessionis: nec ratione Diuini; quia Diuinum contritionis non obligat, nisi quando Diuinum confessionis obligat per se, & defectu confessarij non potest impleri: seu quād præceptum confessionis obligat determinatè, vt in articulo, vel periculo mortis: extra quod tempus sicut id præceptū manet indeterminatum, & vagè tantum obligans; ita & præceptum contritionis illi succedens in defectu confessarij.

Confir. ex eo, quod Ecclesia per externā auditonem sacri modifical præceptum Diuinum de orando, & adorando aliquando Deum, non sequitur, quod si fidelis die festo sacrū audire non possit, teneatur eo die, interno actu Deum orare, vel adorare: eo quod interna adoratio, quam per internam intentionē cum ipso sacro die festo offerimus Deo, non obligat iure Diuino, nisi consequenter ad præceptum Eccles. audiēdi sacram: id præceptum quia Diuinum non obligat determinatè, & certo tempore.

Ex his apparet falsa ratio, quod contritio, cū sit actu merē internus, nō cadat sub præceptum Eccles. Nā 1. sicut poruit Ecclesia externo actu confessionis determinare tempus, quo seruandum esset præceptum Diuinum eiusdem. Ita posset exter- no actu compunctionis determinare tempus, quo adimplendum esset præceptum Diuinum contri-

tionis. Vnde sicut fidelis ab Ecclesia immediatè obligatur ad externam confessionem, consequenter verò ratione præcepti Diuini, modificati per Ecclesiasticum, etiam ad internos actus: ita ratione præcepti Eccles. immediatè obligari posset fidelis ad externum actum compunctionis; mediatae vero, & consequenter ratione præcepti diuini per Ecclesiast. modificati, etiam ad interiorem actum contritionis. 2. Esto deficiente cōfessio, non teneretur fidelis ad actum contritionis ratione præcepti Eccles. teneretur saltē ratione præcepti Diuini in Eccles. inclusi, & modificari.

Ex dictis patet Resp. ad quæsumum preced. sett. si habens cum venialibus aliquid mortale, quod iustā ex causa confiteri non potest, ad annum confessionem nō tenetur, (vt probauit, quia hāc determinatio annua habetur à præcepto Eccles., quo cessante pro hoc determinato anno, cessat obligatio annua in præcepto confitendi) excusabitur etiam ab actu contritionis.

Ad fundam. oppositæ, neg. minor: nam præceptum Diuinum non obligat ex se determinatè singulis annis; sed ex determinatione præcepti Eccles. quo ob inopiam confessarij non obligante, non sequitur, loco ipsius obligare præceptum contritionis: quia hoc non obligat, nisi quando præceptum Diuinum confessionis obligaret ex se tali determinato tempore, vt in articulo mortis, & ob defectum confessarij adimpleri non posset. Ad prob. nego, præceptum Diuinum confessionis obligare singulis annis, ex purā interpretatione Eccles.; sed etiam ex præcepto, quod superaddit ad illud seruandum. Nam si esset pura interpretatione, non obligaret nouo præcepto Eccles. quod supra improbatum.

Ad 1. confir. solum probat, præceptum contritionis aliquando obligare, deficiente confessore; non quod de facto obliget singulis annis, quando confessarius de est: quia cū tempus præcepti contritionis, non sit ab Ecclesia determinatum, neque per se, neque consequenter ad ipsam determinationem præcepti confessionis; neque id habeat ex naturā suā, dici non potest, quod deficiente confessario, singulis annis obliget loco præcepti confessionis. Ad 2. neg. conseq. nam in articulo vel periculo mortis præceptum Diuinum confessionis obligat determinatè, ac proinde deficiente in eo casu confessore, determinatè succedit contritionis præceptum.

Ad 3. neg. maior: nam si Ecclesia suo præcepto non determinasset præceptum Diuinum confessionis quotannis adimplendum, nemo potuisse ut reus novi mortalitatis argui, quod singulis annis non confiteretur.

*An hoc præceptum obliget pro aliqua determinata parte anni?*

X cap. omnis certum habetur, obligari fides, semel saltē in anno ad confessionem faciendam, si conscientiam habeant mortalitatis. Difficultas est: an teneatur pro determinatā parte anni hoc præceptuum seruare. Potissima difficultas est de tempore quadragesimali, ad quod, ex consuetudine fidelium, videtur hoc præceptum confessionis redactum.

PRI M A sent. absoluta affirmat, hoc præceptum obligare fideles ad confitendum tempore Affirmat. quadragesimæ: Petri Sotilest. 5. de neceſſe cōfess. init. ita esse cit. cap. Omnis, definitum. moueri poterit, quod præceptum confidendi sit propter præcep-

42.  
Res. ad op-  
positam sa-  
temiam.

43.  
ad 1. confir.

44.

45.

47. <sup>2. Sent.</sup> cum communicandi, ad Paschale tempus, seu quadragesimale determinatum.

48. <sup>S E C V N D A</sup> affirmat, quantum est ex vicis. cap. Omnis, fideles non teneri certo tempore anni hoc præceptum adimplere; ex communione tamen consuetudine, vim legis obtinente, teneri hoc præceptum adimplere tempore quadragesimali: *Medin. cod. de confess. semel in anno 6. presupposito. Fagund. de 2. præcep. Eccl. lib. I. cap. 3. nu. 5. Megal. apud Dian. tract. 4. de sacra. resol. 81.*

49. <sup>Prob. 1.</sup> Consuetudo per decennium seruata, cum tacito consensu principis, obtinet vim legis, & obligat ad sui executionem. At consuetudo confitendi tempore quadragesimæ incepit ab ipso tempore, quo latum fuit præceptum de confitendo semel in anno, & communicando saltem in Paschate: cui consuetudini omnes Pontifices tacitè consentierunt, hoc ipso, quod illam videntes approbatunt: ergo obtinet vim legis, & obligat ad sui executionem.

50. <sup>Prob. 2.</sup> 2. Id definitum videtur à *Sixto IV. in extrauag. vices illius, de Tregua & pace*, his verbis: *Quod etiam ipsi mendicantes desistant predicare, quod Parochiani non sint obligati, saltem in Paschate, proprio confiteri Sacerdos. Quo nihil clarius pro hac sent.* videtur à Pontifice dici potuisse.

51. <sup>Prob. 3.</sup> 3. Hoc ipsum indicat *Trident. sess. 14. cap. 5. fine his verbis: Observatur mos ille salutaris confiendi sacro illo, & maximè acceptabiliter tempore quadragesime: quem morem hac sancta Synodus maximè probat, & amplectitur tanquam pium, & meritò retainendum. 4. Constat ex diligentia quam eo tempore Pastores Ecclesiæ adhibent, ut sciant, qui non sint confessi. 5. Debet assignari certum tempus; à quo confidendi obligatio incipiat: quia cùm sit lex communis lata omnibus, debet habere certum initium, quo obligare incipiat omnes: hoc autem est (ut communis Ecclesiæ praxis declarat) tempus quadragesimæ: nam hoc est commodius ad sacramentalē communionem.*

52. <sup>1. Sent.</sup> *TERTIA negat, præceptum hoc obligare pro aliquâ determinata parte anni, sed illi satisficeri posse quocunque tempore anni. Quæ sent. communior est, ac proinde extrinsecâ saltem auctoritate probabilior: ita *Sotus in 4. dist. 18. qu. 1. art. 4. concl. 1. Henr. lib. 4. cap. 4. Suarez disp. 36. dist. 3. Vafq: qu. 90. art. 3. dub. 1. Valent. disp. 7. qu. 9. pa. 4. Tolet. lib. 6. cap. 11. Coninck disp. 5. dub. 7. Nugnez 3. p. 10. 2. qu. 6. art. 5. diff. 6. Sæ verb. confessio, Layman tract. 6. cap. 5. nu. 10. Diana cit. ex cit. cap. omnis: in quo pro communione assignatur tempus paschale, pro Exomologesi quodlibet anni tempus: Vt saltem semel in anno fideliter confiteatur. Porro Precepta non obligant, nisi ut sonant.**

53. <sup>Ad fund. 1.</sup> Ad fundam. primæ, nego hoc sacram, obligare tantum ratione Euchar. alioquin non obligarentur, qui legitimè ab Eucharistia suscipiendâ excusat essent: quod falsum est, vt constat ex 1. sent.

54. <sup>Ad primum</sup> 2. *A d 1. secundæ, resp. hanc consuetudinem introductam tantum esse ratione Euchar. quæ debet in paschate sumi. Cùm n. fideles teneantur ad dignam Euchar. susceptionem confessionem præmittere, illam differunt ad quadragesimam, non quod putent, eo tempore determinato se ad confessionem obligari; sed ne, si alio tempore confitentes, deberent postea ratione sacra synaxis iterum confiteri. Alioqui si quis legitimè impeditus non posset in paschate communicare, & alio tempore intra annum confessus esset, satisferet præcepto.*

55. <sup>Quando</sup> *Vnde concedo, consuetudinem per decennium*

à populo seruatam cum tacito consensu Principe consuetudo obtinere vim legis: nego certò constare, hanc obirentur esse tacito Pontificum consensu approbatam, quoad præceptum confessionis independenter à præcepto communionis. Et enim licet interdum hanc consuetudinem confitendi in quadragesimâ Pontifices, & Concilia approbare videantur, ut de *Sixto IV. & Trident. satis constat*; tamen illam se approbare quoad præceptum confessionis pete, nunquam explicarunt; sed solum quoad præceptum confessionis per accidens, ratione præcepti Euchar. ad quam dignè sumendam iure Divino premittenda est confessio sacra. vbi mortalis conscientia stimulat. Luxta hanc explic. intellige, cit. aust. *Sixti IV.* vt nolit ibi definire, fideles ratione confessionis per se teneri in quadragesimâ confiteri, sed ratione quæ tunc ex præcepto sumenda est. Eod modo intellig. *Trident.*

56. <sup>Ad aurib.</sup> Solum in hâc auth. Concilij difficultatem facit, quod non dixerit Concilium, fideles in quadragesimâ teneri ad confessionem peccatorum faciendam, quo pacto ostenderet, illam esse tali tempore in præcepto ratione Euchar. vti dixit *Sixtus IV.* sed solùm talem morem laudat ut pius, eumque retinendum probat. Quâ ratione illum approbare videtur ratione confessionis per se independenter à præcepto Euchar. Sed neque hoc cogitat Concil. intelligendum de præcepto confessionis per se, cùm id optimè intelligere potuerit de confessione per accidens ratione Euchar. etiam si nō dicat, illam esse tali tempore sub præcepto; sed tantum esse piam consuetudinem fidelium: nam fideles, etiam si nullam habeant conscientiam mortalis, ob reuerentiam tanti sacram. solent ante Euchar. confessionem præmittere, esto non teneantur ratione præcepti, cui ante satisfecerunt.

57. <sup>Ad quartu.</sup> Ad 4. nego, diligentiam, quæ à Pastoribus Ecclesiæ eo tempore adhibetur, esse signum, quod tunc temporis sub præcepto facienda sit sacram. confessio; sed esse tantum signum opportuñoris commoditatis. Quia cùm debeant eo tempore diligenter adhibere pro ijs, qui in paschate communicantur, vel non communicantur, eodem labore informationem capiunt etiam de ijs, qui eo anno confessi sunt. Vnde si constaret, alio anni tempore aliquem confessum fuisse, contra eum non procederent penit. Eccles. Vt neque huius præcepti executionis signum erat publica penit. quâ penitentes in quadragesimâ facere debebâr, ut in Concil. Agath. institutum fuit, & refertur cap. In cap. dist. 50. nam vel illa non erat sacramentalis, imposta à confessatio in confessione sacrâ, sed ab Episcopo per Sacerdotes: vel etiam si fuerit sacram. potuit ad illud tempus differri pro maiori deponitione temporis quadragesimalis.

58. <sup>Varia sen-</sup> Ad 5. Respondent aliqui, vi præcepti Eccles. nullum assignari certum initium commune omnibus fidelibus pro annua confessione faciendâ, <sup>sensu de tempore obli-</sup> sed unicuique initium esse tempus illud, in quo ultimam fecit, vt si confessus est mense Augusto, in præcepti non teneri nisi seq. anno sine Augusti confiteri.

59. <sup>9.</sup> 2. Alij hoc tempus assignant ab eo tempore, quo post ultimam confessionem homo mortaliiter peccauit; ita, ut ab hoc tempore, quo mortaliter peccauit, non teneatur, nisi post annum confiteri. Sed neutrum tempus est conforme legi, quæ sicut fertur pro omnibus; ita habere debet communem terminum, quo omnes obligent.

60. <sup>eo.</sup> 3. Aliqui hoc tempus assignant à Ianuario ad Ianuar. nam idem purant esse initium anni secularis

laris & Eccles. Alij à quadragesima in quadragesimam ita ut, licet in quacunque anni parte possit homo confitendo satisfacere huic præcepto, haud tamen licet ultra torum hoc tempus cōtentum inter unam quadragesimam & aliam cōfessionem differre. Qui modus est probatissimus, cui suet communis Ecclesiæ consuetudo, & praxis, quæ ita videtur præceptum interpretata.

Sola diffic. est: hinc sequitur, posse fidelem cōfessionem differre ad duos annos. Nam si quis confessus est Dominicæ Palmarum non tenetur pro seq. anno confiteri Dominicæ Palmarum anni seq. sed potest confessionem differre usque ad Sabbatum ante Dominicam Palmarum alterius anni: quia non tenetur confessionem facere initio anni, quo præceptum incipit obligare, sed eam differre potest usque ad finem totius anni, quo obligatio durat. Sicut non tenetur quis sacram audire iherio auroræ, quo sacra incipiunt; sed illud differre potest usque ad meridiem, quo usque celebrantur sacra, & durat præceptum. Hoc autem non videtur conforme legi, & consuetudini. Sequelam concedit Vazquez, &c.

Alij merito illam negant, vt Henriquez libro 4. cap. 4. numero 2. Suarez cit. Et respondent, quod in quacunque anni parte homo confessus sit, adhuc teneatur in quadragesimam, qui est totius Eccles. anni terminus, confiteri, si conscientiam habeat mortalis. Quia fidelis non solum tenetur vi huius præcepti semel in anno confiteri, sed omnia mortalia, quæ intra annum commisit, clavis subiçere. Cum igitur hic in fine anni habeat conscientiam noui mortalis non confessi, tenetur illud, antequam annus exspiret, confiteri: alioqui non omnia mortalia, quæ in illo anno commisit, confiteretur. Quæ resp. probabilis est, & fundatur tum in verbis legis, quæ dicunt, confitenda esse omnia peccata. Quæ verba non solum intellegi possunt de omnibus mortalibus, quorum pœnitens memoriam habet, dum cōfiteretur, sed etiam de omnibus, quæ intra torum annum commisit.

Confir. Si hic intra annum confessus esset tantum venialia, eo quod nullum haberet mortale, si postea in quadragesimam incidet in aliquod mortale, teneretur vi præcepti annua confessionis illud confiteri: ergo etiam si sibi intra annum confessus sit mortalia, si postea in quadragesimam incidat in nouum mortale, tenetur illud confiteri: nam per accidens se habet, quod præcedens confessio fuerit de venialibus, vel mortalibus. Tum quia hoc est conformius intentioni legislatoris, & fini præcepti, qui est, ut nullus fidelis ultra annum differat per peccatorum confessionem reconciliari Deo.

*An qui non est confessus intra annum, tenetur statim confiteri initio sequentis?*

RIMA sent. negat: Antonini 2. p. tit. 9. cap. 9. §. 3. Sylvest. verb. Euchar. 3 q. 17. Tabie. verb. communicare num. 7. quam probabilem putant Fillius. 10. l. tract. 7. de confess. cap.; nym. 5. 4. Diana tract. 4. de sacra. resol. 130. Notat autem Tabiena, eos, qui ex legitimâ causâ, puta ex infirmitate, consilio proprii Sacerdotis, vel ex inopâ confitarij omiserunt suo tempore confiteri, teneri statim postea confiteri, cum primum commoditas sese obtulerit; tunc qui omiserunt confiteri ex negligentiâ. Quia priores, cum non sint præcep-

tum transgressi, semper possunt illud adimplere; & quamdiu illud non adimplent, semper manent obligati ad illud adimplendum: contrà vero, qui semel sunt præceptum transgressi, non amplius tenentur ad illud implendum. Fundam. sumitur ex naturâ præcepti affirmatiui, quod eti præscripto tempore violatum, violatorem reddat obnoxium culpæ; eo tamen tempore elapo, non amplius obligat: vt constat in præceptis de ieiunando, audiendo sacro in die festo, recitando horis Canonicas, de communione in Paschate, de confessione in articulo, vel periculo mortis. Quæ præcepta eti suo tempore non seruata reatum mortis inducunt, eo tamen tempore transacto, non amplius pro eo anno obligabunt.

SECUNDA communis affirms: quam docent Scotus in 4. diff. 18 q. 1. art. 4. §. grauior tamen, Me- 66. dina Cod. de confess. semel in anno. Nauar. in sum. ca. 21. nu. 45. Henrig. lib. 4. cap. 4. nu. 5. V alen. diff. 7. q. 9. pu. 4. §. tertio, Suarez disp. 36. sett. 4. nu. 2. V azq. 3. p. q. 90. art. 3. dub. 2. Coninck disp. 5. dub. 8. Nuguez 3. p. ro. 1. qu. 6. art. 5. diff. 7. Layman tract. 4. de sacra. pœnit. cap. 5. nu. 9. Fagund. de 2. Eccl. præc. lib. 1. cap. 4. nu. 15. Hæc sent. non solum est probatissimus, vt 67. Fillius. & Diana fatentur; sed etiam vera, & praxis ac consuetudini Ecclesiæ conformior. Prob. 1. Ecclesiæ Prælati excommunicare solent eos omnes, qui intra annum non sunt confessi; nec possunt absoluiri, donec confiteantur. Sentiunt igitur, adhuc eos manere obligatos ad satisfaciendum præcepto de annua confessione: alioqui si solum excommunicarentur propter violatum præceptum, absoluiri possent, etiam si non confiterentur, cum talis excommunicatio non sit reseruata, nec necessariò tollenda in confessione sacrâ, cum tolli possit etiam extra confessionem. Cum igitur illa non tollatur, nisi excommunicatus confiteatur, signum est, illam non ferri propter solum violationem præcepti; sed etiam propter obligationem, quæ semper manet, quamdiu præceptum non adimpletur. 2. Finis huius præcepti est, ne tam salubre ac necessarium medium differat ultra annum: ergo non adimpleatum intra annum, semper obligat, donec adimpleatur. Quia quando tempus non ponitur ut terminus, quo præceptum spicit; sed ultra quod differri non debet, executio præcepti, adhuc elapo tempore præceptum obligat. Ut quando præfigitur certum tempus debitor ad soluendum, adhuc e tempore transacto, debitor manet obligatus ad debitum soluendum: quia tempus non fuit illi præfixum, ut in eo debitum spirarer; sed ne ultra illud debiti solutio differretur. Antec. colligitur ex verbis præcepti: Ut saltet semel in anno confiteatur. Quæ æquipollent his, ne ultra annum confiteri differat. Ratio: hoc præceptum est modificatio præcepti diuinum: diuinum semper obligat, quamdiu non adimpleatur; nam seclusa determinatione Ecclesiæ, præceptum diuinum nunquam cessaret fideles obligare, donec adimpleretur: igitur positâ determinatione Ecclesiæ, ut conditione modificante diuinum, nunquam cessabit obligare, donec adimpleatur: nam præceptum Eccles. non tollit à præcepto diuino vim obligandi, sed illâ dumtaxat determinat intra certum tempus, ultra quod non licet eam differre.

Dic es: Etiam Ecclesia per præceptum audiendi sacrum diebus Dominicis, & recitandi Horas canonicas quotidie, modificat præceptum diuinum, quo tenetur aliquando Deum orare ac adorare: & tamen qui vel sacrum die Dominico, vel Horas aliquo die omisit, non tenetur vel sacrum

Quæ si na-  
tura præcep-  
ti affirmati-  
ui.

Inductio.

Vera est.

A posteriori.

68.

Finis præcep-  
ti confes-  
sionis quae  
sit.

Hoc præcep-  
tum est mo-  
dificatio pre-  
cepti diuinum.

nam seclusa determinatione Ecclesiæ, præceptum diuinum nunquam cessaret fideles obligare, donec adimpleretur: igitur positâ determinatione Ecclesiæ, ut conditione modificante diuinum, nunquam cessabit obligare, donec adimpleatur: nam præceptum Eccles. non tollit à præcepto diuino vim obligandi, sed illâ dumtaxat determinat intra certum tempus, ultra quod non licet eam differre.

69.

70.  
Salutis in-  
stans de  
boris Cano-  
nicis.

crum, vel Horas alio die resarcire. Resp. neg. con-  
seq. nam præceptum de audiendo sacro die Domi-  
nico est modificatio præcepti diuini de Sabbatis  
sanctificatis, quod tantum obligabat pro determina-  
to die in honorem, & cultum illius diei: sicut si  
Ecclesia lege præcipere, ut unusquisque confite-  
tur articulo mortis, eo transacto, si quis non con-  
fiteretur, non teneretur postea præceptu verò de  
recitandis Horis, quia ita obligat singulis diebus. vt  
etiam si unam die violetur, maneat obligatio pro  
alijs diebus. violato præcepto unam die, non obligat  
ad illud aliā die, cum eā die æquè currat obliga-  
tio: ut si confessio obligaret singulis diebus, illa  
omissa uno die, non obligaret sequenti, quo æqua  
curreret obligatio.

71.  
Prob. 3 af-  
terrib.

Prob. 3. hoc præceptum sive consideretur ut di-  
uinum, sive ut Eccles. per se fertur, in bonū pœnitentias: 1. ut à peccatis iustificetur; 2. ut pro suis  
offensis Deo satisficiat: quæ dum non implentur,  
semper obligat, cum semper maneat ratio & finis,  
propter quem hoc impositum est. Vnde non est par  
ratio de multis alijs præceptis affirmatiuis, quæ  
obligant ob peculiarem finem tali tempore inten-  
tum, qui cum tempore elapsu cesseret, cessat & præ-  
ceptu obligare Ex his ad fund. primæ: licet præ-  
ceptum annua confessio formaliter affirmatiuum,  
est tamen virtualiter negatiuum, includens negatio-  
nem de non differenda confessio ultra annum. Præ-  
cepta de ieiunio, sacro audiendo, Horis recitadis  
sunt purè affirmatiua, quæ suam obligationem li-  
mitant ad certam diem, quæ elapsa, cum ea simul  
cessat finis, & ratio, ob quam obligabant.

72.  
Præceptum  
annua con-  
fessio for-  
maliter est  
affir.  
virtualiter  
neg.

An communio Paschalis, suo tempore non ser-  
uata, semper obliget, donec impleatur? *Sotus &*  
*Medina* negant, eum, qui sine causa omisit Pas-  
chate communicare, teneri postea statim, sed posse  
absque novo peccato communionem ad sequente  
annum differre. Quia præceptum Euchar. est ad-  
dictum temporis Paschali, propter solemnitatē &  
venerationem temporis. Confirm. *Sotus:* confessio  
præcipitur ut medicina ad vitam spiritualē recu-  
perandam; Eucharistia ut cibus ad vitam spiritualē  
augendam. Homo autem quamdiu amissam vi-  
tam gratia per annuam confessionem non reparat,  
tamdiu ad illam reparandam sub poena noui morta-  
lis tenetur: non tenetur, si augmentum vitæ spiritu-  
alis per Eucha. non accepit, statim illud accipere.

Confir.

73.  
Communio  
Paschalis  
suo tempore  
non servata  
obligat do-  
nece imple-  
tur.

Contraria tamen sent. probabilius, quam cum  
*Vasq. 10. 7.* docui, præceptum cōmunionis, nō mi-  
nus quam annua confessio obligare fideles ad statim  
illud impletum, si non sit suo tempore impletum.  
Ratio: etiam præceptum Eccles. de cōmunione  
Paschali est modificatio præcepti diuini: *Ioan. 6.*  
*nisi manducaveritis carnem filij hominis, non habebis  
vitam in vobis.* Sed diuinum semper obligat fi-  
deles, donec impleatur; ergo etiam illud, quatenus  
est modificatio huius. Confir. 1. ideò diuinum cō-  
fessionis modificatur per præceptum Eccles. ut se-  
mel saltē in anno impleatur: quia per se saltē  
vagè aliquando obligabat extra articulū vel pe-  
riculum mortis, sed etiam diuinum cōmunionis  
præter articulū vel periculum mortis per se ali-  
quando vagè obligabat: ergo etiam hoc modifica-  
tur præcepto Eccles. ut determinato tempore obliget.

75.  
Confir. 1.

2. Etiam præceptum sacræ Synaxis est virtualiter  
negatiuum, includens negationē de ea nō dif-  
ferenda ultra annum, ex verbis præcepti: *Suscipiēs  
ad minus in Pascha Eucharistia: & clariū Triden-*  
*teff. 13. can. 9.* Teneri fideles singulis annis, saltē in  
Paschate ad cōmunionē iuxta præceptū S. Ma-  
tthias Ecclesie. Quibus verbis significat, nō posse fi-  
deles ultra annū præceptum cōmunionis differre.

Tom. VII. De Sacramentis.

Ad fund. oppositæ, nego, susceptionem Euchar.  
præcipi paschate solidū ob celebritatem temporis; Ad fundam.  
sed etiā & præcipi ob præceptum Christi, quod  
independenter à tempore paschali fideles obligat.  
Cæterū Ecclesia præcepto suo trumq; cōunxit,  
& obligationē præcepti diuini, & temporis, quo  
fuit hoc sacram. institutū, venerationē. Ad confir.  
*Sotis,* nego, hominem nō teneri ad sumendum nu-  
trimentū vitæ spiritualis per Euchar. Nēc refert  
quid sacramentū pœnit. conferat vitam, Euchar.  
augmentum tantum vitæ: cūm non minūs ad hoc,  
quā ad illud teneamur præcepto diuino. Nam Eu-  
charistia vitam cōseruat, ad id potiss. instituta: ec  
homo minūs indiget conservatione vitæ, quam  
restitutio eiusd. De confessione facienda in ar-  
ticulo, vel periculo mortis, purat *Henrig. li. 4. c. 4.*  
n. 5. Si quis eo tempore neglexit confiteri, etiā cō-  
tritionem elicuerit, teneri quam primum confite-  
ri, non secus ac qui confiteri neglexit intra annū.

Oppositorum probabilius est: quia eo articulo hoc  
præceptum solū obligat propter periculum non  
implendi: ipsum amplius in hac vita; nec non ra-  
tione charitatis; quā quisq; debet erga se habere:  
cessante autem articulo mortis, cessat hoc pericu-  
lum: ergo & præceptum. Dicēs. Ideò qui non  
confiteretur intra annum, tenetur statim initio seq.  
quia hoc præceptum obligat iure diuino, quod nō  
exspirat elapsu anno: sed etiam obligat iure diu-  
no articulo mortis: ergo neque articulo cessante  
exspirat. Negocausale antec. sed quia obligat sim-  
pliciter ad reconciliandum hominē cum Deo, eiq;  
pro illatis offensis satisficiendum. Quæ obligatio  
magis crescit, quod tardius ad confessio nem accedi-  
mus. Nam cū iuris divini sit, ut aliquibus tempo-  
ribus extra articulū, & periculum mortis illa  
præstetur; & hæc tempora sint ab Ecclesia deter-  
minata singulis quibusque annis, elapsu anno, rā-  
tum abest, ut eorum obligatio extinguitur, si nō  
seruentur, ut potius magis crescat, cūm annus nō  
sit assignatus ut terminus obligationis, sed ut ter-  
minus negationis ulterioris prolongationis. In ar-  
ticulo vero mortis confessio, eademq; ratio est de  
communione, non obligat propter reconciliationē &  
satisfactionem simpliciter; sed propter pe-  
riculum, nō ingruente morte, hæc non valeamus  
amplius in hac vita adimplere: quo periculo cessā-  
te, cessant hæc obligare hoc præcisō nomine;  
quamquam obligare possunt sub titulo annua  
confessionis, vel communionis.

Inferrur 1. Si quis intra annum, propter inopiā  
confessoris, confiteri nō potuit, teneri initio se-  
quentis, cū primū copiam nanciscitur. Nec sufficit,  
quod loco sacræ confess. actum contritionis  
elicuit: nam hæc in lege Euang. non supplet præ-  
ceptū confess. sed potius hoc supplet præceptum  
contritionis. Quo fit, ut confessio nō iustificet in  
voto contritionis; sed potius contritio voto confess.  
vt *Triden. eff. 14 cap. 4.* Inferrur 2. teneri ad  
idem eum, qui vel malitiā confessoris, vel quo-  
cunque alio defēctu, etiam non culpabili, sacram.  
confessionē nō suscepit. Nā licet ignorantia ex-  
culer, ne peccet ignoranter confessionem omit-  
tens; non tamen excusat, si postea aduertens præ-  
ceptum confess. nō adimpleat. 3. Non teneri ini-  
tio anni seq. confiteri peccata, quæ vel ex inculpa-  
bili obliuione, vel ex iusta causa omisit in cōfess.  
anni præced. sed posse illa vsque ad sequente dif-  
ferte. Quia hic satisfecit præcepto annua confess.  
illam validē faciendo. Dices, *præced. seq. d. ocui,*  
quemque fidelē teneri ad confitenda omnia pec-  
cata, quæ intra annū omisit: at neq; innincibilitet  
oblita, neq; ex iusta causa omissa, sūt per confess.

S

anni

77.  
Ad fundam.  
fiss. per rati-  
mortis, 702  
temporibus extra  
articulū  
institutū si-  
cōfess. 703  
78.  
Ad confir.  
79.  
Omittit. 78.  
fiss. per rati-  
mortis, 702  
temporibus extra  
articulū  
institutū si-  
cōfess. 703  
80.  
cōfess. 703  
Car præcep-  
tum anni  
confess. intra  
annū: nō  
impli. 702  
tim obligat  
institutū si-  
cōfess. 703  
Cur confes-  
sionē  
ar. articulū or-  
us obligat.  
Corollaria  
711a.

anni præced. clauibus subiecta: ergo tenemur illa initio sequentis clauibus subiçere. Resp. neg. conseq. nam solum tenemur confiteri omnia peccata, quæ mortaliter iuxta leges validæ confess. confiteri possumus.

<sup>35.</sup> An semper nouo peccato peccet, qui aduersens se ad præceptum confess. teneri, nō implet. Affirmat aliqui: præsertim si hæc est interrupti multiplicentur: quia sicut qui est in mora restitutionis, semper peccat nouo peccato, quoties aduerit se posse restituere, & nō restituit: ita qui est in mora implendi præceptū, & non adimplet. Negant *Vahlen*, disp. 7. q. 9. p. 4. fine, *Layman tract. 6. ca. 5. nn. 9.* *Diana tract. 4. de sacra. Resol. 135. &c.* Dico, posterior sent. est probabilis, & in cōscientia tutâ solâ authoritate: iuxta quam non tenetur pœnitens, se accusare de vicibus, quibus cōmoditatatem naçus confitendi non est confessus: Prior, verò probabilius spectat à ratione; ita *Bonac. apud Diana. cit. & docere videntur Vafq. 3. p. qu. 9. art. 3. dub. 2. nn. 8. & Coninck. disp. 5. dub. 8. ad 2. dum eodem modo aiuat de hoc peccato, ac de peccato non restituendi, quod ipsa continuatione omissionis aggrauatur; & per vices interruptū numero multiplicatur.*

<sup>36.</sup> An qui confessionem anni præced. omisit, possit per confessionem anni subseq. utrique præcepto satisfacere, & præced. elaphi, & subseq. inchoati. Negat *Suarez*, disp. 36. scđ. 4. n. 5. *Nugnez* 3. p. 10. 2. qu. 6. art. 5. diff. 7. *Coninck cit. concl. 2. Qua sent. probabilius;* & constat ex consuetudine Ecclesie, quæ huiusmodi confessionem exigit ut spectatè ad annum præced. nisi, ut recte *Coninck*, cōfessio differatur propè finem sequētis: nam tunc mortaliter nō censetur amplius pertinere ad annum præced. sed ad subseq. An qui in paschate legitimè impeditus sacram cōmunionem distulit usque ad Pentecostem, possit etiam cum cōmunione maioris cōmoditatis causâ differre confessionē præcedētis anni? Affirmat *Layman tract. 6. de sacram. pœnit. cap. 5. num. 10.* Addit tamen, si hic nouum mortale eo anno committeret, obligari ad nouam cōfess. faciendā pro illo anno. Quæ sent. probabilius.

*An aliquando teneatur pœnitens tempus confessio- nis anticipare?*

<sup>37.</sup> *P RIMA* sent. negat teneri, saltem quando pœnitens non est causa voluntaria talis impedimenti: ita nonnulli recen. apud *Henrig. lib. 4. cap. 4. n. 7.* & in tex. sub lit. N: quia cum talis defec̄tus non sit voluntarius pœnitenti, non poterit illi ad culpam imputari. Confirm. ad Ecclesiam, non ad pœnitentem spectat, prouidere de sufficientibus ministris, ut suo tempore sacramenta dispensent.

<sup>38.</sup> *SECVNDA* communis omniū tam antiq. *Schol. in 4. dist. 17. quā recen.* affirmat. quia quando præceptum habet certam temporis latitudinē, intra quā obligat, tenemur, si non possumus intra unā partem temporis, intra aliā illud adimplere. Sed præceptum confess. habet totam latitudinē anni temporis, intra quam obligat: ergo qui nō potest unā parte anni, tenetur aliā illud implere. Maior prob. 1. vt quia officiū diuinum obligat intra diem naturalem, teneat quando non possum unā parte diei, aliā illud recitare. Quia sacram obligat intra totū tempus, quod est inter aurorā, & meridiē, teneat quando non possum horā 10. vel 11. illud audire, anticipate horam 4. vel 5. quā illud audire possum. quia votū ieiunandi semel in mense obligat intra totum mensem, teneat, quando unā die illud seruare nō possum, aliā implere. Igitur, quia præceptum cōfess. obligat intra totum spatiū anni, teneat, quando illud seruare non possum unā parte

anni, implere aliā. 2. Ideo à legislatore certa tem- 91. poris latitudo ad præceptum implēdū, assigna. <sup>Prob. 4. 14.</sup> tur, ut toto tempore collectiū sumpto subditus sit obligatus ad illud implēdū. ergo si toto anno collectiū sumpto fidelis habet commoditatē cōfitendi, tenetur intra totum annum collectiū sumptum confiteri. Sed qui unā parte anni habet copiam confessarij, etiam si non habeat aliā, habet commoditatē confitendi intra totum annum collectiū sumptum à legislatore assignatū pro præcepto implendo: ergo tenetur intra eam partem anni præceptū implere. Nam licet liberū sit subdito, quāvis assignati temporis parte præceptum exequi, quando quāvis parte habet commoditatē illud exequendi: non est tamen ei liberum, determinare sibi certam temporis partem, quā, si non possit præceptū seruare, nō teneat aliā temporis parte, quā ex quo illud seruare potest. Nā legislator intēdit, suā lege subditos obligare cōtō eo tempore, quo potest lex seruari. Infertur: qui habens casum reseruatum, præuidet sibi defuturū idoneū confessorem, qui possit illum à tali casu absoluere, tenetur præuenire tempus. ut per idoneum abs. lui possit. Et qui ob impotentiam præuidet se non posse præscripto tempore suo creditori soluere, tenetur anticipare tempus, quando potens est ad soluendum, & qui intra mensem, vel annum voluit ieiunium, sacram, peregrinationem, vel aliquid simile, si circa finem mensis, vel anni præuidet futurum impedimentum, quo minus hæc adimplere possit, tenetur anticipare tempus quo hæc implere valeat. Difficultas est: an idem sit dicendum de præcepto communionis in paschate. Negant aliqui, eo quod hoc sit addictum temporis paschali, nō secus ac sacram, vel ieiuniū diei festo, vel perwigilio. Sed cohærentius dico, etiam tempus paschale communionis præueniendum, si probabilit̄ præuideatur, defutura eo tempore cōmunionis opportunitas. Quia, ut suprā, hoc sacram. non est tempore paschali præceptum solū ob venerationē temporis; sed maximè propter Christi præceptum, quo aliquoties in vita, non minus quam præcepto confessionis, voluit fideles obligari. Vnde sicut Ecclesia vagam illam & indeterminatam obligationē, quam sacra. pœnit. ex præcepto diuino habebat suo præcepto determinavit ad annum tempus: ita vagam quoq; & indeterminatam obligationē, quā Eucharistia ex præcepto Christi habebat, ad tempus paschale determinavit propter memoriam, quā hoc tempore fuit hoc sacramentum institutum.

<sup>39.</sup> An tam hoc sacramentum pœnit. quā Euchar. obliget nos ad præueniēdam earum susceptionē, quando præuidetur, probabiliter defutura copia horum sacram. articulo mortis. Ratio dub. hæc sacra. obligant hoc tempore propter peculiares rationes, quæ non militant extra hoc tempus: pœnitentia obligat articulo mortis ob periculū exter- 94. na damnationis; Eucharistia, ut è tanquam via- tico ex hac vita discedentes muniamur: hæc autem rationes cessant extra mortis articulum. Ergo.

<sup>40.</sup> Confirm. 1. suprā docui, si articulo mortis non impleui præceptū confess. (eadem ratio est de cō- munione) non teneat, cessante articulo, illud im- plere: eo quod cessant rationes, propter quas hæc sacra tali articulo obligabant, ergo neque teneat hæc eadem anticipato implere, si articulo mortis præuideo futurum impedimentū, ob eand. ratio- nem. 2. Si Extrema-vnatio esset sub præcepto, uti pœnitentia, & Eucharistia, nō teneret illa antici- pato suscipere ante infirmitatem, si probabilit̄ præuideatur, illa defutura tempore infirmitatis: sc. 95. Confir. 2. Confir. 2. 96.

*Tres diff. 1. Resolutio.*

*Diff. 2.*

*3. Diff.*

*Negat.*

*Fundam.*

*Confir.*

*Inductio.*

97.  
Confir. 3.Hic non ob-  
stat.98.  
Communi-  
catio.  
Fundam.

99.

Sacrum non  
obligat nisi  
in cultu dei-  
fisi.100.  
Confir.101.  
a parvitate  
Euchar.102.  
Adoratione  
dub. ad 1.  
Confir.103.  
Ad 2. confir.  
Sacramen-  
tum est  
infirmorum  
solus conseq.  
Nam Extrema. vn&atio. est instituta  
vbi assignatur finis huius sacram. Infirmatur quis  
in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super  
solus proper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Vnde &  
infirmos.

quia hoc sacram. est institutu propter peculiares effectus, quos tempore infirmitatis confert. infirmo: sed etiā Eucharistia obligat in articulo mortis ob peculiares effectus, quos vt cælesti viaticu confert viatori ex hac vita migranti, &c. 3. Si tenerer Eucharistiam per modum viatici ante infirmitatem anticipato suscipere, possem etiā sanus illa non ieiunus suscipere, sicut possum ipso tempore infirmitatis. Quia: preceptum retrotrahitur ad aliud tempus cum ijs conditionibus, cum quibus seruari debebat tempore proprio. Dico, tenet si fideles anticipare susceptione horum sacra. quando probabilitate præuidetur defutura copia ipsorum in articulo, vel periculo mortis. Fundam. ideò hæc sacra. in articulo, vel periculo mortis obligat, quia regentur fideles, antequam ex hæc vita discedant pœnitentiam de suis peccatis, quorum conscientia habent, agere, & Eucharistia sumere. Ergo si hæc præstare non possunt in ipso articulo, vel periculo mortis ob inopiam sacram. & ministrorum, tenentur ea anticipato suscipere. Nam etiam ea anticipato suscipiens, adimpleret preceptum de susceptione ante discessum ex hac vita: ergo tenemur illa anticipare; nam semper tenemur preceptum seruare, quamdiu obligat, & seruari potest.

Rogas, cur non teneantur præuenire sacru alio die quando præuidemus illud defuturū die festo? Resp. quia sacram nō obligat, nisi in cultum ealis diei, quæ ratio non militat alijs diebus: Sacramētum Pœnit. & Euchar. obligant articulo mortis, ne ex hac vita sine his sacra. discedamus; quæ ratio militat etiam ante mortis articulum quando mortis articulo ea suscipere non possumus. Confir. Sacmentum pœnit. obligat fideles, vt antequam ex hac vita discedant, omnia mortalia, nunquam confessi, subiiciant clavibus: ergo præuidentes defuturam in articulo mortis copiam confessarij tenentur anticipato ea clavibus subiucere: cū post mortem ad id non supersit tempus. Similiter Eucharistia fideles obligat, ne ex hac vita discedant absq; hoc cælesti viatico: ergo præudentes defuturam hoc sacram. articulo mortis, tenentur illud anticipato suscipere. Nam id est obligat articulo mortis, quia post mortem nō possumus huic precepto satisfacere: sed si præuideatur post hanc diem, vel hebdomadam, aut mensem defuturū hoc sacram. toto tempore vitæ, non superest aliud tempus; quo possumus hæc vitæ huic precepto satisfacere: ergo tenemur tunc præuenire articulum mortis, vt precepto satisfaciamus, de non discedendo ex hac vita absq; huius sacra. susceptione.

Pater ad rationem dub. ad 1. confir. neg. cōseq. nam cessante articulo, vel periculo mortis, superest aliud tempus, quo possumus hic preceptis, antequam ex hac vita discedamus, satisfacere. At vero si post hoc tempus defutura nobis est copia horum sacram. ipso articulo mortis, non relinquitur aliud tempus, quo hæc precepta ante vitæ discessum implete valeamus. Ad 2. confir. neg. probabilitate vlt. Nugnez 3 p. 10. 2. qu. 6. fine, Coninck disp. 5. dub. 9. nu. 71. Fagun. de 2. precep. Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 5. pro quâ citantur multi, qui tamen solùm dicunt, per talen confessi. non satisfici præcepto de semel in anno confitendo, non dicunt incurri pœnas. Vnde Nauar. in sum. cap. 10. n. 4. negat, per talen confessi. satisfici præcepto: an incurratur etiā excommunicati, non determinat, sed aliud remittit.

propter infirmos. Ad 3. confir. 1. nego sequel. nō .n. est necesse, vt præceptum Eucharistia retro- trahatur cum omnibus ijs conditionibus, cū quibus adimpleri potest articulo mortis: quia eo articulo permittrit Ecclesia ob infirmi debilitatem, vt possit hoc sacram. non ieiunus sumere: quæ ratio non militat ex ea illum. Vnde damnatus morte tenetur, si potest, ieiunus communicari. 2. Dico, si quis præueniendo articulum mortis non potest ieiunus communicare, renetur cōmunicare non ieiunus: quia tunc præceptum de cōmunicando ante discessum ex hac vita præualet præcepto de cōmunicando, cū quis ieiunus est. Ad fundam. primæ, nego, talem defectum non imputatum iri pœnitenti, dum potest, & nō confitetur initio anni, si reliquo tempore probabilitate præuideat futuram inopiam confessarij: quia intra totum illud tempus collectiū sumptu sumpsum tenetur satisfacere præcepto; nō mindus, quæm imputatur omissione sacri ei, qui præuidens futurum impedimentū toto tempore post auroram, illud, cū posset, tempore auroræ non audiret. Nec defectus ministrorum excusat: nam sufficit, vt sit copia in aliqua parte temporis, intra quod præceptum obligat. Sicut non excusat à sacro, si inter auroram, & meridiem nō sit nisi unum in ipsa aurora; quod cōmodè audiiri posset.

*An sit aliqua pœna contra transgressores huīns præcepti statuta, & an illa incurrit per factam confessionem?*

Q Voad i. non est alia pœna iure cōmuni statuta, quæm in cap. Omnis utriusque sexus; ut vi- 105. nens ab ingressu Ecclesia arceatur, & moriens Chri- cōmuni pœ- stiana careat sepultura. Quæ tamē pœna ante Iu- nam incur- dicis sententiam nō incurrit, ex cōmuni. So- gressores hu- let autē in aliquibus Episcopatibus imponi pœ- sis præcepti. na excommunicationis ipso facto incurrit: quo casu non requiritur Iudicis sententia, sed eo ipso, quod hoc præceptum violatur, incurrit: vt cōstat de pœna excommunicationis impositâ hæreticis, quæ statim absque villa Iudicis sententia incurrit, hoc ipso, quod signo externo interna hæresis manifestatur. Quia cū hæc pœna consistat in priuatione participationis bonorum spiritu- lium, in qua Ecclesia plenam habet potestatem, poterit illam præceptorum Eccles. transgressori- bus imponere, etiam ante Iudicis sententiam incurrit. Dubitat: an pœna, de quâ mentio fit in cit. cap. Omnis, sit propter transgressores præcepti confessionis tantum, an cōmunionis tantum, an veriusque simul. Resp. ex cōmuni sent. esse propter transgressores aliter trius tantum: nā non solū qui verumque, sed etiā qui alterum tantum præceptu violavit, est reus pœnæ, & in eum potest per Iudicis sententiam comminata pœna ferri.

Quoad 2. est 1. sent. affirmans Suarez disp. 36. sent. vlt. Nugnez 3 p. 10. 2. qu. 6. fine, Coninck disp. 5. dub. 9. nu. 71. Fagun. de 2. precep. Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 5. pro quâ citantur multi, qui tamen solūm dicunt, per talen confessi. non satisfici præcepto de semel in anno confitendo, non dicunt incurri pœnas. Vnde Nauar. in sum. cap. 10. n. 4. negat, per talen confessi. satisfici præcepto: an incurratur etiā excommunicati, non determinat, sed aliud remittit.

Fundam. Ecclesia omnes eos actus punire potest in quos potestatem habet; etiā internos, qui principia sunt externorū. Igitur præcipiendo sacram. confessi. externam, cū illa simul præcipit actus internos vt principia externæ, ergo censuris & pœnis externis punire potest illos, qui tales actus in-

ternos ut principia confessi exterrnū non adhibet. Confirm. qui signo externo quantumvis occulto hæresim manifestat, statim excommunicationē incurrit: similiter, qui sub pœna excommunicatio iussus esset Baptismū ministrare, si debitam intentionē non adhiberet, etiam si omnia exterrna adhiberet, latam excommunicatio incurret: ergo etiam qui vel non integrē, vel sine dolore interno cōfiteretur.

**SECUNDĀ** negat: *Alen. 4.p. qu. 77. m. 5. art. 7. ad obiect. Palud. in 4. dist. 17. q. 7. Sylvest. verb. Confessio, qu. 4. & alij antiquiores, quos ex recent. sequuntur Melch. *Canus in Releff. de pœnit. p. 5. Vasq. 3 p. qu. 92. art. 3. dub. 5. nn. 6. &c.* quam probabilem center Fagun. pro contrariā cīratus.*

Dico, h̄c, qui vel sine interiori dolore, vel peccata merē interna, non confiteretur, præcepto de semel in anno confitendo nō satisfaceret; non tamē incurret pœnas transgressoribus impositas. Primū constat ex selt. 2. quia hoc præceptum est modificatio diuini: ergo qui non satisfacit diuino per Ecclesiā modificato, nec satisfacit Ecclesiastico: quod aliud sacramentū non præcipit, qui diuinū, idq; autoritate sibi à Christo cōmunicatā.

Quod nō incurrat pœnas prob. Ecclesia nullū actū punire potest, qui sub ipsius Iudicium cadere nō potest. Sed nec defectus interioris doloris, nec omissionis, internorū pecca. cadere potest sub iudiciū Ecclesiā: nam tales actus omitti possunt absq; vlo externo signo, quo eotū omissione deprehendi possit: at quod nō potest externo signo esse notum Ecclesiā, ab ea nō potest iudicari. Maior constat tū inductione: nam neq; mētalis hæreticus excommunicationē incurrit, nisi externo signo hæresim manifestet; neq; qui sacrū audiret absq; interna attentione, si sacri omissioni excommunicationē imposta est. Tū ratione: nam Ecclesia non nisi eos actus punire potest, qui ordinantur ad externum regimen Eccles. ad quod actus merē interni non ordinantur, cū maneant occulti intra operantem.

Respondent, Ecclesia punire posse actus internos ut principia exterrnorū: sed tam internus dolor, quam integritas interiorū peccatorum sunt principia exterrnā cōfessionis sacra. quā præcipit. Sed contrā: eos tantū actus internos punire potest, quorum commissio, vel omissione aliquo externo deprehendi possunt, ut patet in hæresi mentali, quæ nisi signo externo manifestetur, excommunicationis pœna puniri non potest. Sed neque defectus doloris interni, neque internorum peccatorum omissione, potest signo exterrnō deprehendi; ergo. Dic̄s. Sicut Ecclesia modifi-

cando per determinationem temporis præceptū diuinum, fideles obligat ad seruandū etiam diuinū: ita imponēdo pœnas ob transgressionē modificaciónis præcepti diuini, obligat ad pœnas incurreas etiam eos, qui transgrediuntur diuinum. Distingo antec. Obligat ad seruādū diuinum immediatē vi suā authoritatis, nego; consequenter & vi diuinā, quæ posito præcepto Ecclesiā, fideles obligat, concedo. Et quia Ecclesia non potest pœnas imponere, nisi ob transgressionē eius, ad quod ipsa per se vi suā authoritatis immediatē obligat, cū hoc tantū caderē possit sub iudiciū ipsius, ideo qui seruat, quod ipsa vi suā authoritatis immediatē præcipit, nō incurrit pœnas ab ipsa impositas, etiam si non seruet præceptum diuinū quoad confessionem internorum, & dolorē interiorem.

An qui ob solum defectū interioris dispositio-  
nis à confessario in confessione deprehensum, nō  
absolugetur, pœnas insurreceret. Negat *Canus*:  
quia cū talis defectus non fiat manifestus, nisi per  
testimonium confessarij, quod idoneum nō est ad

actum pœnitentis in publico foro manifestandū, non poterit is cädere sub iudicium Ecclesiā, nec proinde puniri cēluris Eccles. Affirmat *Vasquez*, quia absolutio sacra est actus exterioris, qui præcipi potest: ergo potest ipsius negatio constare, ac proinde puniri. Sed contrā: non sufficit, ut absolutionis cīratus sit actus exterior, sed præterea requiritur, ut signo idoneo possit innocentia: cū id nequeat, nec poterit ob talem defēctum pœnitens puniri.

Quod talis omissione nō possit idoneo signo cōstatare, prob. illa constare non potest, nisi testimo-  
nio confessatiij. At hoc idoneum non est, ad publi-  
candum actum pœnitentis in externo foro. Nec reſert, quod talis omissione innocentia confessarij actu aliquo externo pœnitentis: quia actus sacra confessione explicatus ob-signatur sigillo diuini secreti, nulli foro subiectus, præterquam confessio-  
nis. Sicut qui confiteretur internam hæresim absq; interiori dolore, per hanc confess. nō incur-  
teret excommunicationē hæreticis impositam: nec talis confessio esset alicui foro subiecta. Confir. ut dīp. de sigillo selt. 1. si pœnitens fidē confessus pe-  
teret à confessario schedam de confessione factā, deberet is illam dare, ne manifestari posset, quod propter peccatum fictionis nō sit absoltus. Ergo nullā viā posset talis omissione constare in publico iudicio: cū nec per confessarium, qui diuino iure tenetur omnia, quæ confessione audit, & aliquo modo ad peccata spectat, sub secreto seruare: nec per pœnitentem, cū non teneatur suum peccatum prodere: nec per negationem testimonij de ipsius confessione, cū confessarius ob periculū reuelandi peccatū fictionis teneatur eo casu testimoniuī dare. *Hū non ab  
fictib.*

Dico cum *Vasquez*, per hanc confessio-  
nē incurti pœnas Eccles. Fundam. potest talis Resolutio  
omissionis absolutionis innocentia, saltem per ne-  
gationem testimonij de ipsius confessione. Nam potest Ecclesia exigere à fidelibus testimoniuī suā cōfessionis, ut vīsus & praxis fert: At tali casu, quo pœnitens fidē confiteretur, nō teneretur confessarius dare pœnitenti testimoniuī suā cōfessionis: nam esto, quando periculum foret, ne fictio in cōfessione manifestata reuelaretur, deberet testimonium dari (quod aliqui probabiliter negat, ut ibid.) quia tamen hoc non nisi rarissimē accidit, sc. quando notum est iudici Eccles. cui ostendendum est testimonium confessionis, quod talis sit tali confessus; simpliciter dico, permissionē vali-  
dā cōfessionis innocentia: ac proinde posse hos tales pœnitentes puniri. Ex his ad rationes: licet talis absolu. omissione non possit per confessore in-  
nocentia, poterit mediare per negationē huiuste-  
stim. annūs confess. quod tenetur pœnitēs, posse præcepto, iudici ostendere. Ad confir. ad summū  
eo casu debet testimonium confessionis fictas cō-  
fidenti dari, quando notum esset iudici, cui ostendendum esset testimonium, quod talis esset tali confessus: qui casus, cū sit rarissimus cōmu-  
nem legem non infringit. Ad fundam. primē pa-  
tet. Confirmatio quoad 1. exemplum nostram po-  
tius confirmat sent. nam externo signo suā hæ-  
resim manifestans, excommunicationē incurrit,  
quia tale signum est per se idoneum ad illam in-  
publico iudicio probandam: cuiusmodi non est  
omissionis actus merē interni. Secundum est falsum:  
quia cū omissione talis intentionis sit merē interna, non potest cadere sub iudicium Ecclesiā. Sicut nec possit ipsa excommunicare eos, qui in sacro audiendo non haberent internam attentionem.

Finis tract. de Pœnitentia.

110.  
2. Sens.

111.  
P. o. explica-  
tione illius.

112.  
Prob.

Inductio.

Ratio.

113.  
Refellitur.  
adversario-  
rum respon-  
sio.

114.  
Dices.

Reſp.

115.  
Difficultas  
maiior.

*Affirma-  
tive.*

*Contra-  
dictio.*

*Contra-  
dictio.*

*Contra-  
dictio.*

*Hū non ab  
fictib.*

*difficulans*

*Resolutio*

*118.*

*Ad rationes  
in opposit  
partes.*

*Ad confir.*

*119.*

*Ad fundam. 1.*

# DISPUTATIO XIX.

## De sacramento Extremæ-vnctionis.

**H**VNC ordinem servant Concilia Floren. in litteris unionis, & Triden. sess. 14. ut statim post sacram. Poenit. agant de sacramento Extremæ-vnctionis: & Triden. ibid. vii testatur, hoc sacram. non modò est sacramenti Poenit. completiuum, quia sicut illud peccata, ita hoc peccatorum reliquias abstergit: Sed & totius Christiane vite, quæ perpetua penitentia est, consummatum existimatum est à Patribus. Item ex quinque sacram. que ad singulas dumtaxat personas pertinent, hoc est ultimum, quod proprietà extrellum, seu ex eundem sacramentum nuncupatur; quia non datur nisi proximè ex hac viti migraturis: Matrimonium vero & Ordò non tam ad singulas personas, quam ad totam communitatem spectant; illud ad corporalem, hoc ad spiritualem propagationem generis humani. De Extremâ-vnctione disputant Schol. cum Magist. in 4. dist. 23. & plura, breuiter quæro, rotidem sectionibus distincta.

### SECTIO I.

#### An Extrema-vnctio sit verum Sacramentum?

**N**Egant Luthe. lib. de captiu. Babyl. ita in hoc sacram. inuestigatur: Si unquam, in Extremâ-vnctione nunc precipue deliratum est. Figmentum est, ex bac Apostoli sententia, si quis infirmatur &c. A nobis oportere hominem vngl. cum non sacramentum, sed figmentum sit. Et Caluin. lib. 4. Inst. cap. 19. Volens hanc vñctionem ad solam gratiam curationum pertinuisse, quæ tantum duravit tempore Apost. Eund. errorem VV Aldens. 10. 2. de Sacram. cap. 16. 3. tribuit VV Vicleff. in cuius tamen 45. errorib. in Conc. Constan. sess. 8. notatis, hic non legitur: sicut nec in erroribus Huss. discipuli VV Vicleff. in eod. sess. 15. descriptis. Quanquam, ut refert Bellar, de Extrema-vnct. cap. i. hunc errorem VV Vicleffus insinuat in 4. lib. Trialog. cap. 25. vbi negat, hoc sacram. fuisse à Christo, vel ab Apostolis institutum. Eand. hæresim docuerunt VV Aldenses, & Alligen. Potissimum fund. quia nullus est Scripturæ locus, ex quo hoc sacram. efficaciter colligatur. Confir. 1. nulla de hoc sacram. fit apud antiquos Patres mentio. 2. Hoc sacram. ponitur non tantum ut causatiuum salutis animæ, sed etiam corporis: sed non semper causat salutem corporis, ut in plerisque constat, qui hoc sacram. suscepto non convalecunt. Igitur non est verum sacram. quia verum sacram. ex promissione Christi infallibiliter confert suum effectum obtemponi non ponenti. Nec refert, quod salus corporis sit effectus secundarius huius sacram. nam etiam secundarios sacramenta infallibiliter conferunt, cum verumque effectum continet ex diuinâ pro-

missione, quæ frustrari non potest. 3. In quolibet sacram. ut constat ex 10. 7. est res tantum, sacramentum tantum, res & sacram. simul: sed in hoc non potest assignari id, quod est res & sacramentum simul: igitur.

Fides autem Catholica est Extremam-vnctionem esse verum & proprium sacram. Quam veritatem expressè definit Concilium Floren. in Decreto de unione Arme. vbi assignat materiam, formam, proximum subiectū, effectus, & ministrum Catholica huius lacram. & Triden. sess. 14. cap. & can. i. In

quo sub poenâ anathematis damnat, qui dixerit, Extremam-vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo institutum. Prob. ex Marci 6.

vbi de Discipulis ad concionandum à Christo missis, dicitur, quod vngabant oleo multos agros, & sanabant. Iacobi vlt. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, unctiones cum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Richardus in 4. dist. 2. art. 1. q. 3. Alphons. à Castro lib. 14. aduer. heresies verb. Extrema-vnctio, Pet. Soto lell. 1. de Extrema-vnct. Maldona. in 6. cap. Marci. Nugaez 3. p. 10. 2. q. 2. 9. art. 3. diffic. 2. & alij putant, hoc sacram. sufficienter probari testimonio Marci, interim non tiegantes, probari etiam Iacobi. Vnde consequenter docent, hoc sacramentum fuisse institutum ante resurrectionem Christi.

Probant 1. hoc indicat Triden. sess. 14. cap. i. dum ait, hoc sacram. fuisse apud Marcum insinuatū, probant per Jacobum commendatum, & promulgatum. Porro hoc sacram. insinuari idem significat, quod ex ipsius vsu, cuius hoc loco sit mentio, eius institutionem subindicari. Nam insinuari propriè est, ex uno aliud significari. ergo ex ipsius vsu hic significatur eius institutione, cum non possit aliud ex eius vsu distinctum significari, quam ipsius institutione. 2. Hac vñctione vrebantur Apostoli ex præscripto Christi, non tantum ad salutem cor. potum; sed precipue ad salutem animorum: nam verosimile non est, hanc vñctionem infirmis adhibitat fuisse ex mero arbitrio Apost. quia cum debuisset tam miraculosos effectus cauare, debuisset supernaturale vim accipere ab ipso Christo: Quod non obscurè in hunc locum indicat Hierony. Mitisuntur deinde 12. Apostoli, & datur eis potestas precepta docendi, ut comiteatur verbum simul, & factum: & cum promissis inuisibilibus visibilis virtutes micente, & cum vngabant oleo agros in firmorum fidei virtute corroborant. Item salus corporis dirigebatur ad salutem animæ, quæ potissimum sanum per hæc miracula à Christo intendebatur. Vnde communis Patrum & Theol. sent. est, Christus nullum sanasse in corpore, quin etiam sanaret in animâ, ut constat ex infirmo à Christo sanato in probatica piscinâ Ioan. 5. cui post sanitatem corporis restitutam, Ecce, inquit Christus, sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi contineo.

comingat. Idem constat ex cœco illuminato *Ioan.* 9. quem postquam Christus corporaliter illuminauit in oculis, spiritualiter illuminauit in animo, dum illum induxit ad credendum in filium Dei, & ex paralytico sanato apud *Matt.* 9. At illa uñctio habebat omnia, quæ ad veram sacramenti naturam requiruntur: erat externæ cæremonia ex determinata materiâ & formâ constans, quam licet Euang. distinetè non exprimat, illam tamen supponit: præterea, quod ad sacram. est maxime necessarium, habebat infallibiliter apñexam ex diuinâ promissione salutem animi, quæ per uñctionem Apost. infallibiliter ægris conferebatur: nam si per illam infallibiliter conferebatur salus corporis, ut ex cit. loco colligunt interpretes; quæto magis per eandem infallibiliter conferebatur salus animi, propter quā dabatur salus corporis.

Hæc sent. probabilis est: probabilius tamen est opposita, quæ negat ex hoc loco sufficienter hoc sacram. probari: quam docent Ruardus in explic. art. 12. *Iansenius in cit. locum Marci*, *Sotus in 4. dist. 23. q. 1. art. 1. post 1. concl. Bellar. lib. de Extrema- Vnct. cap. 2. Henrig. lib. 3. de sacram. cap. 7. n. 3. Sna-rez disp. 39. sol. 1. Valen. disp. 8. q. 1. pñ: 1. Coninck disp. 19. dub. 1. ad 6. argu. & alij. 1. Quia cū hoc sacram. ut *Trident.* ex sent. Patrum docuit, sit cōsummatiuum sacram. Pœnit. utrumque enim est per se institutum ad peccatorum remissionem, & hoc eod. teste *seff. 14. cap. 1.* à Christo institutum sit post suam resurrectionem, *Joan.* 20. idem dicendum erit de Extrema-Vnctione. 2. Uñctio illa, qua *Marci* 6. Apostoli vrebatur ad ægros sanandos, indiscriminatim applicabatur omnibus, tam fidelibus, quam infidelibus, quin præcipue instituta fuisse videatur propter infideles, vi hi per miracula, quæ experiebantur in corpore, conuerterentur ad fidem: cū tamē hoc sacram. nequeat, nisi solis fidelibus Baptizatis ministrari, teste *Innocent. I. infracit.* Et quamvis potuerit Christus ut author sacram. disp̄lare, ut initio hoc sacram. non solum ministraretur ab Apostolis nondum Sacerdotibus consecratis, sed etiam confertetur infidelibus, nondum Baptismali charactere insigntis; nulla tamen est ratio hanc dispensationē afferendi: præsertim cū cit. locus non vrgeat, ut necessario intelligi debet de uñctione sacrâ. Confir. tam *Florent.* & *Triden.* quam *Innocent. I. & 3. ac plerique Patres infrā ad probandum hoc sacram.* utuntur solo testimonio *Jacobi.**

Ad 1. argum. oppositæ, dico, idem esse apud Concilium, hoc sacram. fuisse apud *Marcum* insinuatum, ac adumbratum, seu figuratum, eo modo, quo dicitur Baptismus Christi fuisse insinuatum in Baptismo Ioannis; qui hic fuit umbra, & figura illius. Ad 2. concedo, hæc uñctione vñsque fuisse Apostolos ex præscripto Christi, non tamē per modum sacram. certa materia & forma constantis, ad animos immediate sanificandos; sed immediate tantum ad fidem excitandam, ex qua paulatim per iustificationem peccatorum ad Deum conuerterentur: ad quam dirigebantur omnia miracula, quæ Christus tam per seipsum, quam per Apostolos operabatur. Nec aliud probat cit. *Hieron.* Ad aliam partem, concedo, sanitatem illam corporum ordinatam fuisse ad sanitatem animæ, non immediate, sed mediata. Immediate autem ordinabatur ad causandam eidem tam credibilitatis circa mysteria fidei. Nego, uñctionem illam habuisse infallibilem promissionem sanitatis animæ: ad summum habuit infallibilem promissionem sanitatis corporis, ad protestandam

veritatem fidei circa mysterium Incarnationis, & aduentum veri Messias.

Efficax igitur est testimonium *Jacobi*, quo tantum, ut supra, utuntur *Floren.* & *Triden.* ac plerique Patres hoc pacto: Hæc verba Apostoli continent omnia, quæ ad essentiam veri sacram. sunt necessaria: requiritur n. & sufficit symbolum exterrnum stabile, certa materia, & forma constans, infallibilem promissionem habens gratiæ sancti-suscitantis. Hæc est ipsa sacramenti definitio, quam nec heretici, ut *Bellar.* cit. loco cap. 2. negare au-

dent. at uñctio Olei, & oratio Presbyteri facta super iñfirmum, est symbolum exterrnum, certa materia, & forma constans. Alleuiatio infirmi est gratia infirmum adiuuans ad molestias morbi, tentationesque peruincendas. Remissio peccatorum est gratia iustificans, qua peccatorum reliquæ absterguntur. Stabilitas huius sacram. colligitur ex modo, quo hæc ipsa ab Apost. promittuntur, sc. non ad certum tempus, sed absolute.

**Dicas:** Ut sacramenta suos effectus conseruant, non pendent à fide ministri: nam eti am si hic sit hereticus, modò intentionem habeat facieundi, quod fecit Christus, sacramentum suo effectu non frustrabitur: ut autem hæc uñctio suū effectu conferat, requirit ex sent. Apostoli fidē ministri; ex illis: *Et oratio fidei saluabit infirmum.* Igitur hæc uñctio non est sacramentum. Resp. cū *Bellar.* cit. cap. 3. per orationem fidei hic non intelligi fidem ministri iubie&iuam, sed obie&iuam: quia oratio, quam adhibet minister ad hoc sacram. conficiendum, continet verbum Dei, & mysterium fidei, quod saltem obie&iuam debet minister in mente præhabere, dum hoc sacram. ministrat.

Vérdum ut heretici facilius hoc sacram. negent, negant hanc *Jacobi* Epistolam, ex qua hoc sacram. colligitur, esse Canoniam. Sed frustrâ: cū plurimi antiqui Patres uanitati cōsensu eam ut Canonica acceptarint, quos breuitatis causa omitto: legi autem possunt tum apud *Bellar.* loco notatum apud *Henrig. lib. 3. cap. 7. in Commen. sub litera N.*

Hanc veritatem confirmat *Innocent. I. an. 402. in Epist. ad Docent. Episcop. Eugubi.* fine docēs, hoc sacram. in verbis *Jacobi* cōtentum, ministrare debere Presbyteros ægrotantibus, non quibus cunque, sed Christianis, qui tantum huiusmodi sacra. capaces sunt. Et paulo post ait, hoc non esse dandum pœnitentibus, quibus cetera sacram. negantur: *Non pœnitentibus, inquit, istud infundi non posset, quia genus est sacramenti: nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?* quo quid pro hæc veritate expellos: vnde appetet *Kemnirij* impudēria, qui dixit, hanc infirmorum uñctionem non fuisse iustitutâ à Christo, sed à Felice IV. Quod mendacium est, tum quia non nisi tres extant huius Pontificis Epistolæ, quæ habentur in 2. to. *Concil. p. 1.* in quibus ne vestigium quidem huius sacram. uñctionis: tum quia hic Pontifex sedit ann. 256.

Hanc veritatem roborat *Innocent. III. cap. Cū venisset, de sacrâ uñct. vbi docet, externam uñctionem interioris inuisibilisque uñctionis signum esse, quæ si dignè sumatur, vel agit, vel auget, quod designat: hoc est, vel producit primam gratiam,* Interpreta. *si forte illam nō inuenit propter aliquod peccatum in auctor. ex autem.*

Eiusd. sacram. uñctionis meminerunt *Chrysost.* lib. de Sacerd. August. serm. 21. de tempore, Au- Auditorium. thor de visitatione infirm. lib. 2. cap. 4. qui habetur *Pastum.* inter opera August. to. 9. Beda in 6. cap. *Marci.* Theophil. in quend. locum: vbi postquam hoc sacra. ex

5.  
Opposita  
probabilior  
ob rationem  
duplicem.

Sacramentū  
hoc est con-  
summatuū  
panit. sa-  
cram.

10.

Quibus pos-  
fit hoc sa-  
cramentum  
ministrari.  
*Innocent. I.*

11.  
44.1.

12.  
44.2.

13.

14.  
Extrema-  
vnd prob-  
testando  
S. Jacobi  
efficaciter.  
Quæ ad ef-  
fusum ve-  
ri sacramē-  
ti quis situr.

15.  
Dicas.

16.  
Extrame-  
vnd. ap-  
rius fra-  
mum. &  
ictum.

17.

18.

19.

<sup>21.</sup> ex duplice testimonio Marci, & Iacobi probauit, subdit: Est igitur Oleum & ad labores visile, & lacis fomentum, & hilaritatis effectuum, significatio misericordiam Dei, & gratiam Spiritus, per quam a labore liberamur, & lucem, ac gaudiū, hilaritatemq; spiritualē accipimus. Accedit congruentia, ob quam expediens fuit, pro moribundis hoc sacra. institui: tum ut virtute huius sacram. infirmi peculiari auxilio iuarentur ad molestias morbi patientes ferendas: tum ut fortiores fierent ad tentationes eo tempore occurrentes superandas: tum demum, ut si forte aliqua haberent peccata inuincibiliter ignorata, efficacia huius sacram. remitterentur.

<sup>22.</sup> <sup>Refellitur</sup> error berescorum. Ex dictis patet ad fundam. hæretic. Ad 1. confir. falsum est antec. ut suprà. Ad 2. Resp. hoc sacram. non ita à Conciliis, & Patribus ponit collatum salutis corporis, sicut ponit collarium salutis animi: nam huius ponit collarium absolute, illius tantum sub conditione, si fuerit expediens saluti animæ. Ad 3. Resp. 1. necessarium non esse, ut in quo quis sacram. illa tria repertiantur. 2. dico, in hoc sacram. rem tantum esse gratiam: sacramentum tantum, esse ipsam externam unctionem: rem & sacramentum simul, esse spiritualem animi hilaritatem: nam hæc & significatur ab extenso symbolo; & simul significat vltiorēm animi sanctitatem, ad quam cau sandam hæc spiritualis animi hilaritas ordinatur. Legat. Richard. in 4. dist. 23. art. 1. qu. 3. Henr. que lib. 3. cap. 9. n. 2.

## SECTIO II.

### An hoc sacramentum fuerit immediatè à Christo institutum?

<sup>24.</sup> <sup>Negant</sup> Non defuerunt Catholici, qui putarint, hoc sacra. sicut & Confirmationis fuisse ab Apostolis institutum: Hugo de S. V. iel. lib. 2. de sacra. quem secuti sunt Magister in 4. dist. 23. Aten. 4. p. 9. 8. me. 2. art. 1. Bonav. ead. dist. art. 1. q. 2. & alij. Fundam. apud nullum Euang. sit huius sacram. mentionio: nam unctione illa è gtorum, cuius meminit Marcus cap. 6. non fuit sacramentalis; sed figura tantum huius sacram. immediatè ordinata ad miracula facienda, in fidei protestationem. At probabile non est, nullum Euang. huius sacram. mentionem facturum fuisse, si illud à Christo institutum fuisse: nam sicut aliorum sacram. ita & huius mentionem facissent. Confir. cum sacramenta sint prima fundamenta, & basis, cui tota Christiana religio innititur, quam maximè debuerunt ab Evangelistis narrari.

<sup>24.</sup> <sup>Sacramentū</sup> Verum fide tenendum est, hoc sacram. fuisse à Christo immediatè institutum. Id definit Triden. Extrem. usq. suis à Christo im. mediatè in. scilicet. <sup>25.</sup> <sup>i. reb. 2. hoc</sup> <sup>vñct. 7. de Sacram. in genere can. 1. & sess. 14. de Sacra. Extrema-vñct. can. 1.</sup> in quo sub pœnâ anathematis damnat, quicunque dixerit Extremam-unctionem non esse verè & propriè sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à B. Iacobo Apostolo promulgatum. Et quamvis Concilium indefiniendā hæc veritatem nō vtatur particulâ Immediate, tamē dum ait, hoc sacram. fuisse à B. Iacobo promulgatum, ostendit, non fuisse ab ipso institutum. Nam si ab aliquo Apostolo fuisse institutum, maximè à Iacobo, qui solus in suâ Canonica huius sacram. mentionem facit. Ergo dum hunc Concilium excludit, à fortiori excludit etiā reliquos Apostolos. Prob. 2. ex ipsa remissione peccatorum, quæ

per eund. Apostol. nomine ipsius Dei huic sacram. Vñctioni promittitur: Et si in peccatiū sit, remittetur ei. Instituere autem symbolum peccatorum remissuum, est proprium Dei, qui solus ut causa principalis, & auctoritatis potest peccata remittere. Et licet potuerit Christus Apostolis facultatem concedere, ut ad quodcumque signum ab ipsis institutum, peccatorum remissionem ipse conferret, id tamen minimè decuit: tum quia id in reliquis sacram. Christus non fecit: tum quia sicut solus Christus fuit immediatus fundator Ecclesie, ita decuit, ut esset immediatus auctor omnium sacram. quæ sunt prima Ecclesie fundamenta. Confir. Si debuisset hæc potestas alicuius Apostolo concedi, potius Petro, ut supremo ac Generali Christi Vicario. At dicet quis, remissio peccatorum non esse in his verbis Apostoli precluditur promissam infallibiliter; sed tantum per modum euasio. depreciationis, sicut promittitur corporis sanitas. Sed contrà: tum quia ex modo, quo peccatorum remissio promittitur absolute, & sine ullâ conditione, aperte significatur; illam promitti infallibiliter nomine Dei: tum quia diuersa est ratio de sanitate corporis, quæ non semper expedit infirmo, sicut semper expedit salus animi, & remissio peccatorum. Vnde illa sub conditione tacite subinlecture, si infirmo expediens fuerit; hæc absolute promittitur.

At quando fuit hoc sacram. institutum? Qui hoc sacram. colligunt ex cit. Marci, se expedunt, <sup>27.</sup> Super. & dicentes; quando Apostolos ad prædicandum difficultus, misit cum potestate labandi infirmos per sacram olei unctionem, per eamque animos etiam à peccatis curandi. ita Nugne citat.

Verum, ex preced. sec. probabilis est, non fuisse hoc sacram. à Christo institutum ante suam resurrectionem. Ratio: cùm hoc sacram. supponat in ministro potestatem remittendi peccata, & in in ipsis materia cōsecrandâ Episcopalem Benedictionem, ut seq. scilicet ostendam; cumque potestem remittendi peccata Apostolis Christus contulerit post suam resurrectionem, Ioan. 20. illis verbis: Quorum remiseritis peccata &c. Satis probabile est, ante hoc tempus hoc sacram. institutum non fuisse. Confir. hoc sacram. est, Trid. test., consummatum sacramenti pœnit. igitur probabile est, vñc cum illo, & consequenter ad illud institutum fuisse. Nec refert, quod Christus potuerit hoc sacram. ante suam passionem instituire, & cum Apostolis dispensare, ut nondum Sacram. cœrdores consecrati potuissent hoc sacram. ministrare: cùm nulla cogat necessitas hanc dispensationem admittendi.

Ad fundam. oppositæ, dico, cum S. Thoma qu. 29. in addit. ad 3. par. art. 3. ad 1. non fuisse necessarium ab Euang. huius sacram. mentionem fieri: quia ab Euang. solum narrantur, quæ vel sunt ad salutem necessaria, vel ad Ecclesie dispositionem, seu distinctionem à reliquis secessis faciunt. Ecclesia autem sufficienter distinguitur per alia sacra. quæ vel sunt necessaria vnicuique ut sunt Baptismus, Euchar. pœnit. (nam de Confirmatione est esteadem ratio, ac de Extremâ-unctione) vel toti communitat, ut sacramenta Ordinis & Matrimonij. Confir. neque materia, & forma sacra. Ordinis habentur apud Euang. cùm tamen haec ut à Christo institutæ acceptentur ab Ecclesiâ. Multa quippe sunt, quæ Christus ore tenus per Apostolos tradidit Ecclesie, ut i. Act. dicitur Christus per quadraginta dies apparuisse Discipulis, & cum eis conuolens locutus fuisse de Regno Dei,

non Triumphantis tantum Ecclesie, sed potissimum militantis; instruens & studiens eos de omnibus ad Ecclesie gubernationem pertinentibus.

## SECTIO III.

Quanam sit huius sacramenti materia?

**H**oc sacram. sicut & cetera Evangelica. constare debet materiam & formam determinata, ut Floren. de omnibus nouaz legis sacram. not. loco definit, ea tribus perfici. Videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & Personâ Ministri conferens sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Catholicis indubitate est, materia remota sufficientem huius sacram.

<sup>32.</sup>  
Apud omnes  
Cathol. certum.

esse oleum oliuarum, quod & Jacobus in sua Canonica indicat, & Florent. indecreto de unione Arme. & Triden. sess. 14. cap. 1. de Extremâ Vnctione definiuit. Et licet apud B. Iacobum non exprimatur, nisi oleum, hoc tamen vi communis locutionis intelligitur oleum commune, & vsuale, quod est solum oleum oliuarum. Ut cum dicitur materia Baptismi aqua, intelligitur vi communis significationis panis triticeus, vinum ex vite, aqua elementaris, quae tantum sunt communia & usus. Vnde Floren. expresse definit, esse oleum olive.

Congruentia  
huius insti-  
tutionis.

Rationem congruentiae assignat Theophil. in 6. cap. Marci: Quia sicut, inquit, oleum & ad labores viile, & lucis fomentum, & hilaritatis est esse oleum, ita & Dei misericordiam, & gratiam sancti Spiritus, per quam a labore liberamur, & lucem & gaudium, hilaritatemque spiritualem, quam accipimus, significat. Nam proportionales effectus hoc sacram. causat in anima, quos in corpore causat oleum. 2. Certum est, simplex duntaxat oleum, sine villa mixtura alterius liquoris, esse materiam idoneam huius sacram. ex verbis Apost. in quibus sola mentio fit olei: & declarat praxis Ecclesie, quae in distinctis vasis asseruat materiam Extremæ Vnctionis, & Confirmationis, sed quod illa sit oleum simplex, hoc Balsamo mixtum. Et licet in distincto etiam vase asseruet oleum Cathecumenorum, quod etiam est simplex absque villa mixtura: id tamen facit propter distinctas benedictiones, quibus vtrumque oleum ab Episcopo consecratur, ex Pontificali Rom. Ceterum si quando Pontifices, vel Concilia materiam huius sacram. appellant chrisma, pro chrismate intelligunt simplicem Vnctionem: Chrisma enim Graecè, Latinè Vnctionem significat, à verbo χρίω, quod est vngu. Vnde in Pontificali Rom. in benedictione olei infirmorum, simplex oleum appellatur

Triplex vas  
olei in Ec-  
clesi.

Chrisma: Ut sit, inquit, chrisma tuum perfectum Domine nobis. Verum dubitatur: an saltum oleum balsamo mixtum, sit valida materia huius sacram. Negant aliqui: Dubitant alii: Affirmant alii, inter quos est Suarez disp. 40. sect. 1. nu. 10. Et Henrig. lib. 3. cap. 8. nu. 2. Quod probabilius est, modò per talem mixtionem olei natura, vel ipsius communis usus non corruptatur. Sicut. n. mixtio aquæ, vel alterius liquoris vini naturam non corruptentis, materiam calicis non tollit: ita nec mixtio balsami, alteriusve liquoris olei naturam non corruptentis, materiam Extremæ Vnctionis tollit.

34.  
Probabilius  
est oleum  
Balsamo  
mixtum esse  
validam  
huius sacra-  
materiam.

Ex quo deducitur contra Layman tract. 8. cap. 2. n. 3. in casu, in quo non possit haberis simplex oleum, posse sacerdotem ad hoc sacram. conficiendum uti Chismate, ut docet Suarez loco cit. nu. 11. sicut etiam uti potest oleo veteri, anni praecedent-

tis, si non suppetat nouum benedictum: nam utilitas quam hoc sacramentum affert infirmo, preferenda est.

35.  
13. Certum est, proximam materiam huius sacram. esse Vnctionem, quod & homen ostendit, & Iacobus in sua Epist. expressit. Vngentes eum oleo, & Florent. ac Triden. cit. definiunt. Vnde male aliqui apud Bonau. in 4. dist. 23. ar. 1. qu. 3. in corp. dixerunt, sacram. hoc consistere in oleo ab Episcopo benedicto, Vnctionemque non esse materiam. sed applicationem huius sacram. sicut comedio non est materia, sed applicatio sacram. Euchar. Ratio: hoc sacram. consistit in ipso usu & applicatione materia, non secus ac Baptismus, Confirmation, & cetera præter Euchar. quæ sola est permanens. His ut certis positis, difficultas est, an oleum, quod est materia remota huius sacram. debeat ad utilitatem huius sacramenti esse ab Episcopo benedictum?

PRIMA sent. negat, huiusmodi benedictionem esse de essentia sacram. sed tantum de præcepto: Negant be-  
dest Vittoria in sun. de sacram. Sà ver. Extrema vn-  
ctionis, in antiquâ impreff. Colon. an. 1599. quæ postea mutata est in Averne. an. 1622. De hac opini. du-  
bius est Caset. 3. p. qu. 72. art. 3. vbi tantum loquitur de materia Confirmationis. sed eadem est ratio de materia Extremæ Vnctionis. Fundam. id ex cit. loco Iacobi, in quo hoc sacram. promulgatur, non Fundam.  
colligitur: nam sola isti mentio fit olei: quidquid possit autem pertinet ad essentiam sacram. debet in sacris oraculis contineri, cum eiusdem sit sacramenta instituere, & essentialia sacram. præscribere. Nec recte aliqui hanc Episcopalem benedictionem colligunt ex illis. In nomine Domini: nam hac non importat præuiam materiæ benedictionem, sed solum designat Deum causam principalem, virtute cuius hoc sacram. operatur, ut constat de Baptismo, cuius verba In nomine Patris &c. non denotant præuiam aliquam aquæ sanctificatiōnem, sed virtutem Diuinam ut principalem causam sacramenti. Concilia, quæ oleum ab Episcopo benedictum assignant, explicati possunt Materias ex de necessitate duntaxat præcepti: ut eadem mate-  
rialis calicis assignant vinum aquâ mixtum, cum tamquam aquæ mixtio non sit de necessitate sacram. sed præcepti. Confir. si hæc benedictio materiæ Confr. requireretur, maximè requireretur in materia Eu-  
char. quæ est sacram. augustinum: At in hæc non requiritur; ergo in nullius alterius materia.

SACVnda communis, quam omnes schol. cum Magist. in 4. di. 23. docent, affirmat, Episcopi be-  
nedictionem essentialiter requiri ad naturam huius sacram. sine qua iritum est sacram. Antiquiori-  
bus consentiunt recentiores, præter duos pro-  
sent. citatos, quorum alter sententiam mirauit. Quin oppositam sent. Suarez disp. 40. sect. 1. nu. 6. Confra-  
prioris Hac  
appellat ad minimum temerariam, Nunez 3. p. sent proba-  
to. 2. qu. 29. art. 6. diff. vn. conc. 1. Forte temerariam: bilis ist  
ego à censuris abstineo, solumque affero, hanc primam.  
sententiam esse longè probabilitatem.

EFFICAX fundam. tam Floren. & Triden. dum materiam huius sacram. assignant, aiunt esse oleum ab Episcopo benedictum; quam supra citati Pontifices, & Patres, dum mentionem faciunt huius sacram. dicunt, oleum ab Episcopo consecratum esse materiam ipsius. Vnde Innocent. I. not. Epist. ad Decenti. de sacrâ vñct. loquens, solius Episcopi, ait, esse chrisma confidere. Idem testatur Innoc. III. cap. cùm venisset, de sacrâ Vñctione. Chrisma autem apud hos Pontifices, vel idego est quod oleum benedictum: vel certe eadem est ratio de chrisma-  
te ex

et ex oleo, & balsamo cōfecto, quæ materia Confirmationis. Idem habet Beda in 6. Marci: Vnde pater ab ipsis Apostolis hunc sanctam Ecclesiam morem esse traditum, ut energumenti, vel alij quilibet a groti ungansur oleo, Pontificali benedictione consecrato.

42. Ad fundam. oppositæ, dico hanc Episcopi benedictionem haberi extraditione Apostol. quam Concilia cit. supponunt: sicut nec omnium ordinum materia habetur ex scripturâ, sed ex traditione. Ceterum nego, Concilia explicari posse de solâ necessitate præcepti: cum quia distincte materiam huius sacra. contra hereticos assignant cum quia dum materialia huius sacra. assignant, in recto assignat oleum ab Episcopo benedictum. Ceterum vero, cum materialia calicis assignant in recto non assignant vinum aquâ mixtum, sed vinum, cuius inquit, Floren. modicissima aqua admisceri debet: Trid. verò sef. 22. cap. 7. exprelle ait, præceptum tantum esse Ecclesiaz, vi. Sacerdotes, aquam vino in calice offerendo miscant. Nec est eadem ratio de materialia Baptismi. & Eucharist. nam illa ob summam necessitatem, quam non habet Extrema.unctionio, non debuit esse consecrata, ne defectu consecrantis sacerpè homo priuatetur aeternâ salute: hæc vero cum consistat in ipsa materiali consecratione multo minus debuit præconsecrari: nam quæ maior consecratio, quam immediate vnit corpori, & sanguini Christi.

43. Disputat. Non leuis adhuc controvenerit. Verum super controuersiam saltem possit summus Pontifex dispensare, ut oleum à simplici Sacerdote benedictum sit apta materia huius sacra. Affirmant Henrig. lib. 3. cap. 8. nu. 2. Valen. disp. 8. qu. 1. p. 2. sub dubio assert Sotus in 4. dist. 23. qu. 1. art. 3. Probabile putat Nugnez 3. p. 10. 2. q. 29. ar. 6. diffic. vn. concl. 2. Idem colligitur ex Scoto in 4. dist. 7. qu. 1. Catt. 3. p. qu. 72. art. 3. qui, dum id affirmans de chisimata materiali Confirmationis, idem dicent de oleo materiali Extremæ. unctionis. Prob. 1. Potest summus Pontifex dispensare, ut simplex Sacerdos conferat sacram. Confirmationis, ut to. 7. disp. 13. ergo à fortiori dispensare poterit, ut simplex Sacerdos bendicat oleum infirmorum.

2. Qui potest maius, potest & minus. At potest Sacerdos hostiam consecrare, quod est maius: ergo & oleum infirmorum bendicere. 3. Potest summus Pontifex simplici Sacerdoti committere benedictionem calicis, altaris, Ecclesie, virginum; ergo & benedictionem olei infirmorum. 4. Hæc benedictio est aliquid sacramentale: qui autem potest sacramentum confidere, potest & illius sacramentale. At potest simplex Sacerdos hoc sacram. confidere; ergo.

44. Negandum. Fundam. Negand. ma. vñct. cap. 7. Suarez disp. 40. sect. 1. Coninck disp. 19. dub. 2. Layman tract. de Extremâ. vñct. cap. 2. n. 1. Fillinc. tract. 3. cap. 4. nu. 72. Nugnez, qui quamvis oppositam sent. iudicet probabilem, hanc tamen sequitur ut probabilem. Fundam. Concilia, quæ definiunt, materialia huius sacram. esse oleum ab Episcopo benedictum, simul probant, non posse ab alio, quam ab Episcopo validè benedici: Quia cum absolutè & absque illâ limitatione hoc assertunt, nullum relinquunt fundamentali contrariū opinadi. Dicere autem, quod Conilia solum definiunt materialia, quæ de sa. ex vñ, & praxi Ecclesiaz huic sacram. supponitur, est Conciliorum autoritatem eneruare ad materialia huius sacram. stabilendam. Nam pari ratione quis dicer, cdm Conilia definiunt, materialia huius sacram. esse oleum benedictum, non defini-

re materialia, quæ essentialiter ad hoc requiritur, sed quâ de facto Ecclesia vtitur: & sic tolleretur omnis benedictio ut aliquid essentialiter requisitum ex parte materiali. Conis. dum Concilia huius sacram. materialia tradunt, non dicunt, illam ordinariè esse oleum ab Episcopo benedictum, vt dicunt, cum assignant ministrum Confirmationis, sed absolute pronuntiant, esse oleum ab Episcopo benedictum: quod non leue argu. est, in 2. dispensationem cadere posse, non in primum.

Vnde ad 1. oppositæ. patet ex Confirmatione:

quia quando Concilia assignant ministrum Confirmationis, non dicunt absolute, ministrum huius.

46. Ad primum.

sacra. esse Episcopum, sed addunt ordinarium, ut si-

gnificant, extraordinarium posse esse aliud ab Episcopo.

Cum vero materialia Extremæ unctionis, non dicunt, ordinariè, sed absolute esse oleum ab Episco-

po benedictum. Præterea in ministro Confirmationis est aliquando in Ecclesia Dei dispensari, vt to.

7. in materialia Extremæ. unctionis, nunquam legitur vel in oleo non benedicto, vel benedicto tantum à simplici Sacerdote fuisse hoc sacra. confectum.

Quod autem semper fuit in Ecclesia seruatum, habeatur pro re indispensabili. Ad 2. neg. maior. Etenim in his, quæ pendent à solâ voluntate institutoris,

Quando qui hoc argu. non valeat, qui potest maius, post & mi-

nus, nisi quando minor potestas includitur in ma-

poteſt &

iori: at potestas consecrandi oleum infirmorum per se non includitur in potestate conficiendi Corpus

& Sanguinem Christi, cum sint potestates dispara-

ta, & ordinatae ad diversa munia. Ad 3. neg. con-

seq. nā quoad priora legitur aliquando fuisse dis-

persari, non quoad posterius: & quia res hæc pē-

det ex vñ, & traditione Ecclesiaz, idè quo ad

priora dicimus posse à Pontifice dispensari, quia

aliquando dispensari est: non quoad posterius;

quia in tâta temporum diuturnitate, & occurrenti occasioni varietate aliquando dispensari fuisse,

si dispelsari posset. Ad 4. neg. co. seq. vt in resp. ad

2. cū possit quis concedere potestemaiorē, & ne-

gare minorē: nisi quādo potestas minor per se in-

cluditur in maiori. Ex dictis sequitur, nullo casu ministrandū esse hoc sacra. in oleo ab Episcopo

non benedicto. Ratio: hæc benedictio essentiali-

ter requiritur, & nullo casu ministrandū est sacra.

absque aliquo essentialiter requisito. Et esto, sup-

ponatur, oleum à simplici tantum Sacerdote bene-

dictū, esse valida materia huius sacra. hoc tamen intelligit ex dispensatione summi Pontificis sine Episcopo.

quā, etiā in aduers. sent. inualida esset omnis sim-

plicis Sacerdotis benedictio.

Sed petes, quānā Episcopi benedictio require-

47. 51.

et sufficiat ad sacra. validitatē. Resp. cum cō-

Que Epis-

muni sent. non requiri benedictiōnē certo ritu,

copi bened-

& formâ verborum factâ, sed quocunque modo

requisi-

ab Episcopo fiat, validam esse ad sacra. conficien-

tiō. &

dum. Potuit enim Christus requirere benedictio-

nem ad materialia huius sacra. quoad substantiam

tantum: modum benedicendi relinquere Ecclesiaz:

idque traditione constat. Vnde speciales benedi-

ciones, quæ in Pontificali Rom. tam pro materialia

huius sacra. quam Confirmationis, nec non olei

catechumenorū assignantur, non sunt à Christo,

sed ab Ecclesia determinat. Ex quo sequitur, oleum

catechu. quod diversâ benedictione ab Episcopo

est sufficiens

consecratur, esse sufficiente materia huius sacra.

materia hu-

cū non discriminetur, nisi in diversâ benedictione ins. sacram.

oleum cate-

que non variat essentialiter materia. Quanquam id sine urgente necessitate fieri non licet, propter

chumenorū

Ecclesiaz consuetudinem, quæ quoad fieri potest

est sufficiens

in materialia sacram. in omnibus secunda est,

materia hu-

scrum.

SECTIO

## SECTIO IV.

Quot unctiones sufficiant ad hoc sacramentum perficiendum?

**R**atio dub. sumitur ex Floren. indecreto de unio. Armen. vbi septem assignantur Vnctiones. In oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter defecationem ibidem vigentem. In oppositum est: non omnesunctiones sunt de essentiâ sacra. nam saltem vntio renum propter modestiam non est adhibetur fœminis, ut monerit Rituale Rom. Pauli V. quin neque vntio pedum propter eandem modestiam adhibetur solet Monialibus, & Monachis.

Suppono 1. vt certum ex vñs, & praxi Ecclesiaz non omnes has septem vntiones requiri ad validitatem sacram. nam saltem duæ ultimæ omittuntur in fœminis: 2. neq; csc necessariū vtrumq; organum inungi, sed sat esse, si vnum tantum inungatur, exempli causâ, vñus oculus, vna auris, vna manus &c. 3. non esse in his vntionibus uecessariò seruandum ordinem in Concilio descriptum, vt prius inungantur oculi, quâ aures, & reliqui sensus; sed posse à quolibet sensu inchoari, & finiri vntionem. 4. neque ad validitatem sacram. esse necessarium, vt sensus infirmi inungantur informam Crucis, sed posse simpliciter tantum inungi. An autem hæc informam Crucis inunctione sit necessaria in Confirmatione constat ex 10.7. disp. 13. Neque est necessarium, vt vntio immediatè fiat manu Sacerdotis, sed sufficit, si immediarè virgâ lignea, vel argentea, quâ Sacerdos infirmū procul vngat, vt docent Sylvius, & Chapeauilla apud Dian. tract. 4. de sacram. resol. 162. quo ritu vngendij infirmos vtrur in Belgio grasseante peste. Cæterum hæc non ideq; dicuntur, vt passim ab illo vllâ necessitate ea in praxim redigiliceat: nam seruandus est ritus, quem in hoc sacra seruat Ecclesia Rom. vel certè illa, sub cuius directione est infirmus; sed tantum vt dignoscamus essentialia à non essentialibus huius sacram. vt si forte vrgente necessitate adhibere non possimus, quæ sunt accidentalia; saltem ne omittemus, quæ sunt essentialia. Quando verò neque ea, quæ sunt essentialia, adhibere valeamus, nullo pacto oportet in iniuriam sacramenti.

60. **P**RIMA sent. docet, vnicam sufficere vntionem Tres sent. ~ probabiliter, in quâuis corporis parte, sub vna tantum formâ exprimente omnes corporis sensus. Hanc traduit Sylvius & Chapeauilla apud Dian. cit. resol. 168. Beccanu de sacram. cap. 27. qu. 3. & 7. Quam sent. non improbant Suarez disp. 40. sent. 2. num. 8. Coninck disp. 19. dub. 3. & Layman tract. 8. cap. 3. nu. 3. eamq; approbavit tota Vniuersitas Louaniens. an. 1588. attestante, & simul approbante Octavio Trichari. Nuntio Apost. in Germania apud Dian. Quin in dñ illam grasseante peste proponit, & consulit duplex Pastorale Mechlini. de sacram. Unctionis can. 9. & Pastorale cant. 11. his verbis: *In morbis contagiosis, & peste grasseante, ut periculum vitetur, sufficit inungens sensus organum magis ad Vnctionem expositum, & detectum, dicendo: per istam sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiæ, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum. Hæc cit. pastoralia, quæ simul monent, preces, quæ præmittendæ, vel sub-*

iungundæ forent, legi posse in Ecclesia coram Venabili. Cùm igitur sensus magis expofitus, ac detectus sit tactus, qui per totum corpus diffunditur, Vnctionem, cuicunque parti corporis adhibitam, esse in hac sent. sufficientem ad sacra. validitatem. Proba ex Verbis Apostolis non colligitur, nisi quod debeat infirmus iungi: sed quâcunque vntione, cuicunque parti corporis adhibitam homo vere dicitur inunctus: sicut quâcunque ablutione cuicunque parti corporis adhibitam dicitur ablutus. Confir. sicut ex Matib. vli. Baptizantes eos, non colligitur, nisi una ablutione ad validitatem Baptismi necessaria: ita ex illis Vngentes cum, colligi nō debet, nisi una vntio ad validitatem Extremæ vntionis necessaria: cùm utробique sit eadem forma, & tenor verborum.

Vñs Ecclesiæ solùm ostendit, quid in praxi debet fieri quando nulla vrgit necessitas, sive id necessarium sit necessitate sacram. sive precepti: non declarat, quæ sunt essentialia, sine quibus nō fieret sacram. Nec dici potest, hæc multiplex vntio colligiet ex Floren. in quo pro materia huius sacram. septem assignantur vntiones: quia cùm in omnium fere sent. duæ ultimæ, quæ sunt in rebus, & pedibus non sint necessaria, non est maior ratio de reliquis quinque. Vnde Trident. sess. 14. cap. 1. nullum certum numerum vntionum pro materia huius sacram. assignavit: sed solùm dixit huius sacram. materiam esse oleum ab Episcopo benedictrum: nam vntio, inquit, Baptissimæ Spiritus sancti gratiam, quâ innibiliter anima agrotantie inninguatur, representat. Nullus igitur certus vntionum numerus potest ex Concilio colligi.

2. Vero simile non est, Ecclesiam Rom. quæ est magistra veritatis, permittere, vt Ecclesiaz pertinaces hanc sent. non modò doceant, sed etiam in praxi feruent, & in suis Rituallib. vt Canonica regulam ab omnibus seruandam proponat si existimat, illam esse falsam, & contra sacram. validitatem: cùm ad ipsam spectat corrigerre errores Ecclesiæ: ita Clemens VIII. an. 1602. die 19. Iulij correxit errorē, qui alicubi inuulnerat deabsolutione per literas absenti impendēdā. Multi probabiliteraffirmat, in singulis vntionib. conferri gratiâ sacr. etiâsi nō fiat integrū sacra. quod solùm cōsurgit ex omnibus vntionibus. Sicut per quâlibet speciem Euchar. confertur gratia sacra. esto integrum sacram, non consurgat nisi ex vtrâque specie simul. Ergo poterit calu necessitatis vñtatum vntio adhiberi, quæ gratiam sacram. conferat, sicutque verum sacram. licet non integrum. Neque vlla iniuria fit sacramento; quòd non integrè perficiatur: sicut nulla iniuria fit eidem, omitiendo duas ultimas vntiones renum, & pedum, quibus etiam integratur hoc sacram. Neque hinc inferas, etiam casu necessitatis ad ægrotum communicandum, posse vnam tantum speciem cōsecreti: nam hoc non tantum est sacram. sed etiam sacrificium in Dei cultu ordinatum. Sacrificium autem necessariò vtramque speciem postulat. At Extrema. vntio est tantum sacra. per se solùm ordinatum ad salutem, & leuamen fidelium infirmorum.

SECUNDA affirmat, ad validitatem huius sacram. necessarias esse quinque ad minimum vntiones, in oculis, auribus, ore, manibus; omnes tamen vntiones adhiberi posse sub vna tantum formâ æquivalente omnibus formis partialibus: vt si quis vnguendo oculum, aurem, os, manum dicat: *Per istas sanctas vntiones, & piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, auditum,* 2. Sent. *gustum, tactum, & gressum.* Hæc cit. pastoralia, quæ simul monent, preces, quæ præmittendæ, vel sub-

52.  
Potissima  
ratio dub.

53.  
Certa ab  
incertis se  
inunguntur.

54.  
55.

56.

57.

58.

59.

Hæc certa  
vel scđ cer-  
ta.

60.  
Tres sent. ~  
probabiliter,  
in hac con-  
trou.

51.  
Prob. 1.  
hac sem.

61.  
Nec multi-  
plex vntio  
colligetur ex  
praxi Eccl.

62.

63.

64.

65.

rum, gustum, & tactum deliquerit. Hanc sent. docent Coninck cit. Layman tract. 8. cap. 4. nn. 3. Diana supra & ali: Nec illam improbat Suarez, immo docet saltem sub conditione hoc ritu esse ministrandum urgente necessitate disp. 41. 5. 3.

65. Fundam.

Non est pars ratio de Euchar. & Or- dene.

Fundam. talis forma æquivaleret omnibus formis partialibus, cum in sua significacione complectatur quidquid singulæ exprimunt. Nec eadem ratio de formis partiali. Euchar. quibus debent exprimi distincti termini, qui per se vi verborum sunt præsentes sub speciebus Euchar. ut per formas partiales Ordinis exprimendæ sunt diversæ potestates, quæ in collatione vniuersiusque Ordinis conferuntur. In sacramento vero Extremæ uocæ non sunt nisi explicanda peccata quæ per singulos sensus sunt commissa: hæc autem quæ explicari possunt per unam formam totalem æquivalentem pluribus, ac per plures partiales, ut per se patet.

67. 3. Sent.

TERTIA docet, ad validitatem huius sacram. necessarias esse ad minimum quinq; vocationes in quinq; corporis sensib. cum quinq; partial. b. formis, respondentibus singulis uocionib. Hæc est cõmuniior: ita cum S. Tho. q. 32 in addi. ad 3 p. ar. 6. docent Sorus in 4. dist. 23. q. 1. a. 1. post 2. concil. Henr. lib. 3. de sacra. cap. 12. Bellar. de sacra. vñct. cap. vii. Valen. dis/p. 8. qu. 2. pu. 2. Suarez. disp. 40. sent. 2. Nugnez. 3. p. 10. 2. quæst. 32. explic. art. 6. Coninck & Layman supra, & ali: eamque indicant Schol. in 4. dist. 23. Fundam. cum hoc sacram. institutum sit ad reliquias peccatorum abstergendas, iis corporis partibus applicandum est, in quibus est radix peccatorum: est autem radix peccatorum sc. in quinque corporis sensibus: nam ex his omnis notitia, quæ radix est peccatorum, originatur, cum nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Notant autem huius sent. Autores, ubi deest sensus organum, inungendam esse proximiorē partē organi.

69. Obj. 1. posse

Verum contra hanc obiic. non omnes Ecclesiæ hanc doctrinam sequuntur in praxi tempore necessitatibus: quod signum est, hanc quintuplicem sensuum uocionem non esse de essentiâ huius sacram. 2. In quavis corporis parte est tota anima, quæ est principalis causa peccati. Ergo sufficit quamlibet corporis partem inungere: quia per cuiuscunq; corporis partis uocionem verificatur forma, & habetur finis primarius huius sacram. qui est remissio peccatorum. 3. Ex allato fund. sequetur, non esse inungendos illos sensus, quibus infirmus à natuitate caret: quia per illos non quam delinquere potuit. Respondent ad 1. quidquid sit de Ecclesijs particularibus, semper in rebus vel ad fidem, vel ad mores vniuersales, vel ad ritus sacram. sequendam esse Ecclesiam Rom. quæ est magistra omnium. Ad 2. concedunt, in quavis parte corporis esse totam animam: negat autem, esse omnes potentias, & organa, quibus ut instrumentis anima interna sua peccata exequitur: & quia hoc sacram. institutum est ad abstergendas reliquias peccatorum, quatenus originè ducunt à sensibus, non sufficit illud in quavis corporis parte applicare, sed in iis, à quibus animæ instrumentis peccata originem ducunt. Ad 3. negant sequel. nam sufficit, ut saltem homo per illum sensum, quo caret, peccare potuerit per internum desiderium. Non enim ad veritatem formæ requiritur, ut homo per singulos sensus de facto peccauerit; nam fieri potest, ut per aliquem nunquam peccauerit: sed sufficit, ut per illum potuerit peccare: cum n. forma huius sacra. sit deprecativa, non necessariò supponit peccata actu com-

missa, sed sub conditione, si illa commiserit:

Dico 1. inter has sent. tercia est omnium tu-  
tissima, & in praxi saltem sub præcepto seruanda.  
His explicatis proclariori doctrina.

quando nulla uirget gravis necessitas: quod euidenter probat vniuersalis Ecclesiæ praxis; & nā. sentiunt citata Pastoralia, & Doctores contrarie sententiaz, qui solam docent, in morbis duntaxat contagiosis, & peste grassante, ad euitandum periculum infectionis, seruari posse ritum secundum vel 1. sent. ceteroqui necessitate non urgente semper seruandam esse communem proximam Ecclesiæ, iuxta 3. sent. explicatam. Dico 2. probabilis est 2. sent. & in morbis contagiosis turâcōscientiâ in praxi seruari potest, non solum propter autoritatem tot Doctorum, sed etiâ propter rationem, in qua fundatur. Nec tantum sub conditione seruari potest, ut Suarez putat, sed etiam absolute, nullâ conditione adhibita luxura quam sent. explicanda sunt Concilia, quæ docent, inungendos esse omnes sensus, de necessitate præcepti, & quando non uirget gravis necessitas. Dico 3. etiam 1. sent. probabilis est, non modò propter authoritatem Pastoral. 2. cit. & Doctorum, qui illam approbant, sed etiam propter rationes à nobis allatas. Vnde si peste grassante timeatur, ne omnia sacramentia, organa sensuum inungendo contagio contrahatur, poterit Sacerdos iuxta hanc sent. etiam nullâ conditione adhibita, vnum tantum organum magis obuium, & expositum inungere sub formâ exprimente omnes sensus. ita hanc sentent. obseruari tempore pestis in Belgio, & hic in Austria, mihi retulerunt, qui ea tempore pestis vñ sunt. Curandum tamen est, quantum fieri potest ad maiorem securitatem, ut etiam tempore pestis hoc sacram. ministretur salte iuxta ritum 2. sent. quæ ceteroqui ac probabilius est, inungendo omnes sensus sub vñ formâ complectente omnes formas particulares. Quod si Sacerdos absque probabili periculo, hanc 2. sententiam seruare non possit, seruet primam: quia præstat hoc sacram. conferte sub probabili salte materiâ, quam nullum omnino conferte. Nam fieri potest, si ut hæc sent. vera est, infirmus suscepit sacram. salueatur, qui alias damnaretur. Nec vlla fit iniuria sacram. quando ptoptet periculum contagionis, ceteroqui sent. in praxi seruari nequit: Quia talis actio honestatur utilitatè, quam afferre potest infirmo.

73. Tempore pestis quomodo administrâdum sit hoc sacramentum.

Quin interdum nequit aliter hoc sacram. ministrari, nisi vnam partem corporis inungendo, ut in casu, quo peste affectus ita pronus iaceret, ut non posset in facie iniungi. Ceterum in huiusmodi casibus, etiâ Sacerdos non teneretur, posset tamen ad maiorem cautelam, & sacram. reuertentiam hoc sacram. ministrare sub tacitâ conditione.

Ex his patet ad rationem dub. Rationes 1. & 2. sent. probabiles existimo: qui velle illas soluere, ex iactis principijs facile posset.

## SECTIO V.

Quæst. huius sacramenti forma?

75. Forma à Christo immedia & insinuata.

Exto. 7. Suppono, esse certam formam huius sacram. propriam à Christo præscriptam: alioqui non totum sacram. esset immediatè à Christo institutum: cum omnia sacram. nouæ legis essentialiter constent materiâ & formâ. Potissima difficit: an huius sacram. forma necessariò debeat esse deprecativa; an sufficiat indicativa.

76. Ratio dub. ut referunt Bonau. Duran. Argent. & aliij Schol. in 4. dist. 23. in Ecclesiâ Ambrois. forma huius sacramenti erat indicativa: Vngoteoleo san-

*sanc&ificato, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ut more militis uicti preparatus ad certam aeras possit superare potestates. Simili formâ, ut cist. refert Palatinus, utebatur Ecclesia Veneta: Vn go te oleo sancto, ut hæc unctione protectus, fortiter stare uales aduersus aerias casernas, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quæ forma simul cum rituali dicitur approbata à Leone X. Confir. forma huius sacram. colligitur ex verbis Iacobi, Ungentes eum. At ex his non minus colligi potest forma indicatiua, quæ deprecatiua. Sicut ex illis, Baptizantes eos, Ecclesia colligit formam indicatiua: Ego te baptizo. Nec refert, quod iuxta Apostol. forma huius sacram. debeat esse per modum orationis: ex illis: Et orent super eum: & oratio fidei alleuiabit infirmum: nam interdum Patres etiam formam absolutionis appellant supplicatiosem. In contrarium est Floren. & Triden. nec non cætera ritualia tam Romana, quæ particularium Ecclesiæ, quæ non aliâ huius sacram. formam assignant, quæ deprecatiua: ita Floren. in Decreto de unione Arm. ubi exactè, & ex professo assignantur materiæ, & formæ omnium sacram. Per istam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum &c. Et similiter in alijs mēbris. Quæ formâ vtuntur ferè omnia ritualia, paucis variatis. Propter has diffic. Richard. in 4. dist. 23. art. 1. qu. 4. ad 2. Navar. in sum. cap. 21. nn. 15. fine, Beccanus de sacra. cap. 27. qu. 4. probabilitet putant, indicatiua formam esse sufficientem: pro quæ etiam citantur Alber. Victoria. Duran. qu. 3. nn. 7. in dubium vertit, quænam forma, deprecatiua, an indicatiua sit pro hoc sacram. idonea. Palud. ut refert Coninck disp. 19. dub. 4. utramque ait esse bonam, sed conuenientiorem indicatiuam,*

Reliqui Schol. cit. dist. 23. absolutes diffirmant, ad validitatem huius sacram. requiri formam deprecatiua: Bellar. suprà, cap. 7. Henrig. lib. 3. de sacra. cap. 8. nn. 3. Suarez. disp. 40. selt. 3. Valen. disp. 8. qu. 1. pu. 2. Nuguez. 3. p. 10. 2. q. 29. art. 9. Coninck cit. Layman. tral. 8. cap. 3. Diana tral. 4. de sacra. resol. 175. & ferè omnes recen.

Dico 1. De fide est, formam deprecatiua esse sufficientem ad huius sacram. validitatem. Constat 1. ex cist. Florent. & Triden. in quibus hæc forma assignatur. 2. ex praxi Ecclesiæ Romanae, quæ in materia sacram. errare non potest: hæc enim semper uia formâ deprecatiua, ut legitur in omnib. Rom. Ritualibus. 3. ex verbis Apost. Et ore super eum, & oratio fidei alleuiabit infirmum. Quæ omnia indicant verba Sacerdotis, quibus hoc conficit sacram. debere esse deprecatoria. Vnde male Duran. hoc in dubium vertit, & longè peius Palud. affirmans, indicatiua conuentiorem.

Ratio triplex à S. Tho. qu. 2. 9. in addi. ad 3. p. ar. 8. 1. Qui hoc sacram. suscipit est viribus corporis, & animi destitutus, ac propterea indigus aliorum precibus. 2. hoc sacram. datur tantum ijs, qui ex foro huius Ecclesiæ commigraturi sunt in forum altrius vitæ: proinde commendandi sunt Deo, in cuius forum transiunt. 3. per hoc sacram. precamur infirmo aliquem esse & tum, quem non semper expedit illi conferri, ut est sanitas corporis: vnde debuit deprecatiua per hoc sacram. à Deo peti. Reliqua sacra. quia effectus conferunt puræ Spirituales, quos semper expedit suscipienti conferri, ut est gratia sanctificans, vel accrementum ipsius, peculiaria auxilia ad fines sacram. facilius consequendos, charæteres in animâ indebiles, id est formas habent indicatiuas:

Dico 2. Non est probabile, formam indicatiuam esse sufficientem ad validitatem huius sacram. Fundam. duæ formæ, nisi in sensu, & significatio- Fundam. ne æquivalent, non possunt esse sufficientes ad valorem eiusdem sacram. At forma deprecatiua & indicatiua in sensu & significatione non æquivalent: non rigitur possunt ambæ esse sufficientes ad valorem huius sacramenti. Maior pater: quia Christus non plures, sed unam instituit pro quo quis sacram. formam, ut constat, tum Iudicione in reliquis sacram. tum communis sensu, & auctoritate Ecclesiæ. Confir. Sicut Christus non diversa, sed eadem instituit pro diversis Ecclesiæ sacramenta: ita nec diversas prescripsit pro quo quis facta. formas. Minor prob. forma deprecatiua est per modum supplicantis, & ab alio gratiam expeditantis: indicatiua est per modum potestatem exercentis: qui modi sunt valde inter se diversi.

Confir. Forma deprecatiua non æquivalit indicatiua: ahoqui posset Sacerdos penitentem à peccatis absoluere formâ deprecatiâ, Absolutus te Deum: vel absoluat te Christus. Quod fallum est: nam Sacerdos penitentem non absoluere verbis: absoluat te: sed illis antec. absoluat te Christus, quæ ad formam sacram. penit. pertinet: ut quod est contra Floren. in decret. de unio. Arme. & Triden. selt. 14. cap. 3. quæ docent, formam sacram. penit. sitam esse in illis: Ego te absoluo &c. Sequela prob. nam tunc absolvitur penitentia peccatis, cum primùm penit. sacram. compleetur. Sequela ab. ac proinde subsequentia verba indicatiua Sacerdotis nihil efficerent, cum inuenirent sacram. iam factum & compleatum.

Dices: Non minus infallibiliter formâ deprecatiua confert gratia in hoc sacram. quæ indicatiua in cæteris: quia non minus hoc sacram. quæ reliqua, continet infallibilem promissionem gratiarum, cum hoc sit de ratione sacram. nouæ legis ut sic. At si quæ in re deberet forma deprecatiua ab indicatiua discriminari, esset in gratia causanda non per modum effectus ex Diuina promissione infallibiliter conferendi, sed per modum doni ex Diuino beneplacito expectandi.

Nego minor. non n. minus hoc, quæ reliqua sacram. annexam habet infallibilem promissionem Dei: sed discriminè in eo tamen consistit, quod Deus ad suam gratiam per hoc sacram. infallibiliter conferendam non acceptat orationem indicatiuam ministri, sed deprecatiua. Sicut è conuerso, ad gratiam infallibiliter per sacram. penit. conferendam, non acceptat orationem deprecatiua: ministri, sed indicatiuam tantum: quia hanc requirit per modum sacri iudicij, illam per modum sacrae deprecationis. Cæterum per utrumque sacram. suam gratiam Deus confert infallibiliter obicem non ponenti: quia utrumque operatur ex meritis Christi, & ad instant opere operari, non operantis.

Inferes: ergo forma non est valida, nisi includat, quæ sunt de essentia orationis, & consequenter nisi includat internam attentionem ad Deum, quæ est de essentia orationis. Distingu. conseq. non est valida, nisi saltem implicitè includat, quæ sunt de essentia orationis vocalis, sc. ut verba formæ integrè proferantur, cum generali saltem attentione, & intentione obtinendi per eam, quod Ecclesia obtinere intendit, concedo: non est valida, nisi formaliter & explicitè includat, quæ sunt propria orationis, nempe subiectiōnem, & petitionem à Deo, nego. Etenim cum hæc oratio sit sacram. non exauditur à Deo, ut valorem habet à perso-

Confir.

77.  
Contra sunt  
Concilia.78.  
Varij sensus  
Doctorum.

79.

80.  
Pro expli.  
c. controv.81.  
Ratio cur  
forma huius  
sacram. de-  
bet depre-  
catoria esse.  
Prima.2.  
3.

81.

82.  
Nec aquiu.  
les de precca-  
tione indica-  
tiva.83.  
Dices.84.  
Rip.  
Diction  
verbum.85.  
Iustus.86.  
Reff.

nâ orante, alioqui hoc sacram. collatum à Sacerdote peccatore non haberet suum effectum; sed ut valorem habet à meritis Christi, in cuius persona hæc oratio à Sacerdoté proferitur.

validis illis non fuisse ab Ecclesia Rom. cotrigendas  
in aliquo Concilio generali; prae tertim in Floren.  
in quo exacte, & ex professo disputatum est cum  
*Grecis* & *Armenis* de materialibus, & formis omnium  
sacra. minusque vero simile est, has formas à fide  
Apost. approbatas fuisse. Ad reliquā patet. Non  
enim formā deprecatiuā huius sacra. colligimus  
ex illis: *Vngentes* sum, sed ex alijs: *Et urent super  
vum:* & oratio fidei fallit ab infirmum. Ceterū ap-  
pellant interdum Patres formas illorum sacram.  
orationes & supplicationes: vel quia semper cum  
formis essentialibus adduntur aliquæ preces ac-  
cidentales: vel quia per illa imperatoriè quamvis  
in fallibiles conferuntur nobis dona Spiritualia,  
non secus ac per orationes & supplicationes: vel  
ab effectu: quia sicut effectus orationis & suppli-  
cationis, est bonum, quod per eas intendimus: ita  
effectus ita formarum sacra. bonum illud: quod  
per sacram intendimus:

90.

## SECTIO VI.

*Qui & quocuplex fit effectus huius sacramenti?*

**D**uplicem assignant Concilia, alterum spiritualem, quem causat in anima, alterum materialem, quem interdum causat in corpore: illum semper confert oblicem non ponenti; hunc non nisi quando anima salutis expedit. *Effectus*, inquit Floren. est mens sanatio. & in quantum autem expedit, ipsius etiam corpora. Et Trident. sess. 14. cap. 2. post numeratos omnes effectus Spiritualios, concludit: *Et sanitatem corporis interdum, ubi salutis anima expederitis, consequitur.* Porro effectus spiritualis huius sacrae duplex est, alter illi communis cum reliquis sacrae, quæ est gratia sanctificans, vel acremetum eius, ceterarumque institutum supernum. alter ipsius proptius. Non inquirimus hic effectus, quos habet communis cum reliquis sacrae. sed proprios ipsius, quibus à reliquis distinguuntur, & properos quos primatib. hoc sacram. eis à Christo institutum.

91.  
Duplex est  
effectus hu-  
ius sacra-  
menti.

**Effectus spiritualis huius sacram. duplex est.**

**PRIMA** sent. docet, proprium effectum huius sacramenti esse remissionem venialium: Bonau. in 4. dist. 23. art. 1. qu. 1. Richard. art. 1. qu. 3. Scot. qu. viii. Duran. q. 1. Argen. qu. viii. art. 3. Angel. v. Vnctio Ext. nn. 6. & apud ipsum Acreb. Nauar. in sum. cap. 22. n. 13. SA Extrema-vnctio, n. 16. & quam plu- rium. Quam sent. Naua. cit: appellat communem: Fundam. Hoc sacra. institutum est ad peccata re- mittenda, ut constat tum ex illis: *E*s*i* in peccati*s*it, remittentur ei: tum ex forma in qua peccatorū remissio à DEo petitur: At non est hoc sacra. institutum ad rei*tit*ēda mortalia; non ad hec instituta sunt Baptismus & poenit. ergo ad venialia. Cofit: sicut triplex est peccatum, originale, mortale, ve- niale: & sicut ad remittenda priora duo instituta sunt Baptismus & poenit. ita ad remittendum veli timū institui debuit aliquod sacra. at aliud quam Extrema-vnctio, nullum institutum. Verū beac sent. impugnat, merito S. Tho. qu. 30. in addi. ad 3. art. 1. & cum eo Thomista omnes. tum quia ad remit- tenda venialia institutum est sacra. poenit. quod non solum se extendit ad mortalia, sed etiam ad venialia; cum etiam venialia sint propria, et si non necessaria, materja poenit. non minds. quam per aduers. ead. venialia sunt propria, non necessaria materia Extremæ-vn. At non solēt ad eundē effectū duo sacra. pet se institui. Tum quia, si proprius ef-

93.

*Tom. VIII. De Sacramentis.*

fectus huius sacra. esset remissio venialium, posset illud conferri etiam sanis, cum etiam tani egeant venialium remissione.

Nec satis facit Bonav. dicens, hoc sacra. esse institutum ad remittendam venialia in egressu tantum viae, non in viâ: quia in viâ venialia ex quâdam necessitate sunt iterabilia. Nam etiam ad venialia remittenda est institutum sacra. pœnit. & saltem hoc sacra. cōferri posset damnatis ad mortem, qui etiâ sunt in egressu viae, post quâ hæc peccata non iterantur. Adde quòd sacra. non datur pro peccatis futuris, sed propteritatis: datur enim pro remissione corū, quæ sunt cōmissa: ergo posset hoc sacra. ministrari sanis pro remissione venialium præteritorum, etiam si post talē remissionem alia venialia committerentur. Tum quia, vel hoc sacram. remittit venialia immediate, nullâ ex parte subiecti dispositione requisiā: At hoc est contra consuetum modum remittendi peccata personalia, quæ sicut propriâ voluntate cōmittuntur, ita absque proprio actu, retractatio peccatoris non remittuntur: vel excitando dispositionem ad venialium remissionem sufficientem: & contrâ est, quia tunc non posset hoc sacra. conferri phreneticis, & quia auctaalem vsum rationis non habent.

Ad fundam. partebit ex declaratione 4. sent. Ad confit. neg. minor: nam idem pœnit. sacram. quod institutum est ad remittendam mortalia post Baptismū cōmissa, institutū etiā ad remittendam venialia.

**SACVNDIA** affirmat, proprium huius sacram. effectum esse, sanare infirmitatem animæ, quæ ex ex peccato sive originali, sive actuali in nobis relinquitur; ex consequenti verò esse etiam remissionem tam mortalium, quam venialium, si ex parte recipientis obex non ponatur. Hanc docet S. Tho. cit. & cum eo Valen. disp. 8. quæst. 1. pu. 3. Fundam. vt cit. testatur Trident. hoc sacra. institutum est ad absterendas peccatorū reliquias: erper se primò non est institutū ad tollenda peccata, cum peccata non sint reliquæ peccatorū; sed ad tollenda ea, quæ propriè dicuntur reliquæ peccatorum: hæc autem est animi infirmitas, seu corpor, & difficultas ad benè operandum, quæ per hoc sacra. tollitur: quod propter eā appellatur spiritualis animæ sanatio, seu medicatio: sicut Baptismus, spiritualis regeneratio; pœnitentia, spiritualis resurrectio à morte peccati. Vnde colliguntur, hoc sacra. per se supponere vitam in ipso suscipiente: sicut medicina supponit vitam in infirmo. Ceterum per accidens interdum cōfert vitâ spirituali gratiæ, sicut & reliqua sacram. viuorum, si insuscipiente obicem non inueniat. Sed contrâ: explicari non potest, quænam sit hæc mentis infirmitas à peccato relicta, à qua liberat hoc sacram. Non physica: quia vel hæc est aliquid positivum, & nequeunt esset nisi habitus ipsi ex frequentatione peccatorum geniti. Ad hanc neq; per hoc, neq; per vnum aliud sacra. tolluntur, sed solum per contrarios habitus frequentatarum virtutum: quippe qui perseverare solēt etiam post hoc sacra. suscepimus. Vel est aliquid priuatuum: & hoc aut est priuatio gratiæ sanctificantis & specialis auxilij, quæ per proprium peccatum amisimus; aut iusticiæ originalis, potentias ad benè operaendum ordinantis & roborantis, quam per originale in protoparente perdidimus. Hoc secundum dici non potest, cum donum iusticiæ originalis in hac vita nulli restituatur. Nec primum: nam hic effectus vel non est proprius huius sacra. sed cōmuniis cum aliis, quæ etiam ordinantur ad gratiam & specialia auxilia conferenda, vel si est proprius, recidit

ad 3. sentent. infra. cuius impugnatione corruerit. Neque hæc animi proclivitas ad malum, & difficultas ad bonum est aliquid morale, ut explicare videtur Valen. Docet n. illâ cōsistere in quodā rationis respectu: nam hoc ipso, quod quis peccauit, intelligitur magis expositus periculo peccandi, minusq; posse bonum operari quam antea: idq; propter quoddam experimentū rei utilis vel delectabilis, aut etiam ipsius v̄sus humana libertatus. Quod experimentum propter peccati illeceb̄ram, quæ includit, animū prouum reddit ad rursus peccandū, & difficultem ad benè operandum.

Contrâ: vel hæc proponitas ad malum, & difficultas ad bonum consistit in eo præcisè, quod auctus prob. peccati præcesserit: hoc nō sufficit, ut animus redatur magis pronus ad malū, & difficultis ad bonum, quam antea: nam quod præcessit, & nunc nō est, ac si nunquam fuisse in ordine ad præsentem operationem animæ. Etenim ut anima in præsenti operatione experiatur vel maiorem proclivitatem ad malū, vel difficultatem ad bonum, de præsenti debet magis illuci ad malū, & retardari à bono, quam antea. Hoc autem nequit fieri ex eo præcisè, quod auctus peccati præcesserit: quia cūm hic de præsenti nihil sit, non potest de præsenti animū vel ad malum magis illucere, vel à bono magis retardare. Vel certè hæc proclivitas ad malum, & difficultas ad bonum consistit in ipsa specie practica, & experimentali præteriti oblestantimenti peccaminis, quam per præteritum peccatum reliquit in anima, quæ species magis illicit animū obiectu ad peccandū obiecto illi præteritum oblestantimentum, quod fuit in actu præteriti peccati. At hoc non est quid morale, sed physicum, numeraturque inter ipsos habitus ex præteritis actibus genitos: nam vel est ipse habitus virtiosus, v̄ probabilitius puto, vel complementum gratiam habens: quia sicut habitus inclinat animū ad cōsimiles actus, à quibū fuit genitus, ex parte subiecti: ita species relicta ex præteritis actibus inclinant eundem animū ad cōsimiles actus ex parte obiecti. Sicut igitur habitus genitus ex actibus non tolluntur per gratiam sacra. ita nec tales species, quæ sunt complementum habituum. Ad fund. 2. sent. constabit ex declaratione 4. in qua explicabo, quæ sint propriæ reliquæ peccatorum.

**TERTIA** proprium effectum huius sacra. constituit in quibusdam specialibus auxiliis ordinatis ad roborandum animū infirmi contra difficultates, & tentationes in articulo mortis occurrentes: consequenter verò, non quidem merè per accidēs, sed aliquo modo per se, nō ex primatia, sed ex secundariâ intentione, esse remissionē omnis culpæ tam mortalis, quam venialis, nec nō reatus pœnæ ex peccatis relicta, modò in subiecto nō sit obex, quod est quâlō agrotus suscipit hoc sacra. cum peccato inuincibiliter ignorato. Hanc sent. docet Suarez. disp. 41. sent. 1. Henrīq. l. 3. de sacra. cap. 9. n. 2. Coninck disp. 19. dub. 5. Beccanu de sacra. c. 27. q. 6.

Layman tract. c. 8. c. 5. Probat Suarez. ex verbis B. Iacobi: Et alleuiabit eum Dominus: quod idem Probat Su. est, ac roborabit, seu confortabit, eum Dominus. 2. Ex Trid. sess. 1. 4. in proce. huius sacram. vbi hunc effectum ut præcipuum assignat huic sacra. 3. Ex Conc. Colon. p. 7. cap. 40. cuius hæc sunt verba: Restat extrema unctio, que quoniā in morte quæ Extrema lucta est adhibetur, ut vel conualescat agrotus, si Deo ita visum; vel fide, bonaq; spe obdormiat in Domino. 4. Proprietà est hoc sacram. pro solis infirmis institutum, ut illi in articulo mortis specialibus auxiliis iuuentur ad patienter ferent-

98. Contrâ bac. infir. est. physica vel mortalitatis.

Non est physica.

Non est ma-  
teria.

Habitu g.  
nisi ex acti-  
bus non tol-  
luntur per

101. sent.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

*apriori.*  
ferendas morbi difficultates, tentationesque superandas. Et per alia sacra. sufficiens subuentum est, hominibus pro omnibus necessitatibus in cursu huius vitæ occurribus. Sola autem supererat necessitas articuli mortis, in quo homo corporis viribus destitutus peculiari eger auxilio ad perseverandū in bono, salutēq; consequendam.

Quod autem etiam consequenter, & non tantum merē per accidens sit hoc sacra. institutum ad remissionē omnis culpæ, & reatus pœnæ, modò ob ex in suscipiente non sit nullus, prob. tum quia hoc

& Apostolus in sua Canonica, & Concilia in suis Decrētis, & verba formæ aperte ostendunt. Tum quia hoc sacra. est peculiariter institutū addisponeendum hominē ad introitum gloriæ; & consequenter ad tollenda omnia obstacula, quæ hunc ingressum impedit possunt. Hęc autem sunt tam mortalia inuincibiliter ignorata, quām venialia,

quām reatus pœnæ ex peccatis relatae: igitur ad horū omniū remissionē, si non ex primaria, saltem ex secundariā intentione videretur hoc sacra. institutum. Hęc sent. probabilis est. Vnum obstat, quo minus illam sequat, quod pro effectu secundario, & non pro primario constituat id, quod per formam sacram. exprimitur. Nam cū sacramenta nouæ legis efficiant, quod significant, ille putandus est effectus primarius sacra. quē forma sacra.

Significat: cū significatio in sacra. nouæ legis recurrit cum causalitate. Cū igitur per formam huius sacra. exprimatur remissio peccatorum, vt constat ex verbis: *Indulgeat, seu parat, vel remittat tibi Deus, quidquid deliquisti: omnia enim hęc verba, vt docet Catech. Rom. de hoc sacra. n. 6. sunt æquipollētia, non poterit hic effectus esse secundarius.* Ceterū non nego, etiam hanc animi roborationem & confortationem esse proprium ef-

fectum huius sacra. vt ex seq. sent. constabit.

Hęc sent. afferit, hoc facta. per se institutum esse ad remittenda ea peccata, sive mortalia, sive venialia fint, quæ nō sunt per alia sacra. remissa, nec non ad excitandum, & roborandū animum infirmi ad patienter tolerandas difficultates morbi, tentationesq; in mortis articulo occurrentes superandas; & si expedierit, etiam ad corporis sanitatem conferendam. *Bellar. lib. de sacra. Extreme unct. cap. 8.* Hęc sent. quoad omnes suas partes deducitur ex cit. verbis Iacobis in quibus tres effectus huius sacra. proprij indicantur: sanitas corporis in illis verbis, *Et oratio fidei saluabit infirmum; sanitas & robur mentis in illis, Et alleuiabit eum Dominus ponens remissio peccatorum in ultimis, & si in pectoris sit, remitterentur ei.* Nec obstat 1. quod remissio peccatorum ponatur ultimo loco: nam ponitur ut finis, ad quem reliqua ordinantur: sicut etiam posteriori loco numeratur mentis, quām corporis sanitatis, cū tamen illa sit finis huius, & principalius intenta. Nec obstat 2. quod de remissione peccatorum Iacobus loquatur conditione. Nam id non ideo facit, qua vt aduersi. putat, remissio peccatorum est tantum effectus secundarius huius sacra. sed quia non est remissio quorūque, sed tantum eorum, quæ non fuerunt ab alijs sacra. remissa, quæque inculpabiliter ignorantur. Eadem sent. docet Trident. c. 14. de Extreme unct. cap. 1. vbi hos tres effectus vt proprios huius sacra. c. am. numerat, incipiendo à remissione peccatorum: *Delicta, inquit, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.* Tū animi robur describit: *Et agroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuina misericordie fiduciam excitando: qua infirmus sublenatus, & morbi incommoda, ac la-*

bores levius fert, & tentationibus demonis, calcaneo insidiantis facilius resistit. Corporis sanitatem ibid. explicat: *Et sanitatem corporis interdum, ubi salutis anima expedieris, consequitur.* Demū eandem sent., quoad peccatorum remissionem manifeste declarat forma sacra. quam Concilia assignant, & quā in praxi virtut Ecclesia Rom.

Prob. 2. rationib. 1. proprium huius sacra. est, vt Concilia definiunt, & Theologi omnes admittunt, Prob. 2. hec peccatorum reliquias abstergere. At nulla sent. sens. ratione probabilius quām hęc reliquias peccatorum.

explicat. Nam prima non propriè reliquias peccatorū appellat omnia, & sola venialia: tum quia verba Apostoli, Concil. & formæ non restrin-

guntur ad venialia: tum quia non omnia venialia propriè dici possunt peccatorum reliquias; sed tantum ea, quæ non fuerunt virtutis aliorū sa-

cram. remissa. Nec recte 2. sent. peccatorum reliquias explicat per pronitatem ad malum, & dif- Impugnat ad bonū: nam ille est proprius effectus sent. 2. reli-

huius sacra. qui in eius formā exprimitur. At in quias pecca- eius formā non exprimitur pronitas ad malum, & pl. cans per

difficultas ad bonum, sed remissio peccatorū, vt pronitatem constat ex illis verbis: *Vt quidquid deliquisti: in- dulgeat tibi Deus.* Nec propriè dicitur remitti

pronitas ad malum, & difficultas ad bonum: cū hęc perseverare soleat, etiam post peccata remissa. 3. sent. remissionem peccatorū non agno-

scit vt primarium, sed solū vt secundarium effectum huius sacra. cū tamen verba Apostoli, Concil. & formæ ostendant, hunc esse primarium effectum huius sacra. Quod 4. sent. melius ac

probabilius, quām vlla alia peccatorum reliquias explicet, constat 1. Ex confutatione aliarum sent.

2. Quia reliquias propriæ dicuntur, quæ reliquias Reli. u. & sunt ex aliis: & debent esse eiusdem rationis cum u. boni esse

iis, quorum sunt reliquias: non si sunt diuersæ ratiōne cum sent. dem rea-

tionis, non tam dicuntur reliquias, quām effectus, itionis cum ius, quorum sunt reli-

vel exercentia: non n. calor à luce relictus, dicitur lucis reliquia, sed effectus: nec furfures ex fa-

ginis relicti propriè dicuntur farinæ reliquias, sed excrementum. Cū igitur hęc sent. peccatorum reliquias explicet per peccata ex aliis sacra. reli-

cta, quorum virtute vel non fuerunt, vel non pote- quia;

tuerunt remitti, propriè peccatorum reliquias explicat.

SECUNDA, ex Trident. cit. c. 14. in prot. huius sa-

gram. Omnia sacra. nouæ legis instituta sunt à Redemptore, vt practica remedia ad tollendā omnia obstacula, quæ pro variis temporibus, oc-

casionebusque huius mortalitatis hominem im- pedire posent à consecutione æternæ gloriæ. Ac multa sunt obstacula quæ possunt hominē remi-

pore mortis à consecutione æternæ gloriæ impe-

dite, quæ per alia sacra. tolli non possunt: igitur cū hoc sacra. institutū sit à Christo ad infirmum iuvandum ad consecutionem æternæ gloriæ, pro-

babilissimum est, hoc maximè institutum esse ad huiusmodi obstacula tollēndā, quæ per alia sacra. tolli non possunt, modò nullus sit in suscipiente obes. Maior est Trident. cit. Primum itaq. circa illius institutionem declarat, & docet, quod Clemens Redemptor noster, quis seruos suis quouis tempore voluit de salutib[us] remedios aduersus omnia hostium relata esse propositum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis preparauit, quibus Christiani conservare se integrō, dum viuerent, ab omni graveiore Spiritus incommodo posse: ita Extreme unctio sacramento finem visi- tā, tanquam firmissimo quodam praesidio, muniuit.

Et constat ratione nam omnia sacra. ed tendunt,

*Omnia sacramenta sunt instituta ad tollendum aliquod obstatum, quod hominem posset a suo fine consequendo impedire. Sic Baptismus tollit obstatum originalis; Confirmatio Christiani militis imbecillitatem, ne in defensione verae fidei coram hostibus succumbat; Eucharistia carnalis concupiscentiae ardorem, ne spiritualem vitam gratiae extinguat; Ordo idoneorum ministrorum egestatem, ne eorum penuria fideles patientur. Matrimonium difficultates, quae inter coniuges occurtere solent.*

114.

*Quantitas huius sacra.*

ut hominem promoueant ad suum finem consequendum: ac proinde omnia instituta sunt ad tollendum aliquod obstatum, quod hominem posset a suo fine consequendo impedire. Sic Baptismus tollit obstatum originalis; Confirmatio Christiani militis imbecillitatem, ne in defensione verae fidei coram hostibus succumbat; Eucharistia carnalis concupiscentiae ardorem, ne spiritualem vitam gratiae extinguat; Ordo idoneorum ministrorum egestatem, ne eorum penuria fideles patientur. Matrimonium difficultates, quae inter coniuges occurtere solent.

Minor prob. 1. potest infirmus post ultimam confessionem, & communionem in aliquod peccatum incidere, cuius invincibiliter obliuiscatur. Quo casu, cum non teneatur amplius cōfiteri, nec habeat peccati conscientiam, debet aliquod remediu habere, quo possit huiusmodi peccatum remitti. 2. Potest infirmus cōfiteri, & cōmunicare inualidē defectu doloris supernat. ad sacra. confessio nis essentialiter requisiti, invincibiliter putans se validē, & cōfiteri, & cōmunicare: ergo etiam hoc casu habere debet aliquod remediu, quo possint peccata per talē confessionē, & communionem non remissa deleri. 3. Sæpe accedit, ut infirmus existens in peccatis cum sola attritione incidat in phrenesim, vel loquela, & sensum amittat, ut nullū valeat dare signū cōfessionis: quo casu, cum sit valde frequens, ad Christi clementiam pertinuit, aliquod sacra. institui, quo possit infirmus iuuari ad eternā salutē consequendā. Cum igitur hoc casu iuuari non possit sacramento cōfessionis, vel cōmunionis, cum sæpè neq; sit capax cōmunionem recipere, aliquo sacram. iuuari debuit: hoc autem est sacramentum Extremæ-vñct. quod præcipue propriet huiusmodi casus frequentes videatur à Christo institutum.

Cæterum in 2. casu, cum quis defectu doloris inualidē cōfiteretur, & cōmunicaret, ut possit postea virtute huius sacra. iustificari, debet elicere saltē attritionem supernat. nam præcedens dolor non fuit cum sacra. cōfessionis sufficiēs ad iustificandū hominem à peccatis, à fortiori nec erit sufficiens ad iustificandū eundem cum sacra. Extremæ-vñct. sicut nec erit sufficiēs ad illū iustificandū cum Euchar.

In 3. casu si homo aliquem habeat vsum rationis, nullumque dare possit signum cōfessionis, tenetur conari ad actum cōtritionis, ut saltē probabiliter putet se ad hoc sacra. accedere in statu gratiae, ut à peccatis iustificari possit. Ratio: cum hoc sacra. non sit per se institutū ad remittendā peccata, quae sunt in conscientia peccatoris, sicut institutū est sacra. pœnit. sed tantum ad remittendā occultā & invincibiliter ignorata, per se infirmus tenetur ad hoc sacra. accedere in statu gratiae. probabiliter saltē putato: & consequenter tenetur de peccatis, quae per cōfessionem expiare non potest, contritionem saltē putatam habere.

TERTIA: ut ex Trid. sess. 14. in proœ. de Extrema vñct. constat, sacra. hoc est institutū ut cōpleriu & consummatiu sacra. pœnit. ergo in multis casibus, in quibus applicari non potest sacra. pœnit. supplet ipsius effectum, si in suscipiente obicem non inueniat: non inuenit autem obicem, quādō subiectum ad hoc sacra. non accedit cum probabili conscientiā mortalis. Ex his infertur discrimen inter hoc sacra. & alia viuorum: nam etiam si hoc per se sit etiam sacra. viuorum, & respectu peccatorum, quae sunt in conscientia peccatoris, requiratur cōfessio, vel saltē putata contritio: est tamen per se institutū ad remittendā peccata, vel in-

vincibiliter ignorata, vel ab aliis sacramētis non remissa cum solo actu attritionis, putatē tantum cōtritionis. Et licet hāc etiā habeat reliqua sacra. viuorū, non tamē illā habent ex viuaz primariæ institutionis, sed tātū secundariæ & per accidēs; neq; ea infallibilitate, qua habet hoc sacram.

Obijcies 1. contradicō est, dicere, quod hoc sacra. remittat peccata per se, & quod ea tātū remittat, quae inculpabiliter ignorantur: nam hāc semper remittuntur per accidēs ratione gratiae, quam vnamquodq; sacra. propriā virtute confert subiecto, obicem non ponēti: vnde nullū est quoad hoc inter hoc sacra. & reliqua viuorum discrimē: nam etiā reliqua sacra. viuorū conferendo gratiā obicem non ponenti, consequenter etiam, & per accidēs per illam remittunt peccata inculpabiliter ignorata. Resp. neg. assump. non enim repugnant simul, remittere peccata inculpabiliter tātū ignorata, & ea remittere per se. Nam potuit aliquod sacra. viuaz primariæ institutionis ordinari ad hūc effectum: ergo potuit talem effectum per se conferre: nam per se aliquē effectum causare, est, vi sue primæ institutionis ad illum causandum ordinati. Vnde non est eadē ratio de cæteris sacra. viuorū: quia cætera non sunt vi sue primariæ institutionis ordinata ad huiusmodi peccata delēta, sed tātū per accidēs, quatenus vi sue primariæ institutionis sunt ordinata ad conferendū augmentū gratiae subiecto, obicem non ponenti:

quia verò qui invincibiliter ignorat se esse in peccato non ponit obicem, consequenter recipit gratiam: quae quia cum peccato consistere non potest illud expellit: ac proinde per accidēs talis gratia in talis subiecto est prima. At verò hoc sacra. ex primaria sua institutione ordinatum est ad delenda peccata inculpabiliter ignorata, quæq; non potuerunt per alia sacra. remitti. Hoc autem discrimen 1. colligitur ex verbis Iacobi, ex Conciliis, ex forma, in qua expressa mentio fit de remissione peccatorū, quae cum intelligi non possint de peccatis, quae sunt in conscientia peccatoris, nam ad hāc delenda instituta est pœnit. intellige de peccatis, quae inculpabiliter ignorantur, quæque non potuerūt per alia sacra. deleri. Tū quia hoc sacra. vt ex Conciliis, & vniuersali Ecclesiæ praxi constat, institutū est ultimū post cætera omnia sacra. Cum igitur post reliqua sacra. possint aliqua peccata latere, quae vel non fuerunt remissa per alia sacra. inualidē quidem, sed inculpabiliter suscep ta, vel post illa cōmissa, invincibiliter tamē ignorata, vel certe ad ea remittendā nullū aliud sacra. præter hoc, applicari potest, dico, hoc sacra. per se ad huiusmodi peccata delenda à Christo ordinatū fuisse. Ex hoc discrimine inferrur hoc aliud, quod de reliquis sacra. viuorū no sit ita certum, aliquid discrimen inter hoc & cōfert sacra. cōfert sacra. & cōfert sacra.

Si cōfert sacra. pœnit. subiecto, habenti gratiā per se, & ex prima institutione est remissiuū peccatorū, etiā quae sunt in conscientia pœnitentis. Cōtra verò augmentū gratiae, quod reliqua sacra. viuorū subiecto in statu gratiae cōfert, non est per se, & ex primaria Christi intentione remissiuū peccatorū inculpabiliter ignoratorum, sed tantum per accidēs, & ex secundaria dumtaxat volūtate Christi.

Obijcies

*Hoc sacra. per se institutum est ad remittendā a peccata occulta.*

115.  
Ratio.

*Discrimen inter hoc & alia viuorum sacramenta.*

*Obiectus 2.* Si hoc sacra per se primum institutum est ad remittenda peccata, deberet semper, & necessariò ipsum præcedere aliquis dolor ex parte suscipientis; cùm absque dolore nulla peccata, ne inculpabiliter quidem ignorata, remittatur. Nullus autem dolor debet hoc sacra. necessariò præcedere, ut cōstat, quando illud ministratur p̄feticis. Nego seq. cùm n. hoc sacra non sit per se institutum ad delenda peccata, quæ sunt in conscientia peccatoris, sed solum, quæ inculpabiliter latent, non semper necessariò debet ipsum præcedere dolor: nam tunc debet dolor de peccatis necessariò præcedere, quando quis scit se esse in peccato, ut accidat, quando pœnitens accedit ad sacra confessionis. Ceterum quando infirmus confiteri non potest, si cognoscit se esse in peccato, debet cum dolore ad hoc sacra accedere: secus quando nullam habet conscientiam peccati: quantum est ex vi huius sacra. Quod ad dñm, quia in fine vita, etiam si homo non habeat conscientiam mortalis, tenetur contritione elicere, vel attritione cū sacram. confess. ut ponat se in statu securio. Quæ obligatio non tam oritur ex natura huius sacra, quam ex precepto charitatis, quæ quisque tenetur aeternam salutem sibi procurare. Ex quo infero, dolor em de peccatis in sacra. pœnit. requiri ut partem essentialē sacram sine quo non fieret sacram. at in Extrema vñct. vel nullomodo requiritur, ut quando subiectum nullam habet peccatum, vel ad summum requiritur ut dispositio ad consequendum effectum sacram. quādo quis accedit cum peccato inuincibiliter ignorato, vel ad cuius remissionem applicari non potest sacram. pœnit. Ex quo etiam oritur, ut sine dolore sacram. pœnit. sit nullus. Extrema vñct. etiam collata pectatori accediti sine dolore, sit valida in ratione sacram. quamvis informis: quia essentia huius sacram. non pender ex actibus suscipientis, sicut sacram. pœnit.

resp. ad minimum temeritatem cōset Sudrez *dispi.* Relicitur q̄d sed. 4. n. 4. cōd quod sit cōtra doctrinam Floren. cōfertur à & Triden. quæ dum dicunt, salutem corporis per hoc sacra. dari, quando animæ saluti expedit, sentiunt, hoc sacra. continere vim supernat. conferēdi corporis salutē, quam tamen non semper, sed quādo animæ saluti expedit, inucto cōfert.

Ad argum. dico i. non semper sanitatem, quam extremis vñctus acquirit, esse effectum huius sacra. sed causarum naturalium, virtutē medicamentorum adiutarum. 2. Esto sit huius sacram. effectus. rōsi animæ saluti expedit, intellige, non finaliter, & absolutè, sed pro hoc tempore. Nam potest pro hoc tempore animæ saluti expedire, ut infirmus conualescat: quia tamen finalis perleuerantia in bono pendet à subiecti libertate, quæ mutari potest, ideo non sequitur, ut saluē, quæ pro hoc tempore fuit expediens animæ, sit absolute expediens pro futurā aeternitate. Dixi, absolute: quia sub conditione, quod infirmus velit recuperata salute bene vti, esset illi expediens etiam pro futurā aeternitate. Ad alteram argu. partem, esto interdum corporis salus expediens esset saluti animæ ipsius infirmi, haud tamen esset expediens saluti aliorum, quorum salutis habenda est etiam ratio: sap. dñi: diuturnior vita vnius est occasio peccandi alteri. Vel certe rōsi animæ saluti expedit, intellige iuxta explic. Conc. Colon. an. 15; 6. Si Deo ita vñctum fuerit: ut non tamen referatur ad maiorem profectum animæ, quād ad diuinam prouidentiam, Ex quo sequitur, hunc effectum interdum quidem causari ab hoc sacra. non tamen in fallibiliter, etiam sub conditione, quod ipsius animæ saluti & profectui majori expedit. Quam resp. sequitur Tannerus disp. 7. de Extrema vñct. qu. 1. dub. 2. fine. Tannerus.

## SECTIO VII.

Quando in hoc sacramento effectus conferatur?

C Ontrouersia tantum est de gratia habituali; & peccatorum, si quæ sunt, remissione, quam statim ac sacra. perfectum est, subiecto cōfert; non de gratia actuali auxiliante, & adiuuante infirmū ad morbi incommoda ferenda, tentationesque superandas, quam iuxta temporum, & occasionū opportunitatem conferit. Ratio dub, cūm hoc sacram. pluribus consistet vñctionibus, non appetet, in qua vñctione gratiam cōferat, in primane? an in ultima? an partialiter in quavis?

PRIMA sent. affirmat, produci in ultimâ vñctione, siue hoc sacram. ministretur quinque vñctionibus, quæ tantum sunt de essentiâ, siue septem, que solum sunt de integritate sacra. Sotus in 4 dist. 23. q. 2. art. vlt. fine, Henr. lib. 3. de Sacra. cap. 12. n. 3. Fundam. Sotus: sicut quando Ecclesia ad baptizandum adhibebat tites mersiones, gratia baptis. non conferebatur, nisi in ultimâ, etiam si duæ ultimæ non essent de essentiâ baptismi: ita qui ad infirmū inungendum adhibet septem vñctiones, in ultimâ confert gratiam, etiam si illa non sit de essentiâ, sed tantum de integritate sacra. modò intentio ministri referatur ad ultimâ vñctionem, ut referri debet: secus si intentio ministri non referretur ad ultimam, sed ad quintam, quia tunc in quintâ conferetur gratia; non si referretur ad primâ, vel secundam: cūm in hâc sent. ad minimū quinq; vñctiones sint de essentiâ; cūmq; ut sacra. effectū causet, supponi debeat cōpletum quoad essentia. Sed contraria: si duæ vñctiones tenū, & pedum non sunt

In fine vita  
tenetur ho-  
mo contri-  
tione eli-  
ceret, vel fal-  
tem amittan-  
tur cum  
confessione.

Sacramentū  
Extrema  
vñct. colla. u.  
peccatori  
accidentis  
sine dolore  
est validū in  
ratione sa-  
cramentū.

125.

Obiectus 3. Peccata non sunt propriæ reliquæ peccatorum. At hoc facta. ex Conciliis institutum est ad delendas reliquias peccatorum; etgo non propriæ dicitur esse institutum ad delenda peccata, inculpabiliter ignorata. Resp. dist. maior. peccata quæ sunt in conscientia peccatoris non sunt propriæ reliquæ peccatorum, concedo; quæ inculpabiliter latent, & quæ per alia sacra. vel contritionem non sunt remissa, nego. Nam ut supra, reliquæ peccatorum debent aliquo modo conuenire in ratione malitiæ cum peccatis, solumque dici reliquæ peccatorum, quia sunt relata & non remissa per alia sacra. vel aet. contritionis.

Obiectus 4. Hoc sacra. ut Floren. & Triden. definunt, & colligitur ex verbis Iacobis: Et oratio fidei salvabit infirmum: intet. dum confert sanitatem corporis, si animæ saluti expedit. Sed interdum animæ saluti non expedit, ut cùm quis recuperata sanitatem abutens damnatur, qui si alioqui mortuus fuisset, saluatus fuisset. Cōtrà verò multi moriuntur, quorum animæ saluti expediuit, si diuinus vixisset ad plura merita sibi comparanda.

Respondet Sotus in 4. dist. 23. q. 1. art. 1. ad 5. effe-  
ctum huius sacram. non esse sanitatem, sed auxiliū ad sanitatem recuperandam: quod auxiliū Deus semper, & ineffabiliter confert in extremis vñcto, iuuando per illud causas naturales, & medicamenta ad facilius corporis sanitatem causandam. Quia tamen hoc auxilium de se non semper est sufficiens ad morbi malignitatem superandam: imò potest non unquam, inquit Sotus, ars & solertia medici plus ad id conferre, quam virtus sacramentis, ideo non semper suum effectum sortitur. Hanc

Sotus respon-  
so.

Tom. VIII. De Sacramentis.

T 3

de ef-

de essentiâ, uti verè non sunt, alioqui erraret Romana, & vniuersalis Ecclesia, quæ non semper illas adhibet, sacramentum essentialiter perficitur, antequam duas ultimæ unctiones adhibeantur: sacramentum autem statim ac perfectum est, effectum confert; nec pendet ab intentione priuatâ ministri, modò intentionem generalem habeat facie di, quod fecit Christus, vel facit Ecclesia. Confir. 1. vel talis minister nullam habet intentionem conferendi gratiam, nisi in ultimâ unctione, quando iam sacra, quod in successuâ actio ne unctioni consistit, quoad essentiam transiit, & tunc sacra, nullam conferet gratiam; non quando essentialiter compleetur quintâ unctione, defecit intentionis ministri: non quando adhibentur aliæ duas unctiones accidentales, quia tunc sacra, quoad essentiam non est; nequit autem sacra, gratiam conferre, quando non est, præsertim in leuitate. *Sotii*, & *Thomist.* in qua sacramenta gratiâ physice causant: alioqui posset minister intentionem habere gratiam conferendi post centum unctiones, & consequenter gratiam conferre in ceteris quinque unctionibus: nam codem modo hæc est extra numerum quinque unctionum essentialium, ac septima unctione. Vel aliquam habet intentionem saltem generalem, & tunc gratiam confert, cum primum sacram, essentialiter compleetur, non exceptatis ceteris unctionibus, ad essentiam non pertinentibus: quia cum gratiam conferant ad instar causarum naturalium, statim ac sunt ad causandum idonea, illam conferunt: sunt autem ad causandum idonea, statim ac sunt in sua essentia completa, non secus ac causa naturalis. 2. sæpe daretur casus, in quo infirmus susciperet totum sacram, quoad totam essentiam, & tamen nullam reciperet gratiam, quando nimis absolutis primis quinque unctionibus, quibus hoc sacram, perficitur, infirmus ante sextam vel 7. ad quam

*Sacerdos* suam referret intentionem, moreretur. Nec argu. ducentum à tribus versionibus, quas antiquitus in Baptismo Ecclesia adhibebat, aliquid probat, cum sit eadem ratio.

*Secunda* assertit, gratiam conferri in instanti, quo hoc sacra, essentialiter compleetur; sc. instanti, quo primum quinque unctiones absoluuntur cum totidem formis illis respondentibus. Hæc communior inter recens. *Suarez* disp. 41. sent. 2. nu. 13. *Valen.* disp. 8. q. 2. pu. 2. Sà ver. *Extrema unctione*, *Cornelij* disp. 19. dub. 6. *Nugneq* 3. p. to. 2. qu. 32. art. 6. dub. un. filiu. tract. 3. de sacra. *Extrema-Vñctio. cap. vñ. nu. 126. Diana tract. 4. de sacra. Resol. 179. Sotii* & *Henrig. cit.* qui à fortiori docent, quando hoc sacra, conficitur quinque tantum unctionibus essentialibus, gratiam conferri in ultimâ. Fundam. Nullum sacra, suum effectum causat nisi quando est essentialiter compleatum. At hoc sacram, non compleatur essentialiter, nisi quintâ unctione: ergo.

*Tertia* opinatur, in singulis unctionibus, & formis respondentibus, partiale gratiam conferre. Hanc probabilem putant *Henrig. Suarez* & *Filiu. cit.* Cui fauent *S. Tho.* q. 29. in addi. ad 3. p. ar. 2. ad 1. vbi hoc sacra, comparat Eucharistia, cuius singulæ species gratiâ conferunt: *Scotus* in 4. dist. 23. qu. vñ. ad 2. affirmans, hoc sacram, esse vnum integratiss. non indivisibilitatis: sicut effectus eius, inquit, non est vñus indivisibiliter, quia non remissionis omnium venialium. *Medina* cod. de confess. tr. 2. q. 11. dc integr. absolu. 6. secundò, vbi docet, Extremam-unctionem ex pluribus cōstat partibus, quarum qualibet est sacra, habens suam propriam formam, non secus ac Eucharist. Fundam. 1. sicut

qualibet species Euchar. & quiuis partialis Ordo confert suum partiale effectum, ita & in hoc sacra, quævis vñctio cum sua propriâ formâ confert suu partiale effectum, & gratiam. 2. quævis vñctio cum sua forma constat ex partiali formâ cum significatione propriâ respondentे proprio effectui: ergo quævis vñctio cum sua forma est proprium sacra, gratiam conferens: nam sacra, ex diuina institutione efficit, quod significat: ergo si quævis vñctio cum sua propria forma habet proprium significatum partiale, distinctum ab aliis, habebit etiam suu effectum propriu partiale, distinctum ab aliis. 3. iuxta hanc sent. melius prouisum est casibus, qui poslunt in hoc sacra, suscipiendo occurrere infirmo, vt si moriatur ante omnes quinque unctiones expletas: nam in hæc sent. accipit gratiâ salte partiale in prima unctione; unde etiam si moriatur ante quâ accipiat reliquias, moritur cum gratia sacra. Præterea fieri potest, vt per talé gratiâ inuictus attrito fiat cōstitutus, & saluetur, qui iuxta aliam sent. gratiam non acciperet, & consequenter, si in peccatis esset, etiam si esset attritus, damnaretur.

*Quarta* censet, totam gratiam in hoc sacram.

statim conferri, cum primum prima vñctio cum sufficienti verborum formâ applicata fuerit: Ceterum reliquias unctiones cum suis formulis docet addendas esse ex sola Ecclesiæ consuetudine, non ex sacramenti, aut effectus necessitate. Hanc docet *Becanus*, & sequitur ex sent. eorum, qui docent, vnicam tantum unctionem in quavis corporis parte adhibitam, esse sufficientem ad essentiam huius sacram. Quam sent. suprà probabilem censui, eamq; urgente necessitate posse ad proximam redigi, propter authoritatem duorum Rituallum & Theolog. Iuxta aliam sent. afferentem, hoc sacram, essentialiter contare quinq; unctionibus, expressis quinque formulis, tam 2. quam *primagra* 3. sent. est probabilis. Nota tamen iuxta 3. sent. ita partiale dicendum esse, per 1. gratiam partiale, quæ in est remissa 1. unctione confertur, remitti omnia, si quæ in omnium subiecto sunt, inuincibiliter ignorata, cum ne-peccat; queat vnum mortale absq; alio remitti: repugnat n. saltem de potentia ordinariâ, quamcumq; gratiam habitualē cōsistere cum mortali. Quo etiam fit, vt si in 1. unctione infirmus non sit sufficienter dispositus ad remissionem peccatorum, sit autem dispositus in 2. 3. vels. unctione, nō in 1. sed in 2. 3. vels. unctione gratiam peccatorum remissiuam consequatur.

## SECTIO VIII.

*Quis nam fit necessarius minister huius sacramenti?*

*D*ogma fidei est à Floren. & Triden. sess. 14. de *Extreme-unctione. cap. 3.* & *Can. 4.* contra hæreticos huius temporis definitum, solum Sacerdotem esse ministrum huius sacram. quod perpetua Ecclesiæ praxis ostendit, quæ nunquam huius sacra administrationem alteri commisit: ex verbis B. Jacobi: *Inducant Presbyteros Ecclesie*, & orienti super eum, ungentes eum oleo: Presbyteris tribuitur oratio, & vñctio sium: nomine autem Sacerdotis à fortiori intelligitur Episcopus, qui superior est Sacerdote dignitate; ita docuit *Innocent.* I. Epist. ad Decentis. Episc. Eugub. Porro per Presbyteros hoc loco non intelligi seniores èrare, vt hæretici conveadunt, sed officio & dignitate, cōstat, cum quia apud scriptores Eccl. Presbyter absoluto prolatus stat pro Sacerdote, vt pro principali signi-

131.  
Confir.

*Sacramento*  
*conferunt*  
*eiām gra-*  
*siām ad in-*  
*stār causarū*  
*naturalium.*

133.  
Confir.

133.  
Hæc sent. vi  
minus pro-  
babiliore re-  
stā.

134.  
Recessenda  
sunt proba-  
biliores.

135.

Fundam.

135.  
3. sent.

136.  
Fundam.

137.  
Sent.

138.

Colligentes

B. Jacob.

Qæ nomi-

ne Presbyt.

intelligam

significato, ex 1. ad Timoth. 4. Cum impositione manum Presbyteri. Tum quia si hoc loco Iacobus intellectasset ieiiores aetate, non fuisset ad rem, cum potius hortari debuisset, ut ad infirmos induceretur celebriores sanctitate, quorum oratio efficacior est apud Deum. Nec obstat, quod ab Apostolo dicantur Presbyteri numero multitudinis: tum quia sumpliciter hic numerus in Scriptura accipitur pro numero singulari, et alibi cum Augustino notauit. Tum quia, cum hoc sacram. ministretur infirmis, qui maxime indigent precibus Ecclesiae, & officium Presbyterorum sit orare pro fidelibus, praeter Presbyterum, qui sacram. ministrat, hortatur Apostolus, ut alij etiam inducantur ad orandum pro infirmo. Demum usus est numero plurali, ut insinuaret, posse hoc sacram. a pluribus Sacerdotibus simul ministrari, ut infra. Dicere. Innocentius. Epistola. ait, non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis licitum esse ut hanc uincione: ergo non est solius Sacerdotis hoc sacram. ministrare. Propter hanc authoritatem Thos. Walden. putauit, posse laicum in absentia Sacerdotis hoc sacram. ministrare. Sed hoc est falsum. Sotus in 4. dist. 23. q. 2. art. 1. censet, hoc loco Pontificem non loqui de uincione sacramentaria, sed de uincione, quae devotionis causae ad infirmitatem curandam antiquitus uerabantur etiam laici. Verum haec Sotus resp. vix texui accommodari potest.

Dico igitur, citata verba Pontificis non esse intelligenda de vnu aetate, sed passim huius sacram. Explicans n. verba Iacobi, ita scribit: quod non est dubium de fidelibus agrotanib[us] accipi, vel intelligi debere, quis aetate oleo chrismati perungi possunt. Post quod subiungit Quo, nempe chrismate, ab Episcopo confessio, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uis christiani licet in sua, aut suorum necessitate. Quae verba cum sine declarativa praecedentium, refertur eundem sensum.

An possit hoc. Aliqua controuer. est, an possit hoc sacram. a pluribus Sacerdotibus validè confici. Trifariam possit: 1. vt unus solam subministrat materiam uengendo, altero formam canendum proferente. 2. vt dum unus ungit unum sensum, enuntiatque partiam formam, alter alterutrum sensum ungat, & suam proferat partiale formam. 3. vt dum unus unum sensum uinxit, protulitque suam partiale formam, alter non quidem simul, sed successiuè alium sensum ungat, aliamque proferat partiale formam.

Dico 1. Nequit hoc sacram. validè confici a pluribus Sacerdotibus iuxta 1. modum. Suarez disp. 43. scilicet 2. Nugnez p. 10. 2 q. 31. art. 2. insinuaturque illis Jacobis: Orient super eum, ungentes eum oleo: quibus significat, eundem debete esse, qui formam profert orando, & qui materiam ministrat uengendo. Ratio: sacramenta, quae in ipsa aetate ministrati consistunt, determinari debent per verba ab ipse ministro prolata: non n. valeret Baptismus, si ab uno materia, ab alio forma adhiberetur. Nec refert, quod forma Baptismi sit indicativa, & expressè referat eundem, qui lauat, & qui verba profert: nam etiam si forma Extrema- uincio. sit deprecativa, adhuc ex communi usu locutionis refert eundem uengentem, & verba proferentem.

Dico 2. potest hoc sacram. a pluribus Sacerdotibus validè confici, non solum successiuè, sed etiam simul. Prior pars est communis inter Schol. in 4. dist. 23. c. summis. ver. Extrema- uincio. Posterior Henr. lib. 3. de sacra. cap. 13. num. 3. Suarez disp. 43. scilicet 2. n. 8. Sa. ver. Extrema- uincio. Cominck disp. 19. dub. 9. concl. 3. Nugnez cit. & recent.

Insinuatur a B. Iacobo, dum in plurali ait, inducendos esse Ecclesias presbyteros, qui oreant, & ungant affirto in infirmum. Et prob. a paritate Ordinis & Euchar. finitur a B. Iacobo. Etenim si Episcopus qui Sacerdotem consecravit, deficiat, antequa eidem potestate conferat remittendi peccata, posset & deberet alter Episcopus huiusmodi potestate consecrare, non repetendo, quod praecedens Episcopus fecit: quia supponitur a praecedente Episcopo validè collatum fuisse potestate in corpus Christi verum. Itē si Sacerdos, qui hostiam consecravit, deficiat, ut non possit secundum speciem consecrare, posset alter Sacerdos calicem duxat consecrare, non consecratā alia hostia: quin posset, dum unus hostiam consecrat, validè alter calicem consecrare. Ceterū etsi validè possent duo Sacerdotes simul hoc sacram. confidere, haud tamen possent licet, cum sit contra uinuerſale Ecclesiae primum, a qua recedere non licet sine uirgente necessitate, qualis esset, si periculum foret, ne antequam omnes quinque uinciones ab uno Sacerdote absoluarentur, infirmius deficeret.

Dicere. Dispar est ratio de Euchar. & Ordine: sc. nec secundus Sacerdos tenetur consecrare hostiam, sed tantum calicem, quia hostia supponitur ab alio consecrata: nec secundus Episcopus debet iterare sacra. conferendo potestate in corpus Christi verum, quia illa supponitur collata a praecedente Episcopo. At verò una uincione a 1. Sacerdote adhibita, nihil omnino effectum est, cum hoc sacram. non conficiatur, nisi quinque uincionibus. Potest igitur & debet secundus Sacerdos referere 1. uincionem ab alio Sacerdote factam; non potest autem repetrere consecrationē hostiæ, vel secundus Episcopus collationē potestatis in corpus Christi verum: quia per 1. uincionem nihil effectum est, sicut per consecrationē hostiæ, & collationē potestatis in corpus Christi verum, aliquid sacramenti consecratum est. Confir. Ita se habet una uincio ad reliquias in hoc sacram. sicut prima verba calicis. Hic est calix, ad taliua subsequentia: sed si quis tantum protulisset haec verba, secundus Sacerdos, non deberet tantum supplere verba subsequentia, quae praecedens non protulit, sed omnia, etiam quae praecedens protulit: ergo si quis unam tantum adhibuit uincionem, debet sequens non tantum supplere reliquias, quas praecedens non adhibuit, sed etiam primam, quam adhibuit: nam eodem modo nihil per 1. uincionem effectum est, sicut per prima verba calicis. Resp. 1. Etiam per 1. uincionem collatus est aliquis effectus sacram. iuxta probabilem sent. scilicet 2. Esto nullus effectus gratia sanitatis. sacram. sit collatus per 1. uincionem, est tamen sacram. inchoatum per propriam partiale materiam, & propriam partiale formam: quod sat est, ut non teneatur secundus Sacerdos repetrere uincionem ab alio factam nisi forte illa non fuisset completa per omnia verba formæ: nam tunc repetranda esset talis uincio: cu tota partiali forma illi respondentem. Nec est par ratio de primis verbis calicis: quia illa non sunt integra forma partialis calicis: sicut una uincio cum sua propriâ formâ est integra pars sacram. Ceterum, an possit secundus Sacerdos, non obstante, quod primus unam, vel alteram uincionem adhibuit, omnes quinque adhibere? non dubito, quin licet possit, ut constat exemplo Eucharistia. in qua etiam una species supponatur consecrata, adhuc licet potest secundus Sacerdos vel simul cum calice nouam hostiam consecrare, vel tantum supplere, quod primus Sacerdos omisit, ut notatur in Rubricis Missalis.

Dico 3. et si validè hoc sacram. a quo quis Sacerdotus

*Nota. si pra-*  
*sumperit: id fecerit, excommunicationem non incurrit.*  
*clericis sc. se-*  
*cularib. Religiosis. In extrema necessitate Ecclesia non*  
*conferatur, cum tanto damno infirmi velle Sacer-*  
*dorem eo vinculo innodare. Quin, si constet, pa-*  
*rochum iniuste haec licentiam negare, posset qui-*  
*cunque sacerdos hoc sacram. in extremis consti-*  
*tuto ministrare, vti & Euchat. Neque ad hoc mi-*  
*nistrandum requiritur, vt sacerdos sit expositus,*  
*& ad confessiones iuxta Trident. decretū appro-*  
*batus: cùm hoc nullam requirat in administrante iurisdictionem, nec sit sacram. iudiciale, vti est*  
*sacram. pœnit. An autem possit parochus publicè excommunicatus licentiam cōcedere sacerdo-*  
*ti ad hoc sacram, ministrandum: Negat Sharec*  
*disp. 44. sect. 2. nū. 5. Affirmant communiter alij, &*  
*probabilius; eo quod licentiam concedere ad hoc*  
*sacram. ministrandum, non sit actus iurisdictionis, quā publicè excommunicatus priuatut.*

*Quoniam sit remotum subiectum huīus*  
*sacramentī?*

*151.*  
*Duplex est*  
*subiectum.*

**H**uius sacram. subiectum, alterum proximū, suntque sensuum organa immediatè inun-

*152.*  
*Remotus so-*  
*lus visor.*

genda: alterum remotum, qui est totus homo, di-

*153.*  
*Infirmitas*  
*est conditio*  
*ad valorem.*

citurque subiectum denominationis, qui ex una

*154.*  
*Nepenitens*  
*sit desperata*  
*salus corp.*

tantum vnde in una corporis parte totus de-

*sit sui compos, vt infrā. Dicēs. Hoc sacram.*  
*non constat ex subiecto infirmo vt ex materia cō-*  
*ponente: quia subiectum est tantum materia ex-*  
*trinseca, circa quam versatur hoc sacram. ergo si*  
*in sua essentia non includit vt partem componē-*  
*tem subiectum infirmum, poterit totam suam es-*  
*sentiam habere in subiecto non infirmo.*

*155.*  
*Resp. neg. conseq. nam et si hoc in sua essentia*  
*non includat subiectum infirmum vt partem cō-*  
*stituentem, supponit tamen illud vt conditionem*  
*essentialiter ad sui valorem requisitam. Sicut Or-*  
*do non includit subiectum, cui confertur, vt par-*  
*tem constituentem sui, necessariò tamen suppo-*  
*nit illud vt conditionem ad sui valorem essentialiter*  
*requisitam. Vnde defectu capacitatris subie-*  
*cti non imprimitur characteris Ordinis fœminæ.*

*156.*  
*Inferritur, non posse hoc sacram. ministrari con-*  
*stituto in articulo mortis, si talis infirmus non sit,*  
*vt qui mox rapiendus est ad patibulum, vel iturus*  
*ad bellum, in quo certò sit moriturus, vel maris*  
*tempestate iactatus mox sit submergendus. Potest*  
*tamen vel qui pestem contraxit, vel qui venenum*  
*acepit, aut præ nimia senectute deficere incipiat,*  
*etiam si non decumbat, hoc sacram. suscipere. Cō-*  
*cedunt etiam illud multi fœminis partui proxi-*  
*mis: quanquam vt refert Sà v. Extrema-unc. fi-*  
*ne, id vetat Synodus Mediol. Explicandi tamen*  
*sunt hi, vt tunc sit hoc sacram. ministrandum fœ-*  
*minis partui proximis, quando ex nimio dolore fœmine*  
*partus, ita corporis viribus debilitantur, vt de partu*  
*morte earum timeatur.*

*157.*  
*Dubitatur, an ad validitatem huius sacra. per-*  
*tineat, vt infirmus versetur in vero periculo vi-*  
*tæ, an sufficiat, vt tantum sit in periculo probabiliter*  
*putato. Quod requiratur, vt infirmitas sit*  
*gravis, & ex natura sua periculosa, docet Sharec*  
*disp. 43. sect. 2. exc. 2. Conciliis, quæ dum docent,*  
*hoc sacram. nonnisi infirmis esse ministrandum,*  
*simil declarant, quia infirmitate laborare debeat.*  
*Igitur si ex eo quod docent, hoc nonnisi infirmis*  
*ministrandum esse, colligimus, infirmitatem esse*  
*conditionem ad sacram. valorem requisitam: pari*  
*modo ex eo, quod eadem docent, non esse mini-*  
*strandum, nisi periculo morbo laborantibus,*  
*colligere est cum morbum esse conditionem ad*  
*validitatem eiusdem necessariò requisitam.*

*158.*  
*Ratio igitur dub. sicut ea materia necessaria est*  
*ad valorem sacram. quam Christus re ipsa insti-*  
*tuit, non quam quisque probabiliter iudicat: ita*  
*ea infirmitas erit necessaria conditio ad valorem*  
*huius sacram. quam Christus re ipsa instituit, non*  
*quam quisque probabiliter putat. Vnde sicut no*  
*valeret Ordo collatus fœminæ probabiliter pu-*  
*tato viro; ita nec Extrema-uncio collata infirmo*  
*probabiliter tantum putato in periculo vitæ.*

*159.*  
*Dico, ad valorem huius sacram. sat esse, vt*  
*morbus probabiliter putetur periculosus: ita Co-*  
*ninc disp. 19. dub. 7. ex verbis Triden. Ut in exitu*  
*vita constituti videantur: non dixit snt, quod desi-*  
*gnat periculum in re ipsa; sed videantur, quod ad*  
*prudens iudicium refertur. Ratio: cùm non sem-*  
*per possit moraliter sciri, quando sit verum perি*  
*culum mortis, & hoc s̄pē pendeat ex causis no-*  
*bis occultis, plerumque fuisse hoc sacram. suo*  
*effictu frustratum, si ad sui valorem requereret*  
*verum periculum vitæ re ipsa, vnde ne valor sa-*  
*cam. esset dubius, semper illud ministrandum fo-*  
*ret. quando nulla esset de infirmo spes salutis:*  
*quod est contra primum Ecclesæ, & Ritualia.*

*160.*  
*Ad rationem dub. de materia non est tanta dif-*  
*fic. dignoscendi eam, quam Christus re ipsa insti-*  
*tuit;*

tuit; quanta est dignoscendi verum periculum mortis: nam hoc sepe pendet à causis occultis, illa à patētibus, & notis. Par ratione inter virum, & fœminā aperta intercedit differētia omnibus nota.

Tertiō certum est, nec pueros rationis vslū nondum habentes, nec perpetuō amentes, esse huius sacram. capaces: quia in his nequit verificari forma, & principalis finis, propter quem hoc sacram. est institutum, qui est tum remissio peccatorum, quæ per alia sacra. remitti non potuerunt, si obicem in subiecto nō inueniat: tum animi roboratio ad morbi molestias patienter ferendas, tentationesque dæmonis superandas. Cæterū cā ætate ministrandum est pueris, quā illis ministratur Euchar. vi Rituallia. Addo, cum omnibus ferè, ijs ministrari posse, quando sunt capaces sacram. pœnit. cūm hoc sit completiū & cōsummatiū sacram. pœnit. imò ministrari posse saltem sub conditione ijs, quibus etiam sub conditione si fuerint capaces, ministratur sacram. pœnit. Leg. Diana tract. 4. de sacram. Resol. 169.

Duo supersunt controverſa; 1. an hoc sacram. ad sui validitatem postuleret, vt subiectum aliquādo peccauerit actualiter; 2. an licet ministrari possit ijs, qui nullum de facto ostendunt rationis vslū, esto illum antea habuerint. Quoad 1. Negant Henrīq. lib. 4. de sacram. cap. 11. nn. 3. Suarez disp. 42. sett. 2. nn. 8. Coninck disp. 19. dub. 7. Fibii. tract. 3. de Extrema-vnct. cap. 5. qu. 8. Diana tract. 4. de sacra. Resol. 181. & sequitur ex illorum sent. qui docent. B. Virginem suscepisse hoc sacram.

Probant 1. Neque ex verbis Iacobi, neque ex aliquo Concilio, neque ex forma, aut materia, neque ex fine huius sacra. necessitas talis conditionis colligi potest: nā verba Iacobi, Et si in peccatis sit, dimittentur ei, cū sint conditionalia, nihil ponunt in esse: vnde etiam nulla sint, conficitur sacra. Concilium Floren. & Triden. nihil addunt, nisi sola explic. verbis Iacobi. Forma intelligenda iuxta verba Apostoli, ex quib. sumpta est, nempe conditionatè, & potentialiter, non absolute & actualiter: sicut intelligitur de illo, qui aliquo sensu semper caruit, & per illū peccare nunquam potuit. Neque ex materia hæc conditio colligi potest: nam licet vñctio importet curationem spiritualem, quæ animi ægritudinem supponit; hæc tamen non est sola ægritudo ex peccatis actualibus in anima relata, sed etiam debilitas ad resistendum temptationibus dæmonis, ex peccato originali, & corporis sensuumque imbecillitate causa. Demum principalis finis huius sacram. est, robore infirmum ad temptationes dæmonis superandas, quo subſidio indiget etiam, qui nunquā actualiter peccauit. Præterea potest hoc sacra. in tali subiecto abſtergere reliquias relatas à peccato origi. quæ sūt ipsa animi, corporisq; infirmitas.

2. Si quis mortis articulo baptizetur, & viaticum sumat, potest hoc etiam sacra. suscipere, et si nullum peccatum post baptismum commiserit: ergo actualiter peccasse non est conditio ad validitatem huius sacram. necessariō requisita. Quia iste nullum habet actualē, & si quæ habuit, omnia sunt baptismo extinta. 3. Si quis post actualia sanctissimè vixerit absque vlo etiam veniali, ex speciali priuilegio Dei, talis esset capax huius sacra. ergo etiam nullum commisserit pecc. nam si actualia, vel ipsorū reliquiae non sunt de præsenti necessaria ad sacra. validitatem, nec erunt præterita iam remissa. 4. Actualē non est materia huius sacram. sicut est materia sacra. pœnit. ergo licet non præcesserit, possunt omnia essentialia, ad hoc

sacra. applicari. 5. Validus est Baptismus collatus subiecto, quod nunquam peccauit: ergo eti. Extrema-vnctio, quia utrumque sacram. est remissum peccati, quod inuenit sine obice.

Affirmant Nugnez 3. p. 10. 2. qu. 32. art. 2. diff. 1. 169. Joan. Sanctius apud Dian. cit. exp̄lē S. Tho. q. 32. Affirmant. in supple. ad 3. p. art. 4. ad 2. vbi propterea negat, pueris non habentibus rationis vslū esse hoc sacra. ministrandum, quia hi non habent reliquias actualis, ad quas abſtergendas principaliter est institutum. Idem sentiunt, qui putant, hoc sacra. esse institutum ad delenda venialia. Vnde Bonau. in 4. diff. 23. art. 2. qu. 3. ad ult. obijcens sibi, falsam esse formam huius sacram. prolatam super organum lensus, quo semper cœravit infirmus, Respondebat, neg. sequel. nam etiam si per illud infirmus nunquam actu peccauit, actu tamen peccauit interno appetitu, desiderando per tale organum externum actuali inordinate exercere. Si autem hic Author iudicasset, ad valorem huius sacram. sufficere peccatum tantum in potentia, nō recurrit ad actu appetitus interni, sed ad potentiam, quā potuit per tale organum peccare. Vnde cūm qu. 2. dicit, hoc sacram. dandum esse solis infirmis, qui peccare potuerunt venialiter, rō peccare potuerunt, non intelligitur de sola potentia antecedente, sed etiam de consequente. Eod. modo intellige Richar. art. 2. qu. 4. dum ait, hoc sacram. non esse cōferendum, nili habentibus, vel habere potentibus de communi lege veniale peccatum.

*Indulg. usum an. 590. is. n. putatur indulgentias concessisse sanctorum Basilicas visitantibus. Post concessit Leo III. an. 804. vt ex Baroni. Post an. 847. cādē Indulg. potestate usus est Sergius Pont. vt. n. refert idem eod. an. n. 2. in Ecclesiâ SS. Sylvestri & Martini, ad quam hic Pontifex multas transstulit reliquias, adhuc extat marmorea tabula, in quâ statuta est, *Indulgencia trium annorum, & trium quadragesimarum, omnibus ad eas certis diebus devotè accedentibus.* Post an. 878. Indulg. concessit Joannes VII. ijs omnibus, qui pro defensione Ecclesiæ in bello occumbentes. Post an. 1071. Alexander II. occasione Dedicationis Basilicæ in honoré S. Benedicti in Cassinensi monte, plenariam Indulg. concessit omnibus præsentibus, vt idem eod. an. n. 2. eundem usum ad proxim rededit Urbanus II. an. 1095. Paschafius II. an. 1116. pœnitentiam 40. dierum indulxit ijs, qui Apost. Iimina visitarent. Gelasius II. an. 1118. Indulg. concessit ijs, qui in bello contra Saracenos morentur. Eisdem concessit an. 1122. Calixtus II. Hierosolimam proficiscentibus in subsidium Christianorum. Easd. an. 1127. concessit Honorius II.*

*Tom. VIII. De Sacramentis.*

pugnantibus contra Rogerium Siciliæ Comitem &c. Eand. Indulg. potestatem declarauit an. 1179.

*Alexander III. qui, vt cap. Quid autem de pœnit. & remiss. consultus ab Archiep. Cantuar. Utrum remissiones, que sunt in Dedicationibus Ecclesiæ, aut conferentibus ad edificationem pontium, alijs profint, quâm his, qui remissionibus subsunt, responderet, remissiones predictas prodeesse illis tantummodo, quibus ut profint, proprij Judices specialiter indulserunt. Innocentius III. electus 1198. prohibet in cap. ckm ex eo, de pœnit. & remiss. in Dedicatione Basilicæ Indulgencia extendatur ultra annum.*

*Urbanus IV. qui primus solemnitatem corporis Christi instituit post festum Trinitatis. Simul Indulg. impertit, omnibus ijs, qui huiusmodi solemnitati per totam octauam interessent an. 1261.*

*Quas Indulg. simul cum corporis Christi solemnitate confirmavit an. 1311. Clemens V. vt in Clementina, si Dominum, de reliqui s & vener. sanct. fine. Ante anno 1300. Bonifacius VIII. peculiari*

*Bullâ, in Extraag. antiquorum de pœnit. & remiss. vt antiquissimam consuetudinem refert, concessas fuisse Indulg. visitantibus Basilicam Principis Apost. de urbe, easque authoritate Apost. confirmat, approbat, & innouat an. 1342. Clemens VI. I. in Extraag. Unigenitus, de pœnit. & remiss. non modo usus est spirituali clave Indulg. sed effectibus etiam rationibus probare conatus, est extare in Ecclesiæ spirituali thesaurum constantem ex meritis Christi & sanctorum, vt suprà: Qui & Lubilæum, quod ante 100. quoque anno recurrebat ad 50. contraxit: postea ad 25. Martinus V. plenariam Indulg. concessit, qui fuerunt præsentes in Concilio Constantiensi:*

*Eandem veritatem contra hæreticos defendit duo Concilia generalia, Constan: sess. 8. in qua dñnat VVicelli errores, inter quos unus est, quod Pontifex non habeat potestatem Indulgencias concedendi & Trident. sess. vlt. peculiari decreto de Indulg. in quo definit, esse in Ecclesiæ potestatem Indulgencias concedendi à Christo concessam, eamque antiquissimam: anathemate damnati contrarium sentientes. Eandem particularibus bullis contra Luther. & Petrum Oſomen, defendant Leo X. & Sixtus IV. qui annum lubilæum à 50. contraxit ad 25. vt disp. seq.*

*Vna difficultas; an superabundantes satisfactio[n]es eorum iuritorum, qui post multa opera satisfactoria in peccatum inciderunt, aut etiâ datinatis sunt, referuentur in thesauro Ecclesiæ. Affirmat Henr. lib. 7. de Indulg. cap. 2. nu: 3. quia ualor, solutio[n] inquit, satisfactio[n]is non videtur pendere in consertatione à gratiâ persona operantis, sicut penderatio meriti. Quod probabile est: quia cum meritu non prosit, nisi persona operanti, si illa non est in statu gratiæ, nulli alteri poterit predeſte: satisfactio[n]io, cum non solùm prosit persona satisfaciensi, sed alijs, quibus applicari potest, etiâq[ue]li persona, à quâ satisfactio processit non sit capax, poterunt esse capaces alia. Vnde sicut bona temporalia ciuium rebellium sequantur incommuni Reip. etatio dispensanda alijs ciuib[us]: ita bona spiritualia rebellium Ecclesiæ membrorum seruantur in communi thesauro, alijs membris applicanda. Nec refert, quod persona cuius fuit satisfactio, quando satisfactio ipsa applicatur, nō sit grata D[omi]no: quia Deus non respicit tam satisfactio[n]em propter ordinem ad personam, quæ est in peccato, sed prout dicit ordinem ad Christi satisfactio[n]em, à qua vt à causa uniuersali valorem habet omnis satisfactio personæ particularis.*

V 3

SECTIO

## SECTIO II.

*Cuius potestatis actus fit Indulgencias concedere?*

<sup>13.</sup>  
Eff. actum  
ram ordinis,  
quam iurid.  
cense.

**D**randus in 4. dist. 20. qu. 5. probabile censem, esse actum tam ordinis, quam Iurisdictionis, extendentis se supra totam Ecclesiam. Quod sit actus ordinis prob. per indulgentias exponit remittuntur, quæ à Sacerdote in foro pœnit. fuerant iniunctæ: Sed nemo potest has pœnas remittere, vel relaxare, nisi solus Sacerdos, qui eas tantum indicare potest: igitur solus Sacerdos potest Indulgencias concedere. Maior constat ex formula concedendi Indulg. in qua dicitur: *Tantum vel tantum de iniunctis pœnitentijs misericorditer relaxamus.* Minor prob. nemo potest pœnam per alium iudicem imponit remittere, vel relaxare, nisi sit superior, qui de eâ iudicare potest. Quod sit etiam actus Iurisdictionis, prob. eius actus est Indulg. concedere, cuius est de communi Ecclesiaz thesauro dispensare. Solius autem Pontificis hoc est.

<sup>24.</sup>  
Eff. actum  
iurisd. tantu  
lo.

*Quid sit  
potestas co  
cedendi in  
indulg.*

8

Verum hæc opinio, quatenus assertit, concessionem Indulg. esse actum ordinis, vel illum supponere, est contra omnes Scholast. qui vñanimi consensu aiunt, esse actum tantum Iurisdictionis. Vnde sequitur, posse Pontificem, etiam si Sacerdos non sit, concedere Indulg. Ratio: potestas concedendi Indulg. est tantum potestas applicandi satisfactiones Christi, & sanctorum pro pœnis temporalibus ex condonatis peccatis relatis extra sacram. pœnit. Hæc autem potestas per se nullum requirit ordinem, sed tantum Iurisdictionem in eos, quibus relaxandæ sunt pœnas per Indulg. nam si ordinem requereret, maximè Presbyteratus. At hic per se tantum ordinatur ad confidendum corpus Christi, & ad remittendam peccata, & pœnas illis debitas in foro tantum factam. Hæc autem potestas nec remittit peccata, nec pœnas debitas peccatis in foro factam. sed extra illud per modum iudicæ absolutioq. Confir. potestas ordinis non est capax limitationis, ut est potestas Indulg. quæ limitari potest iuxta voluntatem concedentis.

25.

Est igitur concessio Indulg. actus solius Iuridict. supponens in concedente ius supra eos, quibus ex conceduntur, ut definit Alexan. III. cap. Quod autem, de penit. & remiss. vbi Pontifex docet, non prodere Indulg. ijs, qui eas concedentibus non subsunt. Quia nullus à non suo Indice ligari, vel absoluvi vales. Eand. sent. Schol. docent in 4. dist. 20. & 21. Hinc aliqui deducunt, applicationem Indulg. factam pro defunctis, dici per modum suffragij, quia Pontifex non habet Iurisdictionem in defunctos. Sed de hæc diffic. infra.

26.

*Quis actus  
iurisd. exer  
ci potest in  
inuitum,*

Obijcies 1. Si concessio Indulg. esset actus Iurisdictionis, posset exerceri in inuitu; ut absolutio ab excommunicatione. Nego, omnem actum Iurisdictionis exerceri posse in inuitum; solum ille, qui nullum requirit consensum ex parte eius, in quem exercendus est. Cum igitur applicatio Indulg. requirat aliquem consensum ex parte eius, cui applicandas sunt, non poterit talis applicatio fieri inuitu. Absolutio ab excommunicatione pendet à sola voluntate absoluventis, nullo requisito consensu ex parte absoluendi. An autem possit Pontifex aliquando Indulg. concedere etiam inuitu, infra.

27.

Obijcies 2. Si concessio Indulg. esset actus Iu-

risdictionis, non posset Pontifex eas sibi applicare: quia nemo potest in se ipsum Iurisdictionem exercere. Resp. nō defuisse, qui propter hoc arguerunt, Pontificem posse esse Indulg. participantem, ut refert Bellar. lib. 1. de Indulg. cap. 6. Nego sequel. Ad prob. neminem posse in seipsum secundum eandem rationem consideratum Iurisdictionem exercere, concedo: neminem posse consideratum secundum diuersas rationes in seipsum Iurisdictionem exercere, nego. Pontifex consideratur, quæ caput Ecclesiaz, cui à Christo demandata persona publica potest hæc Indulg. potestas, & quæ membrum in eadē sibi Indulg. Ecclesiæ contentum; seu quæ persona publica, & concedere vi quæ priuata est. Potest igitur ut caput Ecclesiaz & priuata persona publica à Christo constituta concedere Indulg. sibi ut personæ priuatæ sub eodē corpore Ecclesiæ contentæ. Idq; non directe, & immediatè in seipsum Iurisdictionem exercendo, sed indirecte tantum & mediata, quatenus seruando conditiones ad Indulg. lucrandas à se definitas, ipse etiam ut membrum eiusdem communilitatis illas participat. Ceterum an etiam directe & immediatè valeat sibi Indulg. concedere, pendet ex ijs quæ de dispensatione legis humanæ ro. 5. disp. 6.

Vnde ad fundam. oppositus, quidquid sit de maiore, de quæ infra; nego minor. nam saltem in- ad fund. direcione per subtractionem debiti remitti potest pœna in sacro foro iniuncta, etiam ab eo, quis sacerdos non est: ut si constaret, aliquem satisficeret pro eâ pœna, pro quæ mihi iniuncta fuit sacramentalis pœnit. obligatio ratis pœnae cessaret.

Inferritur 1. non posse Episcopos extra suam diocesim Indulg. concedere: ex cap. nostro, de pœnit. & remiss. Cūm nequeat extra suam diocesim actum Iurisdictionis exercere. Nec refert, Archib. quod Archiepiscopus toti Provinciaz Indulg. concedere possit, ex cit. cap. nostro, etiam si non sit totius provinciaz ordinarius Index: nam sufficit, ut aliquando, & in certis casibus possit esse illorum Index.

2. *Actus concedendi Indulg.* neque est pura pœna solutio, nec pura absolutio, sed absolutio secum annexam habens solutionem. 1. constat: nam pura pœna solutio nullam requirit in solute Iurisdictionem, sed tantum oblationem & qualis satisfactionis pro altero: ut cum vnu sua satisfactione offert pro altero soluit pro illo, nō tamen absolvit illum: quia absoluere est actus iuridicus iudicatiæ potestatem supponens in absoluente. 2. Prob. pura absolutio nullam offert pro pœna solutionem, sed merè gratis illam remittit. Non potest autem Pontifex merè gratis remittere pœnam temporalē, quæ homo ratione peccati sibi remitti debet Deo: igitur non potest ab illa merè absoluere. Confir. si posset merè gratis absq; vñla solutione pœnas temporales remittere, omnino frusta esset thesaurus Ecclesiaz. 3. sequitur; si concessio Indulg. nec est pura solutio, nec pura absolutio, erit absolutio coniuncta habens solutionem. Nam quæ actus remissus pœna ex gratia, quæ Eff. actus fit debitori, dum illi pœna remittetur ex satisfactione alterius, dicitur absolutio: quæ talis remissio non sit absq; aliqua solutione non est pura absolutio, sed simul annexam habens solutionem. Quo sit, ut Indulg. respectu hominis, cui applicatur, habeat rationem puræ misericordiaz, quæ illi sit, quod ex thesauro Ecclesiaz satisfactione applicetur; secundum se verò, & respectu Dei includat actum iustitiaz; quia secundum se & respectu Dei non est pura pœna remissio, sed cum & equivalent solutione.

## SECTIO

## SECTIO III.

*A quo vinculo Indulgencia fideles absoluunt?*

**V**inculum, quo ligatur homo, alterum culpæ,  
alterum pœnæ. 1. certum est, indulgentias  
non absoluere fideles à vinculo mortalis culpæ.  
Est omnium Theol. de quâ, ut Bellar. lib. I. de In-  
dulg. cap. 7. propos. 1. testatur, nulla dubitatio esse  
potest. Quin eam Suarez disp. 50. sect. 1. n. 2. & 3.  
censet deinde. Fundam. de facto nulla culpa mor-  
talis remittitur absque infusione gratiæ: per in-  
dulgencias non infunditur gratia, sed solum  
remittitur pœna, ex condonatis peccatis, reli-  
qua: igitur per indulgencias non remittitur cul-  
pa mortal. Maior est de fide ex Triden. sess. cap. 7.  
vbi definitus peccatoris iustificatio non esse sola  
peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renonatio  
inferioria hominis per voluntariam susceptionem gra-  
tiae, & donorum. Et infra assignans formalem cau-  
salam nostræ iustificationis, ait esse iustitiam nobis  
inherentem. Minor prob. de facto gratia iustifi-  
cans, quâ solâ à peccato mundatur, per se non  
intunditur, nisi vel per sacram. Baptismi & pœ-  
nit. vel per actum contritionis cum voto ad hæc  
sacra. Dixi per se: quia per accidens interdum po-  
test etiam per alia sacra. gratia iustificans infundi,  
ex ea. 7. Assump. colligitur ex Triden. sess. 7. can. 4.  
de sacra. in genere, vbi damnatur, qui dixerit, sine  
sacramentis, aut eorum voto homines à Deo gra-  
tiam iustificationis adipisci. Confr. vel indulgen-  
tiae mortale remittant, nullus subiecti dispositione  
prærequisitum: at hoc saltem de lege ordinata repu-  
gnat, in qua nullum peccatum remittitur, ab ille  
propria peccatoris retractatione: vel supposita  
aliq[ue] subiecti dispositione: & contraria est: nam  
vel hæc est contrito: at hæc antecedenter ad  
indulg. peccatum remittit. Nec dici potest, illud  
remittere in voto indulg. tum quia id repugnat  
Trident. non agnoscenti in alterius rei voto pec-  
catorum iustificari, quâm vel Baptismi sess. 6. cap.  
4. vel pœnitentiaz sess. 14. cap. 4. tum quia hinc se-  
queretur, non posse hominem saluari, nisi indulg.  
sibi procuraret: hec non posset homo in voto  
pœnit. iustificatus saluari, nisi re ipsa sacramen-  
tum pœnit. suscipiendo procuraret. Vel de num  
hæc dispositio est attritio, quæ virtute Indulg.  
redderet hominem ex attrito contritum. At hoc  
aduersatur Concilio cit. sess. 14. cap. 4. vbi docet,  
attritionem, sine sacra. pœnit. per se ad iustifica-  
tionem peccatorem perducere non posse.

2. Ferè certum est, indulgentias non absoluere  
à vinculo venialis: nam etiam remissio venialis  
de lege ordinata fit per infusionem alicuius gra-  
tiae, supposita aliquâ ex parte subiecti dispositione.  
Contra hoc tamen sentit Palud. in 4. dist. 20. qu. 4.  
qui probabile purat, per Indulg. remitti venialia:  
cum quo ex parte consensit Henrig. lib. 4. de sacra.  
cap. 15. nn. 1. quatenus docet, per Indulg. per se &  
immediatè remitti reatum venialis, quo toto sub-  
lato ex consequenti tolli etiam culpam, cùm ne-  
queat consistere culpa absque vlo debito, & rea-  
tu. Sed fallitur: nam per Indulg. non remittitur  
pœna venialis nondum quoad culpi remissa; sed  
tantum pœna, ex peccato remiso relicta: sicut nec  
remittitur pœna mortalis nondum condonati, sed  
tantum pœna, ex condonato peccato relicta. Nec  
obstat, quod interdum per Indulg. Pontifices di-  
cant, se fideles à culpa & pœna absoluere: nam  
vel à culpa idem significat, quod ab effectu &

reatu culpæ: vel non consideratur sola Indulg.  
sed simul cum sacram. pœnit. quod sæpe à Ponti-  
ficibus ut prævia dispositio præmittendum præ-  
scribitur ad fructum Indulg. Ergo à solo vinculo  
pœnæ, non quidem æternæ mortali debitæ, nam  
hæc remittitur cum mortali virtute sacra. aut cō-  
tritionis in voto sacra. sed temporalis reliqtæ ex  
peccatis iam condonatis, Indulgencie absoluunt.  
Quod si concessæ essent propter actum contrit. vel  
sacra. pœnit. adhuc remissio pœnæ æternæ, eiusq;  
in temporalem committatio, non esset effectus  
Indulg. sed contritionis, aut sacra. pœnit. Ratio;  
in hoc casu contritio, vel sacram. pœnit. esset ut  
prævia dispositio ad fructum Indulg. à Pontifice  
impositum: Vnde antequam fructus tali subiecto  
applicaretur, supponeretur per contritionem, vel  
sacra. pœnit. ut præviæ dispositionem in eore  
missa pœna æterna, eaque in temporalem, ad quâ  
tantum remittendam applicarentur Indulgen-  
tiae, commutata.

Duplex autem pœna temporalis considerari  
potest in homine ex condonatis peccatis reliqtæ.  
Altera, ad quam persolvendam homo accepit sa-  
cram. pœnit. Altera, ad quam vel nondum accepit tñ peccatis  
sacram. pœnit. ut est pœna eorum peccatorum, que  
sunt extra sacra. solâ contritione remissa, & non-  
dum confessa; vel ad quam sacramentalem pœnit.  
acepit, ea tamen sufficiens non fuit pro tota pœ-  
nâ soluenda. Difficultas triplex. 1. An possit Pon-  
tifax per Indulg. remittere pœnitentias, quas pœ-  
nitens virtute clavium in foro sacram. à Sacerdo-  
te accepit ad persolvendas pœnas ex peccatis fulti.  
confectis reliqtæ. 2. An Indulgencie, quæ sub hac  
formulâ conceduntur: *De iniunctis pœnitentiaz In-  
dulgamus:* extendantur solum ad remittendas eas  
pœnas, ad quas iniunctæ sunt pœnitentiaz sacra.  
vel ad alias etiam pœnas. 3. An saltem quando In-  
dulg. sine vllâ restriktione conceduntur, exten-  
dantur ad omnes pœnas, quas homo ex peccatis  
contraxit.

Prima oritur ex dictis supra de satisfactione  
sacram. ibi. n. dixi non posse vnum sacerdotem *Discutit  
extra sacra. mutare pœnit. sacram. ab alio sacer-*  
*dote impositam: ergo multo minus id poterit non.*  
sacerdos, qui posset Indulg. extra sacram. con-  
cedere. Conveniunt omnes, posse Pontificem, &  
si sacerdos non sit, per Indulg. remittere pœnitentias sacra. à confessario pro peccatis iniunctæ, non quâ medicinales, & præseruatiæ; sed  
quâ merè peccatorum vindicatiæ sunt. Idque  
constat tum ex formula earum Indulg. in quibus  
expressa mentio fit de pœnitentiaz in foro sacram.  
iniunctis: tum ex eo, quod sæpe canones, & Con-  
cilia prohibent nimiam facili atem concedendi  
Indulg. ne pœnitentialis satisfactio enervetur, ex  
cap. Cùm ex eo, de Pœni. en. & Remiss. & Triden.  
sess. vlt. in decret. de Indulg. ita scribit: *In his conce-  
dendis moderationem iuxta veterem, & probatam*  
*Ecclesiæ confuetudinem adhiberi cupit, ne nimia faci-  
litate Ecclesiastica disciplina enervetur. Quæ verba*  
*manifestè supponunt, per Indulg. tolli ac relaxari*  
*sacras pœnit. quarum sublatione disciplina Eccel.*  
*enervatur: Discrepant verò in eo. An per sacras*  
*Indulg. pœnitentiaz tollantur directè & immedia-  
tè, an tantum indirectè & mediare, directè & imme-  
diatè remittendo pœnas reliqtæ ex peccatis Per Indulg.*  
*confessis & condonatis, mediare verò & directè pœnitentiaz*  
*ipsas pœnit. quæ ad huiusmodi pœnas persolven-  
tas à confessario in foro sacro impositæ fuerunt.*

Suarez disp. 50. de effectu indulg. sect. 2. opinatur,  
per Indulg. pœnitentias sacram. tolli solum me-  
diare. Suarez op. 40.

Confir.

diate & indirecte, quatenus sublatu reatu pœnæ, tollitur debitum pro causa satisfaciendi, undeunque tale debitum prouenerit, cum repugnet, manere debitum soluedi pœnam, subla. à torâ pœnâ. Fundam. pœnitentia sacram. est per modum ultimæ ac definitæ sent. nulli homini, ne ipsi quidem Pontifici subiectæ ac subordinatæ, cum illa proficeretur in personâ Christi, cuius vices gerit Sacerdos in hoc sacram. Porro causa semel cognita, & definita in uno supremo tribunal, non potest ad aliud reuocari. Cum igitur sacram. pœnit. sic supremum tribunal, ut poterit in quo principalis iudex est Christus, qui per sacerdotem ut per suum ministrum sententiam fert, non poterit sententia in eo semel lata, ab alio extra illud, ne quidem à Pontifice per Indulg. reuocari. Confir. potestas soluendi est proportionata potestati ligadi. Nullus autem extra hoc sacram. ligare potest; ergo nec soluere. Cum igitur Indulg. non attingant hoc internum forum sacram. soluere non poterunt ea, quæ in hoc foro imponuntur.

<sup>41.</sup> *Coninck disp. 12 de Indulg. dub. 3. concil. 2. Henr. lib. 5. de sacram. cap. 22. nn. 25. putant, per Indulg. non tantum indirecte & mediare, sed etiam directe & immediatè tolli sacras pœnitent. Quæ sent. probabilior est. Quia verò tota diffic. est, quo pacto possit hæc sent. simul stare, quod sacra. pœnit. sit supremum tribunal, in quo Sacerdos vice Christi sententiam fert, & nihilominus Pontifex per thesaurum Indulg. relaxare valeat, ac tollere pœnit. in eo tribunali à Sacerdote imposita, ideò adnitendum nobis erit, hæc duo inter se conciliare. Nam cæteroquin, si hæc duo simul inter se non repugnant, nemo est, qui non affirmet, ea forè concedenda: cum magis hoc faueat vniversali authoritati, quam Christus promisit Petro ut supremo Ecclesiæ capiti, eiusque successoribus Matth. 16. Quodcumque solueris super tēram, eris solutum & in cælo: & Ioannis ultimo: Pascha ques meas.*

<sup>42.</sup> *Declaratur modus remissione. Hoc sic declaro. Potuit Christus instituere sacram. pœnit. ut supremum tribunal in ferendâ sententiâ de peccatis, & offendis contra se commissis, & nihilominus retinere potestatè relaxandi pœnas in eo latas: quam potestatem potuit per Indulg. suo vicario communicare. Ex eo enim quod Pontifex nomine Christi misericorditer per thesaurum Indulg. relaxat pœnit. à Sacerdote vice Christi in foro sacro iniunctam, non retrahat aut reuocat sententiam Sacerdotis: nam hæc à Sacerdote lata fuit sub tacitâ conditione, si Christus, in cuius honoris defensionem lata fuit, noluerit talem pœnit. remittere. Quod illustrari potest exemplo. è rebus humanis ducto. Nam si offensus gratis remittat pœnam, quam offendes ex iudicis sententiâ accepit ad sati faciendum iniuriam contra offensum irrogata, non dicitur sententiam iudicis reuocare, aut retractare: nam hæc lata fuit sub tacita conditione, si offensus ipse noluerit gratis eam condonare. Pari modo Christus, remittendo per Indulg. pœnas, quas pœnitens ex sententia Sacerdotis accepit ad satisfaciendum iniuriam contra se commissam, non dicitur retractare aut reuocare sententiam à sacerdote latam: quia non fuit lata, nisi sub tacita conditione, si Christus noluerit illam per se, vel per suum vicarium gratis remittere: quia potestate Christus non se priuauit, erigendo supremum tribunal pœnit. Cæterum dicitur hoc supremum tribunal respectu eorum, qui authoritatem non habent pœnitentias in eo impositas nomine Christi remit-*

tendi, aut relaxandi. Vnde nulli homini est hoc tribunal subordinatum in ratione iudicij lacram, quod fertur de peccatis in eo cognitis. & iudicantis; est autem in ratione liberalis condonationis nomine Christi impeditæ. Cuius duplicitis potestatis hoc interest, quod prior nequeat suum actum exercere, nisi causâ in particulari cognitâ, ut constat ex Triden. sess. 14. cap. 5. Posterior suum actum exercere potest, cognitâ causa tâtum in communione, nempe quod fideles propter pœnas ex condonatis peccatis relietas, egeant satisfactioie Christi, & lanctorum, illis per thesaurum Indulgentiarum applicanda.

<sup>43.</sup> *Ex his patet ad fundam. Suarez. concedo, sententiam Sacerdotis in foro pœnitentia latam esse definitiuam, & à nemine mutari posse in ratione iudicij sacra. de peccatis in eo iudicatis, nisi forte pœnitens iterum voluerit sua peccata ab uno iudicata, alteri iudicanda subiicere, ut de satisfactione. Nego autem, manente ead. sent. definitiuâ de peccatis ex parte iudicis, non posse pœnitentiam, per sententiam decretâ, nomine Christi liberaliter remitti: sicut, manente ead. sent. definitiuâ in iudicio humano, potest pœna per eam lata gratis remitti ab offenso, ad cuius compêndium iniuriam imposita fuit. Ad confir. similiter concedo, pœnitentem semel ligatum in hoc foro, à nemine eodem iudicij genere, incognitâ causâ, absolvi posse: nego autem, absolvi non posse alio absolutionis genere, nempe liberalis remissionis nomine Christi factæ. Neque hinc inferas: ergo actus concedendi Indulg. non est iuridicus: sicut non est iuridicus actus, quo offensus remittit offendenti pœnam, iudicis sententiâ impositam: nam ideo actus, quo offensus remittit offendenti pœnam, non est iuridicus, quia authoritatem remittendi talem pœnam non habet cōmunicatam ab alio, sed à seipso quatenus à seipso habet, ut proprio iuricedere possit. Pontifex autem authoritatem remittendi per Indulg. fidelibus pœnas, quas proper offensas in Deum patratas iustè meruerunt, non habet à se, sed à Christo, nomine cuius pœnas remittit: proinde ab eodem Christo iurisdictionem in eosdem accipit, quibus ut superior subditis valeat pœnas ex peccatis contractas indulgere.*

*Infertur 1. Non teneri pœnitentem ad seruandam pœnit. quam in vindictam suorum peccatorum in foro sacro accepit, si probabiliter Indulg. lucratus est: quamvis optimum consilium sit, adhuc lucratissimum Indulg. eam adimplere. Coroll. hoc est cōmune, uno reclamante Valen. disp. 7. de Indulg. qu. 2 pu. 3. §. Sunt autem. Ratio: non tenetur pœnitens bis pro eodem debito soluere: igitur si pro eadem pœna adæquatè soluit per Indulg. non tenetur iterum pro eadem per propriam satisfactiōnem soluere. Dixi, quam in vindictam suorum peccatorum: nam si eandem pœnit. accepit, ut morbi etiam præseruatuum, tenetur illam seruare; nec per Indulg. potest ab illa absoluī. Ultima pars patet: tum quia nunquam est pœnitens certus, se cōsecutum fuisse effectum Indulg. tum quia satisfactio virtute clavium iniuncta non solùm ex opero operato remittit pœnam ex peccatis relietas, sed etiam confert gratiam, si in statu gratiæ adimpletur.*

<sup>47.</sup> *Dices: nunquam licet sacra. pœnit. mutilare: mutilaretur autem, si omitteretur pœnitentia: quæ est pars integrans hoc sacram. Resp. maior est vera de mutilatione quoad partem essentialiem, non quoad partem integralem, cuiusmodi est satisfactio, quæ in multis casibus licite omitti potest, in-*

<sup>44.</sup> *Tribunal pœnit. quod modo supremum.*

*Nunquam licet sacra. mutilare quoad partem effici.*

ter quos est, quando constat, pœnitentem ad quartæ satisfecisse pro totâ pœnâ peccatis debitâ, ut nos. disp. de sacrâ satisfact. 2. Ut Indulgencia tollat sacram. pœnit. remittendo loco ipsius pœnam ad quam persoluendam pœnitentia fuit imposta, opus non est, ut s. b. hæc conditione talis pœnit. fuerit à confessario iniuncta, ut nimis illa posset per Indulg. tolli, aut relaxari. Ratio: potestas Indulg. non pendet in suo auctu exercendo à iudicio confessarij, cùm sit potestas diuersæ rationis.

<sup>49.</sup> Ad <sup>2.</sup> diff. Quoad 2. diffic. Suarez, disp. 50. de effectu Indulg. scilicet. 2. Assert. 3. Coninc disp. 12. dub. 3. concl. 4. Filii. tract. 8. de causa finali Indulg. cap. 7. qu. 1. et alij putant, cùm conceditur Indulgencia de iniunctis pœnitentis, eam nō solùm extendi ad pœnam pro quâ iniuncta est pœnitentia facta. sed etiam ad alias, pro quibus nulla pœnit, iniuncta est Fundam. Suarez: hæc verba de iniunctis pœnit. nō sunt restrictiua, sed ampliatiua, habent enim sensum, ut non solùm Indulg extédatur ad pœnas, quibus nulla iniuncta est pœnit. sed etiam ad eas, quibus iniuncta est. Igitur cui cœceditur Indulg. de iniunctis, à tertiis cœceditur etiam de pœnis, quibus nulla est iniuncta. Antec. probat. 1. maius est remittere pœnam pluribus, quâm paucioribus titulis debitam. sed pœna, cui imposta est sacra, pœnit. nō solùm est debita lege naturali, & diuinâ, sed etiam humana sacerdoris illam imponentis. 2. in iudicio humano facilius est remittere pœnam ante sententiâ, quâm post latam; ergo etiam in hoc iudicio. 3. probabile est, per voluntarias pœnit. quas pro nostris peccatis exoluimus, prius nobis remitti pœnas eorum peccatorum, ad quas persoluendas non habemus sacras pœnit. quâm eorum, ad quas persoluendas habemus iniunctas pœnit. nā harum remissio quantum fieri potest reseruatur facienda per pœnit. à confessario iniunctam.

<sup>50.</sup> Beneficia principum largissimè sunt: inter pres. uda. Conseq. primi Enthy. probat 1. ex regula def. sumpta ex cap. ex parte, de decimis, in qua statuitur: Vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur. Quæ regula maximè locum habet in ijs, quæ sunt eiusdem generis, ac rationis, pertinētq; ad idem privilegium, & potestatem, cuiusmodi sunt, de quibus h̄c disputo. 2. Beneficia principum largissimè interpretanda sunt, ut definit Innoc. III. cap. Olim, de verbis signif. Quod maximè verū est, quâdo beneficium ita prodest vni, ut nulli alteri nocet. Pertinet autem ad largissimam interpretationem, ut quâdo verbum in confessione beneficij positum intelligi potest positum ad beneficium ampliandum, quod ita debeat interpretari. In re autem propositâ recte verba, Dē iniunctis pœnit. intelligi possunt addita ad ampliâdum Indulg. ut nō solùm intelligatur de pœnis, pro quibus nullæ iniunctæ sunt pœnit. sed etiam de iis, pro quibus iniunctæ. 3. Si quis facultatem cœcederet absoluendi à reseruatis, censeretur facultatem cœcedere absoluendi etiam à non reseruatis. Ergo qui Indulg. concedit, ut absolvatur à pœna, cui iniuncta est pœnit. cœseretur Indulg. cœcedere, ut absolvatur etiam à pœna, cui nulla iniuncta pœnit. 4. Si per huiusmodi verba Pôrifex intenderet soli remittere pœnam, pro quâ imposta est pœnit. se queretur, interdum fideles nullam per Indulg. cœsequi remissionem pœna, quâdo nimis illa pœna illa, pro quâ imposta esset sacra, pœnit. persoluta esset. Vnde eo casu, etiamsi qui Indulg. acciperet, multas haberet pœnas soluendas, quibus nulla imposta esset pœnit. nullam de iis consequetur remissionem.

Cateri vtrò communiter negant, has Indulg. extédi ultra pœnas, pro quibus iniuncta est sacra. Hanc except. Durana. in 4. diff. 20. qu. 4. nn. 9. Caiet. 10. 1. pref. dicit. opus. tract. 5. de Indulg. qu. 7. Sotus in 4. diff. 21. qu. 2. ar. 1. concl. 3. Pet. Sotus lect. 2. de Indulg. fine: Angel. Indulg. fine: Navar. tract. de Indulg. Bellar. lib. 1. de Indulg. cap. 7. Propos. 5. Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 6. et 3. p. nn. 8. Valeu. cit. Nugnez 3. p. 10. 2. qu. 25. art. 1. diff. 3. concl. 4. Licet iste author. etiam oppositâ lēnt probabilem cœlear. Colligitur hec sent. ex cap. Cum ex eo, de Pœnit. & Remiss. vbi Innocen. II. ne per indiscretas & superfluas Indulgencias pœnitentialis satisfactio enerueretur, præcipit Epitopis, ne in delicatione Basilicæ Indulgencia excessat 40. dies de iniunctis pœnit. Fundam. Indulgencia, ut est commune Theol. & Canonist. proloquium, tâcum valent, quâdum sonant. totus n. effectus pendet ex voluntate cœcedentis. Voluntas autem cœcedentis nō se extédit ultra verba in cœcessione posita: quâdo igitur in cœcessione ponitur verbum, de iniunctis pœnit. Indulgencia non se extendunt ultra pœnam, pro quâ iniuncta est pœnit.

Dico, nunc def. & omnes Indulg. extendi ad quascunque pœnas, etiam pro quibus nulla est iniuncta pœnit. antiquitus verò saltem illæ Indulg. in quarum concessione exprimebatur sola remissio de iniunctis pœnit. nonnisi ad eas pœnas extendebantur, pro quibus iniuncta erat pœnit. Layman tract. 7. de Indulg. cap. 3. nn. 2.

Fundam. nunc pœnitentia, quæ à confessariis pro peccatis confessis iniunguntur, sunt adeo exiles, ut parum utilitatis pœnitentibus afferent Indulgencia, si tantum eas pœnas remitterent, pro quibus illæ iniunctæ sunt. Quare quando Pontifices addunt de iniunctis pœnit. intelliguntur ex benigna interpretatione, Indulg. extendere etiam ad pœnas, pro quibus nulla iniuncta est pœnit. cum non presumatur velle tam exiguum fructum per Indulg. fidelibus cœcedere. Atque in confir. huius partis faciunt argu. Suarez.

Antiquitus verò ferè omnes Indulg. erant de pœnit. iniunctis: vnde semper concessio Pontificis præsumebatur esse iuxta morem illius tempore. Fundam. partis. 2. dicitur; ut non nisi ad relaxandas pœnas, pro quibus iniunctæ erant pœnit. extéderetur. Et antiquitus pro quois mortali graui imponebatur pœnit. annorum 7. & pro grauissimo adhuc plurimum. Ecclesiastica enim consuetudine usurpatum erat, ut haberetur 33. qu. 2. can. hoc ipsum, ut maiorum criminum pœnitentia sepius annorum spatio concludatur, nisi criminum magnitudo, vulgarem consuetudinem excedens, premissum spatiu transcendere coget: quo fit, ut etiam si iudulg. ad sola pœnas, pro quibus iniuncta erat pœnit. extenderetur, magnum afferret lucratis fructum.

Quoad 3. diffic. Caiet. Petrus Soto supra, & alij negant, Indulg. etiam sine vllâ restrictione, imò etiam plenariè concessam, extendi ad non iniunctas, sed solùm ad iniunctas pœnit. Fundam. C. a. Cum Pôrif. ijet. verba iudicis intelligenda sunt secundum formam iuris: in iure autem sola mentio fit de iniunctis pœnit. igitur de solis est omnis Indulg. etiam simpliciter & absolute concessa. Confir. cum Pôrif. concedunt, non præsumuntur concedere nisi iuxta canonem, in quibus semper concessuntur pro iniunctis pœnit. Affirmant ceteri Schol. in 4. diff. 20. & summ. iste verb. Indulg. In indulg. absque restrictione concessas extendi ad omnes pœnas, etiam quibus iniuncta pœnit. non est. Quæ sent. probabilior est, etiam iuxta antequum

Pro huius diff. resoluione.

Fundam. partis.

Fundam. partis. 2. dicitur.

55.

Cum Pôrif. ijet. verba iudicis intelligenda sunt secundum formam iuris: in iure autem sola mentio fit de iniunctis pœnit. igitur de solis est omnis Indulg. etiam simpliciter & absolute concessa. Confir. cum Pôrif. concedunt, non præsumuntur concedere nisi iuxta canonem, in quibus semper concessuntur pro iniunctis pœnit. Affirmant ceteri Schol. in 4. diff. 20. & summ. iste verb. Indulg. In indulg. absque restrictione concessas extendi ad omnes pœnas, etiam quibus iniuncta pœnit. non est. Quæ sent. probabilior est, etiam iuxta antequum

56.

quum Ecclesiz motem: nam aliquando Pontifices in ipsa concessione expressè ponebant restrictionem de iniunctis paenit. aliquando non ponebant: ergo quando illam non ponebant significare volebant, se Indulg. concedere ample, & universaliter in ordine ad omnes paenas nec illam limitare ad solas iniunctas.

Dices, idem argum. fieri contra nos, quidicimus iuxta presentem Ecclesiz consuetudinem. Indulgenciam, etiam cum restrictione ad iniunctas paenit. concessam, extendi etiam ad non iniunctas: quia aliquando Pontifices in concessione Indulgenciarum hanc restrictionem ponunt, aliquando non ponunt. Resp. neg. paritatem: quia, iuxta presentem Ecclesiz consuetudinem, possunt verba de iniunctis paenit. intelligi cum ampliacione, ut sensus sit, etiam de adiunctis paenit. At vero in omissione restrictionis de adiunctis, non potest intelligi restrictione de adiunctis: quia in omissione non potest intelligi affirmatio: potest autem in una affirmatio: ne implicitè intelligi alia affirmatio.

2. In oppositâ sent. nulla foret Indulg. plenaria, quia omnis Indulg. etiam plenaria restringitur ad solas paenit. iniunctas. Hoc autem viderur etiam contra antiquam consuetudinem Ecclesiz, iuxta quam interdum concedebatur indulgentia plena, interdum plenior, interdum plenissima, ut constat ex extrauag. in qua Bonifacius VIII. ait, se concedere, non solum plenam, & largiore; sed etiam plenissimam omnium peccatorum veniam. Nec dici potest plenissima respectu iniunctarum: nam hanc interpret. non admittit signum uniuersale Omnia: quod non solum cadit iupra iniunctas, sed etiam supra non iniunctas.

In una affirmatione implicitè potest intelligi alia.

Prob. 2.

19.  
Indulgencie  
non remittunt paenas  
iniunctas ab  
Ecclesie, pro-soluendas  
in foro exter-  
erno.

60.

61.  
Coroll. 3.

Quid fuerit  
quadrage-  
na, quid se-  
paena.

aut 100. dierum, vel annorum. Quo sit, vt non iata res h̄ odeat remissio paenarum anni in purgatorio, quanta remittitur hic per paenit. unius anni: quia cum pena in purgatorio sit longè acerbior quicunque paenâ huius vitæ, vix ad soluendam paenam unius dici in purgatorio sufficit paenit. unius anni in hac vita, ac proinde per Indulg. annorum 7. vix fortasse remittitur pena dierum 7. purgatorij.

## SECTIO IV.

An sint necessaria aliqua verba ad Indulgencias concedendas, & quo pacto illa sint interpretanda?

Ratio dub. pro 1. diffic. Pontifex habet auctoritatem à Christo potestatem, nullâ verborum restrictione limitatam, dispéndandi fidelibus spiritualem thesaum satisfactionum ipsis, & Sanctorum. Ergo ad Indulg. validè concedendas nulla requiruntur verba, vel signa, sed sufficit interna voluntas concedentis, cum practica intentione illas certas personæ, vel loco applicandi. Conf. 1. Indulg. concedere, est gratiam facere: ad quam sicut non requiritur consensus eius, cui sit: ita nec ullum signum, quo gratia manifestetur: sed sufficit sola voluntas gratiam facientis, cum non repugnante eius, in quem confertur. 2. Posset Pontifex sola suâ interiori voluntate, absque ullo signo sensibili externo, per modum suffragij Indulg. applicare defunctis; ergo etiam viuis. Anteced. prob. vt Indulg. per modum suffragij proposit defunctis, non est necesse, vt innoscatur, nisi Deo, qui illam pro paenâ purgatorijs acceperat debet. 3. Potest Pontifex, ex thesauro Ecclesie applicare Indulg. sibi: sed vt sibi applicer, non est opus, vt suam voluntatem verbo, vel signo externo sibi manifestet, cum absque ullo signo illam sciat.

Communis sent. est, ad Indulg. validè concedendas necessarium esse aliquod exterrnum signum sufficienter declarativum Indulg. Id 1. colligitur ex perpetua praxi Ecclesie. 2. ex modo, quo potestas, hæc concedendi Indulg. concessa est Ecclesie. Cum enim debeat Pontifex, vt visibile Ecclesie caput, humano modo Ecclesiam gubernare; & humanus modus gubernandi sit, per extera ac sensibilia signa, interna animi sensa ac voluntates alteri communicare, hoc modo, & non aliter putandum est, hanc potestatem concessam esse Pôtifici, vt visibili Ecclesie capiti. Non est autem necesse, vt sint verba determinata, sed sufficit verbum, vel scriptum, aut quocunque aliud signum sensibile sufficienter manifestatiuum voluntatis Pontificis concedentis.

Cæterum not. posse Indulg. concedi, uno modo immediate, vt cum Pôtifex Indulg. cōcedit per se ipsum, nullius alterius actu requisito, quo eadem ulterius applicetur: alio modo mediato, vt cum cōcedit alicui indultum, vt possit per confessariū, vel alium, & se eligēdum à paenit. absolvi. In concessionis modo sufficit illud signum, quo Pôtifex suam voluntatem manifestat qualitate, vel quantitate Indulg. concessæ. In 2. præter signum, quo Pontifex declarat suam voluntatem de indulto cōcesso, requiritur actus illius personæ, à qua talis Indulg. est applicada: qui proculdubio debet esse sensibilis per aliquod verbum, aut signum exterrum

num voluntatis, & intentionis internoꝝ, quā Indulg. applicetur personæ, cui est concessa. Ad quain non requiritur, vt vel ipse cui applicatur, vel ille qui applicat, sit concius de confessâ: vt Suarez, disp. 56. de Indulg. sect. 1. nu. 7. & 8. sed sufficit, si absoluens habeat intentionem absoluendi ab omni vinculo, quo absoluere potest, & subiectum est capax. Quo sit, vt si confessarius hāc intentione soluat pœnitentem, cuius bullæ Indulg. sunt imperatæ, & expeditæ ante absolutionē, etiam hāc nondum venerint ad notitiam pœnitentis, vel absoluenter, valida sit absolutio: quia priuilegium, cuius notitia non est necessaria ad actum honestè exercendum, uti foret priuilegium de contrahendo matrimonio in gradu prohibito, vel de nouo ieiunando tempore præcepti, operatur à die ipsa concessionis, etiam si notitia nondum peruenet ad ipsum priuilegium. Ex quo inferitur, lucrari Indulgenciam cum, qui ne-  
sciens Indulgenciam præstat omnia quæ ad Indulgenciam lucrandam necessaria sunt.

Ad rationem dub. concedo, potestatem Indulg. concessam esse Ecclesiæ absque restrictione certorum verborum, non absq; restrictione alicuius signi sensibilis proportionati modo agendi hu-  
mano, secundūm quem concessa est hāc potestas Ecclesiæ. Vnde ad 1. confir. esto ad gratiam con-  
cedendam non requiratur consensus eius, in  
quem confertur, requiritur tamen consensus eius  
qui illam confert, modo humano manifestatus:  
cūm actus merci interni nihil operentur apud ho-  
mines, qui sensibus ducuntur. Ad 2. neg. antec. Ad prob. esto talis Indulg. sibi Deo innotescere de-  
beat, Deus tamen illam non acceptat, nisi huma-  
no modo defunctis applicatam, cūm tali modo illam concesserit Ecclesiæ per ipsius caput appli-  
candam. Ad 3. Non ideo in casu proposito requiri-  
actum extēnum, vt Pontifici sua voluntas inno-  
tescat de Indulg. sibi applicandâ; nam etiam si alij scirent internam voluntatem Pontificis Indulg. con-  
cedentis, adhuc sine externo signo illath non con-  
sequerentur, sed vt actus ipse Indulg. dispensatiuus habeat eam conditionem, quam ad sui va-  
litatem à Christo requirit. Siue igitur Pontifex Indulg. applicet sibi, siue a i. s. semper illum appli-  
care debet iuxta formam, quā potestas applicandi est sibi à Christo concessa.

Pro 2. diffic. nota. 1. quæstio locum tantum ha-  
bet, quando aliunde non constat de mente conce-  
denti, nam quando constat, iuxta ipsius mentem  
mensuranda est quantitas, qualitasque Indulg.  
cūm nequeat ultra voluntatem concedentis se ex-  
tendere. Tunc autem de mente concedentis non constat, quando verba in concessione In-  
dulg. posita sunt obscura & ambigua.

Cum dicuntur verba legis ampliari, sensus non est, quod illa extendi debeant ultra significatio-  
nem, quam ipsorum proprietas patitur. Extensio enim verbi non debet excedere sphæram propriæ significacionis. Nam cūm verba suam significa-  
tionem habeat à publica autoritate, non possunt ultra illam, à privato interprete aliam admittere. Sed sensus est, quod illa extendi possint ad signi-  
ficandum aliquid, quod eorum significacioni non repugnat, iuxta sapientum impositionem. Idem quippe verbum ex communi sapientum vnu in una materia vnum, in aliâ aliud significare consuevit. Ut hoc nomen Clericu in materia odio-  
sa, in qua verba sunt restringenda, usurpatum pro solis clericis, vt distinguuntur ab Episcopis, & Religiosis: in materia fauorabili, in qua verba

sunt amplè interpretanda, extenditur etiam ad Episcopos & Religiosos: idque non ex pœnitentiâ interpretum authoritate, sed ex communis, & publi-  
câ iuri usurpatione, quod ita consuevit tale nomen in diuersis materiis usurpare.

Ex qua regula sequitur; quod quando verbum usurpatum in stricta significatione, aliquid deme-  
dum sit de eius significatione, ad quam adhuc spectarâ ipsius proprietate extendi posset, quod re-  
cte notauit Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. nu. 10. Ut hoc nomen Ordo vi sua proprietatis extendi-  
tur etiam ad Ordines sacros, cūm tamen in dispe-  
nsatione cum illegitimis, in qua strictè interpre-  
tandu est, non extendatur nisi ad minores. Ratio: si nihil de propriâ significatione demeretur, eodem modo sumeretur, quâdo strictè, ac quâdo amplè v-  
surparetur: vel certè quâdo amplè usurpatum, ex-  
tenderetur ultra significacionem, quam ipsius pro-  
prietas patitur. Pro solutione posterioris diffic.

**PRIMA** sent. affirmat, verba in concessione Indulg. posita interpretanda esse strictè. **Nauar.** tract. de Indulg. & sequitur ex eorum sent. qui aiunt, Indulg. simpliciter concessam, restringi ad solas pœnit. iniunctas. Fundam. concessio Indulg. est dispensatio in iure communii diuino. Nam per Indulg. cum pœnitente dispensatur in satisfactione, quām propter offensas in Deum commissas, iure diuino persoluere debet. At omnis dispensatio à lege communii est odiosa: Odio-  
sum quippe est, per priuatum principis fauorem à communii lege discordare. **Confir.** Confir. Canones, & Concil. ut suprà, monent, Indulgencias esse re-  
stringendas, ne satisfactio pœnitentialis vel dis-  
ciplina Ecclesiastica eneruerit.

**SECUNDA** docet, Indulgencias amplè esse in-  
terpretandas. Ita *Glossa in Clementina uni. de reli-  
quias*, & *vener. Sancti. fine in explic. ver. Confessio.  
Angelus ver. Indulg. nu. 2. vbi. Verba*, inquit, in  
portiori significatione sunt intelligenda, & latissimè  
in beneficio principis: *Sylvest. eod. Henrig. lib. 7. de  
Indulg. cap. 30. nu. 1. Valent. disp. 7. qu. 20. pu. 3.* & Fundam.  
alij. Fundam. Indulgencia est fauor: fauor au-  
tem latissimè interpretandus est iuxta cap. Olim,  
de verb. signifi. & l. Beneficii ff. de confir. principum.

**TERTIA** distinguit inter potestatem conce-  
dendi Indulg. & actum concessionis: affirmatque  
potestatem strictè esse interpretandam, conce-  
ssionem amplissimè. Ita Suarez, disp. 56. sect. 2.  
*Cominck* disp. 12. dub. 4. quia cūm potestas dispen-  
sandi sit odiosa, vt potè contra ius commune  
diuinum, semper strictè interpretanda est. At  
cūm concessio Indulgenciarum sit actus ex libe-  
rali & benignâ Pontificis voluntate proficisci s,  
& nulli iuri repugnas, vt principis beneficium est  
latissimè interpretandum.

**DICO** 1. potestas Indulgenciam concedendi  
est amplè interpretanda. Ita Henrig. lib. 7. cap.  
30. fine, & Sanchez l. 8. de matrim. disp. 2. nu. 1.  
vbi vniuersaliter docet, omnem potestatem dis-  
pensandi, cuiusmodi est potestas Indulgencie  
concedendi, esse vt fauorem principis latè inter-  
pretandam. Fundam. potestas concedendi In-  
dulg. est beneficium à Christo Ecclesiæ colla-  
latum, nulli præiudicium afferens; nisi soli  
Christo illud concedentis. Quotiescumque autem  
beneficium principis nulli præiudicium afferit,  
nisi soli principi concedenti, est amplissimè inter-  
pretandum: ex cap. Olim, de verborum signifi. & le-  
ge, beneficium ff. de constit. princip. quia cūm bene-  
ficium sit quidam fauor procedens ex liberali, &  
benignâ voluntate principis ad honoradum per-  
sonam,

sonam, cui cōfertur, semper præsumitur, amplis simē dimanare ex gratiā voluntate principis, cūm non coacte & inuitē; sed sponte, & liberaliter ex ipso promanet. Vnde si nulli præjudicet, interpretandum erit, quantum intra propriam significationem verborum amplè interpretari possumus. Maior prob. potestas concedendi Indulgenciam, est potestas, applicandi satisfactionem Christi loco satisfactionis, quam fideles ipsi eidem Christo solvere debet pro pœnit. quas contraxerunt propter offensas in Christum commissas. Totum autem hoc, nemini præjudicat, nisi soli Christo, qui suo iuri cedit in exigendo à pœnitente satisfactionem sibi propter remissa peccata debitam; & loco eius contentus est tuā propriā satisfactione, ab Ecclesia applicatā.

Confir. Henrīq. lib. 7. de Indulg. c. 24. n. 4. priuilegium concessum in bonum animarum toti ali- cui Religioni vel communitat, æquiparatur iuri communi: vnde est amplè interpretandum, si- cius ipsum commune: habeturque ut insertum in corpore iuris. At potestas concedendi Indulg. est priuilegium concessum in bonum animarum vniuersæ Religioni Christianæ; ergo latè inter- pretāda est, non minus quam ius ipsum commune.

Obiectio 1. Hæc potestas præjudicat fidelibus, quatenus per Indulg. eximuntur à proprijs pœnit. quibus non solum possent seipso à pœnis li- berare; sed etiam magnum incrementum gratiæ, & gloriæ acquirere: ergo non est amplè, sed stri- cte interpretanda. Resp. neg. antec. ex eo. n. quod conceditur Ecclesiæ potestas Indulg. concedēdi, non tollitur à fidelibus facultas agendi pœnit. eisq; gratiæ & gloriæ accrementū sibi acquirere.

Obiectio 2. potestas concessa Ecclesiæ in iure di- uino dispēsandi, non est latè, sed strictè interpretanda; vt constat in potestate dispēsandi in votis, & iuramentis, à quibus nequit Pontifex sine causâ dispēsare: Resp. neg. antec. quoad potestatem dispēsandi in iure diuino, absque præjudicio tertij, cuiusmodi est potestas dispēsandi in votis, & iuramentis factis Deo, absque præjudicio tertij: secus quando dispēsatio voti, vel iuramenti est in præjudicium tertij, nam tunc potestas concessa non est tantum in præjudicium concedentis, sed etiam tertij. Nec obstat, quod nequeat Pontifex à votis, vel iuramentis dispēsare sive causâ: nam omnis potestas dispēsandi requirit iustâ causam: Quia cūm non sit potestas dispēsandi de re propria, quæ præter voluntatem concedentis nullam aliam requirit causam; sed de re alienâ, quæ semper cōcreditur alteri rationabiliter dispēsan- da, ad validitatem sui actus iustâ requirit causam. Intra ipsam tamē sphærâ iustæ dispēsationis latè est interpretanda, vt non limitetur ad unum, vel alterum genus voti, aut iuramenti. Vnde cum causa potest Pōtifex etiam à solempni voto Reli- gionis dispēsare.

Dico 2. Concessio Indulg. si sit de solis pœnit. iniūctis, latè est interpretāda. Henrīq. lib. 7. c. 30. n. 8. & 9. & Coninck cit. Cuius partem I. probat Cō- cilia & canones, qui monēt, restringēdā Indulg. ne pœnitentialis satisfactio, vel Eccles. disciplina ener- tur. Quia licet talis cōcessio respectu Christi pro- prio iuri cedētis, non sit strictè interpretanda, est tamen strictè interpretāda respectu boni communi- nis, & Eccles. disciplinæ, quæ occasione talium Indulg. valde relaxatur. Posterior prob. talis In- dulgentia est merus fauor, in nullius præjudicium cedes, nisi in solius cōcedentis ius: nec præjudicat Eccles. disciplinæ de pœnit. iniūctis explondis.

73.  
Confir. opti-  
mæ.

74.

75.

Potestas dis-  
pēsandi à  
Iure diuino  
absque præ-  
judicio ter-  
tij latè est  
interpretan-  
da.

76.  
Cur nequeat  
Pontifex à  
votis vel  
iuramentis  
dispēsare  
sine causa!

Cum causa  
etiam à so-  
lenni voto  
Religionis  
potest.

77.

Obiectio 1. Ergo saltem talis Indulg. præjudicat Eccles. disciplinæ, quoad pœnit. iniūctis, à qui- bus hæc Indulg. fideles eximit. Resp. neg. coseq. R. A. quia talis Indulg. nō impedit, quod minus cōfel- sarius possit imponere pœnit. sed solum relaxat pœnas, pro quibus pœnitens accipit pœnitentiam, sed per eam non integrè satisfecit.

Obiectio 2. sequeretur, etiam potestatem cōceden- di Indulg. saltem ex ea parte, quæ respicit relaxa- tionem iniūctis pœnit. esse strictè interpretādam. Resp. neg. sequel. vt Sanchez cit. etiam si dispen- satio, vt odiola, sit strictè interpretanda; non ta- men potestas. Quia dispensatio per se immediate tendit ad vulnerandum ius commune; potestas dispensandi, ad beneficiendum ei, cui cōceditur.

Infertur, eodem modo amplè interpretādam esse potestatem Indulg. concedēdi per delegatio- nem alteri communicatam, nisi aliunde constet, illam limitari voluntate Pontificis. Quod addo propter iura, in quibus de facto potestas Indulg. concedēdi limitatur Episcopis. Ratio: etiam po- testas Indulg. concedēdi est fauor, & gratia, quæ Pontifex intendit afficer eum, cui illam conces- dit, præsertim quando illam concedit proprio motu. Vnde in reliquis materiis, omnes fauores, priuilegia motu proprio à principe concessa, am- plè sunt interpretanda, quantum sine præiudicio terriū fieri potest: Secus quando conceduntur ad preces alterius: nam tunc mensuranda sunt iuxta intentionem petētis in supplicatione expressam: nisi, non obstantibus petentis precibus, princeps in concessionē declarat, seilla concedere, motu proprio. Quia tunc causa cōcedēdi beneficium non fuerunt præces petentis, quæ tantum se ha- buerunt vt conditio proponens; sed liberalis & gratiosa voluntas principis, iuxta quam benefi- cium latè est interpretandum. Patet ad fundam. et ita aliarum sent. quæ probant, indulgent. esse latè in- terpretandas, confirmant nostrā assert. 1. & par- tem 2. posterioris. Quæ ostendunt, strictè esse intelligenda, confirming partem 1. secundz.

## S E C T I O V.

### Quotuplex sit Indulgentia?

Indulgentia diuidi potest: 1. quoad quantitatem pœnit., pro quâ remittendâ cōceditur: 2. quoad durationem temporis, pro quo durat: 3. quoad subiectum, in quo, vel cui conceditur. Quoad 1. diu- ditur in plenariam seu totalem, & non plenariam seu partialem. Huius mentio fit in Extraag. Vni- genitus, de pœnit. remiss. in qua omnis Indulg. diu- ditur in totalem, & partialem: illa est remissiua totius pœnit.; hæc partis tantum, iuxta volūtatem concedentis in forma concessionis expressam. Totalis alio nomine in Conc. Latera. sub Innoc. III. nuncupatur plena: in Extraag. Antiquorum, de pœnit. & remiss. Plena, plenior, & plenissima: de- cum in Constant. seff. vlt. fine, appellatur plenaria. Quo nomine nunc dicitur omnis Indulg. totalis: Quæ à Iubilzo non differt, nisi quoad singulare priuilegia, & fauores, qui in eo conceduntur.

Intelligitur autem Pontifex plenariam Indulg. concedere, quotiescumque concedit Indulg. sim- pliciter, etiamsi in forma concessionis illam non exprimat, sed sufficit, si peculiari termino eam non limitet, & restringat ad non plenariam. Quia cūm sit fauor, & nulli præjudicet, amplè est intel- ligendus. A fortiori, cūm Pontifex in forma con- cesso-

78.

79.

Dispensatio  
est strictè  
interpretanda,  
non la-  
men pœnit.  
ipsa.

Omnes fau-  
ret & pri-  
uilegia motu  
proprio

Trifaria  
Indulgati  
ducati  
sunt.

cessionis exprimit Indulg. plenam, vel omnium peccatorum hoc ipso intelligitur plenaria; & cadere supra omnes penas ex cōdonatis reliquias.

Quoad 2. Indulgencia distinguitur in perpetuam, quæ non expirat expirante concedent, cum sit privilegium; & temporalem, quæ limitata ad tempus, eo lapsu cessat: Nota, absolutè concessa alicui loco, est perpetua; cum sit beneficium; ideo amplè interpretandū: nec sit ratio, cur indefinite concessa intelligatur pro tanto tempore, & non pro maiori. nisi stylus curiæ aliter declareret, quia tunc præsumitur concedi iuxta stylum curiæ, ut tract. de Ind. notat Nan. & Hen. lib. 7. de Ind. c. 30. n. 8. alicui templo pro singulis annis concessam ex curiæ stylo restringi ad 20. annos, nunc ad 7.

Quod 3. Indulg. personalis est, quæ conceditur in personæ, aut individuæ & particuliari, aut cōmunitati; idq; vel in perpetuum, vel ad tempus, uno vel altero actu finienda. Iuxta stylū intelligitur perpetua, nisi expressè limitetur, quæ conceditur Religioni & cōmunitati: hæc n. æquiparantur iuri & legi, quæ ex natura sua est perpetua. ita Henr. lib. 7. de Indulg. cap. 24. n. 4. Præterea indefinite concessa personis, non exprimendo genus, extenditur ad omnes tā sacerdotes, quām regulares, imò ad ipsum concedentem; Suarez disp. 52. sect. 1. à nu. 12. Henr. lib. cit. cap. 30. nu. 9. qui eam etiam extendit ad catechumenos. de quibus infra.

Localis est, quæ conceditur alicui pio loco, ad eius celebritatem augendam: cōcessa templo, extenditur ad eius cemeterium, in fauorabilibus comprehenso sub nomine templi. Cūm conceditur visitanti, vel oranti in Ecclesia, sufficit si ante, vel propè ipsa oretur: ita Suar. disp. 52. sect. 1. n. 7. Diana tract. 11. de Bulla Crucia. Resol. 10. 3. &c. contra Glos. in Clemen. vni. de Relig. Sancti, in explic. voc. In ecclesia. hand tamen sufficit, ut notat Nugnez s. p. 10. 2. tract. circa intellig. Bullar. Pontifi. 9. 10. quando cōceditur visitantibus quinque altaria; quia moraliter non potest dici, quod existens extra ecclesiam, visitet quinq; altaria existentia intra ecclesiam. Nec est necesse, cūm quis altaria quinque in eadem ecclesia visitat, ut locali motu singula laudet; sed sufficit ex uno vertere se ad reliqua, quibus moraliter fiat præsens, ita sà verb. Indulg. n. 6. Eadem ratio est, si ea visitet ex choro.

An vbi in pago vnicum templū, habēs duo vel tria tantum altaria, debeat omnia & vnu ex illis bis vel ter, an sufficiat vnum ex illis quinques visitare? Nugnez responderet, vtroq; modo sufficere ad Indulg. iuxta Bullæ tamen literā melius esse visitare vnu quinques. Sed primū mihi tatus, quia magis acceditur ad mentem concedentis.

An cūm conceditur Indulg. Ecclesiam visitantibus, sufficiat Religiosis propriā visitare? Affirmat Nug. cit. Dia. resol. 102. Et verum est, quando ecclesia ponitur indefinite. An diruto templo, vel loco, cui erat Indulg. cōcessa, ipsa perseueret? Affirmat Suarez disp. 52. sect. 1. n. 8. & 9. si tempulum in eodē loco redificetur, secus si aliò transferatur. Ratio: videtur cōcessa huic numero ecclesiæ, quæ indiuiduatur ex hoc numero solo, quo mutato, moraliter mutatur. Sed opposita sen. probabilius, quādo translatio sit autoritate superioris: ita multi apud ipsum n. 8. Ratio: principalis causa concedendi Indulg. est ad colendū, Sanctū, cui ecclesia dicata est. At translatā ecclesiā manet eadē causa; ergo eadē Indulg.

Realis est, quæ conceditur granis, numismatis, imaginibus, agnis Dei, rosariis. nota hāc concedi posse, uno modo, ut Pontifex immediatè cā applic-

cer huiusmodi rebus: tunc solum illæ, quibus applicat, cōtinebūt indul. nec licebit priuā author. cōsider. cui cōceditur, illā ad alias imagines transferre. Vt nec licet, vni templo cōcessam, in aliud eidem Sancto dicatū transferre. An destruā, vel perditā imagine, rosario, vel numismate, cui applicata fuit à Pontifice Indulg. possit in aliam imaginem, rosarium, vel numisma trāferri vti de templo virut. suprā, cum videatur eadē ratio, excitādi deuotionē erga Sacerdos? Nisi id in cōcessione exprimatur, nō arbitror, solā authoritate ejus, cuin talib. reb. cōcedit ut Indulg. id fieri posse. Alioquin foret maior ratio de vna imagine, ac de pluib. Nec est par ratio de templo diruto: quia illud supponit utrāferri aliò cum authoritate superioris; & naturā suā est perpetuum. vnde voluntas cōcedētis præsumit, accōmodata rebus, & sicut tempū naturā suā perpetuū est, numismata naturā suā amissibiliā; ita his Indulg. cōcedi amissibiliter, templo inamissibiliter. Aduerte, vt res illa, cui applicata est Indulg. ipsam amittat, ita debet destrui, vt morāliter non sit eadem, quæ antea: alioqui si vel refici possit, vel maior pars ipsius integra maneat, manebit Indulg. Alio modo potest concedi Indulg. vt applicāda ab ipso, cui cōceditur. Tūc cauendū 1. ne applicetur imaginib. vel numismatis, quæ sanctos, vel saltem beatos nō exprimāt. nā mēs cōcedētis est, vt perhas Indulg. colantur in numismatis expressi. 2. Ne in applicatione Indulg. excedat numerus in concessione expressus. nā si quis obtinuit mille, indulg. nō potest pluribus numismatis illā applicare. nec poterit, nisi in forma exprimatur, uno numismate desperito, aliud substituere: alioqui Indulg. non tam esset pro mille, quām pro infinitis. An sit aliquis actus deuotionis erga huiusmodi res, quibus applicatur ad eam lucrandā necessarius? Quando aliquis determinatus actus exprimitur, non est dubium, quin sit seruatus. At si Pontifex his rebus concedat Indulg. nullo assignato actu exercendo erga illas lucramur: ne indulg. solum has res gestando? R. 1. hoc pendere ex dubio sect. 8. an Possit Pontifex concedere indulg. nullo opere pio requisito. 2. Si his rebus concedat, semper præsumitur illā concedere sub cōditione allcuius actu honesti erga tales imagines exercēdi: quia finis extrinsecus talis indulg. est cultus illius Beati: sicut cūm concedit indulg. visitanti ecclesiam, præsumitur illam concedere, sub conditione actu deuotionis in templo exercendi.

## SECTIO VI.

Quis ordinariā potestate concedat Indulg.

Potest concedi potestate ordinariā, quæ ordinario iure cōnexa est cum officio, & cum ipso fine alia cōcessione communicatur; vel delegatā, quæ cōmunicatur ab eo, qui ordinario iure illam possidet, eiusq; vice exercetur. Pontifex ordinariā potestate toti Ecclesiæ concedit indulg. iure divino deriuato à Christo, cūm certum sit talem potestatem ad supremum Ecclesiæ regimē pertinere, Sect. 1. ex illis Ioan. vlt. Pasce oue meas.

Sola diffīc. de Pastoribus Pontifice inferioribus. De parochis, cāterisq; Sacerd. etiā plenam iuris d. in foro peni. habentib. indubitatū sit, eos nullo ordinatio iure, neq; divino, neque humano hanc potestatē habere: quidquid dicant Armilla v. Indulg. n. 2. & Angel. cod. ver. nn. 5. qui pro se citat multas Glossas & canonistas, assidentes, sacerdotem,

Prīmū mo-  
dus applica-  
tiū indulg.

91.  
Alter modus  
communior.

94.

95.

96.  
Potestas or-  
dinaria, vel  
delegata.

97.

Comit.

tem, qui pœnitentem in foro sacro à peccatis absoluere pot est, eidem Indulgencias tot annorū, vel dierū concedere posse, quod sibi videbitur, modo id discretè faciat. Ratio: vel hæc potestas cōpetit sacerdoti iure humano à Pontifice deriuato, vel diuino immediatè à Christo cōmuniçato cum potestate absoluendi fideles à peccatis, quam, ut suprā, in susceptione sui Ordinis accipit, dependenter tamē quoad exercitiū à supremo Ecclesiæ capite. non 1. cū nullum sit actus Pontifi. quod eam concedat. non 2. vii asservare videntur illi fundati fortassis illis Ioann. 20. Quorum remissione peccata remittuntur eis: quæ videntur extendi etiam ad clauem remittendi pœnas per Indulg. At potestas hæc non est per se annexa cum potestate remittendi peccata virtute sacram. cum sint diuersæ ordinatæ ad actus diuersos: igitur nego. citata verba extendi ad clauem Indulg. quia, cū hæc sit potestas gratiæ remittendi pœnas fidelibus ex cōdonatis peccatis relictas, nullâ ab ipsis satisfactione requisitâ, non est per se connexa cū potestate remittendi pœnas in foro pœnit. in quo pœna ex confessis, & absolutis peccatis relictæ non remittuntur ex gratia, sed ex iustitia, liberata satisfactione pœnitentis cum grauitate pœna, peccatis debitæ, vt Trid. sess. 14. cap. 8. Potestas autem fauores & gratias concedendi non ad ordinarios iudices, sed ad supremum principem, & pastorem spectat. Cū igitur sacerdotes sint ordinarij tanrū iudices animarum à Christo instituti in hoc secreto tribunali conscientiæ, Pôtifex autem sit supremus princeps & pastor, ad ipsum non ad illos spectabit hæc potestas.

Nec est eadem ratio de iurisdictione absoluendi à peccatis, quam suprā iure diuino dixi annexam esse cum potestate sacerd. licet depēdenter quoad exercitium à supremo capite Ecclesiæ: nam hæc est intrinsecum complementum illius: hoc ipso enim quod vi characteris sacerd. accipit quis potestatē in corpus verum Christi, debita est ei potestas in corpus mysticum eiusd. Ad solos igitur Ecclesiæ Praelatos inferiores Pôtifice, superiores parochio, ceterisque sacerdotibus restringitur præsens questio. De omnibus sigillatim disput.

An Episcopi, Archiepiscopi & Primate ordinariam potestatem habeant concedendi Indulgencias & quo iure? Dicunt in 4. dist. 20. qu. 5. Affirmat, soli Papæ ex proprio munere, & ordinario iure competere potestatem Indulg. concedendi, Episcopis verò solū ex commissione seu delegatione summi Pontificis. Quia soli Papæ cōuenit vniuersalis cura totius Ecclesiæ, cui tantum est annexa ordinaria potestas Indulg. concedendi. sc. illi munera tantum, cui annexa est authoritas spiritualem Ecclesiæ thesaurum dispensandi: hæc autem annexa est tantum muneri supremi Pastoris. Nā sicut unus est sponsus Ecclesiæ Christus, ita unus est thesaurus eiusdem, unusque thesauri dispensator Vicarius Christi. Dom. Sotus in 4. dist. 21. q. 1. art. 4. conc. 2. Pet. Soto lett. 3. de Indulg. post init. Valentin. disp. 7. de Indulg. q. 20. pu. 3. &c. censem, Episcopis iure diuino competere ex proprio officio, & ordinariâ potestate cōcedere Indulg. licet quoad vsum dependenter à Pontifice, qui eam ad libitum limitate potest sicut de facto limitavit, ex cap. Cum ex eo, de Pœnit. & Remiss. Fundam. Episcopi in omnibus succedunt Apostolis, quibus iure diuino concessa fuit potestas concedendi Ind. ex Paulo fest. 1.

Richardus in 4. dist. 20. art. & q. vlt. Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 31. n. 3. Bellar. lib. 1. de Indulg. cap. 11. Suarez, disp. 55. fest. 3. Coninsk. disp. 12. dub. 1. concl.

4. Layman tract. 7. de Indulg. cap. 4. Filiu. tract. 8. de satisfact. sacram. pœnit. cap. 4. q. 5. affirmant, tam Episcopis, quām Archiep. & Primatibus ex proprio munere, & ordinaria potestate cōpetere dare Indulg. illis in propria Diœcesi; his in tota Provincia, non Diuino, sed humano iure à Pontifice taxato, & limitato ad 40. dies, in dedicatione vero Basilicæ ad unum annum. videtur S. Th. in suppl. ad 3. p. q. 26. art. 3. vbi ait, hanc potestatem in Episcopis esse taxatā ex ordinatione Papæ: Tabie. ver. Indulg. nu. 8. Tolet. in sum. lib. 6. cap. 25.

Quæ sent. probabilior est: 1. quod hæc potestas Probabilioris conueniat ex proprio munere, prob. eam dele. gare possunt, ex cap. Quod autem: de pœnit. & Prima pars remiss. quod est signum ordinariæ potestatis: prob. nam ordinariæ nequit delegatus subdelegare, nisi id specialiter à delegante sibi committatur.

2. quod Episcopi in proprio diœcesi conce. dere Indulgenciam valeant, constat ex citat. cap. Roboramus. Quod autem: vbi dicitur Indulg. non prodesset, nisi pars 2. à proprio iudice fuerit concessa: cū sit actus iuri. risdict. 3. Quod Archiepiscopi concedere Indulg. possint, etiam in tota provincia, & extra tēpū visitationis, colligitur ex cap. Nostro, de pœnit. & remiss. iuncta Glossa, quæ ait: Archiepiscopus pertinet Provinciam suam potest facere remissiones, licet Archiepiscopus non sit Index ordinarius omnium de provinciæ sua, & iurisdictionem controversam non habeat in sua provinciæ, nisi in certis casibus, vt dicunt in decretal. Pastoralis, sed voluntariæ: sicut Proconsul, cū urbem egressus fuerit, iurisdictionem habet non contentiosam, sed voluntariam ff. de officio Proconsul. l. 11. Hæc Glossa. 4. Quod non Diuino possit iure hæc potestas eis competat, constat ex allata ratione: quia cū authoritas concedendi Indulg. sit potestas gratiæ liberatiæ à pœna eos, qui propter propriæ delicta iuridicæ sententiæ ad illam damnati, est propria supremi principis, cuius tan. rū est huiusmodi gratias, & fauores concedere dispensando in lege, & iure cōmuni. 5. Quod hæc potestas sit iure humano à Pontifice taxata, constat ex cap. cōm ex eo: & cap. nostro, de pœnit. & remiss. & cap. Indulg. in 6. In 1. conceditur facultas Episcopis, vt in dedicatione Basilicæ possint dare Indulg. vnius anni, in Anniversario dedicationis 40. dierum cum moderamine tamen, in aliis casibus. In 2. eadem potestas conceditur Archiep. in tota sua prouincia; eademque ratio est de Primate. In 3. statuitur, si Indulg. ab Episcopo concessa statutum generalis Concilij excedant, vires non obtineant. Notat cit. q. art. 4. S. Th. mortale in 107. concedente non impedire valorem Indulg. cū hæc valorem non accipiat ex virtute concedentis; sed ex virtute satisfactionum Christi, & Sanctorum, quem per peccatum cōcedentis non amittit. Cōtrà verò non est valida Indulg. ab Episcopo excommunicato, vel suspensi concessa; sc. non tolerato, vt Suarez disp. 55. fest. 3. nu. 18. Ratio: cōcessio Indulg. est actus iurisdictionis. quo priuantur excommunicati, & suspensi. Ex quo sequitur, nec posse illam alteri delegare, cū etiam delegatio sit actus iurisdictionis.

Infertur 1. Quis Episcopus, vel Archiep. concedere Indulg. possit. Certum est, illam cōcedere non posse tantum electum, non confirmatum: quia hic nondum habet iurisdictionis, quæ formaliter confertur per confirmationem: neq; tantum consecratum, & nondum confirmatum: quia neq; hic habet iurisdictionis, sed solū electum, & confirmatum, etiamsi non sit consecratus: quia concessio Indulg. non est actus ordinis, sed iurisdictionis. Hinc fit, vt qui

Epi-

99.

Non est eadē ratio de iurisdictione absoluendi à peccatis, & concedendi indulg.

100,

Dubium. 1. Sent. Dur.

Prælatos inferiores Pôtifice, superiores parochio, ceterisque sacerdotibus restringitur præsens questio. De omnibus sigillatim disput.

101.

Sent. Dub.

Monetur.

102.

Sent.

Fundam.

103.

Sent.

De legiis  
est actus  
iurisdictionis.

110.

**Episcopatui renuntianuit, nequeat indulg. ordinaria potestate concedere.** 2. **Episcopus potest suis subditis, etiam extra propriam diœcесum existentibus, concedere Indulg. nam etiam extra diœcесum retinet iurisdict. in personas subiectas, quas tantum respicit Indulg. et concessio.**

multa coim Apostoli habuerūt ex peculiari cōcessione Christi, quæ Episcopis non cōmunicantur.

An legatus Apostolicus in sua legatione, & summus pœnitentiaries potestate ordinaria Indulgentias concedere possit? Dixi, potestate ordinaria: nain ex speciali cōmissione Pontificis, dubium non est hāc potestatem exercere posse, non modo legatū Apost. & summū pœnitentiariū, sed quēcunq; aliū Ecclesiæ Prælatum. De potestate igitur ordinaria negat cit. Suarez disp. 55. scđt. nu. 22. Bellar. lib. I. de Indulg. cap. 11. Ratio: nulli in iure hāc potestas conceditur, nisi Episcopis, & Archiep. Nec vllum duci potest argu. à paritate dignitatis, quæ diuersa est à dignitate legati & summi pœnitentiarij.

118.

*3. Episcopus licentiam cōcedere potest subditis, ut Indulg. lucrētur ab alio Episcopo : quia potest suam iurisdictiōnē alteri Episcopo delegare. An autē possit illam delegare simplici Sacerdoti, vel cuiusque clerico, affirmant Suarez, disp. 55. cit. sect. 6. n. 5. & Sà ver. Indulg. n. 16. Quod probabile est: nā simplex fācēt, & quicq; clericus est capax talis delegationis, nec villo iure corratiū prohibetur.*

4. Non potest Episcopus Indulgentiam concedere pro defunctis. Ratio: potestas concedendi Indulg. in Episcopis non potest se extendere ultra proprios subditos: at defuncti non sunt sub iurisdictione Episcopi: & cum Episcopus non habeat universalem autoritatem dispensandi thesaurum satisfactionum Christi, non potest illam applicare non subditis. Dices. Cur non potest Episcopus eandem Indulg. quam potest pro subditis sua diocesis, applicare pro defunctis eiusd. diocesis? Resp. quia defunctori desinunt esse subditi Episcopi, in ordine ad quos ille tantum a Pontifice auctoritatem habet, ex cap. Quod autem de penit. & remiss. quia ad illud requiritur iuridica auctoritas ex seipst. seq. s. Si Episcopus, vel Archien.

Affirmant *Nauar.apud Sanchez, Toler. in sum. lib. 6. cap. 25. Felinus apud eund. Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 32. nn. 1. quibus 100. dies Indulg. conceduntur secundum Henrig. Quæ sent. probabilius est, præsertim de legato Apost. qui dignitatem participat, eamque in muliis casibus in sua legatione exercere debet. De summo pénitentiario testatur *Palud. in 4. dist. 20. q. 4.* se audiuisse, illum auctoritate ordinariâ 100. dies Indulg. concessisse. Ad fund. oppositæ: ex ijsdem iuribus colligitur hæc potestas ut ordinaria, communicata Episcopis, & Archiep. colligitur etiam ut ordinatio cōmunicari Legatis, & Nuntiis Apost. cùmetiam hi sint Iudices ordinati in sua legatione.*

119.

112.  
Episcopus  
potest suam  
Iurisdict.  
alteri dele-  
gare.

113.

114

*Vtile nō de- Indulg. quam concedere potest: nam iuxta regul.  
bet per inu- 37. iuris, Vtile non debet per inuisile utiari: igitur  
isile utiari. per excessum vitiolum non debet tolli, quod iustū  
& vtile est. Nec obstat cap. Indulg. de penit: & re-  
miss. in 6. vbi Indulg. quā statum generalis Con-  
cili: excesserint, dicuntur vires non obtinere; sc.  
quoad excessum.*

115.  
6. Contra Valen. disp. 7. de Indul. q. 20. pun. 3. §.  
*Innoc.* Episcopus præter Indu. vnius anni in dedi-  
catione Basilicæ, & 40. dierū aliis temporibus, non  
potest in foro pœnit. plures cōcedere. Ratio: potes-  
tatem Indulg. cōcedendi Episcopi nou habent, nisi  
iure humano à Pôtifice communicatam, ut suprà  
nec nisi vnius anni in dedicatione Basilicæ, &  
40. dierum aliis temporibus. *Valentia* autem cō-  
trario nititur fundam. Episcopos potestatem hâc  
habere iure Diuino: quod ius est tantum illis li-  
mitatum à Pontificibus in foro publico, non in  
foro secreto pœnitentiaz.

scopalem iurisdictionem exercentibus competit ordi-  
naria potestas Indulgencias concedendi? Affirmat  
de Cardinalib. Sà, ver. Indulg. n. 16. cæteris negan-  
tibus, qui tantum ex consuetudine aiunt, hæc po-  
testatem cōuenire Cardinalib. non Episcopis. De  
Abbatibus res est definita c. Acced. de excessib. Pra-  
latorium, ybi omnibus Abbatib. prohibetur literas  
Indulg. concedere. Et ratio ibid. quia hoc est di-  
gnitatis Episc. De Cardinalibus id etiam prob. in  
nullo iure legitur hæc potestas contessa cura Car-  
dinalitia dignitate. Nec duci potest argu. à digni-  
ta Episc. cum officium Cardinalis tantum sit esse  
consiliarium Papæ, in eoque eligendo ius suffra-  
gij habere. Dubitari potest, an hæc potestas pra-  
scribi possit. Affirmat Glossa tit. cap. accedensibus.  
ex texu; Nisi forsitan quisquam eorum specialiter con-  
cessione, vel alia legitimâ causa super huiusmodi  
valeat serueri: nam per aliam legitimam causam  
non potest Pontifex intelligere, nisi legitimi-  
mam præscriptionem. Negant Theologi. Quod  
si quando hæc potestas in aliquibus Abbatibus  
reperitur, illud non tam est siquidem præscripti iuri-  
s, quam antiqui Priuilegijs, vt Sotus in 4 dist. 21.  
quæst. l. art. 4. q. de Abbatibus. Ratio: nullus  
potest iure legitimo cuiuslibet ordinis

180.

Dubiam. 3.

116. Ad fundam. prime, concedo, soli muneri supre-  
mi Pastoris annexam esse potestatem conceden-  
di Indulg. iure Diuino, & cum tota plenitudine.  
Cæterum non repugnat, ut aliis etiam pars eius-  
dem potestatis communicetur à summo Pastore,  
sicut ab eodem cæteris Ecclesiæ prælatis commu-  
nicatur pars eiusdem munera Pastoralis. Còcedo  
eidem muneri annexâ esse potestatē Indul. conce-  
dendi, cui authoritas thesaurum Ecclesiæ dispen-  
sandi : nego soli muneri supremi Pastoris annexâ  
authoritatem thesaurum Ecclesiæ dispensandi,  
nisi intelligas plenitudinaliter, & originaliter:  
nam ab ipso ut à fonte derivatur in cæteros. Cò-  
cedo: vñus est Ecclesiæ sponsus, vñus thesaurus,  
vñus supremus dispensator cum plenipotenti  
authoritate, haud tamen repugnat sub eodem  
dispensatore supremo plures alios esse subordina-  
tos, qui ab ipso potestatem habeant partem eius-  
dem thesauri dispensandi. Ad fundam. secundæ,  
neg. Episcopos quoad omnia succedere Apostolis  
Tom. VIII. De Sacramentis.

potest ius diuinum, cuiusmodi est potestas In-  
dulg. concedendi, præscribere. Quis præscribere  
est authoritate publicâ rem alienatî bonâ fide  
possessam facere suâ. Supponit igitur p. scriptio  
publicam authoritatem, quæ ad lites tollendas  
potestatem habet trânsferendi rem ex uno in aliû.  
Nulla autem humana authoritas potestatem ha-  
bet transferendi ius. Diuinum ex uno in alium:  
cùm nulla humana authoritas disponere valeat  
de voluntate Dei. à qua sola pendet ius Diuinum.

An superiores Religionum ordinariam potestatem habeant Indulgentias concedendi? Ratio dubia. Superiores Relig. præsertim Generales, & Provinciales habent omnem iurisdict. in subditos, quam habent Episcopi in suos. unde possunt illos excommunicare, proprios confessarios assignare, casibus sedibus sedi Apost. reservatis absoluere, occulti illi sint. Confir. I. provinciales, & viss. Confir. I. 23. Dubio 4. Ratio dubitandi.

342

117.

tatores ordinata visitatione absolutam domibus, & collegijs sua prouincia authoritatem habent plenariam Indulg. concedendi omnibus eiusdem domus, vel collegij visitati, ut in compendio Priuilegiorum Societ. verbo Indulgencia §. 10.

124. Confir. 2. possunt superiores Relig. alios, qui sua Religionis non sunt, participes efficere bonorum spiritualium sua religionis, applicando illis satisfactiones subditorum, ut in cod. compen. verb. Generalis §. 7. At hoc est concedere Indulg. nam per applicationem talium satisfactionum remittitur pena ijs, quibus Religionis satisfactiones applicantur. Quapropter Medina apud Suarez disp. cit. scđ. 5. nu. 1. docet, Prælatos Relig. iure Diuino, sicut & Episcopos hanc potestatem Indulg. suis subdiris concedendi habere: licet, quia illam quoad vsum dependentem habent à Pontifice, nunquam exercere possint.

125. Sonentia communis. Verum opposita sent. communis est nullo sc. iure potestatem Indulg. concedendi Prælati Relig. competere. ex not. cap. Accedentibus, in quo sub nomine Abbatum intelligentur omnes Relig. superiores, ut patet ex tit. De excessib. Prælat. Nec minus in eo cap. falsitatis conuincitur opinio Medina, in quo dicitur potestas concedendi Indulg. esse dignitatis Episc. eamque Abbes usurpando, excedere suos fines. Quod si iure Diuino illis competet, nec dici posset esse tantum dignitatis Episc. nec extra fines Abbatu iurisdictionis.

126. Confir. Confir. si expediens est; vt nunquam hac potestate superiores Relig. vrantur (alioqui si expedit aliquando illa vii, non recte Pontifices eos tali potestate perpetuo priuissent) expediens potius fuisset, illam à Christo iis non concedi: alias concessisset potestatem, quæ ob futura fuisset recta Ecclesiæ Regimini: ob hanc. n. causam in sent. Medina Pontifices hanc potestatem quoad vsum prohibent Prælati Relig. Nec est eadem ratio de iurisdictione, quæ iuxta nostrâ sent. Christus cui libet sacerdoti contulit in ordine ad penitentes absoluendos à peccatis in foro pœnit. dependet quoad vsum à Pontifice: nam & hac aliquando sacerdotes vni sunt, vt in primitiva Ecclesiæ & nunc etiam in quibusdâ casibus vtuntur, vt suprâ.

127. 128. Ad rationem dub. 1. neg. Prælatos Relig. habere eandem iurisdict. in subditos, quam habent Episcopi in suos. 2. Esto, eandem habeant; quia tamen potestas concedendi indulg. in iure concessa tantum est Episcopis, & negata Prælati, ut ex cit. Iurib. constat, dici non potest illa conuenire Prælati Relig. præsertim cum hanc habere non possint, nisi iure humano à Pontifice deriuato, vt suprâ. Ad 1. confir. Resp. hanc potestatem concessam esse Provincialibus, & visitatoribus Relig. ex speciali commissione Leonis X. qui eam i. concessit Minoritis, ex eorum supplm. & postea per participationem facta est aliis etiam Relig. communis. Ad 2. neg. minor. nam concedere Indulg. propriè est, applicare eas satisfactiones, que quando elicte fuerunt, non habuerunt effectum, sed remanserunt in thesauro Ecclesiæ applicadas pro pœnis ex condonatis fideliū peccatis relictis, authoritate Pontificis ipsi à Christo communicata. Prælati autem Relig. solum possunt applicare satisfactiones subditorum per modum suffragij, dum illæ à subditis actu exerceantur: non possunt ex illis thesaurem confidere, easque applicare non solum pro peccatis præteritis; sed etiam applicandas cōseruare pro futuris: cum nullus purus homo potestatem habeat disponendi de suis satisfactionibus, nisi quando illas actu exerceat: post-

quam vero exercitæ fuerunt, si effectum non haberunt, cadunt sub dominium, & potestatem Christi. Vnde etiam satisfactiones Sanctorum reconduntur in thesauro Ecclesiæ applicanda fidelibus authoritate Christi, quam suo Vicario communicat.

129. 130. 131. Confir. 2. Ceterum duplex bonum possunt Prælati Relig. aliis applicare; unum per modum imprestatio- Duplicem. num posse prælati lig. alij ap. verb. Generalis §. 7. At hoc est concedere Indulg. nam per applicationem talium satisfactionum remittitur pena ijs, quibus Religionis satisfactiones applicantur. Quapropter Medina apud Suarez disp. cit. scđ. 5. nu. 1. docet, Prælatos Relig. iure Diuino, sicut & Episcopos hanc potestatem Indulg. suis subdiris concedendi habere: licet, quia illam quoad vsum dependentem habent à Pontifice, nunquam exercere possint.

132. 133. 134. Confir. An Concilium Generale Ordinariam potestatem habeat Indulgencias concedendi? Affirmant Datum. Panor. apud Bellar. lib. 1. de Indulg. cap. II. qui cod. Bellar. septe, primus fuit, qui hanc sent. docuit, quæ lecuti sunt Felinus, Sotus in 4. diff. 21. q. 1. a. 4. post 2. Concl. Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 31. nu. 3. Toler. in Sum. lib. 6. cap. 25. Nungnez 3 p. 10. 2. qu. 26. art. 1. diff. 1. concl. 2. &c. qui eandem potestatem concedunt Concilio Generali, quam concedunt Pontifici, eo quod vterque illam immediatè habeat à Deo. Probant 1. defacto Conc. Lateran. plenariam Indulg. concessit proficiscientibus in terram sanctam, vel subsidium conferentibus, vt constat ex fine Concilij; & Basile. in favorem subsidij pro reductione Græcorum procuranda scđ. 24. & Constan. iis, qui in Concilio interfuerunt, vt in fine vlt. scđ. legitur. Concilium Generale representat totam Ecclesiam, cui concessa est à Christo potestas dispensandi thesaurem indulg. Confir. 1. sicut communis est, dispensare bona temporalia Reip. ita Ecclesiæ erit, per Generale Concil. representatæ, dispensare bona spiritualia. 2. Penes Concilium Generale est concedere leges vniuersales pro totâ Ecclesiâ; ergo & concedere Indulg.

135. 136. 137. 138. Negant Bellar. cit. Suarez. diff. 55. à nu. 3. qui putat, illam suspecto niti fund. sc. Ecclesiam vt distinctam à capite aliquam iurisdictionem habere à Christo: Valen. diff. 7. q. 20. pu. 3. Fillm. cit. q. 4. & in 4. diff. 20. qui dum soli Pontifici hanc potestatem tribuunt, virtute Generale Concil. exprobabilitate cludent. Quæ sent. dictis conformior. Oster. sum. n. suprâ. hanc potestatē soj personæ Petri eiusq; in officio successoribus à Christo collatam esse. Neque expediens erat, vt illa conferretur etiam Concilio Generali, vt à capite distincto: cum quia non expedit, eandem supremam potestatem pluribus communicari; cum hoc repugnet Monarchico regimini, quo Christus suam Ecclesiam gubernat. Tum quia vel hæc potestas cōmunicata est vterque dependenter ab altero, vel independenter: & tunc vel illa cōmunicata est capiū

Ad. Confir. 129.

130. Ad. 131.

capiti dependenter à Concilio, vel Concilio dependenter à capite. Primū nemo dicet, cùm recte ac ordinatæ Gubernationi repugnent duo suprema capita à se inuicē independentia. Nec 2. quoad 1. membrum; alias Concilium est supra Pontificē, ab eoq; impediri posset, quod minus hāc potestatē exerceret: quæ falsa ex 4. ro. disp. de antro. Pontif. Secundum membrum etiam falsitatis conuincitur: si expediens fuit, ut potestatem Conc. Generale non haberet independenter à capite, expediens quoque fuit, ut illam non haberet, nisi deriuatā à capite, ob maiorem cum capite subordinationem.

Nec est eadem ratio de iurisdictione absoluendi à peccatis in foro poenit. collata Sacerdotibus cum dependentiā quoad vñsum à capite: nam cēm hāc sit de re ad salutē necessaria, magis expediens fuit, ut omnib; Sacerdotibus communicaretur. Præterea cùm hāc non reideat in aliqua communitate, sed in singulis Sacerdotibus, absq; vñlo periculo p̄terat quoad exercitiū prohiberi. Illa vero cùm sit supererogationis, residue atque in cōmunitate, expediens non fuit, etiam eum dependentiā à capite Generali Concilio cōmunicari, cùm non leue periculum esse potuerit, illam quoad exercitium toti cōmunitati prohibere.

Ad 1. argu. oppositæ Resp. citata Conc. concessisse indulg. nō autoritate propriā à capite disting. sed Pontificis per se, vel per suos Legatos præsidentis. De Basileensi vbi schismatice conclusum est, Papam Concilio, non Concilium Papæ subiecti, mirum esse non debet, si Concilium hanc autoritatē plenarias Indulg. concedendi sibi usurpaverit. Omnia. n. quæ in hoc Concilio post reuocationem Legatorum conclusa fuerunt, nullius roboris testimanda sunt, ut Concil. Generale Lateran. sub Leone X. celebratum fess. 1. sine testatur.

Ad 2. neg. Concil. Generale, ut à capite disting. et representare totam Ecclesiam, cùm non representet caput, potissimum Ecclesiaz membrū, ex cuius influxu totum Ecclesiaz corpus tegitur. Falsum etiam est, ut suprā, potestatem dispensandi thesaurum indulg. concessam esse Ecclesiaz, ut distinctiæ à capite, sed solum capiti, sicut soli Petro à Christo datæ fuerunt claves regendi, & pascendi oves. Ad 1. confir. cùm temporalia sint ipsius cōmunitatis, mirum non est, si ad ipsam, vel ad Principem, in quem suam auctoritatē transtulit, sp̄ctet illa inter ciues distribuere. Bona autē spiritualia in Ecclesiaz thesauro recondita, cùm non sint propra Ecclesiaz, sed Christi, ad illum spectabit, ea distribuere, in quem Christus suam auctoritatē transtulit; sc. non in cōmunitatem, sed in singularem personam Petri, eiusque successores.

Ad 2. dist. antec. penes Conc. Generale est, ut coniunctū capiti, à quo auctoritatē habet, cōdere leges vniuersales pro totâ Ecclesiâ, concedo: ut distinctum à capite, nego. Quo sit, ut neque leges, quas Ecclesia condit, quando legitimè congregatur ad eligendum sibi caput, auctoritatē habeat nisi à Pontifice confirmatæ; præsertim, si sint vniuersales spectantes ad mores totius Ecclesiaz.

Ex his infertur, neque Concilium Provinciale habere potestatem concedendi nisi ratione Episcoporum in eo inclusorum: à fortiori neque Capitulum Diocesanum sede vacante. Nam esto Capitulum succedat in ordinariam iurisdictionē Episcopi, non tamen succedit in dignitatem Episcopii proprium est, concedere indulg. Confir, vt docet Glossa in cap. Etsi Capitulum, de institu. in 6, quod est meræ iurisdictionis voluntariæ, cuiusmodi est concedere Indulg. & beneficia cōferre,

135.  
Disp. i. m.136.  
Solum in  
regnum  
x. j. m.137.  
ad 2.138.  
ad 1. Conf.139.  
ad 2.140.  
Coroll.

non transit in capitulum. Contra hāc cōmūnem sent. sentit Emp. Sà v. Capitulum. nu. 1.

Ex diq; soluitur altera quæst. pars Quis & cui possit hāc potestas delegari? quoad 1. certum ēst, Quis & cui possit hāc potestas delegari? eam delegari posse ab omnibus, qui illam ordinatio iure possident, vt sunt summus Pontifex, Episcopi, Primate seu Patriarchæ, & iuxta nostram sent. etiam Legati, & Nunci Apost. nec non summus Poenitentiarius ex sent. Palud. Ratio: omnis potestas iurisdictionis delegabilis est ab eo, qui illam ordinario iure possidet. At hāc est potestas iurisdictionis sect. 1. ergo delegabilis est ab omnibus, qui illam ordinario iure possidet. Maior patet inductione: tam potestas in foro interno & Sacram. quām in foro externo & contentioso delegabilis est ab eo, qui illam ordinario iure possidet; ergo etiam hāc, cùm nulla adferti possit discriminis ratio.

Hinc sequitur, non posse parochum suo patochiano licentiam concedere, ut ab Episcopo non suo lucretur indulg. cum parochus non habeat potestatem concedendi indulg. cumq; dñe licentiam huiusmodi, sit suam potestatem alteri delegare. Potuerunt tamen Religiosi ab Episcopis lucrari Indulg. etiam si illis subiecti non sint, quia in favorabilibus Religiosi subduntur Episcopis.

Præterea ex mutuo consensu tacito Episcoporum In favo-  
bilibus Reli-  
giosi sub-  
alterius diocesis; cui ab Episcopo concessa est dñm Ep-  
Indulg. illam lucrari, ut docent Henr. lib. 7. de Scopis.  
Indulg. cap. 32. nu. 2. Sà verbo Indulgencia nu. 16.

Quoad 2. si loquamur de potentia absoluta, il- 143.  
la delegabilis est cuicunque viro, etiam aīco, non Femini & spi-  
tamen foeminae, aut non baptizato, quia hi spiritu-  
ritualis iurisdictionis capaces non sunt, ut docet ritalis iur-  
Henr. lib. 6. sacra. cap. 2. n. 3. & 5. & lib. 7. de Indul-  
pates. cap. 31. nu. 2. De potentia vero ordinaria delega-  
bilis est cuicunque clericu, modò primam tonsu-  
ram habeat. Vnde in articulo mortis posset mori-  
bundus à clericu tantum tonsurato ab excom-  
municatione absolvi: quia cùla soleat Ecclesia  
interdum talibus clericis potestatem absoluendi  
ab excommunicatione committere, credendum  
est, in articulo mortis talem potestatem huiul-  
modi tonsuratis concedere, ut suprā cum Henr.

Dices. s̄pē laicus indulgentiam sibi à Pontifice concessam alteri cōmunicat: non posset autem illam alteri cōmunicare, nisi cum illā simul à Pontifice acciperet potestatem eam cōmu-  
nicandi: ergo de facto hāc potestas delegatur laico. Resp. dist. maior. cōmunicat illam auctoritatē, nego; pet modum cuiusdam conditionis, quā positiuā, Pontifex ipse Indulg. applicat, & ad alios extendit, concedo. Quo pacto nostri Provinciales Procuratores cùm à Pontifice accipiunt Indulg. aliis cōmunicant.

## S E C T I O VII.

## Quinam sint Indulgencie capaces?

Cum Indulg. si remissio pœnæ temporalis ex 145.  
condonatis peccatis personalibus relictæ, Beati non  
non poterunt esse capaces qui vel hanc pœnam sunt capaces  
non habent, vel habere non possunt. Vnde exclu-  
derunt 1. Beati, qui nec pœnam aliquam luendam  
habent, nec habere possunt, cùm nec ullum rea-  
tum habeant, nec peccare possint, ut saltē ob pœ-  
nam ex remissione talis peccati relictam capaces  
Indulg. esse possint. Cum Beatis includitur B. Virgo. Ne. B. Virgo.

go, & si quis alius fuit ab omni peccato praeservatus: quia sicut illa semper fuit a peccato libera, ita & reatu peccati immunit.

146.  
Nec damnata  
ni.

2. Excluduntur damnati, qui sicut peccati remissionis capaces non sunt, ita nec remissionis poenae. Nam etiam si multi damnati praeter poenam eternam, contractam ex peccatis commissis, & non condonatis, habeant etiam aliquam poenam temporalem, quae relata fuit ex peccatis in hac vita condonatis, pro qua dignam penitentiam non egerunt, illa tamen, per coniunctionem cum peccato irremissibili, ut per accidens irremissibili, & eterna: alias in inferno foret aliquis redemptionis locus contra illud Ecclesiaz: *In inferno nulla est redemptio.* Contra hanc communem doctrinam de damnatis senserunt aliqui Schol. apud Magist. in 4. dist. 4. 6. opinantes suffragia viuorum prodesse damnatis per modum mitigationis, & remissionis poenatum, quas patiuntur inter quos fuit *Propositum*, ut refert S. Thib. sup. ad 3. p. 9. 71. a. 5.

148.  
Nec infan-  
tes.

Tertio demum excluduntur infantes, & reliqui omnes rationis usum non habentes: quia sicut nisi proprium, peccatum habere non possunt; ita poenam ex proprio peccato condonato relata, quam tantum Indulg. remittit: non enim se extendit ad remittendas penas ex peccato orig. contractas, ut experientia constat.

149.  
*Quis possit esse in aliis genere capi-*

Superest igitur, ut soli homines rationes videntes, & in ultimo termino non constituti possint esse capaces indulg. Qui in tres classes dividuntur, in viatores baptizatos, viatores non baptizatos & animas purgantes. Et quidem de primis certum est, eos in omni proprietate capaces esse indulg. quia vel habent aliquam poenam temporalem, ex propriis peccatis condonatis relata; vel certe illam habere possunt: quia possunt peccare, & de peccatis penitire, deque eorum reatu non sufficienter satisfacere, ac proinde pro eius satisfactione, ac remissione egere indulgentia.

150.

Contra hanc veritatem cohærenter sentire debent iij, qui putant, esse in hac vita aliqua peccata, vel multitudinem peccatorum, quem *exmulsum* appellant, ad quem cum peruerterit peccator, non est amplius capax poenit. ac proinde nec Indulg. quae loco poenit. in satisfactionem poenae ex peccato condonato relata succedit. Quem errorem refutavi *disp. s. sect. 2.* Sola controversia remanet de adultis non Baptizatis, proprio actu contritionis iustificatis, & animabus purgantibus.

151.  
Dubium.  
Affirmant.

An Catechumeni sunt Indulgencie capaces? Affirmant Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 28. n. 3. pro qua sent. in suo commen. citat Nauar. Eandem quoad catechumenos defunctos probabiliter censem *Suarez* *disp. 53. sect. 4. n. 8. Layman de Indulg. cap. 6. n. 1.* quamvis ille probabilem putet opposita. Fundam. catechumeni iustificati in voto baptismi sunt via libra membra Ecclesiaz, fidei & charitatis glutine ei coniuncta: igitur possunt ipsius Spiritualium bonorum fieri participes.

Fundam.  
152.  
Confir. 1.

Confir. 1. merito unionis, quam per vinculum charitatis habent cum Ecclesia, sunt capaces satisfactionis per modum suffragij à priuata persona sibi oblatæ: ergo ratione eiusdem unionis erunt capaces satisfactionis, per modum absolutionis à publica persona legitimæ potestate habente ex communis thesauro Ecclesiaz sibi applicata. 2. sunt quasi Religionis Christianæ nouitii: sed nouitii Relig. sunt participes bonorum suæ Relig. ergo & catechumeni erunt participes bonorum Religionis Christianæ.

153.  
Negant cit. Suarez, Coninck *disp. 12. de Indulg.*  
Negan: Lay, *dub. 7. Sanchez lib. 4. moral. cap. 37. Layman quoad man.*

catechumenos viatores, & alij authores apud eosdem. Quæ sent. quodad catechumenos viatores viderut certa: quia nullus potest esse capax indul. qui non sit iurisdictioni Eccles. subiectus. At catechumenus viator non est Eccles. iurisdictioni subiectus; ergo neque capax Indulg. Maior colligitur ex cap. *Quod autem de Pœnit. & R: miss. vbi* *Cetera seu* definitur indulg. nō prodesse, nisi subiectis scilicet cœcessio Indulg. sit actus Eccles. iurisdictionis. Minor ex *Triden. sess. 14. cap. 2. vbi* docet, Ecclesiam in nemine actu iurisdictionis exercere posse, qui nō prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus, citans illud *Apost. 1. ad Corinth. 12. Quid mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Confir. non potest Episcopus cœcedere indulg. sibi non subditis: *Confr. 154.* ergo nec summus Pontifex catechumenis. nam ita se habet summus Pontifex erga catechumenos, quoad Spirituali iurisdictioni. sicut Episcopus quoad eadem erga baptizatos sibi non subiectos. 2. Catechumeni ante Baptismū non sunt capaces gratiae sacram. ergo nec effectus Indulg. quia uterque effectus confertur ex opere operato Christi.*

Ex dictis inferitur, nec posse Ecclesiam cum catechumenis dispensare in votis: cum etiam talis *Coroll. k.* dispensatio sit actus spiritualis iurisdictionis, qui superrioritatem in dispenseante, & subiectione in dispensabili supponit. Leg. cit. *Sanchez*. 2. non esse capaces Indulg. animas, quae vel cum solo originali, vel cum originali & veniali ratiū ex hac vita discedunt. Neutrī enim habent poenam temporalem ex proprio peccato condonato relata.

Sed primi habent tantum poenam danni ex originali contractam: Secundi etsi habent poenam temporalem sensus, veniali debitam, illam tamen non habent ex veniali cōdonato relata: indulgentia autem non remittit poenam, nisi ex proprio peccato condonato relata. Perseuerante *Indulgenciam* autem originali, homo non est capax remissionis non remiss. venialis, sicut nec, perseuerante mortali, homo est tamen capax remissionis venialis. Quia, ut ex *disp. de re-nisi ex pri-* miss. *venial.* constat, vetiale non remittitur, nisi *prius peccato* *condonato* *relata.* per auxilium constituens hominem familiarem Deo: quæ familiaritas supponit amicitiam cum eodem Deo: at hæc esse non potest in homine habituali gratiæ priuato.

3. Ceterum quoad catechumenos defunctos probabilius existimo: eis per modum suffragij prodesse indulg. quia catechumeni defuncti non sunt amplius sub potestate Ecclesiaz, cui limitate concessa est potestas indulg. ut non nisi sibi subiectis eas cœcedere valeat; sed sunt sub potestate Christi, qui suâ Passione omnibus profuit. Vnde sicut est ipsorum Redemptor quoad culpæ condonationem, & gratiæ infusionem: ita & perfectus Redemptor quoad poenæ remissionem.

Ad 1. oppositæ, neg. conseq. quia ad fructum Indulg. percipiendum non solum requiritur mystica unio membra cum Ecclesia, sed etiam subiectio, quoad Spirituali iurisdictionem, quam catechumeni non habent. Ad 1. confir. neg. conseq. nam ad participandam satisfactionem per modum suffragij à priuata persona oblatam, non requiritur subiectio, cum non sit actus iurisd. sed puræ eleemosynæ spiritualis, quam quisque de suis bonis operibus, quorum est absolutus dominus, alijs clargiri potest.

Ad 2. neg. catechumenos quoad hoc assimilari nouitiis Religionis: nam hi quoad Spirituali iurisdictioni sunt perfectè subiecti Ecclesiaz, quæ eos participes reddere potest Spiritualium bonorum Religionis, cui subiecti non sunt catechumeni.

AN

158. Solvatur  
argumentum  
oppositie  
sententia.

159. Ad 1. Conf.

160. Ad 2. Conf.

## An excommunicatus fit capax indulgentia.

161.  
Statu quoq.

Negat.

Fundam.  
borum

à fortiori.

162.  
Affirmatio  
probabilis.Primum  
fundam.Confirm.  
nature illu-  
pue.Prob. 2. ab  
absurdo ex  
contraria  
sent.

**Q**uestio non est de excommunicato perseverante in peccato, propter quod illi imposita fuit excommunicatione: nam hunc ex seg. tit. contabit, non esse indulgentiae capacem. Sed quæstio tantum est de excommunicato per contritionem iustificato, nondum tamen ab excommunicatione absoluto. Negant Sotus in 4. dist. 22. qu. 1. ar. 1. §. Attamen dubium; Vgolin. lib. 2. cap. 9. §. 1. n. 5. citans Adria. Suarez tom. 4. de penit. disp. 52. sect. 2. n. 3. Vsq. de excommunic. dub. 2. n. 2. Didac. 2. Ugn. in addit: ad 3. part. S. Thom. qu. 27. ar. 1. §. disputant aliqui; Filluc. 10. 1. tract. 8. cap. 6. nn. 136. Laymann lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. n. 2. Coninck disp. 14. num. 49. Huriad. de excommu. dispig. diffic. 5. Steph. Baunij disp. 7. de effect. excommun. major. q. 13. Martinon di. p. 59. de censur. sect. 3. num. 44. Diana. par. 5. tract. 12. de indulg. & iub. resolut. 13. & alij apud ipsum. Fundam. excommunicatione natura suâ subiectum priuat participatione communium bonorum Ecclesiæ: ergo quamdiu quis manet illâ irretitus, non est capax huius; multò minùs iubilei, in quo solet confessio & sacra communionis prescribi, quarum excommunicatus capax non est. Hanc sententiam secutus sum in priori editione: re tamen maturius considerata, oppositam probabilem censeo: ita Riccar. in 4. dist. 18. ar. 7. qu. 2. in corp. D. Antonin. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. Et nota, vers. sed ante, Neuar. de iubi. Not. 18. n. 14. citans Angel. & in summa cap. 27. n. 18. 19. 26. Cuar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 6. n. 4. conclus. 9. citans Hostien. & Tarecrem. Palat. in 4. dist. 18. disp. 3. §. At vero illi valet, qui ait, ex habituali & presumpta Ecclesiæ voluntate buiusmodi excommunicatione valere communia Ecclesiæ suffragia: Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 18. n. 2. Sicut verbo indulg. n. 2. Aula de excommun. 2. parte cap. 6. disp. 4. dub. 2. & alij apud Dianam cit. Fundam. non censetur Ecclesia hunc sui peccati pœnitentem, ad obediendum promptum, & ad Ecclesiæ monita, & precepta exequenda paratum, velle suis suffragijs priuate, praesertim ijs, quorum applicatio non fit per publicum Ecclesiæ ministerium, ne per hoc videtur authoritas Eccles. contemni, si ea excommunicato nondum absoluto publicè applicantur. Confirm. ex natura huius pœnæ, quæ, vt illam definiit Innocen. IV. cap. 1. de sent. excomm. in 6. est medicinalis, non mortalís & eradicans, sed disciplinans, quam Ecclesia adhibet ad contumaciam & inobedientiam subditorum coercendam: ergo eosque presumendum est, illos suis suffragijs priuare, quo usque in contumacia perseverant: eâ igitur per contritionem depositâ, cum per eos non stat, quo minus ab excommunicatione absoluuntur, admittuntur ad communia Ecclesiæ suffragia, saltem ad ea, quæ publico Ecclesiæ ministerio non indigent. 2. Sequeretur, non posse iubileum lucrari, quem propter impotentiam soluendi noller iudex ab excommunicatione absoluere, vel si iudex, qui debet absoluere, procul absent, & per ipsum non sit: quibus casibus non videatur mens Pontificis esse, ut hic defectu absolutionis ab excommunicatione iniuste negaræ, iubile bono priuetur. Sequela prob. ideo per advers. excommunicatus est incapax iubilei, quia excommunicatione, quamdiu subiecto inheret, reddit illud incapax, quocunque tandem modo illa non collatur, sive iniuste, sive iniuste, eo quod ex-

communicatio essentia est: talis pœnitentia secum afferit, cum in ea essentia consistat, ut multi ex aduersi. philosophantur. 3. Potest excommunicatus pœnitens & contritus iubileum placitum lucrari, opera in diplomate præscripta præstante; potest eleemosynâ etargiri, assignatis diebus ieiunare, Ecclesiam ab Ordinario deputatam occulte visitare, Confessarium libel ligere ex approbatis ab Ordinario, ut decreto saltem tua peccata ei confiteatur, resto eorum sacram solutionem non sit accepturas; (cum hoc non sit Sacramentum suscipere, quod excommunicato prohibitum est) reliquo illi iudicio, an possit & debeat ea sacramentaliter absoluere. Quæ confessio sine absolutione, si sit de peccatis reseruatis facta, valet, ut postea possit ab excommunicatione absolutus, ab illis sacramentaliter absoluere à quocunque sacerdote habente potestatem absoluendit tantum à mortalibus. Quia peccata principaliter reseruantur quoad iudicium, ut possit reseruans medicinalē pœnitentiam pœnitenti iniungere, si que in futurum prouidere. Cum igitur Confessarius tempore iubilei delegatam potestatem habeat à Pontifice super reseruata, ea tantum illi in confessione manifestata, desinunt esse reseruata, cum iam fuerint à Pontificis delegato ad finem salutaris pœnitentia iniungenda cognita: inde poterunt à quocunque absoluere. An potest difficultas. etiam absolutionem accipere, & sacram communionem sumere, quæ solent ad lucrandum iubileum fidelibus prescribi? Dicitur 1. earum com. Resp. mutationem in aliud pium opus ab excommunicato peti posse: siquidem respectu earum excommunicatus se haberet, ac si eas præstare non posset propter prohibitionem Ecclesiæ. 2. Si excommunicatus non sit à iudice ab excommunicatione absoluere, eo quod parti non satisficerit, & Confessario certè constat, pœnitentem hic & nunc esse impotentem ad soluendum, sacramentaliter absoluere non posse ab excommunicatione, probabilius est, ut sect. 5. dub. 5. ob præiudicium, quod sit iudici, ad quem spectat iudicare de causa absolutionis ab excommunicatione: at si sit tali casu bene dispositus ad sacram absolutionem à peccatis, posset illam recipere. Quia potest aliquo casu excommunicatus, ut disp. de confess. sacramentū Ratio modi pœnitentia validè suscipere, si ad illum accedat sens.

Secundus modus.

ritè dispositus, & ex aliqua urgente causa possit confiteri: at sufficiens causa, ut confiteri possit, est ingens lucrum, quod ex iubile sperat, cu per ipsum non stetit, quo minus absolutionem ab excommunicatione obtineret: nec ullum periculum sit, ut per confessionem, quæ secretissima est, Ecclesiæ authoritas contemnatur; quo casu videretur mens Pontificis esse, ut possit sacram absolutionem recipere. Neque excommunicatione effectum sacramenti pœnitentia impedit potest, si aliunde pœnitens ad illum accedat ritè dispositus: nam ut illum causet soldum pender ab ijs, quæ Christus instituit, supra quæ Ecclesia autoritatem non habet. Sola sacra communionio, cum per se sit publica, publicoque Ecclesiæ titu ministeretur, non poterit ab excommunicato etiam ritè confessio sumi, eo quod publica sacramenti susceptio ab Ecclesia prohibita sit excommunicato, etiam pœnitenti & contrito, ne authoritas Eccles. contemnatur: proinde ea debebit in aliud opus commutari. Ad fundamentum contraria: excommunicatio solum reddit subiectum incapax indulgentie, quamdiu eius contumacia per contritionem, & seruum animum obediendi Ecclesiæ efficaciter

non retractatur: neque per ipsum stat, quo minus absolutionem obtineat.

163.  
Dubio pre-  
ced. anno tri-  
tum aliud.

Distinguen-  
dum proba-  
bilium.

An Pontifex concedas indulgentiam excommunicato, eo ipso ceaseretur illum ab excommunicatione absoluere. Negat Suarez. 4. de penit. disp. 52. sect. 2. n. 3. Quia indulgentia non confert, sed supponit capacitem in subiecto: cum igitur excommunicatus non sit capax effectus indulgentie, talis concessio nihil ei proderit. Distinguunt Nugnus cit. Nam vel Pontifex scit, talem esse excommunicatum, vel non scit. Si non scit, indulgentia nil proderit: quia eo casu Pontifex supponit subiectum capax. Siscit, & nihilominus eam illi concedit, talis supponit in Pontifice voluntatem illum ab excommunicatione absoluendi: eo quod qui sciens & volens intendit effectum dare, censetur etiam ad illum recipiendum habilitatem conferre, quando habilitatis collatio pender ab eodem: alioqui nugatorium foret, velle indulgentias effectum conferre, & nolle a subiecto incapacitatem auferre. Hoc sent. verior: Suarez intellegit iuxta priorem modum.

### An & quo pacto profint defunctis Indulgentia?

164.  
Dubium.

**N**on defuerunt Catholici, qui negarunt, Indulg. prodesse defunctis, apud Bellarm. lib. 1. de Indulg. cap. 14. & Suarez disp. 53. sect. 1. Quiescent. Iudice Suarez sine errore defendi non potest. Est igitur certa veritas, Indulgentias prodesse defunctis. Cuius oppositam sent. Toleto li. 6. ca. 26. appellat heresim. Constat 1. ex communi usu, & praxi Ecclesiae: nihil enim tam virtutatum in Ecclesia, quam applicare Indulg. defunctis. 2. Illam multi Romani Pontifices facto simul, & doctrinam confirmarunt, ut refert Bellar. ex sent. Gabrielis: qui 1. negauit, Indulg. prodesse defunctis, postea suum errorum correxit, cum legit multos Pontifices pro defunctis Indulg. concessisse; ut peculiari Bulla Leo X. in qua contra Lutherum auctoritate Apost. declarat, Indulg. prodesse defunctis: & antea etiam Sixtu IV. postea Piu IV. viuoribus oraculo, teste Toleto in summa lib. 6. cap. 26.

165.  
Animæ pur-  
gantes sunt  
capaces sus-  
fragij.

In eandem conspirat omnes Schol. in 4. dist. 20. Ratio: animæ purgantes, propter unionem charitatis cum Ecclesia militante, sunt capaces suffragij pro ipsis a viuis oblati: ergo etiam fructus Indulg. Antec. definit Piu IV. in Bulle de forma iuramenti profess. in Triden. Constante teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: Triden. sess. 21. cap. 2. & can. 3. definit, Sacrificium Missæ non solum pro viuis, sed etiam pro defunctis nondum ad plenum purgatis ritè iuxta traditionem Apost. offerri. Quod etiam ponitur in ipsa forma, quâ presbyteratus confertur, traditurq; à Floren. Accipe potest atem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro viuis & defunctis. Conseq. prob. non est maior ratio, cut sint capaces suffragij per Sacrificium Missæ, & alia pia opera oblati, & non etiam per Indulgentias a Pontifice concessas.

167.  
Disparatio.

Dic e s. Catechumeni viatores sunt capaces suffragij a priuata persona oblati; cum ramè non sint capaces suffragij per Indulg. applicari. Esto igitur animæ purgantes sint capaces suffragij, haud tamen fructus Indulg. Resp. viuentibus Indulgentias immediate applicantur a Pontifice per modum absolutionis, quæ iurisdictionem requirit in concedente, & subiectiōnem in suscipiente: Pontifex autem nullam habet iurisdictionem in catechu-

menos nondum Baptizatos. Defunctis verò indulgentiæ a Pontifice applicantur dependentes a voluntate Christi, qui supremam iurisdictionem habet in animas purgantes: ac proinde ratio, quæ impedit, quod minus Pontifex validè Indulg. applicare possit catechumenis viuentibus, non impedit, quod minus eas validè applicare possit defunctis: quia defunctis non ipse immediate applicat, sed Christus, qui plenaria iurisdictionem habet in omnes.

Hoc igitur veritate ut certa positâ, grauis controu. est de modo, quo defunctis Indulgentiæ prodesse possint. Omnes conueniunt, uno excepto Micha. Medina apud Bellar. cit. illis non prodesse per modum absolutionis, sed per modum suffragij: tum quia, cum Pontifices concedunt Indulg. defunctis, addunt, per modum suffragij: desse permodum suffragij: qui nullam habent autoritatem in animas purgantes, cum iam sint extra iurisdictionem ipsorum, sij communem qui potestatem a Christo acceperunt tantum in oves in terris pascendas. Matthe. 16. Quodcumq; solueris super terram, erit solutum et in celis. Non enim rō super terram referri debet ad eos tantum, qui soluunt, ut quidam putant; sed etiam ad eos, qui soluuntur, ut Gelasius Papa declarat can. Legatur 24. q. 2. quia nullum actum iurisdictionem. in eos Ecclesia exercere potest: cum omnis actus iurisdictionis requirat aliquam notitiam, quam de animabus purgantibus Ecclesia habere nequit.

Nec refert, quod interdum defunctos excommunicet, eosque absoluat: nam hoc tantum facit obligando viuentes, ne, vel pro illis orent, debitisque sepulturæ mandent; vel ut liberentur a prohibitione, ne pro illis orarent, debitoque honore prosequerentur. Ceterum difficiliter parua est in explicando, in quo differat Indulg. per modum suffragij ab Indulg. per modum absolutionis.

P. 1 M A sent. affirmat differre: quia Indulg. per modum suffragij applicatur defunctis solum mediante, & indirecte, mediante sc. aliquo fidei viatore, cui immediata conceditur sub conditione, ut eam offerat animæ purganti. Indulg. per modum absolutionis est, quæ dicitur, & immediata conceditur. S. Tho. supplem. ad 3. p. qu. 71. art. 10. Bonav. in 4. dist. 20. ar. vlt. q. penit. Richar. ar. 3. qu. 3. Duran qu. 4. nu. 12. Fundamentum animæ purgantes non sunt subiecti iurisdictioni Pontificis: ergo non potest eas immediata, & directe per Indulg. a peccatis purgatoriis liberare: quia hic actus, ut supra, non nisi in subditum exerceri potest.

Sed contraria: hæc sent. virtute negat Indulg. prodesse defunctis: quia non Christi satisfactio per Indulg. concessa; sed opus, sub cuius conditione Indulg. conceditur viuis, pro defunctis oblatum, his prodesset. Aut si etiam Indulgentia; ratione, cur illa applicata a viuente prodest defunctis, & non prodest applicata a Pontifice? cum non sit essentiale Indulg. ut ea applicetur mediante aliquo opere pio, sed applicari possit absq; vlo opere, si sufficiens causa subsit, ut seq. sect. Aut cur poterit priuata persona directe, & immediata per sua opera satisfactoria defunctos iuuare, & non poterit Pontifex per opera satisfactoria Christi, & Sanctorum ex communione Ecclesie thesauro eruta? Ad fundamentum constabit ex declar. 3. sent.

Secunda in eo inter suffragiū, & absolutionē nem discriminem constituit; quod per absolutionē 2. sent. Pontifex immediata ut Christi minister absoluit a pena, cui concedit Indulg. per suffragium non Pontifex immediata, sed Deus, cui Pontifex illa & quia pietatis premium offert ex thesauro satisfactoriū Christi, & Sanctorum. Quod premium Deus ex

**ex pacto.** & promissione tenetur à suo Vicario oblatum acceptare. Quo sit, ut Indulg. non minus pro defunctis, quām pro viuis cōcessa, quoad suum effectum sit infallibilis: cū utraque fundatur in pacto, & promissione Christi. Nam illa *Mattb. 16. Quodcumque solneris super terram, erit solutum & in cælis*: non minus se extendunt ad defunctos, quām ad viuos. Ita *Soros in 4. dist. 21. q. 2. a. 3. §. est tamen: N. anar. tract. de Indulg. Sua rez disp. 53. sect. 3. Valen. disp. 7. de Indulg. q. 20. p. 5. Coninck disp. 12. dub. 10. Nagne in 3. p. 10. 2. q. 20. ar. 3. in suā quaest. de satisfact. pro pœnis purgat. diff. 4. concl. 3. Tannerus tom. 4. disp. 6. quaest. 8. à num. 91.*

**173.** Fundam. **174.** *Fundam. potestas applicandi per Indulg. satisfactiones Christi & sanctorum ex communi thesauro Ecclesiæ non minus concessa est Vicario Christi pro defunctis, quām pro viuentibus: ergo non minus Indulg. applicata illis, quā istis erit infallibilis. Antec. prob. ex cit. *Mattb. 16. quē cū sint generalia, restringi non debent ad solos viuētes.**

*Non parum roboris huic sent. addit authoritas Aubert. Leonis X. qui in Bulla ad Caiet. Legatum ita scribit. Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliqua tanquam matrem sequentur, tradidisse Romanum Pontificem Petri clausigeri Successorem & Iesu Christi in terris Vicarium, potestate clavium, quarum est aperire regnum celorum, tollendo illis in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet & pœnam pro actualibus peccatis dobiām, culpam quidem mediante Sacramento penitentia; pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis secundum Diuinam iustitiam debitam mediante Ecclesiastica Indulgencia) posse pro rationabilibus causis cōcedere eisdē Christifidelibus, qui Charitate iungente membra sunt Christi sive in hac vita sint, sive in Purgatorio, Indulgencias super abundantiam meritorum Christi, & Sanctorum & tam pro viuis, quam pro Defunctis Apostolica authoritate Indulgenciam concedendo, thesaurem meritorū IESV Christi, & Sanctorum dispensare, & per modum absolutionis Indulgenciam ipsam conferre, vel per modum suffragij illam transferre consueisse: ac properterea omnes tam viuos, quam Defunctos, qui veraciter omnes Indulgencias huiusmodi consecuti fuerint, à tant a temporalē pœna secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessa, & acquista Indulgencias equinalet. In quo duo notanda. 1. Quod codem modo dicuntur defuncti, ac viuentes Indulg. consequi: sed viuentes infallibiliter, si præstiterint, quæ in concessione præscribuntur; ergo & defuncti. 2. Quod cādem authoritate Apost. utrisque conceditur: ergo si viuentibus authoritate infallibili, fundatā in promissione Christi, cādem defunctis.*

**175.** *3. Sent.* TERTIA discriben in eo collocat, quod concessa indulg. per modum absolutionis, infallibiliter sortitur effectum; quia datur ab habente iurisdictionem in eum, cui cōceditur: data per modum suffragij, non infallibilitatem suum sortitur effectum, etiam præstentur omnia, quæ ad eam consequendam præscribuntur; non defēctu valoris satisfactionis, quæ per Indulg. applicatur, sed defēctu promissionis Diuinæ de acceptanda satisfactione Christi, & sanctorum pro defunctis ab Ecclesia oblata: ut enim Indulgencia in defunctis suum consequatur effectum, non solū pendet à potestate Pontificis illam ex thesauro Ecclesiæ concedentis; sed etiam ex benigna voluntate Dei illam acceptantis. Authores huius sententiaz sunt *Alen. 4. p. qu. 83. me. 5. Bonauen. cit. qui aiunt, Indulg. concedi defunctis per modum*

Imperatationis; & depreciationis; *Caiet. tract. 16. de Indulg. qu. 5. Melch. Canis lib. 12. de locis Theol. c. 12. ad 9. §. que verè solam, Petrus Soto lett. 3. de Indulg. Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 7. Layman tract. de Indulg. cap. 7. ad quam magis inclinat Bellar. lib. 1. de Indulg. c. 14. qui 1. sent. ait esse admodum piām, 2. valde rationabilem. Fundam. nulla extat certa authoritas de huiusmodi promissione, quā teneatur Deus Indulg. pro defunctis oblatā acceptare. Nam cit. *Mattb. 16. non probant, nisi de viuentibus iuxta Gelasij explicationem. Nec cit. Leonis Bulla huic sent. aduersatur, vt mox.**

Inter has igitur sent. hæc postrema mihi probabilius est. Moucor 1. in 2. sent. nulla appetit dif. *Potissimum ferentia, ob quām Pontifex potius dicatur absol. ratiō. uere à pœna viuentes, quām defunctos. Nā idē dicitur absoluere à pœna viuentes, quia dum per potestatem sibi à Christo communicatam satisfactionem Christi, & Sanctorum ex thesauro Ecclesiæ pro illis Deo offert, qui ex promissione eam loco pœnæ in purgatorio soluendæ tenerur acceptare, dicitur moralis causa talis remissionis. At eodem modo in 2. sent. Pontifex per potestatem sibi à Christo concessam, ex thesauro Ecclesiæ offert pro defunctis satisfactionem Christi, & Sanctorum Deo, qui ex promissione illam teneatur acceptare loco pœnæ in purgatorio soluendæ: Igitur eodem modo dicitur causa moralis respectu vnius, ac alterius. Neque alio modo Deus in 2. sent. remittit pœnam proper oblatam satisfactionem Christi pro defunctis, ac pro viuentibus. Nam sicut remittit pœnam defunctis, acceptando loco pœnæ purgatorij satisfactionem Christi, & Sanctorum à Pontifice oblatam: ita eandem remittit viuentibus acceptando satisfactionem Christi, & Sanctorum à Pontifice oblatam loco pœnæ purgatorij. Hoc discrimen saluat in 3. sent. Nā iuxta hanc Pontifex, et si tam pro viuis, quam pro defunctis habeat à Christo potestatem ex com- 178. muni thesauro Ecclesiæ; vt ex publico actario concedendi Indulg. quia tamen pro viuis simul habet annexam intallibilem promissionem, quā Deus se obligauit ad eam acceptandam, ad quam non se obligauit pro defunctis, idē respectu viuorum per cōcessionem Indulg. est moralis causa remissionis pœnæ, non autem respectu defunctorum: quia respectu defunctorum remissio pœnæ non pendet à solā voluntate Pontificis, Christi, & Sanctorum satisfactionem offerētis, sed etiam à voluntate Dei illam benignè acceptantis.*

Confir. dum tam serio Pontifices significant, 180. omnem Indulg. pro defunctis concessam, appellandam esse per modum suffragij, quo modo non significant appellandam esse concessam pro viuentibus, manifestè ostendunt esse aliquod notabile discrimen inter eas. Vnde sequitur, contrariam sent. frustratoria reddere verba Pontificum, cum vix inter vnam, & aliam Indulgenciam, nisi de puro nomine intercedat discrimen.

Moucor 2. cit. verba *Matt. 16. quodcumque solneris super terram, erit solutum & in cælis, quibus potissimum nititur contraria sent. ex Gelasio Pap. 2. Ratiō. extenduntur ad solos viuentes, in quos tātum Pontifex exercere iurisdictionem potest. Dicere autem, quod neque in defunctos iurisdict. exercet, est hoc tantum verbis fateri, & contrarium re ipsa profiteri: non enim alio modo in contraria sent. Pontifex iurisdictionem exercet in viuōs, quam per potestatem sibi à Christo concessam applicando illis ex thesauro Ecclesiæ Indulgenciam, quam Deus ex promissione tenetur acceptare.*

3. Purga-

182.  
3. Ratio.

3. Purgatorium est tribunal Christi, in quo sibi tantum reseruat causas iudicandas: Pontifex n. in animas purgantes nullum ius habet. Ergo sicut solius Christi est, eas pœna taxare ita eiusd. erit eisdem relaxare. 4. Si Pontifex eadem infallibili authoritate posset à pœna liberare animas purgantes, ac potest in terris viuentes, sequeretur 1. breui posse totum purgatorium per frequentes Indulg. plenarias evacuare. Nec refert, quod in Indulg. concedendis sufficientem debeat habere causam: nam, quæ sufficit pro plenaria applicanda vni, sufficiens erit pro applicanda alijs, & alijs animab. cum nulla sit maior ratio de vna, quam de ceteris. 2. Sequeretur, vñat tantum Indulg. plenariâ applicatâ pro vna anima, frustra pro eadem Indulg. vel suffragia applicari: cum tamen communis sensus fidelium sit, adhuc post plenariam Indulg. alias etiam, & suffragia pro eadem anima fructuosa procurari posse, quasi certum non sit, per eam animam è Purgatorio liberandâ esse: cum tamen in contraria sent. nullum sit dubium: quippe cum ex parte animæ nullum possit esse impedimentum, quo minus Indulg. statim suum effectum sortiatur: neque ex parte viuentis talem Indulg. pro defunctis offerentis; nam multi contraria sententia putant, Indulgencias etiam à peccatore oblatas prodeste defunctis.

184.

Solvitur diffi-  
cultur as.

Dogma.

185.

Desfruiur  
fundamentū  
2. sent.

Vna diffic. nō videtur omnes Indul. applicatae defunctis, illis prodeste: nam sæpe Deus illas nō acceptat. Resp. neg. antec. Nā licet ex pacto Deus non teneatur illas pro defunctis acceptare, ex benignitate tamen semper illas acceptat, si non pro toto, saltem pro parte; si non pro quibus offeruntur, saltem pro quibus ipse decreuerit. Nam & hoc piè credendum est de Diuina benignitate; & merita Christi, quæ pro defunctis offeruntur suo quodammodo iure exigere videntur, ut pro ijs oblata, vacua non redeant. Quanquam ad saluandum illud dogma, quod Indulg. prosunt defunctis, necesse non sit, ut omnes, & semper illæ proficiant: sed sufficit, si ut plurimum: quia cum sit propositio affirmativa, ad eius verificationem sufficit, ut plerumque illæ proficiant. Sicut etiam dogma Eccles. est, quod orationes Ecclesiæ proficiunt defunctis: cum tamen non ex certa lege, & pacto; sed ex diuina duntaxat benignitate illis proficiant.

Ad fundam. 2. sent. & ad 1. paret. Ad authorit. Leonis X. maximum argum. esse debet, quod nihil contra nostram sent. in ea Bulla determinauerit: nam Caeteran. ad quem ut ad suum legatum eam misericordia docet hanc nostram sent. quam nec docere potuisset, si sciuisset, eam esse contra mentem Pontificis in Bulla expressam. 2. Si recte verba Bullæ expendantur, nihil contra nos. Nam illa: tam viuos, quam defunctos à tanta temporali pœna liberari, optimè verificantur iuxta limitationem antè positam, nempe viuos à pœna liberari per modum absolutionis, defunctos per modum suffragij, dependenter sc. ab acceptatione Diuina, quæ quia plerumq; Indulgencia à Pontifice pro defunctis oblata acceperat, merito absolute dixit, tam viuos, quam defunctos ab eâ liberari.

187.  
Enodantur  
verba bac:

Maiorem diffic. ingerunt illa: A tanta pœna temporali liberari, quanta concessa & acquisita Indulgencia æquivalat. Quibus videretur significare, quod Deus semper Indulg. pro defunctis oblato accepit ad tantam pœnam, pro quanta offertur; cum tamen suprà illam acceptet interdum ad minorē. Verum verbum illud acquisita respectu defunctorum accipiendum est in sensu composito cum Diuina acceptatione, sine qua defuncti Indulg.

non acquirunt. Posito autem quod Deus Indulg. pro defunctis oblatam acceptet pro tanta pœna, pro qua offertur, recte sequitur, eos à tanta pœna liberari, quanta concessæ, & acquisitæ Indulgencie æquivalat.

Illa autem, Authoritate Apost. in quibus Suarez maximè fundatur, explicò, etiam ad dispensandas Indulg. pro defunctis requiri autoritatē à Christo communicatam, diuerso tamen modo: nam pro viuis requiritur per modum absolutiōnis, pro defunctis per modum suffragij. Ratio: cùm per Indulg. dispensentur merita Christi, & sanctorum, nullusque potestatem habeat dispensandi merita; & satisfactiones aliorum, peculiariis authoritas à Christo concessa requiritur, ut Pontifex legitimè possit Indulg. etiam pro defunctis dispensare. Quod hæc diuerso modo requiratur, constat: nam pro viuis ea dispensat ut minister à Christo constitutus, immediate, liberando à pœna ea, quibus Indulg. concedit. Pro defunctis ea dispensat, offerendo tantum illa per modum pretij æquivalentis Deo, si ea velit acceptare. Illustratur exemplo: si princeps potestatem habeat à Rep. liberandi per bona communia aliquos subditos, qui partim essent in carcere sub ipsa Rep. partim sub alio principe: pro utrisque necessaria foret potestas à Rep. communicata principi, cùm pro neutrī possit absq; Reip. autoritate de bonis eiusdem disponere: cùm tamen pro primis authoritas foret per modum ministri immediate à pœna absoluenter: pro secundis autem solum per modum auxilium, & pretium offerentis, hæc Princeps veller oblatum pretium acceptare.

Ex his inferatur, nullam Indulg. applicari posse pro defunctis, nisi quæ à Pontifice pro illis expressè conceditur. Cùm nullus, præter Pontificem, authoritatem habeat dispensandi thesaurum meritorum Christi, & Sanctorum. Possunt quidem viuentes pro defunctis sua opera, quæ pro lucrando Indulg. faciūt, applicare: ipsas tamen Indulg. applicare non possunt, nisi id expressè à Pontifice sit concessum: quia nullus priuatus homo habet authoritatem offerendi merita Christi, & Sanctorum per modum condigni pretij Deo pro liberandis animabus purgantibus, nisi habeat à Pontifice, qui solus, posito opere viuentis, sub cuius conditione conceditur Indulgencia defunctis, pretium satisfactionis Christi Deo offert.

## SECTO VIII.

An & qualis dispositio requiratur ad Indulgenciam lucrandam.

D iversus est dispositio, Remota, de qua secl. 6. & proxima, de quâ hic. Quæ adhuc duplex Dispositio est, habitualis: hæc est status gratiarum, vel peccati, in remissione quo lucraturus Indulg. reperitur: & actualis, hæc H. Habituali est operatio aliqua ad Indulgenciam lucrandam actualis. requisita. De utrâque in hac sectione.

D v b. 1. An ad Indulgenciam lucrandam requiratur status gratiarum? Negant Mayo. Rubio Mayo. apud Henrig. lib. 7. de Indulg. cap. 9. in comment. sub litera G, & Suarez disp. 52. secl. 2. num. 5. Fundam. per Indulg. non infunditur gratia, quæ sola cum peccato pugnat; sed remittitur tantum pœna, nō æterna mortali nondum remisso debita; sed temporalis ex peccatis iam condonatis relata. Non repugnat autem haec pœnam per Indulg. peccatori remitti; cum quia sæpe Deus inuitu meritorum

rum Christi maiora beneficia confert peccatori-  
bus, ut pias cogitationes, supernaturalesque affe-  
ctus; nec non in mea fidem & spem eamque in-  
crementum tum maximè, quia, ut *disp. de satis-  
fact.* pénitentia saera à confessario iniuncta, etiā  
in peccato adimpta confert suum effectū quoad  
remissionem pénæ temporalis ex peccatis rite  
confessis reliquæ ex opere operato; ergo & Indulg.  
cùm etiam conferat hunc effectum ex opere ope-  
rato satisfactionis Christi per ipsius Vicarium le-  
gitime applicata.

**193.** *Sententia  
affirmans  
vera.*

Affirmant reliqui, tam antiquiores in 4. dist.  
20. & 45. quām recen. Que sent. vera est: ex extra-  
uag. Vnigenitus, de pénit. & remiss. in qua Ponti-  
fex ait, eos, qui Indulgencij vñ sunt, amicitia Dei  
participes effectus esse, supponens Indulg. suū effec-  
tum non conferre, nisi ijs, qui per gratiam ad ea  
lucrandam se disponunt: cùm non possint per  
ipsam, quæ gratiam non confert, amicitia Dei  
participes fieri, sed supponi debet amici. Eadem

à priori.

*Dispensatio  
in voto non  
est valida,  
nisi suffici-  
tem habeat  
causam.*

sent. probat perpetuus vñsus, & praxis Ecclesie,  
quæ nunquam indulg. concedit, nisi pénitenti-  
bus & contritis, ut constat ex ordinariis formis,  
Ratio: ut seq. scđ. indulg. ut sit valida, debet ha-  
bere sufficientem causam. Cùm enim sit quædam  
dispensatio in iure Diuino de relaxandis pénis  
lege Diuinâ peccatori debitibus, nisi sufficiente ha-  
beat causam, ob quam talis dispensatio fiat, non  
erit rationabilis, & iuxta mentem concedentis,  
ac proinde nec valida. Sicut nec erit valida dis-  
pensatio in voto, nisi sufficiente habeat causam.  
At indulg. concessa peccatori non potest sufficie-  
tem habere causam: nam sufficiens causa vel est  
bonum publicum: & hoc aut est grauius aliqua  
necessitas, in qua implorandum sit speciale auxi-  
lium Dei: at hoc tantum abest, ut per huiusmodi  
indulg. concessas peccatoribus obtineatur, ut po-  
tiū magis Deus irritetur ad grauiores pénas in-  
fligendas: Aut est reformatio alicuius Provin-  
cij, vel totius Christianitatis: & neque hæc per  
indulg. peccatoribus concessas obtineatur. Vel est  
bonum priuatum ipius, qui indulg. lucrat: &  
hoc cùm debeat esse distinctum ab ipsa remissio-  
ne pénæ (quia cùm hæc ipsa pénæ remissio sit  
ipissima dispensatio in iure Diuino, supponere  
debet sufficientem causam distinctam) non vide-  
tur posse esse alia, quām ipsius fidelis iustificatio.

**194.**

Dicss: potest Pontifex sub hac forma indulg.  
concedere: Concedo tibi indulgentiam, si post unum  
mensum confessus; vel contritus fueris: quia talis in-  
dulgencia sufficiente habet causam, nempe ipsam  
futuram iustificationem peccatoris: non n. ne-  
cessit est, ut causa sit præsens, sed sufficit ut sit  
futura, ut constat de indulgentia concessa pro  
auxilio à Deo imperando.

**195.**

*Indulgencia  
negrit con-  
cedi sub con-  
ditione con-  
fessionis vel  
contritionis  
future.*

Resp. neg. antec. quia potestas per indulg. ab-  
soluendi fideles à pénis temporalibus est concessa  
Pontifici, ut humano modo exercenda, sc. ut ex  
præiuâ notitia sufficientis causæ fideles ab huius-  
modi pénis absoluat. At humanus modus non  
se extendit ad cognoscendam futuram causam li-  
beram, propter quam concedenda est indulg. Ig-  
nitur nequit indulgentia concedi sub conditione  
confessionis, vel contritionis futuræ.

Confirm. Velo casu indulg. statim conferret  
suum effectum, etiam si futura non esset confessio,  
& hoc dici non potest, cùm sit contra mentem  
concedentis in concessione expressam. Vel non  
statim conferret, sed tunc, quando conditio po-  
neretur: & habetur intentum nempe quod indulg.  
non sortitur effectum, nisi in subiecto per

confessiouem, vel cōtritionem iustificato. Vel de-  
mum conferret effectum, si futura sit confessio, vel  
contrito: non conferret, si futura nō sit. Et hoc,  
præterquam quod est contra mentem conceden-  
tis, qui per huiusmodi formam intendit conce-  
dere Indulg. de præsenti, sub conditione futuræ  
confessionis; est etiam contra modum operandi  
humanum, qui nequit naturaliter se extendere ad  
futuram causam liberam, ex cuius notitia debet  
præsenti Indulg. concedere. Nec sufficit, illam  
de præsenti concedere ex præscientiâ futuræ cau-  
sa, quam Deus habet de illi: nam sicut ipsi Pon-  
tifici commissa est potestas concedendi Indulg. ita  
eisdem concessâ sunt omnia, quæ ad eam exercen-  
dam necessaria sunt, inter quæ est notitia suffici-  
tis causæ, sine quâ nequit Pontifex Indulg. validè  
concedere. Ceterum existimo ad lucrandam In-  
dulgencij esse statum gratiæ probabiliter puta-  
tum: quo sensu vera est sent. Mayro. & Rubio.  
ut seq. disp. latius.

Ad fundam. oppositæ, Resp. et si non repugnet,  
pénam temporalem ex peccatis condonatis relati-  
vam per Indulg. peccatori remitti, id tamen non  
expedit, ut mox. Quare ad 1. prob. negatur parti-  
tas: nam hæc vel sunt simpliciter necessaria ad  
conuerzionem peccatoris, ut sunt supernaturales  
cogitationes: vel aliter requiruntur ad contri-  
butalem modum cōuerzionis, ut sunt pñ affectus,  
nec non fides & spes, earumque incrementum:  
cùm ex his inchoari debeat peccatoris conuercio.  
Remissio autem pénæ temporalis ex peccato cō-  
donato reliquæ nec simpliciter, nec connaturalius  
est ad peccatoris conuerzionem necessaria, cùm  
illam potius supponere debeat. Ad 2. neg. conseq.  
quia Indulg. ut sit valida, debet habere sufficiente  
causam, ut suprà. Pénitentia sacra, cùm non sit inter indul-  
gencia in aliquo iure diuino; sed executio gentias, &  
partis sacramenti iam suscepti, non est, cur etiam in  
statu peccati adimpta suum effectum quoad re-  
missionem pénæ temporalis ex peccato condona-  
to reliquæ, quam ut pars sacramenti continet,  
conferre non possit.

D v b. 2. An Indulgencij in peccato mortali  
accepta suum effectum conferant recedente fi-  
ctione? Affirmat Henr. li. 7. de indul. c. 9. no. 3. pro  
quâ multos citat in Commen. sub lit. H. quas certius  
putat reuicturas, ut si exprimatur adimpleris ope-  
ribus indulgentia effectum habeat, cùm primùm  
peccator iustificatus fuerit. Negant probabiliter  
alii: Sà ver. Indulg. nu. 2. Vix enim hoc priuilegiū  
conceditur Baptismo propter ipsius initerabilita-  
tem. Vnde dico, quando Pontifex concedit in-  
dulg. sub illa forma: adimpleris operibus indulgen-  
tia effectum habeat cùm primùm peccator iustificatus  
fuerit: eam suum effectum tunc primò conferre,  
quando ponitur iustificatio, potius ea dicenda sit,  
quām reuiscere: nam reuiscere supponit ha-  
buisse aliquando effectum, qui aliquo impenitentia  
interruptus, eo sublatu, iterum incipit viuere.  
Sic dicuntur merita reuiscere, quæ aliquando  
vixerunt vitâ gratiæ, & postea peccato mortifi-  
cata, iteru per pénit. incipiunt viuere vitâ gratiæ.

Nec dici potest indulg. validè accepta tantum  
quoad essentiam, conferre suum effectum, subla-  
tu obice: quia in indulg. non est aliquid, quod  
per modum essentiaz, in homine receptum, causeat  
remissionem pénæ; ut est in sacra. externu. sym-  
bolum, vel internu character: nam opus, sub  
cuius conditione ea conceditur, non integrat indulg.  
Nec potest esse ipsa satisfactio Christi in  
actu i. applicata subiecto per voluntatem conce-  
dentis,

197.  
Ad fundam.  
opposita.

Ad 1. prob.

Ad 1. prob.

198.  
Diferimen-  
tia.

199.  
Dubium 2.

Affirma-

tionem sacra-  
menti alem.

200.  
Sà.

negat proba-

bilius Sà.

201.



ad æquatè sufficientem ad validitatem indulg. 2. sufficit contrito probabiliter purata ad effectum sacram. viuorum, quæ statum gratiæ supponunt: ergo etiam ad effectum indulg. quæ etiam statum gratiæ supponit. Cæterum non assursum, huiusmodi homini em consequi remissionem omnium pœnatum, sed tantum earum, quæ supponunt peccata iam condonata, & nondum quo ad pœnam adæquatè remissa. Vnde non posset hic lucrari indulg. plenariam.

215. *Obiectio 1.* Ut rata sit dispensatio in matrimonio, non sufficit, ut duo re ipsa in tertio gradu cognationis coniuncti, commun. estimatione probabiliter censeantur cōiuncti tantum in quarto. Ergo nec erit sufficiens causa ad indulg. lucrandam contrito probabiliter tantum putata. 2. Probabiliter tantum contritus, vel informiter, & validè confessus non consequitur effectum contritionis, & confessionis; ergo nec indulg. Resp. ad 1. non decelle apud Sanchez lib. 8. de matri. disp. 24. num. 20. qui existimant, talem dispensationem esse ratam. Idque probant ex l. Barbarius ff. de officio Preto. quæ lex statuit, ne iritti reddantur actus publici à non habente autoritatem celebrati, ut quando publici ministri communi estimatione habentur tales, etiam si re ipsa non sint, valida sint eorum acta. Sed quidquid sit, an talis dispensatio esset rata, dispar est ratio de causâ probabiliter putata sufficiente ad indulg. & de arctiori gradu consanguinitatis in petitione non expresso: nam hic saltem sciri poterat, vel debebat ab ipsis contrahentibus. At sèpè causa ad indulg. sufficiens non semper potest, vel à concedente, vel à lucrante sciri, ut in proposito casu est contrito probabiliter purata, & confessio informis; & valida. Ad 2. neg. conseq. contritio. n. vt gratiam conferat, non pender ex prudenti arbitrio hominis, qui conteritur; sed ex voluntate, & lege Dei, qui statuit, illi tantum gratiam conferre, qui re ipsa contritus esset. Iudicium verò de sufficientia causæ ad indulg. validè concedendam non sibi reservauit, sed commisit suo vicario, quem dispensatorem indulg. constituit: cum cuius officio tale iudicium per se connexum est: quia cum debet, causâ cognitâ, & ex amarâ, rem prudenter dispensare, iphi debuit hoc iudicium de sufficientia causæ committi. Confessio verò valida & informis deficit in dolore alicuius peccati inuincibilitate ignorati, quod absque dolore remitti non potest.

218. *Resolutio quod postea in parte.* Quo ad 2. verò necessitatem ex suppositione, quod indulgentia concedatur sub conditione alii cuius operis pij, nulli dubium est, non profuturam nisi illud adimpleatur, ut à concedente exigatur. Quin etiam si quis absque culpâ impotens fiat ad illud exequendum indulg. non lucrabitur, ut S. Tho. in supple. ad 3. p. qu. 27. art. 3. & cum eo reliqui Schol. in 4. dist. 20. Cæterum sufficit, tale opus moraliter adimplere eo modo, quo sufficeret ad præceptum Ecclesiæ adimplendum. Vnde si quis in paruâ matreia, vel iejunium frangat, vel missam violet, vel orationem decurret, sub quorum operum conditione concessa est indulgentia eam lucrabitur. Nam huiusmodi opera non censentur strictiori iure à Pontifice præscripta, quam præcepta Ecclesiæ. Atque hæc certa sunt.

219. *Dubium 1.* An opus iniunctum debeat in statu gratiæ adimpleri? Affirmant Caser. tom. 1. Opus. Affirmant. tract. 10. de suscipientibus indulg. qu. 2. & tract. 15. q. 9. Petrus Soto leit. 3. de indulg. Fund. Caiet. 1. id solent fund. Caiet. Pentices in formâ concessionis exprimere; qui contriti, & confessi tale, vel tale opus prefiterint. 2. thesau-

rus vitalis nonnisi per vitales causas dispensari debet. Sed thesaurus indulg. est vitalis, quippe qui ex viuis Christi, & sanctorum satisfactionibus constat: ergo nonnisi per vitalia fidelium opera applicari debet. Confir. opera in peccato facta non sunt grata, & accepta Deo: ergo nec apta ad indulg. Negant cæteri. Distinguunt. Bellar. l. 1. de indulg. c. 13. vel opera, quæ pro indulg. iniunguntur, etiam in peccato facta conserunt ad finem, propter quem iniunguntur, ut si pro indulg. imponatur eleemosyna pro fabrica loci pii; tunc ea proderunt ad indulg. Si vero non conserunt ad finem, ob quem iniunguntur, ut mortificatio, oratio; hæc in peccato facta non proderunt ad indulg. quia Deus non placatur operibus mortuis.

220. *Negant.*  
*Distingu.*  
*Bellar.*

Quæstio est: an simpliciter nequeat Pontifex ad indulg. fructuose applicandam exigere opus in gratia non factum? Opinio Caiet. & Soto est, quod non possit. Cæteri posse concedunt, probabilius: quia sufficit ut homo sit in gratia, quando lucratur indulg. seu pro ea ultimum opus præstat. Ratio: opus concurret ad indulg. ut pura conditio: causa mouens est sola Christi & SS. satisfactio à Pontifice applicata. 2. Quomodo iudicandum sit, quod exigat opus in gratia exequendum? Id colligitur ex fine, ob quem opera iniungit, ut Bellar. & quando confessio in forma concessionis, vel contritio, præcedit reliqua opera: nam debet ob aliquem finem præmitti: nec temere Pontifex variat formam concessionis. Ad 1. Caiet. patet: ad 2. neg. ma. nec enim necesse est, ut semper viua opera Christi per viuas dispositiones applicentur, cum ea per sacramenta mortuorum applicentur peccatoribus. Ad conf. esto, bona opera peccatoris non sint grata Deo in ordine ad vitam æternam; possunt esse grata ad effectum Sacramenti mortuorum, & ad auxilia subsequentia danda. Supernaturalia: hæc fusiūs disp. seq. à n. 70.

221. *Duplex quæst.*

II. An opus requisitum ad indulg. debeat esse etiam ex circumstantiis honestum? Ex obiecto honestum esse debet ad valorem indulg. ad quem requiri nequit opus ex obiecto malum, aut quod cedat in perniciem eius, cui conceditur indulg. cum hæc semper ordinetur in bonum fidelium. Affirmant Pet. Soto. l. 3. de indulg. & alii. apud Suar. d. 52. sec. 6. Negat ipse, & Coninck d. 12. du. 8. Nugn. 3. p. 10. 2. q. 27. 4; 3. dub. 5. quia Pontifex concedit indulg. validè, nullo ex parte lucrantis opere requisito; ergo à fortiori, requisito opere ex obiecto tantum honesto. Distinguo cum Bellar. l. 1. de indulg. c. 13. & Valen. d. 7. de indulg. qu. 20. pu. 5. vel opus est externum, ut elec-

222.

223.

224.

225.

226.

Dubium 2.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

Major.

diffic.

mosyna; & sufficit ad valorem indulg. et si fiat ex sens. prauo fine veniali: Vel est in ternum ut oratio, & non sufficit, nisi sit honestum ex omnibus circumstantiis: si cum interiori actu iniungatur opus externum, ut auditio missæ, oratio vocalis, valebit indulg. et si attentio interna insiciatur prauo fine veniali. Ratio: saltem oratio externa, & eleemosyna, cedit in gloriam Dei, ædificationem proximi, subleuatione egestatis, qui finis est concedentis indulg. Interior actu ex fine veniali, nulli fini utilis est, nec operanti, si prauitas concurrat vel per modum circumstantiarum: si concomitant, nil officit. Ad fund. 1. sent. opus ex obiecto honestum potest esse aliquo præmio dignum saltem temporali, & velut conditio pœnae remittendæ. Fundam. 2. probat 1. partem 3. sent. à fortiori constat, non debere tale opus esse supernaturale quoad substantiam vel modum: sufficit actu fidei vel charitatis naturalis, modò ex prauo fine intrinseco non vitietur. An si opus requisitum sit contritio, sufficeret probabiliter purata? Resp. sicut talis actu sufficit ad effectum Sacramenti viuorum ita ad indulg. et si non ad gratiam; quia infusio gratia ad indulg. et si non ad gratiam; quia infusio gratia

tia pendet ex contritione estimata iudicio diuino.

III. An si quis iubeat famulum dare eleemosynam pro indulg. hanc lucretur, si is non det? Negant aliqui apud S. V. indulg. n. 4. Affirmat ipse. Distinquo: si dominus est conscientius famulum eleemosynam non dedisse, non lucratur; cum sciens & volens omittat opus postulatum pro indulg. quod non fuit sola voluntas largiendi eleemosynam, sed ipsa largitio externa: Si non est conscientius, lucratur indulg. ad quam sufficit, ut probabiliter putet eleemosynam a se imperatam executioni mandatam esse: ut qui probabiliter putat, se veram eliciisse contritionem, aut formatam fecisse confessionem.

IV. An unus possit lucrari indulg. per opus alterius? communis sent. negat, quia Pontifex requirit opus ut dispositionem ad indulg. Posset tamen concedere indulg. vni sub condicione operis alterius, si cur defunctis sub condicione operis viuentis. quo casu non requiritur gratia in operante, sed in lucrante indulg. vti nec cum conceditur defunctis. Non est autem eadem ratio de suffragio unius oblati pro altero, quod valorem habet ab operante, nullum si in gratia non sit. Caiet. tr. de indulg. qu. 2. ad 2. assert, requiri gratiam in utroq; ad valore indulg.

V. An eodem opere possit quis lucrari diueritas indulg. vt si habeam plura numismata, quorum unius cuique concessus sit unus annus indulg. recitando Pater & Ave unum, an lucrer omnes omnibus numismatis concessas? Affirmat Henr. l. 7. de indulg. c. 17. n. 5. Negat Suar. d. 52. sec. 8. n. 10. Con. d. 12. dub. 1. Distinguo: si idem opus sit proportionata causa omnib. ind. omnes eodem opere lucramur, vt seq. scilicet. non aliter.

VI. An quis possit lepius de die lucrari eandem indulg. sc. quando est perpetua, vel per multos dies? Henr. l. 7. de indulg. c. 7. n. 6. S. à v. indulg. n. 7. docent valere roties, quoties repetitur opus: norat Henr. si concedatur remissio tertiae partis pœnarum visitanti talem Ecclesiam, tercia pars proportionalis demitur, quoties visitat, nunquam peruenitur ad nullam pœnam relictam.

VII. An quando in forma concessionis exprimitur confessio, haec necessariò sit praemittenda ad valorem indulg. Resp. si confessio exigitur ut iniumentum opus sub condicione cuius conceditur indulg. ita exigitur ieunium, &c. & tunc necessariò praemittenda est; et si lucratus habeat tantum venialis: (quidquid priore edi.) secùs, si prescribatur tantum dispositio ad iustificationem, & lucratus se esse in gratia putet probabiliter; secùs, si esset dubius. An hoc casu lucretur indulg. qui sola contritione se ad certiorum statum gratiæ disponeret? Non videtur hic menti Pontificum satisfacere, qui confessionem prescribunt, vbi fideles de statu peccati dubitant: ideo et si contingat ipsum esse in gratia, nec per solam contritionem, lucrabitur indulg. deficit conditionis non impletæ. Ex alia parte, constiitudo se in gratia per contritionem, implet finem principalem Pontif. per confessionem intentum. Ideo utraque sent. probabilis; prior tutior. Quando autem confessio in diplomate prescribatur ut coditio, quando ut dispositio ad statu gratiæ, colliges ex verbis concessionis, non tam sine difficultate in praxi: id est tutius est illa sepe præmittere, vt notat S. à v. indulg. n. 3. &c. plura dis. seq.

## SECTIO IX.

Ae & qualis causa requiratur ad Indulgencias validitatem?

244. Quidam est de causa finali extrinseca, propter quam moueri debet Pontifex ad indulg. con-

cedendam. Quam certum est, requiri faltum ad actionis honestatem: non enim licet potest Pontifex indulg. concedere absque causâ honestâ, quæ ipsum impellat. Quia cum concessio indulg. sit dispensatio in pœnis lege diuinâ peccatori taxatis, ut licet fiat, requirit honestam causam distinctam ab ipsa remissione pœnae, & intrinsecâ utilitate, quam secum affert. De qua est difficultas duplex 1. an sit necessaria ad valorem indulg. 2. quanta, & qualis esse debeat.

Nonnulli apud Henr. lib. 7. de indulg. cap. 4. nu. 1. & S. à v. indulg. num. 1. putarunt, ad valorem indulg. non esse necessariam causam distinctam ab utilitate, quam indulg. secum affert. nam Pontifex est a Christo constitutus dispensator indulg. at ad validè dispensandum non semper prærequiritur causa distincta ab utilitate, quam secum affert dispensatio ipsa: nam si quis accipiat bona temporalia dispensanda egenis, ut validè ea dispenseat, non prærequirit distinctam causam ab ipsa egestatis subleuatione. Ergo nec Pontifex, qui thesaurum Ecclesiaz dispensandum egenis a Christo accepit, ut validè illum dispenseat, prærequirit causam distinctam ab ipsa spiritualis egestatis subleuatione. Confir. 1. potestas dispensandi indulg. est per se ordinata ad subleuandam spiritualia egestatem fidelium, ut mutuentur ex mortuis, & satisfactionibus Christi & sanctorum, quod non habent ex propriis suis. at quod est sufficientis ad principalem finem, propter quem potestas concessa est, eit sufficientis ad valore actus ciuilem potestatis, quo principalis finis obtineatur. 2. etiam si dispensator non distribuat bona tempora- Confr. 2. lia iuxta voluntatem domini, a quo dispensanda accepit, adhuc distributio non erit inualida. ergo etiam si Pontifex non distribuat bona spiritualia iuxta voluntatem Christi, a quo dispensanda suscepit, adhuc talis distributio inualida non erit. Antec. prob. nisiquis in distribuendo, vel plura bona donet minus dignis, minusque egentibus; vel pauciora magis dignis, magisque egentibus, non tenebitur ad restituonem, neque qui plus accepit, quam debuit; neque qui male dispensauit.

At cæteri Schol. in 4. dist. 20. & recen. omnes affirmant, ad valorem indulg. præter causam intrinsecam, quæ est spiritualis egestatis subleuatio, requiri causam extrinsecam finale, quæ moueat Pontificem ad indulg. fideliter, prudenterque dispensandas, quæ præter intrinsecam utilitatem, quam affert personæ, cui concessantur, redundet in aliquam Ecclesiaz utilitatem, bonum commune, & Dei, sanctorumque gloriam. Hæc sent. 1. colligitur ex ipsius Pontificibus, qui semper in concessione indulg. apponunt causam, ob quam mouentur ad indulg. concedendam, ut propter reformationem Ecclesiaz, publicam pacem, Christianorum Principum concordiam, Catholicæ Religionis propagationem, Hereticorum reductionem, & similia. Quin aliqui Pontifices expressè declarant huius causæ necessitatem. Clemens VI. in extrauag. Vnigenitus, de pœnit. & remiss. de potestate dispensandi hunc thesaurum, ait, illum commissum esse per suos in terris Vicarios fidelibus salubriter, & proprijs, & rationabilibus causis dispensandum. Martinus V. in fine Conc. Constan. post damnatos articulos Wicelli, & Ioan. Huss in interrogatorio articul. de quibus interrogandi sunt, qui de fide suspecti censentur, unus est: Utrum credant, quod Papa omnibus Christianis verè contritis, & confessis, ex causâ piâ & iusta posse concedere Indulgencias in remissionem peccatorum? Leo X. in Epist. ad Caiet suū legatū in Germania 7. sect. cit. definit; posse Romanum Pontificem Petri clavigeri successorem, & Iesu-Christi in terris vicarium, potestate clavium

cluuium pro rationabilibus, causis concedere eiusdem Christi fidelibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, sive in hac vita sunt, sive in Purgatorio, indulgentias ex super abundantia meritorum Christi, & sanctorum.

250.  
Prob. 2.  
ratione.

2. Omnis potestas, quæ conceditur ad dispensandum in lege superioris ad validè suum actum exercendum, prærequisit sufficientem causam distinctam ab utilitate, quam dispensatio ipsa afferit personæ, cum quâ dispensatur. Potestas concessa Pontifici ad indulg. ex thesauro Ecclesiæ in partendas, est potestas dispensandi in lege Diuina: est n. potestas remittendi pœnas, quas propter actualia peccata condonata Deus ipse lege Iustitiae vindicatiæ peccatori taxavit, ergo. Maior prob. omnis dispensatio in lege & iure Superioris præjudicat communi obseruantia legis, quam, ob publicum bonum semper expedit ab omnibus seruari. Ergo nisi sit aliqua causa & utilitas maior, quæ huiusmodi communis legis obseruantia præualeat, valida non erit: quippe cum talis potestas sub hac conditione censeatur à superiori concessa. Nec sola utilitas, quam dispensatio ipsa in lege latè confert personæ, cum qua dispensatur, sufficiens est, ad dispensationem validandam, ut per se patet. Alioqui si illa esset sufficiens, ut dispensatio ipsa censeatur præualere legis obseruantia; fuisse etiam sufficiens, ut lex ipsa à principio non poneretur. Cum igitur causa imponendi legem præualuerit utilitati, quam persona priuara haberet ex non impositione legis, non poterit sola dispensatio in lege præualere obseruantia legis, ac proinde esse sufficiens causa ad validè dispenlandum in lege.

251.  
Confir. 1.

Confir. 1. indulg. relaxat pœnitentias propter peccata remissa iniunctas, quarum relaxatio non solum præjudicat iustitiae vindicatiæ, quam peccator iure naturali, & Diuino seruare tenet; sed etiam maiori utilitati, quam pœnitens ipse ex actibus pœnit. perciperet. Cum per indulg. solum luctetur remissionem pœnae temporalis, quam in Purgatorio luere debebat: per pœnitentias vero non solum remissionem talis pœnae; sed etiam augmentum gratiae, & gloriae. Igitur nisi sit aliqua causa distincta ab ipsa remissione pœnae temporalis, quam indulgentia in pœnitente causat, valida non erit, 2. ob eandem rationem nec dispensatio in votis, praesertim solemnibus, nec dispensatio in matrimonio rato & non consummato, erit valida, nisi præter utilitatē, quam dispensatio afferit personæ, cum quâ dispensatur, sit alia causa, quæ præualeat voti, & matrimonij obseruantia. Quod si interdum dispensatio in votis non afferit distinctam causam, id solum est, quando dispensatio fit per declarationem, seu interpretationem iuris Diuini, quod in eo casu non obliget. At vero, quotiescumque intercedit vera dispensatio, & non tantum interpretatione iuris Diuini, necessaria est aliqua honesta causa; quæ præualeat obseruantia legis.

253.  
Cur validi  
dispensari  
in iure hu  
mano etiam  
honestas cau  
sa, vero in  
iure diuino.

Ex dictis infertur, cur possit Pontifex etiam sine causa validè, est non licet dispensare in lege, & iure humano, non in Diuino: quia ius humanum pendet à sola voluntate ipsius, quam etiam sine causa reuocare potest: quâ reuocata, non amplius lex habet vim obligandi, cum totam vim obligandi habeat à voluntate Pontificis, qui non solum formaliter continet suam voluntatem; sed etiam virtute aliorum Pontificum, qui legem tulerunt, voluntatem. At vero ius Diuinum pendet à voluntate Dei, quæ numquam censemur moraliter reuocari, nisi ex causa, quæ censeatur illi magis placitura: quia cum Deo res placeant iuxta suas proprias bonitates, quod res est melior, & honestior, ed censemur Deo magis placere.

Ad fundam. oppositæ, neg. minor, quando dispen-

satio bonorum non solum ordinatur ad egestatem subleuandam, sed ad alias etiam utilitates. Vnde si distributio bonorum temporalium non solum ex institutione domini ordinata esset ad pauperes subleuandos; sed etiam ad eorum animas in spiritu inuandas, tali conditione omissa, irrita foret bonorum distributio, ut potè contra voluntatem domini, sine quâ nihil validè efficitur. Ad 1. confir. neg. antec. falsum est, potestatem indulg. dispensandi esse tantum ordinatam ad egestatem fidelium subleuandam; est etiam ad utilitatem Ecclesiæ, & honorem Dei. Ad 2. nego, validam esse dispensationem, si non fiat secundum voluntatem domini. Cuius voluntas non semper est, ut cum summo rigore ipsius bona dispensentur, ut sc. magis gentibus plura, minus verò pauciora distribuantur. Nam nisi in commissione exprimat, censeretur committere prudenti iudicio, & voluntati dispensatoris. Ceterum nostro calu ex declaratione Pontificum, & ex naturâ rei colligimus, sub hac conditione concessam esse Ecclesiæ potestatem dispensandi thesaurum satisfactionum Christi, & sanctorum.

Dubium 1:

1. An causa ad valorem Indulgencie requisita non solum debeat esse iusta, sed etiam proportionata? Negant S. Tho. in supplem. ad 3. p. qu. 25 art. 2. in O, & ad 1. Durand. in 4. dist. 20. qu. 4. nu. 9. Palud. ibid. S. Antoni. 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 1 Valen. disp. 7. de indulg. qu. 20. pu. 4. & alij. Prob. 1. indulg. nō nititur causæ, propter quam conceditur, sed Christi satisfactioni: ergo etiam si non sit proportionata causæ, erit valida 2. Sæpè Pontifices propter eandem causam modò maiorem, modò minorem indulg. concedunt: ergo indulg quoad valorem non pender ex proportione causæ 3. Interdum leuissimas ob causas maximæ conceduntur indulg. velut cum Pontifex plenaria in indulg. concedit omnibus, qui eius benedictionem accipiunt, vel qui pro fabricâ templi nummum dant 4. Si requiretur opus non solum pium, sed etiam proportionatum indulg. sequeretur, pœnam non remitti propter satisfactionem Christi, & sanctorum per indulg. applicatam, sed propter opus ipsum. 5. Est commune proloquium, ad indulg. tria requiri, Tria ad in & sufficere, authoritatem in concedente, charitatem indulgenciam in recipiente, & pietatem in causa. Ergo sufficit, ut requiri pœna sit tantum pia. 6. Quia non videtur quam causæ proportionem habeat indulg. plenaria concessa defunctis.

258. Affirmat Caiet. to. 1 opus tract. 15. de indulg. cap. 4. Affirmante. Sotus in 4. dist. 21. qu. 2 ar. 2. §. dubium: Petrus Soto de in- probabilitas. dulg. lect. 3. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 1. 4. Bellar. lib. 1 de indulg. cap. 12. Suarez disp. 53. sect. 3. Coninck disp. 1. 2. dub. 6. Nugnez to. 2. in 3. p. qu. 25. ar. 3. diff. 2. c. concl. 1. &. 2. Layman. tract. de indulg. cap. 5. & alij. Pro cädé multi citantur antiqui Schol. qui tamen solum aiunt, requiri causam iustum, & rationabilem: an proportionata, nihil dicunt. Hæc 2. est probabilior: eamq; indicat Clemens VI. in exeraug. Vnguentus, de pœnit. & re- Proba- bili- miss. vbi non solum ad indulg. ex communi thesauro Clemens 6. Ecclesiæ dispensandas requirit causam rationabilem: sed etiam diversas pro partiali, & totali indulg. Est autem totalis indulg. plenaria, quæ maiorem requirit causam. Partialis non plenaria, quæ minorem postulat. Quem thesaurum, inquit, salubriter fidelibus dispensandum, & proprijs, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœna tempor. pro pec- catis debita. &c. Nota: hæc proportio mensuranda est tum inter causam & indulg. ut pro maiori maior, pro minori indulg. minor causa requiratur: tum inter opus ipsum, quod ad causam consequendam ut mediū assumitur, ut si ad hereticorum conuersionem impetrandā cōcedatur indulg. plenaria, omnibus reci- 260. Profecte, explicito.

Y 2

tantibus semel Pater, non videtur tale opus esse medium proportionatum ad talem finem imperandum. Quo fit, vt sèpè causa, propter quā conceditur indulg. integreretur ex opere, sub cuius conditione conceditur: nam hoc plerumque assumitur ut medium ad consequendum finem, propter quem mouetur Pontifex ad indulg. cedendam. Quæ plerumque est aliqua publica utilitas Ecclesie.

261. Prob. 1. si ad indulg. validè concedendam non re-  
quireretur causa proportionata, posset concedi indulg. plenaria omnibus, qui semel tantum recitaerint Ave; ac poinde ut liberarentur ob omnibus pœnis apocenit. tam in hâc vitâ, quam in futurâ debitis. Qæ indulg. cederet in maximum disciplinæ Ecclæ. derrimentū: ideo Ponfices indiscretas indulg. vt illius eneruariwas dabant. Præterea in oppositâ sent nulla foret indulg. indiscreta, cum nulla sit, quæ aliquâ piam causam non haeat. Implicat, causam esse iustum & rationabilem, qualem ad valorem indulg. requirunt Ponfices, & simul non esse proportionatam. Nam iusta & rationabilis causa dicitur, quæ commensurationem habet cum effectu, ad quem ordinatur.

262. Prob. 2. Quæsi: cau-  
sa sufficiens  
in votis di-  
spensandis.

3. Certa sent. est, in votis dispensis, non quamcunque causam esse sufficientem; sed eam duntaxat, quæ spectatis omnibus, censetur Deo magis placitura, quam placeret obseruantia voti. Ergo nec quælibet causa erit sufficiens ad dispensandum in lege Diuinâ de relaxandis pœnis à Deo peccatori taxatis; sed ea duntaxat, quæ censetur magis placitura Deo, quam placeret obseruantia Diuinæ legis de pœna soluenda. Confir. non solum contra Christi voluntatem facit, qui sine vllâ causa cedit indulg. sed etiam qui sine sufficiente causa illum impetrat, cum hon minus vñus, quam alter, sit dissipator meritorum Christi.

264. Ad 1. oppositæ, neg. conseq. nam esto indulg. non nitatur cause, propter quam conceditur, requirit ramen illam, vt iuxta voluntatem Christi prudenter dispensetur. Ad 2. neg. cōseq. tu quia sèpè una causa est sufficiens pro maiori indulg. pro qua tamen minor conceditur, cum non sit contra valorem indulg. excessus, bene tamen defectus cause. Tum quia eadem causa, additâ tantum nouâ circumstantiâ, sit sufficiens, quæ sine illa sufficiens non esset. Ad 3. sèpè cause, quæ nobis non videntur, sunt re ipsa sufficietes, vt in exemplis: nam frequentia illa populi coram Ponfice cedit in magnam venerationem capit, & autoritatem sedis Apost. Præterea licet eleemosyna à singulis distributiæ data, sit parua res: spectata tamen collectiæ in ordine ad finem, ad quem dirigitur, magna æstimanda est: cum dirigatur ad constructionem templi, vel loci pii: qui cessuras est in maximum cultum Dei. Ad 4. neg. sequela: nam propoatio, quam habere debet opus, sub cuius onere indulg. conceditur, non est in ratione satisfactionis, sed medij ad finem, qui est gloria Dei, & utilitas Ecclesie. Ad 5. neg. conseq. nam pietas, quæ in causa requiritur, debet esse proportionata indulg.

265. Ad 6. neg. antec. non n. desunt iustæ cause, propter quas defunctis concedi possit indulg. plenaria: vt quod defunctus fuerit de Ecclesia bene meritus; aut propter aliquam vilitatem, quæ ex liberatione animæ è purgatorio in Ecclesiam militantem redundat: quia excitatur charitas fidelium erga defunctos robotetur fides pœnatū purgatorij, quas multi hæretici negant, vel similis utilitas. Alioqui sola gloria accidentalis, quæ ex liberatione animæ è purgatorio accedit B.atis, non videtur sufficiens causa: alias ea sufficeret ad liberandas omnes animas è purgatorio; sed debet cum ea alia connecti, quæ redundet in aliquod emolumendum Ecclesie militantis.

II. A sufficiat causa probabiliter tantum puta- Dub. II.  
ta sufficiens? Rationes pro parte neg. sunt: 1. Non 269.  
valet indulg. collata ab habente potestatem proba- Rationes  
biliter tantum putata: ergo nec collata ex causa propriæ  
probabiliter tantum æstimata. 2. Non est valida ab- neg.  
solutio collata pœnitenti putatiæ tantum attrito;  
3. nec indulg. collata peccatori probabiliter putato iusto. 4. non est adæquatæ remissiva reatus pœnitentia iniuncta à confessario probabiliter tantum putata adæquata reatu. 5. Nullum sacram. est validum collatum ex materia, vel forma probabiliter tantum putata. His non obstantib. communior sent. Comm. affirmat. Ita Henr. lib. 7. de indulg. cap. 14. nu. 3. Suarez, sententia disp. 54. sect. 3. nu. 11. Et multi apud eosd. ex dictis sent. affirmant. Fundam.

Ratio: Christus hanc potestatem suo vicario concessit exercendam more humano: mos autem humanus est, vt ex probabili notitia sufficiens cause Pontifex moueat ad concedendam indulg. quia sèpè homo nequit res; prout in se sunt, attinete, cum ad illas feratur per alienas, & abstractiæ species. Maior prob. sicut Christus in reliquis, in quibus plenam potestatem suo vicario tradidit, tradidit illam vt exercendam more humano depender ab ipsius iudicio & prudentia: ita putandum est, eidē tradidisse & hanc constat de potestate, quam Pontifex habet dispensandi in votis, ligandi, & soluendi à censuris, conferendi beneficia, quæ omnia, vt valida rataque sint, sufficit, vt causa, proprie quam ad hæc operanda moueatur, probabiliter tantum putetur sufficiens: ita Sanchez lib. 8. de metri disp. 17. nu. 8. quia hoc exigit rectus ordo Ecclæ. Rati. alioqui maxima foret in Ecclesia turbatio, innumerabilesque generarentur in conscientijs fidelium scrupuli, si dubitare possent de validitate talium actuum. Dixi, in quibus plenam potestatem suo Vicario tradidit: nam in sacramentis exercendis plenam potestatem illi non tradidit, vt eorum validitas pendet ab humano & prudenti iudicio ipsius. Cum n. hæc sint prima Ecclesiæ fundamenta, pendere deberunt ex solo infallibili iudicio Christi, vt sic stabiliora forent.

Ad 1. oppositæ, neg. conseq. nam licet potuerit Christus ratas habere Indulg. applicatas ab habente tantum potestatem probabiliter putata; sicut lex Barbarius, ratus habet publicos actus celebratos ab habente potestatem, vulgo tantum probabiliter æstimaram; id tamen expediens non fuit, ne occasio datur fidelibus credendi plura esse in Ecclesia capit: cum ad solum caput Ecclesiæ spectet, dispensante Indulg. at verò ad conseruandam autoritatem sui vicarij, decens fuit, vt etiam indulgentia ex causa probabiliter tantum putata, ab ipso concessæ valerent. Ad 2. neg. conseq. tum quia attritio integrat 273. essentialiter sacram. pœnit. in quod Ponfex autoritatem non habet. Tum quia attritio vel essentialiter, vel saltem connaturaliter prærequisitur ad remissionem mortalium. Vnde non solum necessaria est in sacram. pœnit. sed etiam Baptismi, esto ad Baptismum, non concurrat vt pars essentialis. Alia vero, quæ vel sacramentū essentialiter non integrant, vel non sunt re ipsa ad effectum sacram. necessaria, erunt valida, etiam probabiliter tantum putata: vt si confessarius absolutus à reseruaro probabiliter putato non reseruato, valet absolutio. Ad 3. si peccator probabiliter putet se esse iustum, valet Indulg. vt scit. 8. si tantum putetur iustum à solo concedente Indulg. non valebit; quia vt dispositio ad lucrandam Indulg. debet cferi sufficiens etiâ à recipiente, cum sit proprius actus ipsius. Ad 4. neg. cōsq. n. pœnitentia à confessarij iniuncta, cum sit pars sacram. 274. sicut à Christo habet causare suū effectū; ita causare & tantum,

tantum, vel tantum effectum. Contrà verò Indulg. sicut à concedente habet suum effectum conferre, ita ab eodem habet tantum, vel tantum conferre, positiā tantūm sufficienti causa probabiliter putatā.

III. An causa, propter quam conceditur Indulgencija, debeat esse publica? Affirmant Albert. in 4. dist. 20. art. 17. Sotus dist. 21. qu. 2. ar. 2. §. At verò. Fundam. thesaurus cōmunis, qualis est Indulg. non nisi propter commune bonum validè dispensari potest. Confirmat ex praxi, & vsl Ecclesiaz, quæ eas solita est concedere ob publicas necessitates. Negant cæteri Schol. Quæ sent. probabilior: sufficit. n. vt Indulg. mediata tantum redundet in bonum cōmune, mediante priuato bono singularis personæ: modò in ea causa iudicetur sufficiens. Cūm etiam bonum personæ particularis spectet ad bonum cōmune, quod ex particularibus coalescit. Licet igitur Indulg. quæ per Iubilæum concedi solet toti Ecclesiaz, vel alicui Provinciaz, postulet causam vniuersalem proportionatam; quæ tamen conceditur priuata personæ, non requirit causam communem, sed sufficit priuata personæ proportionata. Ad fundam. soni, neg. antec. nam etiam ex thesauro communis provideri potest priuatis necessitatibus personarum quatenus sunt membra communitatis. Neque facienda est vis in similitudine thesauri temporalis, cuius bona sēpe dispensari non possunt, nisi ob publicas causas: quia hæc bona subsunt potestati Reip. quæ sub hac conditione vult, illa distribui. Thesaurus autem Indulg. immediata fubelt potestati Pontificis, qui illum à Christo dispensandum accipit, pro toto corpore; & singulis membris Ecclesiaz. Ad confit. nego, ita fuisse vniuersalem in Ecclesia vsum concedendi Indulg. ob publicas causas, vt nunquam legantur concessæ ob particulares priuatis personis. nā Gregorius VII. vt sect. 8. concessit indulg. Episcopo Leodic. & Innocentius IV. S. Claræ, dū illâ ægrotâ inuiseret: & Paul. IV. S. Ign. Loyolæ. Et licet aduersari dicere possint, hos Pontifi. Indulg. talibus personis concessisse, vt insigniter benemeritis de Ecclesia, ac proinde ob publicas causas. Nō video tamē cur dici non posit, tam his, quām alijs priuatis personis, Indulg. ob solas priuatas causas concedi posse, vel ad eos ad fidem magis excitandos, vel ad animandos ab benè alacriterque moriendum.

IV. An quando causa non est sufficiens pro tota Indulg. saltē valeat pro parte, pro qua censemur sufficiens? Negatiua pars videtur asserenda: eo quod Indulg. valet, pro quanto conceditur ergo si non haber sufficiemt causam pro quanto conceditur, etiam si habeat pro aliquā parte mīnorit, non erit valida. Affirmatiua pars videtur probabilior. 1. quia vt supra quando Episcopus concedit Indulg. maiorem, quām possit, ratis Indulg. erit valida quantum ad id quod potest: ergo quando Pontifex cōcedit Indulg. X. annorum, quæ non habet causam sufficientē nisi pro V. valebit saltem quoad V. annos. 2. Quando Pontifices Indulg. concedunt, habent absolutam, & efficacem voluntatem, vt illa, quantum fieri potest, si fructuosa ei cui conceditur: ergo habent implicitam voluntatem, vt si non valet pro toto saltem valeat pro parte. Vnde Bonifacius VIII. in Extraug. Antiquorum, maiorem concedit Indulg. ijs, qui deuotissimis Basilicas sanctorum Petri, & Pauli visitauerint. Ergo signum est, Pontifices habere voluntatem, vt Indulg. valeat iuxta subiecti dispositionem, & causæ proportionem.

Cæterū quoad proxim nunquam dubitandum est, Indulg. à Pontifice concessam sufficienti catere causa: quia vt supra, non requiritur, vt causa re ipsa sit sufficiens: sed sufficit, si tantum probabiliter asti-

metur talis. Præsumendum autem est, semper Pontifices Indulg. concedere ex causis probabiliter iudicari sufficientibus: alioqui peccarent, concedendo Indulg. ex causa non iudicata sufficienti. Sicut peccarent dispensando in voto ex causa non iudicata sufficienti: quia excederent limites suæ potestatis, quā cum hæc conditione à Christo acceperunt. Notat Henrīq. lib. 7. de Indulg. cap. 15. num. 2. quando Pontifex pro Indulg. imponit aliquid indeterminatum, tunc videri intendere, quod non consequatur plenam Indulg. nisi qui plenè præscriptum opus impleuerit. Ut si concedat Indulg. X. annorum, quicunque pro sua facultate eleemosynam fecerit, diuini parvæ eleemosynam facienti respondebunt quidē X. anni canonice pœnit. extensiū, non intensiū, vt responderebunt eleemosynā largienti suæ facultati proportionatam. Etenim cūm variae fuerint in primitiu Ecclesia pœnitentiaz pro peccatis assignatae; quidam enim semel tantum in hebdomada ieunabant; alij bis, alij ter: alij insuper preces, & psalmos addebat, poterit idem pœnitentia annus plenior, & intensior respondere vni, quām alteri, secundūm pleniorē pœnit. quam vñus annus pœnit alio continebat: & consequenter plus etiam, vel minus remitti de pœna purgatori, cui hæc canonice pœni. respōdebant, vt supra.

V. An possit Indulgencija esse valida ex malo fine concessa? Negatiua pars videtur ex dictis sequi. Cum dictum sit, ad indulg. valorem requiri causam iusta, & piam, hoc ipso quod concederetur ob malum finem, non esset iusta, & pia, nec consequenter ad valorem sufficiens. Quia tamen potest ex malo fine concessa habere piam causam externam, vt si concedatur eleemosynam largientibus pro fabrica templi, quæ tamen à concedente ad malū finem ordinaretur, difficultas tunc est, an. tali casu effet valida. Resp. cum dist. nam vel de malo fine concedentis constat lucraturo Indulg. vel non. Si constat. nequit Indulg. esse valida: quia nequit esse valida, nisi propter piam causam probabiliter saltem puram: Cūm debeat esse propter aliquid, quod probabiliter putetur magis placitum Deo, quām obseruantia ipsa legis de soluenda pœna diuina voluntate peccatori taxata; & nequeat praua causa, cognita vt talis, placere Deo. Si non constat lucraturo Indulg. & bonā fide exequitur ea, quæ præscribuntur, valebit Indulg. Ratio: licet concessio Indulg. depravetur prauo fine concedentis, haud tamen depravatur ipsa iniuncti operis executio, quæ honestè supponitur fieri ab ipso lucraturo indulg. Ergo si alias tale opus est sufficiens pro concessa, prauus finis concedentis valorem Indulg. non irritabit. Confir. causa Indulg. semper est aliqua spiritualis utilitas Ecclesiaz, saltē mediata, & gloria Dei, sed quando con- 285. stat de prauo fine concedentis, nec spiritualis utilitas Ecclesiaz, nec gloria Dei off. potest: cūm nequeat Deus glorificari prauā actione tam ex parte concedentis, quām ex parte recipientis indulg. qui dum scit prauum finem, propter quem conceditur, moraliter eidē prauo fini cooperatur. Contrà verò, quando prauus finis concedentis non constat lucraturo Indulg. potest saltem ipsa executio operis iniuncti honestè fieri, ac proinde esse utilis Ecclesiaz, & honorifica Deo, cūm illa non inficiatur ex prauo fine concedentis. Dicces. Vt causa ob quam Indulg. conceditur sit utilis Ecclesiaz, sufficit, vt sit tantum temporalis: potest autem causa Ecclesiaz, temporalis esse concedere utilis etiam si praua sit. Resp. neg. maior. nam licet non licet indulg. ob causam puram tempora-

## S E C T. I O X.

## Quot modis possint Indulgentiæ cessare?

288.  
Quadrifas-  
triam.

**P**ossent Indulgentiæ cessare: 1. ex parte concedentis: 2. ex parte personæ, cui conceduntur: 3. ex parte rei, in quâ conceduntur: 4. ex parte causæ, propter quam conceduntur. De singulis.

289.  
Beneficium  
non expirat  
morte con-  
cedentis.

**D**ico 1. non cessant Indulg. solâ morte concedentis, nisi id saltem implicitè fuerit in concessione expressum. Ratio prioris: Indulg. est beneficium liberaliter à Principe concessum: beneficium autem, ut constat ex cap. Si super gratia, de officio & potest. ludicis legati in 6. non expirat morte concedentis: Äquum, inquit ibi Bonifa. VII. esse censensus, ut sicut ipsa gratia, licet nondum sit in eius executione processum, morte non perimitur concedentis. Idem sancitur regulâ 16. iuris in 6. ut beneficium à Principe concessum sit perpetuum. Ratio posterioris: nullum beneficium se extendit ultra voluntatem Principes, verbis etiam implicitis expressam. Quod addo propter illa, Vtque ad nostrum beneplacitum: quæ posita in concessione beneficium restringunt ad mortem concedentis: secus si dicatur: Vtque ad beneplacitum sedis Apost. nam hæc est perpetua.

290.

**D**ico 2. Cessant Indulg. per reuocationem concedentis. Ratio: non solum in fieri, sed etiam in conseruari pendent à voluntate concedentis. Nec est eadem ratio de sacram. quæ semel data non possunt amplius quoad effectum reuocari: nam sacram, excepta Euchar. consistunt in actiua datione ministri, & passiuâ susceptione subiecti, quæ ad effectum causandum non pendet à voluntate ministri, sed ab institutione Christi. Indulgientia autem consistit in voluntariâ applicatione satisfactio- nis Christi, & sanctorum, à Pontifice factâ, quæ quamdiu effectum non habet, semper pender à voluntate concedentis, qui semper potest illam reuocare. Nec solum indulg. reuocari potest ab ipso concedente; sed etiam à superiori, vel ab æquali. Vnde concessa ab Episcopo, reuocari potest à Pontifice: & concessa ab uno Pontifice reuocari potest ab alio. Porro dupliciter indulgentiæ reuocari possunt: 1. per solum interiore actum reuocantis: 2. per actum etiam exteriorum.

291.  
Reuocari  
possunt in-  
dulgentiæ  
de opere iter.

**D**ico 3. possunt indulgentiæ reuocari solo actu interiori concedentis. Et communis, quam docet. Suarez disp. vlt. scđt. 2. num. 10. Ratio: indulg. non solum pendet ab exteriori, sed etiam ab interiori actu concedentis: ergo eo tantum reuocato, cessat indulg. Confit. & si Pontifex externo actu concedat indulg. si non habet internum, quo velit eam concedere, non valet indulg. ergo etiam non reuocato externo actu, interno tantum reuocato, cessat indulg. Quo fit vt solo actu interno posito, non posito etiam externo, non valeat indulg. quia hæc ab utroque actu simul pendet. Sicut etiam si minister ponat omnia externa symbola ad sacram. requisita, solo interno actu non posito, non ponitur sacram. At ita pender Indulg. quo ad suum valorem, etiam postquam concessa est, à voluntate concedentis, vt pender sacram. à voluntate ministri, dum perficitur.

292.

**D**ico 4. de facto Indulgentiæ non cessant, donec earum reuocatio legitimè promulgetur, vt ad notitiam eorum, quibus concessæ sunt moraliter peruenire valeat. Et communis. Ratio: non præsumitur aliter Pontifex indulgentias reuocare, quam soleat alias gratias, & indulta.

293.  
Difficilis  
mator.

Maior diffic. an sit etiam necessarium, vt ipsa æqualis notitia reuocationis perueniat ad aures possidentis indulg. Inclinat Filius, cap. 9. qu. 8. dicto

3. pro quo etiam citat Nauar. & Cordub. Quam opin. piæ, & fauorablem, quamvis incertam, putat Suarez. Mihi probabilis est, quando cum indulg. sunt coniuncta alia priuilegia, vt possit cum lucrato indulg. dispensari in votis, absolvi à censuris, & casibus reseruatis. Secus, quando cum indulg. non sunt coniuncta huiusmodi priuilegia. Ratio prioris: ea voluntas præsumenda est in Pontifice, quæ sit magis fauorabilis saluti animarum: semper. n. in reuocatione priuileg. præsumitur volle obesse saluti animarum: talis est voluntas non reuocandi indulg. cum quâ sunt coniuncta hæc priuilegia, nisi postquam reuocatio peruerterit ad notitiam eius, cui concessa est. quia magnum esset onus, si postquam aliquis suam confessionem fecit, & à peccatis & censuris bonâ fide absolutus est, antequam notitiam habuerit reuocationis indul. debeat confessionem repetere. Idem dico, de dispensatione votorum. Ratio posterioris: quando indulg. non habet talia priuilegia annexa, nullum est periculum animarum, si illa cesseret, antequam eius reuocatio perueniat ad notitiam eius, cui concessa fuit.

**D**ico 5. Cessat indulg. defunctâ personâ, cui fuit concessa. Nota, posse indulg. concedi personæ: 1. immediate ipsi personæ; 2. limitatam ad certam rem. 1. modo expirat cum persona: 2. transire potest genti, ad alios, ad quos transit res, cui indulg. conc. ssa est. <sup>Dupliciter</sup>

**D**ico 6. Cessat indulg. tantum quoad vsum, accidente personæ, cui concessa est, excommunicazione. Ratio: excommunicatio priuat subiectum participatione communium bonorum spirituum, & consequenter participatione indulg. Dixi, tantum quo ad vsum: quia recedente excommunicatione, potest homo vti indulg. quam antea habebat.

Dubitari potest, an possit indulg. cessare per solam renuntiationem eius, cui conceditur. Ratio dub. sicut non est valida indulg. si non acceptetur, ita nec si acceptata renuncietur. Resp. negatiæ; nam esto possit quis per renuntiationem priuare se vnu indulg. haud tamen tollere potest virtutem ipsius. Quod inde patet, nam etiam post renuntiationem, poterit, si velit, illâ vti, eiusque fructum percipere. Ratio: renunciatio indulg. non irritat voluntatem concedentis, à qua virtus indulg. penderet. Ad rationem dub. nego, indulg. si non acceptetur, non esse validam defectu acceptationis, sed defectu concessio- nis: nam hoc ipso, quod non acceptatur, Pontifex censetur reuocare suam concessionem. Vnde si fingatur, Pontificem concedere indulg. Petro non acceptanti, indulg. erit valida quoad actum 1. quia depositâ renunciatione, poterit Petrus illam lucrari; cum ea supponatur habere consensum concedentis, à quo indulg. habet virtutem.

**D**ico 7. Cessat indulg. perditâ, vel destruktâ, in quâ conceditur. Ratio: talis indulg. data est dependenter à tali te; quâ pereunte, cessat indulg. 8. Inualida est posterior indulg. concessa loco habenti aliam indulg. nullâ factâ mentione prioris indulg. in petitione posterioris: constat ex 57. reg. Cancell. in quâ statuitur, irritam esse posterioriem indulg. si nulla mentio fiat prioris: nam tunc posterior habetur vt subreptitia 9. Non cessat indulg. cessante causa, propter quam concessa est. Ratio: causa non debet proportionari indulg. quoad durationem: potest enim concedi indulg. perpetua propter fabricam templi intra unum mensem absolute. Ex dictis præced. scđt. constat, quod si indulg. concessa pro semper, non sit sufficiens nisi pro determinato tempore, valitura sit pro eo determinato tempore, pro quo censetur sufficiens.

DISP V-

# DISPUTATIO XXI.

## DE IUBILEO

**T**s i in hoc argumēto multi Doctores Canonistæ ac Theologi egregiè desudarint; multi tamen desiderabunt totam Theologicam doctrinam ex vno eodemque fonte haurire: nec in materia Iubilei desunt nouæ ac perplexæ difficultates ex nouis circumstantiis obortæ, quæ fidelium conscientias implexas habent, ab alijs vel non tactæ, vel non plenè explicatæ. Tandem sacri anni recurrentis celebritas suo iure poscit, vt solen-niorern instituam de Iubileo disputationem, eius origine alcius repetitâ, quando, à quo, & quo modo cœperit, quos progressus fecerit, quas variatio-nes per tot sæcula tulerit, quæ priuilegia & indulta secum afferat, quas facul-tates id lucrari cūpientibus ac Confessariis concedat, vt nihil sit quod vel ad eruditionem vel ad praxim in hoc lector desideret.

### SECTIO I.

#### Quid & quotuplex sit Iubileum.

**I**VBILEM, vt à Mosaico & Christiano ab-strahit, nihil aliud importat, quām plenam re-missionem debitorum anteā contractorum, & liberalem ac gratiosam restitutionem in integrum, certo quodam ritu legitimâ authoritate factam. In qua descriptione vrumque iubileum, tam legis Mosaicæ, quām Euangelicæ analogicè conuenit. Nam sicut hoc Christianum liberat ab omni pœna & reatu, ex condonatis peccatis contracta, illum in integrum restituendo ad pristinum statum, quoad pœnæ debitum: ita illud Iudæum, vel ad Iudaïsmum conuersum immunem reddebat ab omni debito, intra annum 50. in suis temporalibus bonis contraō, cumque in integrum restituebat, quo ad omnia bona stabilia, quæ anteā legitimè posside-bat, seruis libertate donatis; 25. Leuit. Numerabis inquit Dominus, septem hebdomadas annorum, id est septies septem, que simul faciunt annos 49. & clanges buccinæ mense septimo, decimâ die mensis propitiationis tempore in vniuersa terra restra. Sanctificabisq; annum quia quagesimum, & vocabis remissionem cunctis habita-toribus terra: ipse est iubileus. Reuertetur homo ad posse-fionem suam, & vnuquisq; rediet ad familiam pristinam: quia iubileus est & quinquagesimus annus. In quem locum Lyranus, dictum fuisse annum 50. vel com-putato ultimo anno præcedentis Iubilei, vt idem iubileus esset finis præcedentis, & initium subse-quentis: vel quia incipiebat suos effectus operati anno subsequenti, vt totus ille annus præcedens, es-ser quasi præparatio ad annum subsequentem, quo annus 50. complebatur. Dicitur certo quodam ritu quia sicut illud, ad maioram rei celebritatem, à le-gitimis ministris vniuerso Israëlis clangore buccinae à qua nomen ipsum Ioboleum, quod cornu seu buc-cinam significat, sortitur est: ita Iubileum ecclæ-siz, solemni ritu vniuersis Christianis, Apostolicâ authoritate promulgatur. Differunt autem, quod illud solam debiti temporalis remissionem promit-tebat, hominemque ad soluendum impotentem in pristinum statum temporalium bonorum restitue-bat: hoc remissionē debiti spiritualis sonat; & Chri-

tianum restituit in pristinum statum bonorum su-penalium. Quare hoc animum proximè di-sponit ad felicem ingressum cælestis gloriæ, tollen-do impedimenta, quæ animum ab huiusmodi ing-rellu retardant: illud solū ad ciuilem huius vitaे statum, tollendo ea tantum incommoda, quæ hunc statum turbare solent. Vnde notanter addidi, ea conuenientiæ analogicè inter se conuenire: cùm longè altioris tia ordinis sint debitorum remissionses & gratiæ, quæ in hoc iubileo Christianis conceduntur, quām quæ Iudæis concedebantur. Mosaico igitur omisso, de Christiano tantum disputabo.

Est igitur iubileum Christianum, plenaria re-missio totius pœnæ à condonatis peccatis relicta, annexas habens speciales gratias & indulta, ex ple-<sup>3.</sup> tibelei Christi de-nitudine Apostolicæ potestatis, à summo Ecclesiæ scriptio. Pastore, ex inexhausto thesauro Christi & Sanctorum satisfactionum, Christiano populo liberaliter concessa. Dicitur plenaria remissio, &c. per quam conuenit cum reliquis indulgentiis plenariis, quæ tamen per modum iubilei non conceduntur, & discriminatur à cæteris indulg. quæ partem tantum pœnæ remittunt. Dicitur, annexas habens speciales gratias & indulta, quæ non habent reliquæ indulg. singularum quamvis plenariæ: cuiusmodi sunt facultas eligendi partium. Sibi quemicunque Confessarium ab Ordinario ap-probatum, qui eligentem possit ab omnibus casibus & censuris, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, absoluere; nec non facultas commutandi vota, & id generis similia. Dicitur à summo Ecclesiæ Pastore: quia in hoc solo residet hæc potestatis iubilei cōcedendi ex-cluso etiam Cōcilio generali, vt à Romano Pōtifice distincto. Quare si in aliquo concilio generali legi-tur, vt in Constantiensi sess. vlt. concessa fuisse in-dulgentia plenaria, instar iubilei, ea concessa intelli-gitur ab ipso Pontifice, vt ex citato Concilio con-stat, vbi non Concilium, sed Pontifex ipse hanc plenariam indulgentiam concessit semel in vita, iterum in morte ijs omnibus, qui in eo ipsius Con-cilij causa interfuerunt. Dicitur ex plenitudine & c. est enim concessio iubilei, actus supremæ iurisdictio-nis, quam Pontifex à Deo accipit in omnes omni-nò Christi oves, iuxta illud Ioann. vlt. Pascé oves meas. Vnde non modò certum est, hanc potestatem in solo Romano Pontifice residere, sed nec illam posse tifex hanc alteri ab ipso communicari, per modum ordinariæ potestatem Ne quis Pon-

1er modum  
ordinariae  
communicatae.

potestatis: sicut communicat Episcopis facultatem concedendi indulgentias non plenarias; cum in libertate Pontificis non sit, ordinariam potestatem, quam ipse immediatè à Christo accipit, cum eadem plenitudine alteri communicare, cum ea sit eius individuæ personæ concessa. Sicut nec potest alteri comunicare potestatem infallibiliter definiendi res fidei: eo quod assistentia Spiritus sancti ad res fidei infallibiliter definiendas, non fuit promissa, nisi singulari & individuæ personæ Petri, & in persona Petri legitimis eius successoribus: hoc tamen discrimine, quod ne in uno quidem dogmate fidei infallibiliter decidendo, potest Pontifex hanc suam potestatem alteri communicare: potest autem quoad aliquos particulares actus suæ spiritualis iurisdictionis in uno actu, ac in omnibus.

Ratio discri-  
ctionis alteri communicare.  
Quia eadem est infallibilitas à Spiritu sancti assistentiâ dependens, quæ requiritur in una fidei controversia decidenda, ac in omnibus: at non eadem est plenirudo spiritualis iurisdictionis in uno actu, ac in omnibus.

An possint Cardinales, qui in electione summi Pontificis vniuersam Ecclesiam representant, tempore Schismatis indicere iubileum ad diuinam opem pro legitimo Pastore eligendo implorandum? Pro parte affir. sunt haec rationes. Prima; Cardinales debent habere opportuna media ad hunc finem consequendum: cui enim conceditur finis conceduntur quæ ad finem consequendum opportuna sunt. Nullum autem opportunius iubileo ad legitimam Pontificis electionem impetrandum. 2. Recurrente anno iubilei, tempore, quo sedes Apost. vacat, nec affulget spes breui Pontificem eligendi, possunt Cardinales pro illo anno iubileum per literas vniuersis indicere, sicut & portam sanctam aperire, Rutili. Benzon. lib. 4. de anno iub. cap. 14. dub. 8. Dicendum tamē, non posse Cardinales sede vacante, propriâ Authoritate iubileum concedere. Prob. 1. nunquam hactenus id factum legitur, cum tamē sacerdotes Cardinales propter Schismata occasionem habuerint hoc remedio vtedi. 2. Dispensatio satisfactionum Christi & Sanctorum ex communi thesauro Christianis impendenda, soli Petro, eiusque successori à Christo collata fuit Math. 16. Tibi dabo claves, &c. Ioan. vlt. Pascere oves meas. Confit. Non possunt Cardinales, sede vacantes, leges vniuersales totâ Ecclesiam obligantes cōdere: ergo neque satisfactiones Christi, &c. per iubileum. dispensare; cum non minus hic sit supremæ iurisdictionis actus, solius Christi Vicarij proprius. Vnde per hunc actum Romani Pontifices, iuxta probabiliorem sent. 10. 4. de fide, legitimam suam in Papatum electione declarant. Ad 1. concedo. Cardinalibus cum ipsa potestate eligendi supremum pro affir. par.

Confir.

6.  
Ad primum  
pro affir. par.

Ad 2.

Annus iu-  
bile est pri-  
uilegium  
durans quā-  
din non re-  
nocatur.

ligitur ex Pontificu bullis, quibus testantur; se hanc plenariam iubilei indulgentiam à prædecessoribus concessâ, approbare, confirmare, ratâ habere, Apostolicâ authoritate cōmunitate, in bullis Bonifacij VIII. Clementis VI. Gregorij XIII. Clementis VIII. Urbani VIII. Ita & apertio portæ sanctæ, cum sit ceremonia accidentalis, nec semper à Romanis Pontif. in iubile o adhibitar poterit à Decano Cardinalium adhiberi.

Vtima verba in descriptione iubilei denotant primam & radicalem virtutem, ex qua id suum valorem accipit, quæ sunt Christi, & Sanctorum satisfactiones; & modum, quo Pontifex illud concedit, nempe per modum liberalis donationis, tam ex parte donantis, quam ex parte accipientis. Nam neq; concedens per se vlla astringitur præcepto ad ipsum concedendum; nec populus ad lucrandum. Dixi per se, nam aliunde potest Pontifex obligari ad iubileum concedendum, sc. si vniuersa Ecclesia tot malis premeretur, ut moraliter censeretur id necessarium ad diuinum auxilium pro vrgentibus calamitatibus impetrandum. Etenim si quævis priuata persona in gravi periculo constituta, ex præcepto charitatis erga se ipsam, tenetur ea media adhibere, quæ iudicat opportuna ad tale periculum vitandum: quantum magis vniuersæ Ecclesiæ vrgentibus calamitatibus presæ tenebitur summus Pastor, opportunis remedij succurrere? inter quæ opportunitatis est iubileum. Vnde probabile mihi quoque est, licet non posse Pontificem iubilei annū omnino tollere, ob ingenitum fructu, quo populu Christianu priuaret: licet posset illud differre, vel ad longius tempus prorogare.

Quoad 2. quotuplex sit iubileum Christianum. 8. Alterum, quod ex constitutione sedis Apost. certo quoque tempore fidelibus recurrit, quod à summis Pontif. dicitur sacer ac Sanctus annus, annus remissionis, reconciliationis, pacis, indulgentiæ: eo quod in eo solemini ritu ac celebritate referatur pretiosissimus thesaurus meritorum & satisfactionum Christi, B. Virginis, ac Sanctorum, in fauorem populi Christi. Alterum, quod solent summi Pontifices, post 2. signum quam eleæti sunt, indicere: tum ad opem à Deo im- petrandam, ad suscepti munera onus dignæ ac frumentos ferendum: tum in signum legitimæ in Pontificatum electionis. Nam cum concessio iubilei sit, ut supra, actus supremæ iurisdictionis Spiritualis, quam illi Christus confert, non permetteret illum exerceri à Pontifice non legitimè electo. Sicut nunquam permittet, controversias ad fidem pertinentes à non legitimo suo Vicario dicidi, ex 4. eo. Tum propter vrgentes Ecclesiæ necessitates, præsertim ad heres exirpandas, ad pacem & concordiam inter Christianos Principes à Deo impetrandam, aliaq; imminentia mala auertenda.

Infero, iubileum dici plenissimam indulgentiam: eo quod ex se non est limitatum ad certas pœnas temporales remittendas, sed quantum est ex se, tum ex efficacia virtutis, quam habet ex satisfactionibus Christi & Sanctorum, tum ex concessione & voluntate Pontificum, aptum est plures, & maiorem pœnam temporalem remittere: licet ex parte subiecti, cui applicatur, limitetur ad certam pœnam, quam in eo inuenit, relaxandam, maiorem relaxaturum, si maiorem inuenit. Äquiparatur enim iubileum quoad pœnam temporalem relaxandam, iuxta Aug. lib. 10. con. Iulia. cap. 3. Baptismo, qui quantum est de se, extinguit omnem pœnam, quam in subiecto reperit. Ceterum poterit iubileum non esse plenarium defactu dispositionis subiecti, si in eo reperiat effectu ad aliquod peccatum veniale, cuius pœna per indulgentiam non remittitur: nulla enim pœna peccati remit-

remittitur quamdiu ipsius affectus perseverat in peccatore.

## SECTIO II.

## Aquo tempore incepit Christianum iubileum.

**Q**ui primus per literas Apost. iubileum solemnis ritu, statu quoque tempore ab vniuersis Christianis celebrandum sanxit, fuit Bonifacius VIII. anno 1300. ut constat ex eius constit. Antiquorum, quae est inter extraug. de poenit. & remissi. in qua auctoritate Apost. confirmat, approbat, & innouat, ac scripti sui patrocinio communis laudabilem consuetudinem centesimo quoque anno accedendi ad Basilicas SS. Petri & Pauli de Urbe, ad peccatorum remissiones & indulgentias consequendas: decreuitque, ut deinceps singulis centenis futuris annis incipiendo a 1300. initio sumpto a festo Nativitatis Christi proxime elapsa usque ad sequente annum, hæc solemnitas ab vniuerso Christiano populo celebraretur. Hunc centesimum annum, antequam ad finem perueniret, Clemens VI. anno 1342. Pontifex renuntiatus, in quinquegesimum restrinxit, extrag. *Vnigenitus, de paenit. & remiss.* qui addidit Basilicam S. Ioannis latera. tum ob recordationem, ut ipse ait, Constantini Imper. qui eam propter duplex acceptum beneficium, baptismi, & emundationis a lepra, in honorem Salvatoris construxit: tum ob venerationem miraculosa imaginis Salvatoris nostri, qui in ea visibiliter populo Romano apparuit. Hunc anno Urbanus VI. reduxit in trigesimum tertium, ita Paulus II. bullâ. *Ineffabilis prouidentia*, additâ Basilicâ S. Marie Maioris, quam prius addiderat Gregorius XI. Urbani VI. immediatus predecessor. Hanc annorum commutationem raram habens Martinus V. eam in sua firmitate persistere censuit, & de facto obseruati permisit, prout in cit. *bulla Paulus II.* obseruata fuit: postea Nicolaus V. reuocauit, iuxta Clementis VI. constitutionem, ad annum 50. Tandem Paulus II. Pontifex creatus 1464. annum iubilei restrinxit ad vigesimum quintum, ead. bullâ, initio sumpto a vigilia Nativitatis Christi proxime elapsa, finieadū eadem vigiliâ anni sequentis. Quem morem cum prædicta restrictione, Apostolicâ auctoritate confirmauit, & primus executioni mandauit Sixtus IV. anno 1471. 9. Aug. extraug. *Quemadmodum, de paenit. & remiss.* Qui, ne fidelium concursus ad Basilicas Romæ visitandas minueretur, durante iubile, suspendit omnes indulgentias plenarias, etiam in articulo mortis, a se, & a suis predecessoribus quibuscumque Ecclesijs, monasterijs, aut pris locis, quouis modo, aut quâuis ex causa extra Urbem concessas: cum quibus etiam suspendit facultates commutandi vota, dispensandi & componendi super malè ablatis incertis, aut per usurariam prauitatem, aut alium illicitum modum extortis, vel illa sub certis modo & formâ remittendi; nec nō cōfessores deputandi cum potestate absoluendi, etiam in casibus sedi Apost. reseruatis. Quæ omnia in suis Apost. literis imitati sunt Sixti IV. successores, ex bullis Gregorij XIII. Clementis VIII. Urbani VIII. nam Alexander VI. cuius nono anno celebratum est iubileum anni 1500. & Clementis VII. cuius secundo recurrit iubile anni 1525. & Iulij III. cuius electio contigit idus Febr. currente anno iubilei 1550. nullæ extant in uitatoriae literæ, quas sciam: nisi solùm de Iulio III. in cuius vita narrat Platina, quod die festo S. Mathiae coronatus, iubileum anni 50. currentis promulgauit, ac more maiorum, aperiis solemnibus portis 4. sacrae celebritatis initium fecit: & quia tardius solito iubileum incepit, propter sedem tribus

mensibus vacante, illud prorogabit usque ad festum Epiphaniae sequentis anni inclusiæ.

Ex quo facile colliges, quot haecen iubilea à Bonifacio VIII. certo ac stabili ritu in Ecclesia Dei *vnum regis* celebrata sint. Rogasan ante Bonifaciū VIII. saltem *probatur* consuetudine Christianum iubileum incepit? Omninò, ex citatis Pontificum bullis coniucere licet, ilud de centesimo in annum 100. Seruatum fuisse ante Bonifacium VIII. ut ipse in sua extraug. *Antiquorum* habet fidia relatio, quod accendentibus ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, concessa sunt magna remissiones & indulgentia peccatorum: quas ipse ratas & gratas habens, Apostolica auctoritate confirmauit, approbauit, innouauit, & suo scripto communauit. Hanc veritatem confirmat aureus libellus, quem de centesimo anno iubilei conscripsit *Apprime confir. apres.* Jacobus Diac. Cardin. S. Georgij ad velum aureum. Libel. *libello in li fides certior est: in his. n. quæ de anno iubileo narrat, oculatus testis fuit, scribens tempore Boni facij VIII. cuius ex Scholis Iulij Rosei in eund. libell. ne-* *S. Patrum to. 13. pag.* pos fuit, ab ipso in Cardinalatum cooptatus. Scripta autem hic, aduentante anno 1300. ingentē hominum multitudinem aduenisse Romam ex varijs mundi partibus, ad Basilicam S. Petri visitandam: eo quod, ut ipsi aiebant, à suis maioribus edociti essent, quod qui eo anno eam Basilicam Romæ visitarent, plenissimam suorum peccatorum remissionem, & indulgentiam consecuturi essent. Quo rumore ad Pontificem delato, statim iussit, vetitorum librorum monumenta euolui, ut rei tantæ certitudo magis elucesceret. Verum nullâ ex antiquis monumentis huius rei eritâ notitiâ, recurrerunt ad viva hominum testimonia, si forte in tanta hominum multitudine quispiam inueniretur, qui huius centesimi anni celebritatis oculatus, aut auritus testis esse posset. Adhibita diligentia, inuentus est unus natus annos 107. qui Pontifici constanter asseruit, se meminisse suum patrem agricolam præcedente anno 100. eo usque Romæ moratu fuisse ad indulgentiâ consequendâ, quo usq; cibus, quæ secum detulerat, ei ad victu sufficeret; ac se ab eo monitum ut si futuro anno 100. ei vita superstes foret, non pigeret Romam ire ad indulgentiam querendam. Narrat idem author, duos ex Belluacensi diaconi, ac plures alios ex Gallia tantum viros supersuississe, qui hoc ipsum afferent: quin vulgare apud Gallos fuisse, Romæ culpas plenissimè dilui. His concordant, quæ author *glossa in tria notat.* *cit. extraug.* *Antiquorum*, tempore ipsius Bonifacij, testatur: *Vulgatum erat, quod talis indulgentia in annis centesimis à Nativitate Christi olim concedi solebat.* Quæ causa fuit, cur Pontifex huiusmodi indulgentiam noluerit Apostolicâ constitutione confirmare pro quouis anno 50. ad imitationem iubilei Mosaici, sed pro centesimo: & cur portius initio sumpto a Nativitate Christi: & ipsam prædixisse videtur Esa. cap. 61. *Spiritus Domini misit me, ut predicarem captiuis indulgentiam, ut predicarem annum placabilem Domino:* eamque Angeli in nocte Nativitatis mortalibus annuntiassent: *Gloria in altissimis Deo, &c.* Isdem concordant, quæ 8. lib. sue Chronica cap. 36. apud Benzon. lib. *Ioannis 3. de anno iubilei cap. 5. testatur lo.* Villanus, qui floruit *Villanus a tempo Bonifacij VIII. vbi hæc scribit: Cum à multis bñis histori- diceretur, quod superioribus temporibus quolibet centesimo an-* *cus.* anno in Nativitate Christi Pontifices maximas indulgentias concederent visitantibus limina Apostolorum, &c.

Hanc igitur de centesimo anno historiam, comuni hominum famâ vulgatam, ut tantæ rei memoria transmitteretur ad posteros, Cardinalibus Pontifice discutiendam proposuit, qui omnes iudicarunt, quo res certius constaret, & futuris temporibus magis prodesset, per literas iustū privilegium for-

formandum, illudque Apostolicâ autoritate confirmandum: ut constat ex cit. bullâ, *Antiquorum habet sula relatio*, cuius titulus est, in cit. libello Iacobi Card. Ad certitudinem presentiam & memoriam futurorum. Addiditq; Pontifex, vt qui voluerint huiusmodi indulgentia fieri participes, si Romani fuerint, ad minus diebus 30. continuis, vel interpolatis, ut saltem temel in die; si verò fuerint peregrini aut fo- renses, modo simili, diebus 15. ad Bauli. S. Petri & Pauli accedant, Idq; primū peculiari Pontificis diplomate cum ingenti Christianorū fructu, eodem anno 1300. seruatum est: quod & confirmare visa est magna Dei Mater, quæ apparetis cuidam Clerico Ecclesiae S. Georgij, suis brachijs filium baiulans Ita Cardin. in suilibello sic locuta est: *Omnibus miserans indulxit Deus: ad quam ille, num mihi & Subticit mater. Iterum post morulam impius & dili- sit, omnibus miserans indulxit Deus, viuis & moreuis. Sub- gens scriptor. tractus, num mihi: cui nec iam' responso dato, ne forsan ali- qua peccati labe fœdaretur, trepidanti subiunxit: indulxit omnibus mortuis & viuis miserans Deus, tibiq;. Hæc ille.*

15. Vnde constat ante 1300 annum incœpisse in Ecclesia Dei hanc sacram indulgentiarum centuriam: à quo verò tempore non claret. Cæterum, si verum est, quod Benzon. cit. refert ex quadam historia Ecclesiae S. Marie de monte serrato, cuius constructio Bonifacium VIII. præcessit 700. vel minimum 600. annis, in cuius fundatoris bullâ narratur, quod illius fundator commisso peccato carnis Romam venit ad indulgentias consequendas, eo quod ille annus Romæ erat annus indulgentiarum, satis appetet hanc sacram centuriâ adhuc fuisse tempore Leonis II. qui in Pontificatum electus est anno 683. Quod si in hac re coniecturâ vti licet, probabile est, hunc Iubileum à lacrum 100. annum institutum fuisse à Sylvestro, qui S. Sylvestro. creatus est Pófifex anno 314 nono Constantini imper. Verosimile quippe est, post constructam à Constantino Basilicam Principis Apost. quo plures ad illam ex omnibus orbis partibus accederent, celebriorque redderetur Apostolorū Principis memoria, huiusmodi insigni priuilegio illam dotasse, vti & temporalibus bonis. Huiusmodi autem indulgentia ab initio instituta fuit per centesimum in 100. annū promulganda, quia sicut mos Romanorum erat, quouis 100. anno ludos celebrare, qui à seculi spatio seculares dicebantur, ad quos per publicum præconem superstites mortales hac voce inuitabantur: *Ad illud ludi genus, quale nec hactenus videlicet, nec amplius visuri estis: ita Pontifices diuino Spiritu ducti hunc profanum ritum in sacram indulgentiarum centuriam commutarunt.*

16. Porro multæ ceremoniæ sacræ progressu temporis à Pontificibus adiuentæ sunt, quæ celebriorem reddunt iubilei annum. Prima est solemnis eius indictione, quæ summo apparatu fieri solet ipso ascensionis festo, vigiliam Nativitatis Domini proximè præcedente, in Basilica S. Petri, vbi è duabus suggestibus, vulgari ac latino idiomate, inter missarum solemnia, Pontificis diplomata, quibus iubileum indicitur altâ voce leguntur: lecta statim affigenda mittuntur ad quatuor Vrbis partes. 2. Adueniente vigiliâ Nativitatis Domini, instituitur processio, in qua Pontifex cum Cardinalibus, Principum legatis, ac toto Romano Clero, processionaliter incedendo intrat Capellam Apostolici palatij, vbi cum reliquis Venerabili adorato, intonat hymnum, *Veni Creator Spiritus*. Tum ex capella itur ad Ecclesiam S. Petri, Pontifice in throno usque ad portam Sanctam delato: quod vbi peruenientum est, Pontifex è suo throno descendens & accedens ad portam Sanctam ter argenteo malleo reierandæ portæ murum percudit, quibusdam versiculis è sacra Scriptura excerptis præ-

cinendo. Mox fabri murarij murum demoliuntur; Pontifex cantando: *Te Deum laudamus*, portam Sanctam intrat: ex qua ad summum S. Petri altare in gestatoria sella defertur: vbi è sella descendens, cathedralm ascendit in editiori loco paratam, ibique stans vespertas Nativitatis Christi inchoat. Eo ipso tempore Pontifex expedit tres Cardinales, ad reliquas tres portas SS. Pauli, & Ioannis Latera. ac S. Marie maioris aperiendas. Huius certænonæ mentionem Qui fecisse fertur Alexander VI. Iubileum durat per integrum annum à primis vesperris vigilie Nativitatis Domini usque ad primas vesperras eiusdem vigilie sequentis anni inclusuè: ante quam diebus aliquot publicatur edictum, portam sanctam Basilicæ S. Petri, absolutis primis vesperris, à Pontifice claudendam. Adueniente autem ipso die peruvigili, solemnis instituitur processio, in qua eodem comitatu Pontifex ad templum Vaticanum pergit, vbi decantatis vesperris, & gratijs Deo actis pro felici iubilei conclusione, in throno ad portam Sanctam defertur, per quam cæteris processionaliter ante egressis, ultimus ipse egreditur: qui benedictâ materiâ ad claudendam portam paratâ, ipse primus argenteâ trullâ inauratâ ter calcem iniicit, ac tres quadratos lapides imponit, cum quibus variæ celaturæ ex argento & auro numismata benedicta conspelic; misfis ad alias tres portas claudendas tribus Cardinalibus. Sicque clauditur sacer iubilei annus. Vnde colligitur, non lucratum iubileum, qui communionem differret ad festum ipsum Nativitatis sequentis, cum in eo cesseret iubileum. Plura de his apud Nauar. in fine cōmen. Iubilei & apud Benzon. de anno Iubilei lib. 4. c. 14.

Dubitatur 1. An Romani, qui morte preueniti assignatas Basilicas visitare non potuerunt, vel dubium dierum numerum explere nequierunt, sacram iubileum consequantur. Ratio dubij; in bullâ Sixti IV, &c. Pontificum dicitur, qui post Romanum iter arreptū morte impediuntur, quo minus ad Vrbem perueniant, vel in ipsa vrbe ante expletum, vel etiam inchoatū, vt bullâ Clementis VIII. & Urbani VII. habet, præscriptum dierum numerum è vita decadunt, iubileum lacrantur, si verè pœnitentes & confessi obeant. Dicendum, cum Nauar. in comment. de iubil. notab. 32. in explica. bullâ Greg. XIII. in exposi. pat. R. in bullâ. Post iter, & Benzo. lib. 5. de anno iubi. cap. 15. dub. 10. gen. cœtales iubileum non lucraturos. Ratio; hoc pœnile. de bullâ. gium non nisi aduenis conceditur, in fauorem suscepti itineris; quibus sufficit, vt vel equum condescant, vel pedem domo efferant animo Romam veniendi. Nec solum morte, vel infirmitate, sed nec quæcumque alia legitimâ causâ impediti, iubilei frumenti priuantur. Cæterum falsa est opinio, quod si quis nequeat legitimè impeditus Romam ire, possit aliud loco suo mittendo, iubileum consequi: nam Pontifices propriam personæ industriam & operam pertinet: alioqui posset quis iubileum lucrari, per opera in eo præscripta ab alio præstata.

2. An Religiosus absque licentia sui superioris Romanam accedens, iubileum lucretur. R. cum Iean. Ann. Ratis. nia apud Benz. lib. 5. de iubil. cap. 15. dub. 16. affirmatiue: quia esto peccat, sine licentia sui superioris Romanam veniens, si tamen sui peccati pœnitentiat, & ea, quæ ad iubileum lucrandum præscribuntur, seruer, illud lucrabitur: cum effectus iubilei pendeat à sola voluntate Pontificis, qui omnibus facultatem concedit. Eadem ratio est de vxore sine licentia mariti, & de Clerico sine licentia sui Episcopi, vel Parochi Romanum tempore iubilei adeunte.

3. An anno iubilei omnes indulgentiae extra urbem suspendantur? Solent Pontifices omnes indulgentias à se, & suis prædecessoribus, quibuscumque locis

Secunda.

Aperio  
porta Sancta.

cis extra urbem concessas, durante anno iubilei, suspendere: neque alias, quam iubilei siue publice, siue priuatim, sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, promulgari, aut in usum demandari, in literis Apost. Greg. XIII. Clement. VIII. Vrba. VIII.

Hoc posito, dubitatur, an haec suspensio intelligatur de omnibus etiam non plenarijs, tam communitatibus, quam particularibus personis concessis.

Quoad 1. communis sent. est, tantum plenarias suspendi: Nauar. in Comment. de iubi. in exposi. bull. Greg. XIII. nota. 33. n. 2. in explic. Facultates. Qui refert hac de re consuluisse datarium Gregorij XIII. cumque respondisse intentionem S.D.N. fuisse, per praedictam clausulam solas & omnes indulg. plenarias suspendere: colligitur ex extrauag. Sixti IV qui primus indulgentias extra Vrbem concessas tempore iubilei

suspendit: omnes inquit, & singulas plenarias autoritate Apostolicâ suspendimus: quæ verba in sua bulla de iubileo inseruit Gregorius XIII. Ratio: hoc sufficit ad finem, propter quem Pontifices indulgentias extra Vrbem concessas suspendunt: ne videlicet fideles impedianter Romam adire ad iubileum lucrandum. Item indulgentia simpliciter dicta, stat pro principali significaro, quæ est plenaria: & cum sit res odiosa, non debet ad non plenariam extendi.

Cæterum aliqui moti verbis bullæ Clementis VIII. & Vrbani VIII. in quibus sine villa restriktione dicitur, suspendi omnes & singulas indulg. etiam perpetuas, putant suspendi etiam non plenarias. Sed contraria: verba posteriorum Pontificum intelligentia sunt iuxta mentem priorum, nisi aliud exprimitur: nam eorum literæ aperte dicunt; se in hoc sequi exemplum suorum prædecessorum: at hi solum suspenderunt plenarias. Quoad 2. in bulla Sixti IV. non nisi ea plenariae suspenduntur, quæ concessæ fuerant monasterijs & communitatibus: Nauar. ibid. n. 3. in explic. Personis. Idque ex bulla patet. In bullis attèm Gregorij XIII. & subsequenti Pontif. suspenduntur, etiam quæ concessæ sunt priuatis personis; extrauag. Clemen. VII. Cum sancti iubi. & Vrba. VIII.

Cum nuper. An etiam suspendantur plenariae in articulo mortis concessæ? Affirmans pars haberetur in cit. bull. Sixti VI. quam etiam secuti videntur successores. Vrbanus VIII. pro singulari fauore personis Societatis Iesu concessit, vt qui eo anno iubilei ex hac vita decederent, plenariam indulg. in mortis articulo consequi possent, Layman lib. 5. tract. 7. cap. 8. de iubi. n. 3. Non tamen (contra nonnullos) suspenduntur indulgentiae etiam plenariae pro defunctis, ut idem. & constat, tum quia id in bullis Pontificum non exprimitur: tum quia id ad finem à Pontificibus intentum nil conductit: cùm per indulgentiarum suspensionem solum intendant, ne fideles impedianter Romam venire ad plenariam iubilei indulgentiam quærendam.

4. An qui ignorantem tempore iubilei extra Vrbem indulgentiam plenariam veitur, illam lucretur? Clemens VIII. & Vrbanus VIII. in bullis iubilei effectum indulgentiae, etiam ignorantem applicatae irritant, etiam si quis bonâ fide indulgentiam sibi applicet. Hinc falsa est opinio, bullas priuilegiorum derogatorias, si ab ipsis priuilegiatis acceptatae non sint, eorum priuilegijs minime derogare: quia cùm priuilegium quoad suum effectum & valorem pendeat à voluntate concedentis, non requiritur consensus priuilegiati, sed sufficit sola voluntas reuocatoria concedentis, ut suo esse & valore caret. Nec obstat, quod priuilegium semel acceptatum transit in dominium acceptantis, sicut quævis res liberaliter donata; quia Pontifices priuilegium concedunt, semper cum tacita saltem clausula, vñq; ad

beneplacitum sedis Apost. vt in cit. extrauag. Sixti IV. Sæpe enim bono communi expedit, propter novas occurrentes circumstantias, quarum iudicium non est penes subditos, sed superiorum, ad quem commune bonum promouere spectat, priuilegia semel concessa abrogare. Infero, qui ignorantem tempore iubilei plenariam sibi applicat, excommunicationem non incurrit, etiamsi ignorantia fuerit culpabilis, modò non fuerit crassa. Ratio primi: excommunicatio, cùm sit poena gravissima, non incurritur, nisi propter culpam lethalem. Ratio secundi ex cap. Ut animarum, de constit. in 6. vbi Pontifex decidit, ob solam ignorantiam crassam, & probabilem dabis est aliqua, quæ sufficiat ad mortale committendum, non autem ad excommunicationem in currēdam;

23.  
Corollarium.

5. An cum plenaria indulg. anno iubilei suspendantur etiam facultates vota commutandi, Confessores deputandi, qui à casibus sedi Apostolicæ reseruatis absoluunt, dispensandi & componendi super debitis incertis, ut malæ fide acquisitis: nam haec omnia cum plenarijs indulg. tempore iubilei extra Vrbem concessa, suspendit Sixti IV. bulla, Quemadmodum, his verbis: Omnes & singulas plenarias, etiam ad instar iubilei, ac etiam commutandi vota, aut super eis & malæ ablatis incertis, aut per usurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi, componendi, aut illa sub certis modo & formâ remittendi, & deputandi Confessores cum potestate absoluendi etiam in casibus sedi Apost. reseruatis, facultates, concessiones. & indulta à nobis, & eadem sede, vel illis usuritate, quibuscunque Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis, universitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quam ad certum tempus in vita, seu in mortis articulo, quovis modo, aut quævis causâ quomodo libet concessas & concessæ, & in posterum forsitan concedendas, vel concedenda, auctoritate Apost. tenore presentium de Apostolicæ potestatis plenitudine usque ad nostrum, & eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasq; durante beneplacito nostro & sedis Apost. suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari. Quarum facultatum cum Hec Ponti- plenarijs indulg. suspensionem Sixti IV. successores fex: litteris ratam habuerunt. Verum quidquid est, an vi bullæ de iubile Sixti IV. hæ omnes facultates quacunque ex causa ceteri.

25.

concessæ, durante iubileo, censeantur extra Vrbem suspensæ, quod mihi ex citatis verbis certum videatur: attamen à tempore Gregorij XIII. non nisi ille suspenduntur quæ causâ plenariae indulg. concessæ sunt: ita Nauar. in Comment. de iubi. nota. 33. n. 2 in exposi. parti. facultates: qui id accepit à R. D. Mathæo Contarello Pontificis Datario, qui S.D.N. mentem Explicatio hæbvet quibuscunque concessæ, & quibuslibet ex causis concessæ, &c. Nec te moueat viuieralis nota quacunque, & quibuslibet ex causis: nam haec regulanda sunt ex præcedentibus verbis, & earum causâ: quod cùm sit in hac bulla principaliter intentum, ab illo reliqua subsequentia regulanda sunt. Confir. nemo dicit, in hac bulla suspendi facultatem co-medendi oua, & laetitia tempore ieiunij, celebrandi in altari portatili, dicendi missam horâ ante auroram, & horâ post meridiem: ergo nec alia facultates & indulta, quæ independenter à plenaria indulg. concessa sunt. Infero durante anno iubilei, non suspendi priuilegia, quæ nonnullæ Religiones habent pœnitentes sacramentaliter absoluendi à quibuscunque peccatis, etiam sedi Apost. reseruatis, & à quibuscunque lentiens, cen-

20.  
Tantum  
plenaria  
indulg. su-  
spenduntur  
nulla que  
non sit ple-  
naria.

Ex commu-  
ni uia.

21.  
Quæ  
concessa  
per sona  
particulari?

Solum du-  
bitari potest.

22.  
Dubium 4.  
resoluere  
expressæ.

Manifeste  
conuincitur,  
siqui hoc  
afferant.

26.

Notanda  
resolutio.

censuris, & poenis eccles. ex illis resultantibus, exceptis, quæ in bulla cænæ continentur: vti nec priuilegiū cōmutandi vota, in eisque dispensandi: cùm hæc priuilegia non sint concessa plenariæ indulg. causa.

6. An finito anno iubilei, omnes indulg. plenariæ cum facultatibus, earum causâ concessis, absque noua Pontificis concessione redeant ad suum pristinum vigorem. Ratio dubij verba bullæ Sixti IV. *Vfque ad nostrum, & eiusdem sedis bene placitum*, quod quamdiu positivo actu non reuocatur, indulgentiæ manent suspensiæ virtute prioris actus. Nihilominus cum Laymann. cit. n. 2. dicendum, eas omnes elapsi anno, sine noua Pontificis reuocatione, aut declaratione, suam pristinam vim & efficaciam resumeare: ex bullâ Clemen. VIII. Cum sancti iub. & Vrba. VIII. Cum nuper, in quibus verba, eodem anno durante, apertere declarant, suspensionem hanc vltra annum sese non extendere. Ad rationem dub. vi illius bullæ necessaria fuit noua indulgentiarum concessio vel earum suspensionis reuocatio, non in posterioribus, Saperest alterum iubileum, quod Pontifices indicere solent pro occurrentibus Ecclesiæ necessitatibus, in quo multa sunt scitu digna; alia quæ pertinent ad iubilei promulgationem; alia, quæ ad eius validam & fructuosam susceptionem.

27. Dubium 6.

Ratio dub.

Aperta solu-  
tio.ad rationem  
dub.Hac de an-  
ni sacri  
Iubileo.28. De altero  
Iubileto  
sequentes  
sunt.  
Certum 1.Certum. 2.  
Ratio  
utriusque.

29. Dubium 1.

## S E C T I O III.

Quæ ad legitimam iubilei promulgationem re-  
quirantur.

**S**icut omnis lex, ita iubileum Ecclesi. vt suam cum obtineat, promulgatione legitimâ indiger, Principis auctoritate facta. Porro duplex est iubilei promulgatio; altera quæ Romæ sit in ipsa Vrbe, & pro incolis & habitatoribus ipsius; altera, quæ sit extra Vrbum ab Ordinarijs locorum. Certum 1. ante promulgationem, etiam si Pontificis literæ in curia confessæ & expeditæ sint, iubileum nondum suam vim obtinere: proinde neque illius fructum lucratruim, qui solâ priuatâ scientiâ ante villam publicationem illud susciperet. Ratio: cùm iubileum Christi fidelibus à Pontifice concedatur per modum vniuersalis legis extendentis se ad omnes; lex autem, vt vim suâ obtineat, requirat publicâ promulgatiâ iubileū, vt vim suâ habeat, publicè promulgari debet. Vnde videmus omnia iubilea, postquam in Romana curia sunt expedita, per Vrbem publicari. eiusque locis affigi, vbi cæteræ leges affigi solent, Ex quo sequitur, neque Confessarij electionem, neque votorum commutationem validam fore ante iubilei promulgationem. 2. Sufficienti promulgatione factâ, iubileum suam vim obtinet, proinde omnibus, quibus promulgatum est, seruatis, quæ in eo seruanda præscribuntur, fructuosè lucrari id possunt, quia iubileum, quoad suum valorem, pendet à voluntate Pontificis: hæc est, vt non nisi post legitimam promulgationem suum valorem obtineat, vt colligitur tum ex praxi, tum quia hic modus conuenientior est, & humano agendi modo accommodatior.

Dubitatur 1. An semel Romæ promulgatione factâ, possint qui extra Vrbem sunt, iubileum lucrari, antequam eis à proprio Ordinario promulgetur. Concedit *Filluc. tract. 8. cap. 10. de iub. q. 10. n. 267.* alijs suppresso nomine citatis, modò aliunde, inquit, de iubileo Romæ promulgato certa notitia habeatur, & à proprio Ordinario petatur designatione Ecclesiastum visitandarum. Ratio: Iubileum est quoddam priuilegium à Pontifice fidelibus concessum: hoc au-

tem suum robur accipit ab ipso die, quo à principe conceditur, suumque effectum in priuilegiato operatur, vbi primum in eius notitiam peruenit. Negat *Nauar. lib. 1. consil. consilio de constit. q. 3. n. 9. in 1. editi. te: hec.* Quæ sent. non modò tutior est, vt *Fillu.* fatetur, sed *Negans* etiam probabilior. Ducor: quia Pontifex præter *tutor &* promulgationem pro Romanis, Romæque comorantibus in Vrbe saec. tamen, requirit pro cæteris fidelibus extra Vrbem existentibus promulgationem à locorum Ordinarijs faciendam, processiones agendas, Ecclesiæ designandas, & hebdomadas, quibus iubilei opera exercenda sint, deputandas; *Cateris verd omnibus & singulis fidelibus extra Vrbum Confiat ex existentibus, in quibus suis ciuitatibus, terris & locis, qui ultimo Iu- proceſſioni ab Ordinarijs locorum, vel earum Vicarijs seu bilo anni officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, 16. 18. à per eos, qui ibi curam animarum exercent, primâ vel secun- D.N. dâ hebdomadâ, postquam ad eorum notitiam ha. nostra concessa his litera deuenerint, indicenda, & agenda interfuerint, vel verbis. Ecclesiæ seu Ecclesiæ per eosdem designandas saltem se- mel visitauerint. ibi, ut suprà, Deum orauerint, ac feriâ IV. VI. & sabbatho alterius ex duabus hebdomadiis ab eisdem deputandis ieunauerint. Præterea, expendo tñ vñ, quæ est particula discretiua, quæ hanc vim ha- bet, vt cæteri extra Vrbum existentes, non vt Romani iubileum lucentur à Pontifice immediate promulgatum, sed à suis proprijs Ordinarijs. Con- fir. aduersarij concedunt, Ecclesiæ esse à proprio Ordinario designationes, nec eas posse ab ipso iubileum lucraturo eligi: At eadem ratio est de hebdomada, cùm vtrumque Pontifex committat Ordinatio loci. Quid si Ordinarius loci neglexerit iubileum promulgari? R. eo casu posse diæcelanos iubileum lucrari, vbi primum ad eorum notitiam per- uenerit; ita Paulus V. in iubileo ab ipso concessio anno 1605. primo sui Pontifi. Confessario ab ipsis eleæto facultate concessa, vt eis Ecclesiæ visitandas designet. Ad rationem dub. dispar est ratio de priuilegio, quod priuatæ personæ confertur, & quod per modum publicæ legis conceditur omnibus: cùm hoc regulandum sit iuxta regulas legis, quæ suam vim obtinet ab Ordinarijs locorum promulgata, nisi aliud in legislatoris diplomate exprimatur. Ade, quod in priuilegio priuato non apponitur illa restrictio, quæ apponitur in iubileo, vt tam Ecclesiæ, quæm hebdomadæ sint ab Ordinarijs locorum designationes.*

2. *Quis nomine Ordinarij intelligatur, qui debeat præptiâ auctoritate iubileum populo promulgar? Qui censem, nomine Ordinarij non nisi Episcopum intelligi, consequenter negabunt, posse ab alio quam ab Episcopo, vel de eius mandato iubileum promulgari, nisi casu quo, deficienti Episcopo, vel eius Vicario, ab eo qui curam animarum ibi exerceret. Opposita tamen sent. verior est ac probabilior, quam cum plurimis docet Sanchez. lib. 3. de Nomine Matris. disp. 29. n. 5. nempe nomine Ordinarij, non Ordinarij tantum intelligi Episcopum eiusque Vicarium, sed venit Prælatum, quemcumque Prælatum, habentem quasi episco- palem iurisdictionem. Quod in quadam decisione declaravit sacra Cardin. congregatio, super Trident. Episc. sess. 24. cap. 18. de reform. his verbis: Ex hoc verbo Or- dinarij, intelligitur, hoc decretum locum habere etiam in aliquibus inferioribus prælatis: siquidem inferior Episco- po, sed est immediate sedis Apostolica subiectus, nullius dioce- sis proprium territorium habens, si habet ius congregandi synodum, & legitimè constet, illam congregasse, &c. poterit, quæ per hoc decretum Episcopo principiuntur, præstare: colligitur ex bullâ cit. Innocentij X. ad pro- uincias missâ, vbi additur, Quibusunque locorum Or- dinarij: quæ verba non limitantur ad solos Episco- pos.*

*Confir.**ad rationem  
dub.**Dubium 2.**Nomine  
Ordinarij  
venit Præla-  
tus habens  
iurisdictionem  
nam quasi  
Episcopi.*

**Ratio.** pos, sed extenduntur ad seculares participantes episcopalē quasi iurisd. in subditos. Ratio: tales Prælati quoad potestatē iurisd. sunt pares Episcopis, solū differunt ordine & dignitate episc. ad hunc actū nō necessariā, cū electus & confirmatus Episc. nondū consecutus ipsum possit exercere: Confir. sunt Vicarij Pōtificis, ipsi soli immediate subiecti: ergo si nomine Ordinarij venit Episcopi Vicarius, à fortiori & Pōtificis Vicarius.

**31.** Infuso 1. nomine Ordinarij in bullis iubilei nō intelligi Prælatos regulares, nisi aliud habeant <sup>Regulares</sup> excludantur. episcopalē quasi potestatē in subditos seculares.

**Ratio:** vel bulla hanc facultatem demandat Ordinarijs locorū, vel Ordinarijs simpliciter, semper tamē literæ diriguntur ad Prælatos & Reatores Ecclesiarum, vt sunt Patriarchæ, Archiep. Episc. locorum Ordinarij, episcopalem quasi iurisd. habentes in seculares, inter quos nō comprehenduntur regularium Prælati. Hī autē quando aliunde gaudet episcopali iurisd. in subditos seculares, veniunt nomine Ordinarij loci: qui et si nequeūt suis religiosis iubileū indicere, possunt tamē illud subditis secularibus, in quos plenam Ordinarij potestatē exercent.

**32.** 2. Non potest subditus vnius Episcopi consequi iubileum ab alio Episcopo sibi promulgatum, cū à proprio Episc. tēpus & designatio ecclesiarum promulgāda sit; Imò cū Archiepiscopus nō habeat ordinariā iurisd. in subditos suorū suffraganeorū, nisi in certis casibus, dicendum est, iubilei promulgationē in eorum diœcesis in dependēter à proprio loci Episcopo factam, nō valere. Ex probabiliore tamē sent. 10. 5. disp. 5. sect. vlt. cū possint peregrini frui priuilegijs locorū, per quæ transeunt, & iubileū sit priuilegium omnib. à Pontif. concessum, poterū iter facientes eo frui in loco, per quæ trāscunt, si ibi ab Ordinario loci promulgatum sit. Nā qui peregrinatur, ex aliqua rationabili causa censetur à propria diœcesi discedere; ac tāquam legitimē impeditus, non posse in ea iubileū accipere; sicut & cōceditur iter agentibus, vt possint etiam post clausum tempus, ad patrīam reuertentes iubileum consequi.

**33.** <sup>Promulgatio</sup> est actus in iurisdictione: vt iubileum legitimē promulgetur, sat est, vt à proprio Ordinario loci indicatur: ergo etiam si quis ex vna diœcesi eat in aliam, sola voluntate iubileum lucrandi, illud lucratitur. Resp. etiā requiri, vt proprijs subditis illud promulgetur, cūm sit actus iurisdictionis, qui nequit in non subditos validē exerceri. Neq; dicas, illud promulgari auctoritate Pontificis, cui omnes fidèles subiectiuntur: Pontifex n. hunc actum cōmittit immediatē exercendum à proprio Pastore, vt cit. bulla Innoc. X. Publicent, & publicarifaciant, ac Cleris & populis sibi subiectis &c. verba supra ex extraug. Vnigenitus, de paenit. & remiss. fine, vbi Clemens VI. quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatib. & diœcesib. nostras literas subditis vobis Clero & populo publicetis & intelligibiliter exponatis, ut ad promerendam indulg. se disponat. Alia ratio est matrimonij, vt 10. 9. cuius celebratio præsēte parocho est addicta loco, vbi receptū est Tridentini decretū: proinde ex qua cunq; causa inde recedas, nō teneberis illud servare: cōsecutio iubilei pēdet à promulg. Ordinarij factā, quā sine legitima causa omirterenequis.

**34.** <sup>Extra diœcēsē</sup> possit aliquem iubileum inchoare in sua diœcesi, à proprio Episcopo inditum, & in aliena illud absoluere: vt si visitatis Ecclesijs ab Ordinario deputatis, & tempore ab eodem designato, reliqua alibi præstet; sc. ieunia, eleemosy-

na, confessio & sacrā cōmunio; in diplomate non limitatur ad certū locum, certumq; confessariū. Item autem faciens catenus priuilegijs loci, per quem transit: cumq; externus Episcopus nō sit superior loci, per quē transit, si præsumeret inibi promulgare iubileum, nec peregrinus poterit vti priuilegio iubilei ab illo in tali loco inualidē promulgati, vti nec frui alijs priuilegiis à tali Episc.

**Dub. 3.** An in iubileo extra urbē promulgando, alterutrū sufficiat, vel processionem indicere <sup>Dubium 3.</sup>

& celebrare, vel Ecclesijs designare, vel certè verumq; simul ad legitimam promulgationē requiratur. Ratio dubij verba Innocentij X. sent:

*Qui processioni ab Ordinarijs locorum &c. indicēda.*

*& agenda interfuerint, vel Ecclesijs seu Ecclesijs per eosdem designandas: nec constat, an ex parte*

*promulgantis intelligenda sint copulatiū, an*

*dīsūntiū, cūm particula dīsūntiua vel tā re*

*ferrī possit ad promulgantes, quād ad visitan*

*tes, & processioni præsentes. Sed omne dubium*

*solvit verba sequentia: Tā enore præsentium in*

*virtute sancte obediētie dīsūntiū precipimus &c. Ut*

*cūm præsentium literarū transumpta, aut exempla*

*ria etiam impressa acceperint &c. persuas Ecclesijs*

*publicent, & publicari faciant Cleris & populis sibi*

*subiectis solemnē processiones, & supplicationes in*

*dicant & celebrent, Ecclesijsq; seu Ecclesijs visitā*

*das designant: quibus ex parte promulgantis v*

*erūnque sonnetur, & processiones supplicatione*

*nēq; indicere ac celebrare, & Ecclesijsq; seu Ecclesijs*

*designare. Quare Pontificis menti nō satisfacit,*

*qui processione omisā, Ecclesijs tantūm visitā*

*das designant. Quamuis satisfaciant subditi Ec*

*clesijs tantūm assignatas visitando: quia subditi*

*nō tenētur, ex eadē bullā, & processioni interest,*

*& Ecclesijs simul visitare, sed alterutrū sufficit.*

**Ex quo infero, nullā Ecclesiā ab Ordinario de-**

**gnata, non posse eos iubileū lugrari, qui proces-**

**Ecclesiā de-**

**signatio re-**

**quisita, &**

**eleemosynā,**

**neglexit: quamuis tali casu, possint subditi sibi**

**Confessariū eligere, & Ecclesiā per eum desi**

**gnatā, visitā, iubileum lugrari, vt declarauit**

**Paulus V.** Cæterū puto, per ipsam processionē

**exercitē Ecclesijs designari, dum ex vna in aliam**

**Ecclesiā processio pergit: vnde peccat Ordina**

**rius sine causa processionem omittens: quā tamē**

**omisā, adhuc ipse poterit, Ecclesijs à se deputa**

**tas visitando, iubileum consequi. Imò poterit ex**

**mandato Ordinarij ab vno processio celebrari,**

**ab alio Ecclesijs designari. Quid si processio cō-**

**modē, aut sine periculo hostis, vel cōtagionis ce**

**lebrari non posset. Resp. tali casu locum habere**

**epychiam; proinde moraliter cēseri à legislatore**

**à cōmuni lege illum exclusū: sicut nōnulli dicūt**

**de paupere, qui per epychiam censetur à cōmuni**

**lege exemptus quoad eleemosynam faciendam.**

**4. An possit Ordinarius per alios, & per quos**

**iubileum promulgare? Posse per alios, qui de mā.**

**Dubium 4.** datao ipsius illud populo promulgat, habetur in

**cit. dipl. Innoc. X. si loquamur de promulgatio-**

**ne authoritate Ordinarij populo faciendā, pote-**

**sit per quoscunq; etiā laicos: quia ea solū se ha-**

**bet vt deferens, & declarans populo Ordinarij**

**voluntatem, non secus ac literæ, & nuntius, vel**

**præco superioris editū publicē populo prænun-**

**tians. Si vero loquamur de promulgatione pro-**

**priā authoritate ab Ordinario loci sibi delegatā**

**faciendā, dubium est, an possit per alios, quā per**

**eos, qui ibi curam animarum exercent. Cūm hāc**

**potestas sit à Fontifice Ordinarij delegata: &**

que omnis possit alijs subdelegari, videtur eam posse alijs delegare, sicut ijs, qui sunt spiritualis iuri id. capaces. At videtur non posse, nisi ijs tantum, qui in eo loco animarum curam exercent, ut sonant verba, *vel de mandato eorum* (sc. Ordinariorum) & *ipso deficienteib. per eos, qui ibi animarum curam exercent*: consequenter dico, non posse ab Ordinariis hanc facultatem indicendi celebrandiq; processiones, & Ecclesias visitandas designandi, tēpusq; ad iubileum lucrandū deputandi, Religiosis, alijlue clericis secularibus, qui ibi curā animarū non exerceant, delegari: nec posse illā demandari Episcopo alterius diocesis, qui ibi curā animarū non exerceat. Quid si ibi essent tantum Religiosi, deficienteibus animarū curam habentibus, vt tempore beli, aut pestis? Resp. tali cunctu Religiosos succedere pastoribus curā animarū habentibus, cū verē ipso eo casu curam animarū exerceant, ex tacita pastortū voluntate. Vnde non sine causa in bulla dicitur, *qui curā animarum exerceant*, ad denotandum, ad hoc sufficere exercitiū ipsum animarum. Hæc intellige, attētis verbis diplomatis: alioqui si ex ijs id manifestè non colligatur, Ordinarij possunt facultatem promulgandi iubileū alijs, qui spiritualis iuri id. capaces sunt, demādere: quia quando Pontifex contrariū nō exprimit, censetur illā concedere iuxta dispositionem iuris cōmuni, quæ est, vt potestas à principe delegata, alijs subdelegari possit, quando in cōcessione propria personæ industria non perit. Infero, non posse iubileū à Prælato Religionis suis Religiosis promulgari: (*contra Em. Sa. verb. Indulg. n. 12*) quando in bulla promulgatio demandatur Ordinarij simpliciter: securus quādo Ordinarij locorum, vt plerumq; Ratio: sub nomine Ordinarij simpliciter intelliguntur etiam Prælati Religionum respectu suorum Religiosorum. At sub nomine Ordinarij locorum, solum Episcopi, aut eorum Vicarij intelliguntur.

40. *Dubium 5.* An confessarius ab Ordinario iuxta bullam sibi ad iubileū electus, facultatē habeat cōmutādi in alia opera processionem, & Ecclesiarū designationem, quam in bullæ tenet Ordinarius exequi. Resp. negatiū: 1. quia hoc priuilegium non est à Pontifice concessum Confessariis, nisi in ordine ad commutanda opera personalia, quæ ex rationabili causa præstari non possunt. 2. Cū hæc visitatio, Eccles. vel processionis interuentus à Pont. expressè requiritur, vt opus à fideli bus præstandum, non habet confessarius potestatem illud opus commutandi.

41. *Dubium 6.* An 6 Ordinarius post processionem celebratam, & Ecclesias à fideli bus visitandas designatas, tempus, in quo iubileum lucrandum sit, proroget ultra duas hebdomadas immediatē sequentes, possint diocesani illud lucrari in hebdomadis immediatē sequentibus, an potius teneantur tempore ab Ordinario præscripto. Ratio dubij *bulla cit. Innoc. X.* quæ mandat Ordinarij locorum, vt primā vel 2. hebdomadā, postquam ad eorum notitiam literæ Apostol. peruerterint, iubileum indicant: vñaque præscribit, vt iij iubileū consequantur, qui alterā ex duas hebdom. designatis, opera in iubileū præscripta præstiterint. Censeo, alterutro tempore posse subditos iubileum lucrari, cū videatur ex bulla utrumque tempus à Pontifice approbari: sicut qui ex consilio confessarii habet aliquod opus in iubileū præscriptum in aliud æquivalens commutatum, potest alterutrum præstando, iubileum lucrari.

*Salvo atio-  
rum DD.  
iudicio sol-  
vitur.*

## S E C T I O . IV.

Que generaliter ad iubileum validē lucrandū ex parte insipientis requirantur.

Certum est 1. ad esse etum iubilei, necessariū esse, omnia opera in bulla præcripta, iuxta Certa plementem Pont. adimplete: cū iubilei concessio sit quædam liberalis largitio ex thesauro Ecclesiæ Christianis à Pontifice facta. Ideo si vel vñ opus in eo præscriptum, sive ex ignorantia, sive ex impotencia, omissum fuerit, iubileum suo effetu frustratur. Excipiunt Navar. Miscell. 94. de orati. n. 2. Fac. de Graffis lib. 4. moralium decis. cap. 15. n. 40. Henrig. lib. 7. cap. 10. n. 6. in Schol. littera N. pauperem ab elemosyna clargienda, ex præsumpta Pontificis voluntate. Verū cur ab hoc opere sine cōfessarij consilio dicatur pauper exemptus cū, opus commutari possit à confessario, & ad hoc ei sit data potestas à Pontifici. alioqui etiā æger, vel in carcere existens ab Ecclesiæ visitatione absq; Confessarij cōfilio eximeretur.

2. Netio obligatur ad iubileum quærendum; et si possit Pontifex fideles sub præcepto obligare ad illud, sicut ad alium virtutis actum, quem iudicaret expedite, vel bono communī, vel priuaro ipsius personæ. Si aliqua prouincia illud nō acciperet, & noller per confessiouem & communionem sed disponere ad implorandum Dei auxiliū vrgentibus Ecclesiæ necessitatibus, à mortali excusari nō possent huius mali exempli auctores, qui priuarent Pontificē principali finē intentō.

3. Iubileum suum effectum non operatur, nisi post omnia opera à pœnitente adimplete. Hinc semper suum effectum confert post ultimum opus completum. Quia omnia opera in iubileō præcripta sunt per modum vnius perfectæ dispositionis ad iubileū requisitæ.

4. Iubileum suum effectum non confert, si ultimum opus fiat in peccato, etiamsi reliqua facta fuerint in gratia quia omnia opera ad iubilei effectum consequendum requiruntur per modū vnius perfectæ dispositionis; nec iubileum vim habet suum effectum conferendi, nisi subiectum sit capax: non est autem capax scienter in peccato existens, & ultimum opus faciens: nam in tali subiecto deest sufficiens causa, propter quam Pontifex mouetur ad dandam indulg. quæ est fidelium per iustifi. gratiam spiritualis renouatio.

Dubit. 1. An valeat iubileum secundū probabilem opinionem quæsitum? vt qui probabiliter putat, ad iubileum lucrandum non esse sibi confessionem necessariā, quia tantū venialia habet. Negat cum alijs citatis Bonacina, de indulg. disp. 6. q. 1. ph. 5. nu. 27. Georg. Gobat de inbil. pa. 1. q. 33. cum Barth. à S. Fausto Diana par. 5. tratt. 12. de indulg. resol. 32. Quia talis non seruat opus præscriptum. Fund. imp. neque dicas, hunc defectum suppleri per cōmutem errorem: quia nullum grave detrimentum ex hoc sequitur, ad quod euitādum debet Pontifex iuxta legē Barbarius ff. de officio præto. talem defectum supplere. Confr. 1. Effectus indulgentiæ pendet à voluntate Pontificis: ergo si hic ad illud impariendum requirit confessionē venialium, nil iuuabit opinio pœnitentis, illam nō requiri: sicut, quia effectus Sacramēti pœnitentiæ pendet à voluntate & institutione Christi, pœnitentem nil iuuabit probabiliter putantem. naturalē dolorē sufficere, si supernaturalis necessariū est. 2. Non propterā quis validum matrim. contrahit, quod probabiliter putet, se nullū habere.

*Pro dubij re-  
solutio. de-  
finitio.*  
bere impedimentum dirimēs, si te vera illud ha-  
bear. Distinguenda duplex probabilitas opinio-  
nis: altera de ipsa intentione Pontificis requiren-  
tis tale opus ad iubilei effectum: altera de opere  
ipso, an natura sua exigat, vel non exigat talem  
conditionem, velut an confessio requirat dolo-  
rem supernaturalem quoad substantiam, & ex-  
terior oratio internam attentionem.

*47. Concl. pri-  
ma.*  
*Fundam.*  
Dico 1. qui iubileum accipit, probabilem se-  
quens opinionem de opere, quod ad illud lucrā-  
dum præstat, effectum iubilei cōsequitur, si aliū  
de sit capax. Fundam. tales opiniones ab Ecclesia  
permittuntur, hoc ipso quod eas sciens & volens  
non reprobant: igitur qui eas sequitur, nō opera-  
tur contra Ecclesias voluntatem; consequenter non  
facit contra mentem Pontificis, qui opera ad iu-  
bileum quarendū præstanda requirit iuxta pro-  
babiles sent. Confir. Qui sacrum sibi à Pontifice  
præceptum audit exterioritatem attentione ad-  
hibet, satisfacit præcepto, secutus probabilem  
opinionem, interior attentionem non requiren-  
tium: ergo qui opera in iubileo præscripta exe-  
quitur secundū probabilem opinionē, satisfacit  
Pontificis voluntati. Ex quo sequitur, iubilei effe-  
ctum consecutur, qui ad confessionem sacram.  
accedit cum dolore supernat. tanquam quoad mo-  
dum, etiam si talis dolor re ipsa sufficiens nō esset  
ad formatum Sacramentum: vel qui Confessariū  
eligit ab aliquo Ordinario approbatum, licet  
non ab eo, in cuius diœcesi iubileum querit.

*48. Concl. secunda.*  
*Fundam.*  
Dico 2. Qui iubileum querit sequens proba-  
bilem opinionem de intentione Pontificis, esse-  
dūm iubilei non consequitur, si Pontifex re ipsā  
talē intentionem nō habeat. Quia effectus & va-  
lor iubilei nō pendet à probabili opin. quarentiis,  
sed à voluntate Pont. quæ si re ipsā absit, iubileū  
est nullum: paritas est; sicut effectus & valor Sa-  
cramenti nō pendet à probabili opinione mini-  
stri, sed à voluntate & institutione Christi: ita ef-  
fectus & valor iubilei non à probabili opinione  
fidelis, sed à voluntate & intentione Pontificis.  
Vnde si quis probabilem opinionem secutus, in  
utraq; hebdomada iubileū querat, vt in utraq;  
fruatur gratijs & indultis in eo concessis, si re  
ipsā id Pontifex non intendit, bis gratias nō lu-  
crabitur. Ex quo in ordine ad praxin hoc docu-  
mentum seruandum erit, vt quando de mente  
Pontificis iubileum concedentis variaz sunt sen-  
tentiaz, curior pars sit amplectenda.

*49. Concl. ter-*  
*Duci ut du-  
pli ratio-  
ne, prima.*  
*Secunda.*  
Dico 3. His non obstantibus, semper præsu-  
mendus est, Pontifex in iubileo concedendo in-  
tentionem habere, vt quotquot illud accipiunt,  
probabilem de ipsis mente opinionē securi, ita  
iubilei effectum consequantur. Nam 1. hoc ipso,  
quod vtitur in suo diplomate terminis, qui æquè  
possunt propriā significatione pro utrāque sent.  
acci, censemur talem intentionem habere, alio-  
qui illos restrinxisset ad unam tamē problemati-  
cis partem significandā: ex regula 57. iuris in 6.  
Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est in-  
terpretatio facienda: ac proinde permittere, vt sub-  
diti alterutram partem sequi valeant. 2. Cū ve-  
ro simile non sit, in tanta hominum multitudine,  
omnes in iubileo querendo tutiorem sent. am-  
plexuros, velle tot hominū myriades iubilei fru-  
ctu priuare, non est de paterno summi Pastoris in  
suas oves affectu præsumendum.

*50. Coroll.*  
Infero, etiam si aliquis Pontifex in aliquo par-  
ticulari hanc intentionē non habuerit, imò etiā si  
declarauerit, se illā non habere, nō propterea se-  
quitur, successores in eodem casu particulari illā

non habituros, si corum verba propriā significa-  
tione illam non habituros, si corum verba pro-  
priā significatione ad talem casum se extendat:  
quia cum hæc intentio pēdeat ex individua per-  
sona concedentis, etiam si unus illum nō habeat,  
non sequitur quod alius non sit eam habiturus,  
quando termini in bulla positi pro utrāque sent.  
in propria significatione accipi possunt.

Ad fundam. Bonacina: falsum est, quando ver-  
ba bullæ pro utrāque sent. in proprio sensu acci-  
pi possunt, eum, qui curior sent. reliquā, probabi-  
lē sequitur, opus præscriptum non seruare. Ad *tum Bona-*  
*id* vērō, quod addit, hunc publicum errorem nō *cina*.  
*Suppleri tacitā* Pontificis voluntate, eo quod nullum  
grave detrimentum inde sequatur; in primis  
supponit author, eum, qui prob. bitem opin. se-  
cutus, iubileū accipit, errare, quod falsum est:  
etenim dū ostensum est, Pontificem, ne nō unum  
aut alterum, sed millenos iubilei emolumento  
priuare, intentionem habere, vt illud accipient,  
quotquot probabilem opinionem sequuntur, hoc  
ipso ostensum manet, e: s non errare: quippe qui  
operantur iuxta Pontificis mentem intendentis,  
iubilei effectum secundum utramq; probabilem  
opinionem à fidelibus consequendum. Falsum *Non est pri-*  
*quoq; est, hic noo agi, nisi de priuato detrimēto, usum de-*  
*cū agatur de tot millenis personis, quas iubilei* *trimenti.*  
*fructu priuare, non est priuatu ac leuc, sed publi-*  
*cum, & grauissimum detrimentum.* Ad 2. confir. *Ad 2. confir.*  
impedim. matrim. vel est à natura ipsa, vel à lege *ratio discri-*  
determinatū ad vnu: nec permititur, vt ex pro-  
babili contrahentium opinione id validē initi  
possit. At iubilei valor non est ex intentione Pō-  
tificis ad vnum tantum modum astricetus, sed ad  
plures, modo hi ex sententia DD. probabiles sint,  
& ad quos diplomatis verba propriā significa-  
tione se extendant.

Dubit. 2. An qui iubileum accipit cum putatā  
tantū conscientiā status gratiæ, illius fructū cō-  
sequatur: vt si quis omnia in iubileo præscripta  
diligenter peragit, hæret tamen in eo peccatum  
lethale invincibiliter oblitum. Certum est, hunc *An probabi-*  
per iubileum nō consequi remissionē pœnæ eius *luer purans*  
peccati, quod nondum est cōdonatum, nisi prius *se effe ingra-*  
illius veniam, saltem per contritionē à Deo obti-*tia, iubilei m-*  
neat: quia iubileum nō remittit pœnā æternam  
debitam peccato nondum cōdonato, licet invin-  
cibiliter oblio, sed solū pœnam temporalem ex  
condonatis peccatis reliquat. Ergo sola contro-  
versia est de pœna ex condonatis culpis reliqua,  
an tali casu cam iubileum relaxet.

Communiter negant recentiores: licet non-  
nulli cēsent, illud recedēte fictione reuiuiscere, *Prima sent.*  
suūq; effectū cōferre, etiā elapsō tempore iubilei, *communis et*  
quod *preced. disp.* impugnauit. Prob. 1. In pecca-*n. gas.*  
to existens nō est effectus iubilei capax: est enim *Prob. 2.*  
iubilei effectus, liberalis relaxatio pœnæ ex con-  
donatis culpis reliqua, quæ non nisi Dei amicis  
cōceditur, iuxta illud Clem. VI. extra ag. *Venigenitus, de pœnit. & remiss. qui hoc thesauro vñ sunt,*  
*Dei amicis & participes sunt effecti: nō quod iubi-*  
*leū amicos Dei efficiat, sed quia eos Dei amicos*  
*supponit.* 2. Pontifex non habet intentionem  
concedendi iubileum in peccato existenti: vt  
deducitur ex ijs, quæ ad iubileum consequen-  
dum præmittit; & præter iciunia, orationem,  
& eleemosynam, quæ ad pœnitentiam dispon-  
nunt, sunt confessio & sacra communio, quæ homi-  
nem in statum gratiæ restituunt. 3. Si posset iu-  
bileum in peccatore relaxare pœnam ex con-  
donatis peccatis reliquat, posset etiā relaxare pœ-  
nam

nam ipso peccato nondum condonato debitam. Neq; dicas, iubileum non habere vim relaxandi poenam eternam, mortali non condonato debitam: tum quia saltem posset relaxare penam temporalem debitam veniali, quod in sua conscientia peccator habet. Tum quia posset relaxare illam poenam temporalem, in quam commutanda erit pena eterna eiusdem peccati, quando condonatum fuerit; Tandem, cu non debet in iubileto virtus remittendi quamcunque penam, si aliunde subiectum est capax, poterit illam remittere, no obstante, quod sit interim relata eterna in peccatore, cum obligatione tale peccatum contendi, ubi primum menti occurserit.

**54.** His non obstantibus sent. probabilius, affirmativa prob. ex opposito fundam. nempe & in Secunda sent. sed & nos principis cōf. non oī pia, tali subiecto esse capacitatem recipiendi effectū iubilei, & in Pontifice voluntatem illam conferendi. Capacitatem subiecti sic ostendo: Quod est capax effectus perfectioris, est capax imperfectioris eiusdem ordinis: at tale subiectum est capax gratiae sanctorum, secum afferentis remissionem penas eternas, qui est esse virtus perfectior eiusdem ordinis: ergo à fortiori erit capax remissionis penas temporalis ex condonatis culpis reliquias, qui est effectus imperfectior eiusdem ordinis: ergo capax erit effectus iubilei, qui est temporalis penas remissio. Minorem admittunt omnes, qui docent probabilitus, Sacraenta viuorum interdum conferre primam gratiam; *so. 7. disp. 4. sect. 5.* At si casus est, in quo Sacraenta viuorum primam gratiam conferunt, est hic assignatus, in quo subiectum secundum suam probabilem conscientiam est moraliter dispositus ad eam recipiendam. Nam hic supponitur moralem adhibuisse diligentiam, hic & nunc à maiori adhibenda excusari, ut potè qui non tenetur ad eā diligētiā, per quam re ipsa contritio ponatur, sed per quam ponatur ex probabili conscientiā & notitiā operantis: ergo talis accedit in conscientia dispositus ad primam gratiam recipiendā, & Sacramentum ex se est potens illam cōferre, ut potè quod gratiam cōfert per modum causæ naturalis, ubi moralem obicem nō reperit, cuiusmodi esset subiectum in tali casu: ergo à fortiori erit capax iubilei, si aliunde nō obstat: quia in iubileto non decet virtus suum effectum causandi.

**55.** Probata ea *probabilitas subiecti probandi superfectio sufficiens voluntas Pon-* *sis est pri-* *mae gratiae conser-* *re, si subiectum capax est per remissionem obici-* *bus.*

Prob. sufficiens voluntas ex parte Pontificis, eo casu intendētis virtutem iubilei tali subiecto applicare: Mens eius est, iubileū ipsi omnibus applicare, qui morali diligentia per opera à se prescripta, ad illud consequēdum se disponunt: at hi sunt tales, *ut supra*: ergo. Conſir. non maiorem diligentiam in fidelibus requirit Pontifex ad iubileum applicandum, quām requirit Christus ad effectum Sacramenti conferendū: at Christus ad id morali diligentia contentus est, quā hic & nūc peccator, suā probabili conscientiā est extra statum peccati. Vnde verba extrauag. *Vnigenitus de paenit. & remiss. Verè paenitentibus & confessis, quæ solent Pontifices in bullis iubilei inserere, intelligenda sunt secundūm probabilem conscientiam paenitentis.*

**56.** Ex his constat discriumen inter nostram hanc sent. & eorum, qui dicunt, iubileum suum effectū conferre recedente subiecti fictione, quā præter *Henrīg. preced. disp. cit. cum Iac. Granado & c. dōcet Diana par. 5. stratt. 12. de indulg. & iubi. resol. 18.* 4. quod nostra sent. effectū iubilei in tali subiecto admittit, antequā re ipsā iustificetur per gratiam sanctificantem, ut quæ putat, subiectū esse

effectus iubilei capax ante ipsam iustificationem, sicut ante iustificationē erat capax sanctorum, gratiae conferendæ per aliquod Sacramentum. Sententia verò altera docet, effectū iubilei tali subiecto conferri, cū primū per cōditionem, vel aliam confessionem fuerit iustificatū, etiam si tempus iubilei sit elapsum. Item quod in ea sent. Ex eo aliud iubileum non solum abolet penas præcedentium hoc disserit peccatorum condonatorum, sed etiam ipsiusmet, oritur, quod per fictionis recessū deletur: in nostra vero sent. iubileum relaxat tantū penas ex condonatis antea peccatis relictas, non illius, quod manet in subiecto inuincibiliter ignoratū. Ratio: in alia sent. iubileum, quando suum effectū confert, supponit per rocessum fictionis peccatarum inuincibiliter ignoratum iam deletum, eiusq; duntaxat temporalem penam, in quam fuit eterna cōmutata, manere in subiecto: in nostra autem, cū iubileum effectū subiecto conferat ante deleterum peccatarum, per fictionis recessum, nequit eius penam, ut potè eternam, non in temporalem per iustificantem gratiam commutatam, remittere, sed aliorum peccatorum iam condonatorum.

**57.** Infero 1. Iubileum lucraturos non tantū eos, qui confessionē validam, sed informem fecerūt, Remittit defectu doloris se non extendētis ad peccatum in- pēccatum ex culpabiliter ignoratum, iuxta eos, qui tales eō. confessionem admittunt, sed etiam illos, qui cum dolore supernaturali tantum quoad modū ad illam ignoranter accedunt, posito, quod supernaturalis quoad substantiam ad validitatem cōfessionis sit necessarius. In quo casu confessio non solum esset informis, sed etiam inualida; proinde iubileum non remitteret penas debitas peccatis cum tali dolore inualidē confessis, sed tantū penas temporales ex alijs peccatis antea condonatis relictas.

**Corollar. 1.** 2. Non solum iubileum lucratū, qui tali premissā confessione Eucharistiā sumeret, sed etiam etiā non sumptā, si alijs supponeretur illud ad iubileum lucratū sumptis: quia ille iuxta probabilem sent. per Eucharistiam accipit primā gratiam: ita *So. 4. de paenit. disp. 52. sect. 3. n. 6.* hic verò ante Eucharistiā sumptionē supponitur capax iubilei effectus, sicut gratiae iustificantis.

**Coroll. 2.** 3. Tali eventu iubileum, defectu ad æquatæ dis- positionis subiecti, non conferre totum suū effec- tum, qui est plenaria remissio omnis penas, quā in subiecto reperit: cū nō remittat penam eternam peccato mortali debitam, sed solum temporalem ex cōdonatis peccatis relictam; cū iubileum non habeat vim cōferendi gratiam, ut habent Sacraenta; nec pena eterna remitti possit, nisi remisso peccato (perseverante n. culpa, perseverat reatus culpa) neque peccatum remitti possit, nisi per infusionem gratiae.

**Ad argum. 1.** Primum intelligitur de peccato, qui morali diligentiam nō adhibuit, ut saltem secundūm probabilem conscientiam existimat se esse in amicitia Dei: & iuxta hūc sensum interpretanda est cōmunis sententia, & verba ex bulla Clementis VI. adducta. Ad 2. iubileum remittit penam temporalem veniali debitam, in conscientia peccatoris existenti; quia non est ordinatum, nūl ad remittendas penas ex culpis cōdonatis relictas, siue illæ fuerint veniales, siue mortales. Vnde non solum non remittit penam venialis, cuius effectum habet peccator, sed ne sit penam que eorum, ad quæ paenitentis dolor non se extendet. Nec remittit penam temporalem, in quod peccator est affectus, erga quam commutādum erit peccatum ignoratum; quia non remittit nisi penas temporales, quas actu

*Mec de pra-*  
*sentipana;*  
*peccatis con-*  
*donandi aut*  
*cōmittendi.*

actu reperit in subiecto; non quæ futuræ sunt: alioqui remittere posset etiam pœnas temporales, quæ in subiecto relinquendæ erunt ex peccatis futuris patrandis post eorum cōdonationem. Nam etsi possit Pontifex iubileum concedere in peccato existenti, ut cū primū iustificatus fuerit ei proposit, sicut de facto solet iubileum concedere in peccato existentibus, vt si intra hebdomadam se in gratia reponant, iubileum consequatur: ita concedere posset, vt si intra annum fuerit gratiam consecutus, iubileum lucretur. Haud tamen concedere potest, vt de præsenti eas pœnas temporales iubileum remittat, quæ relinquendæ erunt ex futuris peccatis condonandis: vt in eis potest Sacerdos de præsenti pœnitentem absoluere à peccatis de futuro committendis; cū hic non sit modus operandi humanus, iuxta quæ Christus voluit sua sacramenta, & indulgentias suos effectus in fidelibus operari. In iubileo non deesse virtutem remittendi quamcunque pœnā, concedendū est de pœna temporali, non de æternâ. Quia hæc non remittitur, nisi per gratiam iustificantem, ad quam conferendam iubileum non ordinatur.

*59.* Dubium 3. An quod feruentius quis opera in iubileo præscripta exequitur, eo maiorem consequatur pœnæ remissionem. Affirmant *Nauar.* de *iubil.* not. ab. 15. nu. 14. *Coninck disp. 12. de indulg.* dub. 6. n. 34. & 35. *Layman lib. 5. tract. 7. cap. 5. nu. 2.* *Georg. Gobat in 1. part. sui lib. qu. 26.* citans *Filluc.* Fauet huic sent. *Bonifac. VIII.* qui in *extrauag.* *Antiquorū, de penit.* & remiss. habet, quod vnuquisque plus merbitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui *Basilicas ipsas amplius & deuotius frequentabit.* Probat *Nauar.* Pontifex in concedendis indulg. causam habere debet, cūm non sit eorum dominus, sed dispensator: qui autem opus præscriptum feruentius exequitur, causam indulgentiæ adauger; maiorem proinde effectum causat: vnde fieri potest, vt quæ vni est plenissimæ, alteri vix sit semiplena. Item sacramenta quo magis dispositum inueniunt subiectum, ed maiorem conferunt gratiam. Negant *S. Thom. in 4. disp. 20. ar. 3. ad 2. q. ad 4.* *Duran. qu. 4. num. 6. & 9.* *Argen. ar. 4. 9. Ad 2. Palud. q. 4. ar. 3. 5. Ad argu.* *Suar. 10. 4. de penit. disp. 52. sect. 8. n. 3.* *Benz. de iubi. lib. 5. cap. 15. dub. 1.* *Filluc. 10. 1. tract. 8. cap. 6. q. 14. n. 164.* *Diana cit. resolut. 18. citans alios.*

*60.* Dicendum, posse Pontificem indulgentiæ concedere, vt quod quicunque opera præscripta exequitur, eo pleniorem pœnæ remissionem cōsequatur: de facto tamen non solent cū hac cōditione iubileum concedere, sed æquè omnibus plenariam remissionem impariuntur, qui illa opera præstiterunt. Vnde quantum est ex parte concedentis, iubileum æquè in omnibus, non quidem arithmeticè, sed geometricè operatur, totam pœnam temporalem, quam in subiecto reperit, relaxando. Licet quoad meritum, quod ex operibus præstitis nascitur, sit maius in uno, quam in alio. Ratio: sicut indulgentia quoad causandum effectum simpliciter, pendet à voluntate Pontificis, ita & quoad modū illum causandi: quando vero Pontifices iubileum concedunt, certis quibusdam operibus præscriptis, non restringunt illud ad certum modum ea opera exequendi, sed simpliciter plenariam indulgentiam concedunt, qui illa præstiterint: ergo si iubileum ex intentione concedentis plenariam indulgentiam continet totius pœnæ remissiā, quicunq; præscripta opera simpliciter peregerit, adæqua-

tē illam lucrabitur. Confir. Si non omnibus præscriptū opus exequentibus æquals concederetur indulg. sequeretur, formā iubilei esse falsam, quā plenaria indulg. promittitur omnib. qui tale opus præstiterint. Ad extrauag. cit. R. esp. vel illam intelligendā esse quoad meritum, vel quoad remissiōne pœnæ peccatis venialibus debitā: cūm n. ut suprà, nullius peccati nondum condonati pœna remittatur, nec semper dolor sufficiens ad condonanda mortalia, sic sufficiens ad condonanda venialia; sequitur, vt quod quis feruentius opera præscripta exequitur, eo feruentior em dolorē ad peccata venialia condonanda sufficiētem elicit; eoque maiorem pœnæ remissionem ex peccatis venialibus condonatis consequatur, quam non consequitur alter ex defelitu doloris ad omnia venialia se extendentis. Dici eriā potest, illud cum tali conditione concessum fuisse à Bonifacio VIII. qui primus per publicam constitutionē iubileum concessit. Alij autē successores hoc modo loquendi vñl nō sunt in bullis de iubileo. Ratio solū probat, quando Pontifex cū ea cōditione indulgentiam cōcedit, de qua videtur *Nauar.* ibi loqui. Sacra mentia verò ex Christi institutione habent hūc determinatum modum operandi, vt quod subiectum fuerit melius dispositum, eo maiorem cōferant gratiā: Indulgentiæ modū Christus determinandum reliquit suo Vicario, qui an uno, vel altero modo vtratur, collige ex verbis concessionis. Nec semper requiritur perfectior causa ad plenariam indulg. lucrandam, sed sat est sufficiens, qualis est, per quā fideles per præscripta opera sē in statu gracie ponūt, quā digni sūt ad imperandum à Deo auxilium pro urgentibus Ecclesiæ necessitatibus, ad quod implorandum plerumq; solet à Pontificibus iubileum concedi.

*61.* Dubit. 4. An in utraque hebdomada possit quis iubileum lucrari, & à nouis casibus reseratis absoluī, gratijsque in eo contentis frui? Affir. *Affirmat. Nauar. de iubi. nota. 32. n. 46. vers. Circa hoc.* *Henrig. lib. 6. de penit. cap. 16. n. 3. & lib. 7. cap. 11. n. 1. Benz. de anno iubi. lib. 5. cap. 15. dub. 23. fine. Sa ver. Indulg. n. 11. Ioan. Prepos. q. 14. de indulg. dub. 10. fine, qui addit, posse aliquem lucrari bis iubileum in diuersis dioecesis, *Diana 5. par. tract. 12. resolut. 28. citans multos & se ipsum in 2. parte tract. 17. resolut. 49.* Funda. vbi bulla non restrin- *Vnicū fund.* git, nec nos debemus restringere, præterim in re huius sent. fauorabili. & nulli præjudiciali, vt est iubileum, quod vt bullæ ipse assertunt, conceditur in fauore fidelium. Confir. à paritate indulgentiæ localis: *Confirm.* hanc. n. toties quis luctatur, quoties locum, cui concessa est, visitat, vt de indulgentijs Romanas Ecclesiæ visitantibus docet cit. loco *Nauar.**

*62.* Dubium 4. Negant *Suar. 10. 2. de relig. lib. 6. cap. 6. num. ult.* *Sanch. 1. moral. lib. 4. cap. 54. nu. 30.* qui uterque ait, Negant sententiam hanc esse ferè certam ac manifestam: *Laymann de iubi. nu. 8. Filluc. tom. 1. tract. 8. cap. 10. 9. 7. n. 261. & q. 15. n. 278. Bonaci. de ministro Sacra. penit. disp. 5. q. 7. q. 5. nu. 17. & alij apud Diana.* Quæ sent. rurior; eaq; cōfirmavit *Clemens VIII.* Tamen & qui de hoc interrogatus, respondit, non nisi se-probabilius. mel iubileum concedi à fidelibus obtainendum; vt refert *Filluc.* & Maio 1620. declarauit sacra Cardin. Cōgregatio. Colligitur ex forma diplomatis, & veraq; bullæ Innoc. X. & aliorum Pontif. quā conceditur iubileum sub forma disiuncta, quærendum in prima, vel 2. hebdomada; non copulatiā, vel indeſinitā; additā restrictio-ne, *Hæc vice tantum*, intellige iuxta præscriptam formam, in vna, vel alterā ex duabus desig-

*Commodatis causa ponitur duplex hebdomada, non ut in singulis posse fideli iubileum lucrari.*

*Alia ratio anni sacri.*

64.  
Ad 1. sent.  
fundam.  
Confir.

*Rerum ar-  
gum. & pari.* Vnde indulg. concessa Ecclesie pro determinata die infra annum, ut est plenaria in forma iubilei concessa à Paulo III. & Gregorio XIII. visitantibus in die circumcisiois Domini Ecclesiam aliquam Societatis Iesu, per praepositum Gener. designatam, non potest bis eodem die lucrari; ergo nec iubileum bis eodem tempore in bulla designato. Præterea falsò supponit *Propositus*, possit aliquem cōparato iubileo in sua diœcesi, idē comparare in aliena, cū non nisi itineris, vel grauus alicuius negotij causā, possit quis extra propriam diœcesin iubileum querere, ut supra.

65.  
Dubium s.  
Qualis inten-  
tio requiri-  
tur, ad iu-  
bil.

*Negant ha-  
bitualis suf-  
ficere.*

*Probant.*

*Confir. 1.*

gnatis hebdomadis, non pro toto tempore iubilei. Ponitur enim hæc duplex hebdomada, ut qui nō potest commode in una, lucretur in alia. Nec refert, quod potuerit Pontifex id aperte explicare, addendo, *Vnicā vice tantum*: nam id sufficienter explicuit per ipsam formam sub distinctione præscriptam. Confirm. Quando priuilegium continet dispensationem à iure communī exorbitantem, strictè interpretandum est: cūm omnis dispensatio à iure communī exorbitans, sit odiosa & præjudiciale, ut pote disciplina Eccles. laxius; esto iubileum sit fauorabile penitentibus. Ex his infertur, si quis primā hebdomadā iubileum lucratus est, & in secunda incidat in nouum peccatum reseruatum, non posse ab eo absoluī. Ceterum hæc intelligenda sunt de iubileis particularibus, non autem de iubileo anni sacri: hoc n. fideles possunt durante anno toties lucrari, quoties indigent, ut & à nouis reseruatris absoluī.

Ad fundam. primæ, nego, iubileum ex forma, quā concedi solet, nō restringi ad unam tantum hebdomadam. Ad confirm. cūm fauor indulgentiæ pendeat ex intentione concedentis, atgumentum à paritate in hac materia non concludit, nisi sit eadem protus ratio, quæ non est in indulgentia concessa loco indefinitè, & temporis, cum restrictione ad unam, vel alteram hebdomadam.

Dubitatur 5. An requiratur ad iubileum lucrandum intentio, habitualis, virtualis? Ceterum est, non requiri actualem, sed sat esse virtualem, quæ est ipsa actualis, non in se, sed in aliquo medio ad finem ordinato moraliter perseveras: nam hæc, ut preced. to. sufficit ad effectum sacramentorum. Difficultas est de habituali & interpretationia, ut si nihil de iubileo cogitans, vel ignarus iubilei, opera ad iubileum postulata peragat, ut si intra eandem hebdomadem, quā iubileum currit, ieiunet, designatam Ecclesiam visitet, eleemosynam eroget, confiteatur, communicet. Negant Suarez to. 4. de poenit. disp. 52. sent. 6. num. 5. & alij apud Dianam mox cit. requirentes intentionem saltēm virtualem. Probant: habitualis intentio non sufficit ad merendum; ergo neque ad iubileum lucrandum. Sed fortius: Indulgentia est quædam liberalis donatio ex thesauro Ecclesie à Pontifice fidelibus facta: donatio autem, ut translat. quoad rem donatam in dominium donatarij, eius acceptationē requirit: nequit autem acceptari ab eo, qui donationem ignorat: cūm acceptatio sit actus voluntatis, cognitionem rei donatae supponens. Confirmatur, ut cum glossa in cap. 1. de concess. proben. in 6. verb. *Yim suam habent*, docet communiter canonistæ, semper beneficium à principe conceditur tacita conditione, si illud acceptare voluerit, ex cit. cap. & ex l. Qui absenti, ff. de acquir. possess. ubi dicitur, *Qui absenti seruo scribit*, ut in libertate moretur, non eam mensem habet, ut patrem velit seruo-

possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus fuerit. 2. Hæc videtur mens Pontificis: propterē enim iubileum ad instar legis per omnes provincias promulgat, ut possint fideles ex certa scientia illud lucrari. Affirmant Salas de legib. affirmant. disp. 17. sent. 5. ad init. Laymann lib. 5. tratt. 7. cap. 6. n. 5. Diana par. 5. tract. 12. de indulg. resolut. 6. citans alios: quia non videtur mens Pontificis ad effectum iubilei consequendum requirere intentionem in lucraturo: cūm neque eam postulet natura indulgentie, quæ cūm sit privilegium, ut suum effectum in priuilegiato operetur, eins consensum non desiderat: neque ex verbis bullæ, quibus iubileum concedi solet, ea colligi potest.

Distinguo: Si is, qui ad iubileum lucrandum nullo eget facere & indulto à Pontifice concesso, ut si nec peccata & censuras reseruatas habeat, nec vota communanda, ignarus omnia à iubileo perita perficiat, iubileum lucrabitur: si verò peccatis & censuris reseruatis oneratus sit, talem censeo, non posse iubileum lucrari, si illud ignoret: 1. partem probat ratio pro 1. sent. adducta: quæ sic explicatur. Cūm iubileum sit privilegium, quod Princeps subdito, etiam ignorantem concedere potest, quippe cuius effectus pendet à sola voluntate Principis, supposita tantum habituali & interpretationi voluntate priuilegiati illud acceptandi, quam unusquisque censetur habere in sui commodum & fauorem, ut effectum operetur, non eget lucrantis actuali, aut virtuali consensu. 2. pars prob. quando priuilegium continet dispensationem in aliqua lege, aut iure cōmuni, non est intentio Pontificis, ut suum effectum operetur, antequā dispensationis notitia ad priuilegiatum perueniat: quia cūm ante noticiā dispensationis nequeat priuilegiatus dispensatione licet vi, ut pote exorbitante à iure communī, ad quod seruandum tenetur, mens Pontificis nō est, ut eo dispensationis ignarus fruatur.

Ex quo infero, si quis iubilei ignarus peccata reseruata cōfiteatur, etiam si probabiliter p̄petet, hic & nūc se posse ab illis absoluī, ad infamiam, vel scandalum vitandum, iubileum non consecutur: quia mens Pontificis non fuit, huiusmodi indulmentum concedere ignorantem. Nec iuuat, graue malum quod hic & nūc ad graue aliquod malū declinandum, possit ab illis indicet & absoluī: quia Pontifex non attendit ad id, quod per accidens in aliquo casu fieri possit, sed quod per se fieri debet. Vnde etiam si hic bona fide, ac probabili conscientiā huiusmodi peccato confitens eorum remissionem consequatur: haud tamen iubilei effectum lucrabitur: eo quod in ea confessione nō sit seruata conditio à Pontifice petita, quæ erat, ut ex notitia liberalis dispensationis in iure communī à se factæ, ad sacram confessionem accederet. Ex quo sequitur, hunc teneri post iubilei & indulti sibi concessi notitiam, peccata reseruata iterum consideri Confessario à le electo: siquidem cum ea tacita obligatione fuit ad illis absolutus, antequā Pontificis indulmentum sibi concessum nosset. Neque dicas, fuisse in Confessario potestatem ab illis absoluendi: Nam esto, fuerit, non fuit à penitente seruata conditio præscripta; nec tali casu fuit in Confessatio potestas ad absoluendum directe à reseruatis: eo quod non fuerit talis Confessor electus iuxta Pontificis intentionem, quæ erat, ut à penitente non obliqueretur, nisi ex notitia indukti sibi concessi.

Quid

66.  
Mibi distin-  
gaceum q.

Prior part  
prob.

Posterior  
prob.

67.  
Corollar. de  
ignorante  
iubilem &  
confidente re-  
seruato ad  
graue malum  
sequendum.

*Dubium in-  
cidens solvi-  
gnt.*

**Quid si talis** notitiam iubilei acquirat post elatum tempus iubilei? an possit hic extra temporis iubilei à reseruatis absolui, & iubileū quoad omnes gratias & favores lucrari? Resp. non posse: quia iubileum non fuit legitimè inchoatum secundum mentem concedentis, quæ erat, ut lucratus ex prævia notitia priuilegij in communi lege dispensantis ipsum inchidaret.

68.

Ad argumentum  
et prioris  
sent.

*Ad primum*

2d 2

*Ad 1. confir.  
Reff. 1.*

Resp. 1.

69.

## *Admiratio*

*and confirm.*

## SECTIO V.

*Quid ex parte operum, que ad iubileam  
lucrandum præmittenda sunt, gene-  
raliter requiratur.*

**S**appono 1. ex p̄ced. disp. i. non omnia ne- 78.  
cessarij esse in statu gratiæ adimplenda, nisi Queritur;  
hęc conditio vel exp̄ssę à Pontifice petatur, quo modo  
vel ex certo ordine, quo illa exequenda pr̄scri- implenda  
bit, manifeste colligatur: cū mens Pontificis sunt opera  
sit, vt omnes fideles, quoad fieri potest, iubilecum  
lucentur: at plurimi illud non lucrarentur, si Suppono i.  
hęc conditio esset necessaria. Addo, quando  
Pontifices confessionem & communionem inter  
opera à fidelibus pr̄stanta, vltimo loco recen- Ratio notā.  
sent, quod plerunque in iubileis fieri solet, per-  
mittere, ut opera confessionem pr̄ecedentia fiat  
in statu peccati: quia cūm concedant, vt possint  
à quibuscumque peccatis absolvi, hoc ipso, quod  
confessionem inter opera pr̄stanta, vltimo lo-  
co recensent, permitteunt, cum talibus peccatis  
reliqua opera fieri. nam opera pr̄scripta, non  
requiruntur, ut efficaciam iubileo tribuat, quam  
ex meritis Christi habent, sed ut pure duntaxat  
conditiones. 2. Hęc opera debent saltem ex 72.  
obiecto esse honesta, esto possint ex aliqua circū- Suppono 2.  
stantia concomitante esse prava & peccaminosa.  
Vnde non satisfacit menti concedentis, qui in-  
ternum opus ex malo fine pr̄stat. Dixi, internū,  
quia nullam aliam bonitatem à Pontifice inten- Dices:  
tam, si ex obiecto honestum non sit, habere po-  
test. Secus est de opere externo, quod quia aliquā  
bonitatem à concedente principaliter intentam  
habere potest, etiam si ex obiecto sit prauum, suf-  
ficit ad effectum iubilei, vt est eleemosyna ob-  
vanam gloriam erogata: in qua habetur princi-  
palis finis à Pontifice intentus, qui est pauperum  
subleu-tio. Dices: ergo sufficit etiam ieiunium  
ex pravo fine adimplerum, cūm etiam in tali ie-  
junio habeatur principalis finis à Pontifice in-  
tentus, qui est carnis maceratio. At 1. negari po- Resp.  
test conseq. quia per ieiunium, quod principaliter  
Pontifex intendit, est, vt per illud Deus pla-  
cketur, qui finis non habetur, s̄ ex pravo mortuo,  
pr̄seruum mortali fiat. 2. concedi potest con-  
sequētia, si ex fine tantum peccati venialis fiat.  
3. Non sufficit ad iubileum lucſandum, vt 72.  
hęc opera hiant per aliam: nam licet Pontifex Suppono 3.  
id possit concedere, de facto tamen numquam  
censeretur illud eōcedere, nisi exprimat: quia non  
est iuxta eius intentionem, quę est, vt per iubi-  
leum, omnes, quoad fieri potest, Christi fide-  
les suis propriis actibus, ad veram p̄nitentiam  
se disponant, quò certius diuinam opem & auxi- Suppono 4.  
lium implorent. 4. Non sat est, vt hęc opera in-  
choentur, sed requiri, vt sint in sua specie com- Opera debet  
pleta. Vnde iubileum non lucrabitur, qui vel Ec- eff. in sua  
clesiam non visitat licet usque ad templi portam Specie com-  
perueniat, animo Ecclesiam visitandi; vel qui ie- pleta.  
junium inchoavit, & pr̄ aggritudine perficere  
non potuit, quamuis illud possit in aliud opus à  
Confessario commutari: vel qui inchoat à con-  
fessione, incidit in amissionem. In quo tamen  
casu censeo, omnino absolvi posse ac debere, si-  
cūt absoluendi, qui non possunt omnia peccata  
exprimere. Quo sit, vt si hic reliqua requisita  
pr̄stitit, iubileum lucretur: quia censeretur fe-

Maior d. ff.

cisse integrum confessionem formaliter: proinde non solum tali casu reciperet gratiam iustificantem, sed etiam iubilei effectum. At quid si non communicavit? Cum non sit communionis capax, nec illud in aliud opus commutari possit; neque n. subiectum est idoneum ad ullum opus liberè eliciendum, non videtur posse iubileum lucrari: scilicet nullum actum liberum, in quem sacra communio commutetur, elicere possit. Nisi quis dicat, hunc casum per Epichiam esse à communione exclusum, quod non puto: alioqui qui nullo opere inchoato, in amentiam incideret, vel expiraret, per Epichiam dici posset iubileum lucratus fuisse. 5. Non necessariò hæc opera debent esse super erogationis, sed possunt esse alias ex præcepto, vel voto debita: ita DD. apud Diana. par. 5. tract. 12. resolut. 54. cum frequenter videamus iubila concedi tempore quadragesimæ, ut concilium anno 1648. 2. Mar. quando ieiunia ex præcepto obligabant. Vnde à præcepto annue confessionis, & communionis liberantur, qui ad iubileum lucrandum in paschate confitentur & cōmunicant. Ceterum si praxis hoc non declarasset, nō auderet affirmare, sicut nec satis facit, qui pœnitentiam à Confessario sibi iniunctam exequitur per opera alias debita: eo quod pœnitentia simpliciter iniuncta, pro cuius solutione conceditur iubileum, intelligitur de operibus alias indebitis.

73. Suppono s. In communione r. Doctorum, etiam defacto. His ut certius possitis.

Dubitatur 1. An ad iubileum lucrandum sufficiat, partem operum perficere in una hebdomada, partem in alia. Affirmant Layman lib. 5. Tract. 7. cap. 8. de iubil. n. 10. Ioan. Prepositus in 3. par. q. 14. de indulg. dub. 10. n. 87. Georg. Gobat. in 2. part. suis lib. de thesauc eccles. q. 5. n. 5. Diana part. 5. tract. 12. de indulg. resolut. 24. & Naldus apud ipsum, qui testatur, se de hacce consuluisse Patres Romani Prætorij, qui affirmatiè responderunt; idque non tantum ex Confessarij consilio, sed ex propria pœnitentis volūtate. Quietiam ait, hoc declaratum fuisse in prorogatione iubilei anno 1620. Romæ facta pro tertia hebdomada. Cui etiam fauens Paulus V. in iubileo anni 1605. & Urbanus VIII. in iubileo anni 1627. Qui prædicta vel immediatè subsequenti hebdomada easdem Ecclesiæ, & Basilicam saltem semel visitauerint, ibi deuotè, ut suprà, Deum orauerint, nec non feria 4. & 6. ac sabbatho eiusdem, vel subsequentis hebdomadæ ieiunauerint, atq; peccata sua confessi, sequenti saltem Dominico die sanctissimum Eucharistie Sacramentum reverenter sumperint, & elemosynam ad libitum &c. Vbi perspicis, omnia, & singula opera simul sè per coniugi in eadē hebdomada. Vnde rō saltem die Dominico non est appositum, quod liceat, cōmunionem differre in aliam diem subsequentis hebdomadæ, sed quod potuerit pœnitens illam adimplere toto tempore præcedente diem Dominicum, qui est terminus hebdomadæ, in qua pœnitens iubileum lucratur. Non igitur debet hæc forma regulari cum alia Pauli V. & Urbani VIII. cum in illa manifestè concedatur, posse arbitrio communicaturi, sacram communionem differri in quamcunque diem alterius hebdomadæ, quod in hac forma non cōceditur, sed potius contrarium colligitur. Moucor 2. quia quando Pontifices volunt hoc concedere, id exprimunt, vt Paulus V. & Urbanus VIII. Item cur non licet ieiunia in diuersis hebdomadis diuidere? quia mens Pontificis, inquit, est. vt ieiunia non diuidantur. At vnde hoc habent de ieiunijs, & nō de reliquis operibus? Respondent: quia ieiunia imposta sunt ad carnis macerationem, quæ maior est, si in eadem hebdomada, quam in vtraque perfruantur. Sed hoc voluntatiè dicitur; nec tollitur carnis maceratione per hoc quod diuidantur in duabus hebdomadis, sed solum temperatur, quæ temperatio nō videtur cōtra mentem Pontificis, si aliunde demente ipsius non constet.

74. Dubium 1. Alter alij, Vrgeo ad- versarios hoc argu- mento.

Verba iubi- leis anni 1629.

Negant. Probant.

Confir.

75. Pendet hoc ex mente Pontificis, etiisque.

Mens S. DD. Innocençij X in bullâ anni 1648. Sic loquuntur.

76. Dubium 2.

Affirmant. probabilitas.

Ergo Ponti- fix omnia opera in ea- dem hebdo. sungenit.

77. Dubium 3.

Affirmant. probabilitas.

Confir. Iud

da est. Neque ex eo quod vñus in sua bullâ declarat, ad iubileum lucrandum sat esse, partem operum in vna hebdo, partem in alia adimpleri, sequitur, quod successores idem intendant; cum secundum ocurrentes circūstantias possit vñus iubileum sub vna forma cōcedere, alius sub alia: haec tenus verò nulla est facta rei huius declaratio vniuersalis ab aliquo Pontifice, sed hoc tantum Authores cit. deducunt ex quibusdam verbis bullæ, quæ possunt in aliis variari: proinde standum erit verbis, & formis, sub quibus iubileum conceditur. Vnde stando in verbis iubilei anno 1648. concessi, probabilius existimo, men- tem Sanctissimi esse, ut hæc omnia stant in vna eademque hebdo. Moucor 1. quia dum hæc assi- gnat per dictiōnem copulatiuam intra eandem hebdomadam: Qui in eadem, seu immediatè se- quenti hebdomada dicas Basiliicas, seu Ecclesiæ saltem semel visitauerint, ibique deuotè, ut suprà Deum orauerint, nec non feria 4. & 6. ac sabbatho eiusdem, vel subsequentis hebdomadæ ieiunauerint, atq; peccata sua confessi, sequenti saltem Dominico die sanctissimum Eucharistie Sacramentum reverenter sumperint, & elemosynam ad libitum &c. Vbi perspicis, omnia, & singula opera simul sè per coniugi in eadē hebdomada. Vnde rō saltem die Dominico non est appositum, quod liceat, cōmunionem differre in aliam diem subsequentis hebdomadæ, sed quod potuerit pœnitens illam adimplere toto tempore præcedente diem Dominicum, qui est terminus hebdomadæ, in qua pœnitens iubileum lucratur. Non igitur debet hæc forma regulari cum alia Pauli V. & Urbani VIII. cum in illa manifestè concedatur, posse arbitrio communicaturi, sacram communionem differri in quamcunque diem alterius hebdomadæ, quod in hac forma non cōceditur, sed potius contrarium colligitur. Moucor 2. quia quando Pontifices volunt hoc concedere, id exprimunt, vt Paulus V. & Urbanus VIII. Item cur non licet ieiunia in diuersis hebdomadis diuidere? quia mens Pontificis, inquit, est. vt ieiunia non diuidantur. At vnde hoc habent de ieiunijs, & nō de reliquis operibus? Respondent: quia ieiunia imposta sunt ad carnis macerationem, quæ maior est, si in eadem hebdomada, quam in vtraque perfruantur. Sed hoc voluntatiè dicitur; nec tollitur carnis maceratione per hoc quod diuidantur in duabus hebdomadis, sed solum temperatur, quæ temperatio nō videtur cōtra mentem Pontificis, si aliunde demente ipsius non constet.

2. An opera ex alio fine, quam iubileum lucrandi præstata, ad ipsius effectum consequendum sufficient, vt si quis Romæ eat causa obtinendi beneficium, quæ deficiente iturus non fuisset, Negant. iubileū quæ siturus. Negant Corduba apud Suar. 10. 4. de pœnit. disp 57. sect. 6. n. 5. & alij apud Diana. cit. resol. 7. nec affertur ratio.

3. par. de sa- cram. tract. 5. disp. 4. n. 11. Diana & alij apud ipsum: quod probabilius est: addo, etiam si hic habeat expressum animum, Romam non eundi ad iubileum quærendum, nisi cum hoc fine coniunctus fuisset alius, quem ipse principaliter intèdit, modo hæc & nunc finem lucrandi indulgentiā posuē non excludat. Ratio ad effectum iubilei non primæ prob. petitur, nisi opus executioni mandatum: ex quo autem fine, non exigitur, modò finis non inqui- net mortaliter opus præscriptum. Et qui ignarus iubilei opera in eo præscripta perficit, iubileum lucratur, vt præced. sect. ergo à fortiori il-

Secundum  
videndo.

lud lucrabitur, qui ex fine, licet minus principalius intento, opera praescripta exequitur. Conditionata vero voluntas, quae iubileum non fuisse coniunctus alias finis, quarentem principalius mouens, non tollit absolutam voluntatem, quam de facto vult illud lucrari, cum illa ad operandum non impellat: Sicut conditionata voluntas, quae quis vult Petrum Clericum occidere, non est principium, quo illum ad occidendum de facie mouetur, quem hic & nunc putat esse feram, proinde excommunicationem non incurrit. Positius autem animus excludendi hic & nunc finem lucrandi iubileum, tollit absolutam voluntatem illud lucrandi, & non tantum conditionatam. Nam licet ad iubileum lucrandum non requiratur actualis voluntas, sed sufficiat habituatis, nequit tamen illud quis lucrari cum positiva voluntate illud non lucrandi.

77.  
Dicit.

Dices: qui die festo audit sacram cum expresso animo illud non audiendi, si cum auditione sacra non esset coniunctus alias finis, quo ad sacram audiendum mouetur, satisfacit precepto ecclesie, ergo qui exequitur opus in iubileo praescriptum cum expresso animo illud non exequedi, si cum eo non esset alias finis coniunctus, satisfacit menti Pontificis. Resp. neg. conseq. nam praecipit superioris solum me astringit ad auditorem externam cum sufficienti libertate exercitatum; nec externa auditio tollitur per internam voluntatem, quae nolo illud audire, ut satisfaciam precepto superioris. Ad iubileum autem non obligor, sed solum a superiori proponitur ut favor & beneficium, cuius fructu ut fruar, requirit ut saltem illud positum non recusem, cum nullum beneficium acquiratur inuitio.

Resp.  
Disputata  
de facie au-  
diendo.78.  
Dub. n. 3.Verba Pon-  
tificis.

III. An omnia opera in iubileo praescripta, possint ad libitum Confessarij in alia commutari. Resp. negatiue; sed tantum ea, quae nequeunt a penitente prestari (ut expresse Urbanus VIII. Inno XI. in alia pieratis opera, quae efficere poterit, a Confessario commutari poterunt: sc. quae nequeuntur a moraliter, hoc est sine notabili difficultate prestare, cuiusmodi esset visitatio Ecclesie procul distatia a sene, vel debili; iejunium a valetudinario. Ex his infertur, posse aliquem iubileum intra unum diem lucrari, si omnia opera praescripta commutentur in ea, quae a penitente possint intra eandem diem prestari: ut bene Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 6. & Sanch. 10. 1. moral. lib. 4. cap. 54. n. 28.

79.  
Dub. n. 1.

Ratio dub.

Ref. latio-  
nib. m.

IV. An elapso tempore iubilei possint illud lucrari, qui ex ignorantia illud suo tempore lucrari non sunt? Ratio dubij: elapso tempore a Pontifice assignato, gratia iubilei expirat: nec potest Confessarius cum penitente dispensare, ut illud extra tempus querat, quia supponitur talis Confessarius non fuisse tempore iubilei a penitente electus, in quo tantum a Pontifice facultatem accipit cum penitente dispensandi.

Dico hunc posse iubileum lucrari, & cum eo Confessarium dispensare. Colligo ex ipso diplomate, in quo conceditur Confessarij facultas commutandi, quae penitentes ex quocunque iusto impedimentoo prestare nequeunt: at ignoratio fuit iustum impedimentum, quo minus penitentes potuerint, quae iubileum prescribit, prestare: ergo in his potuerunt a Confessario dispensari, ut ea extra tempus iubilei persciant. Confir. hoc priuilegium conceditur nauigantibus, ex eo quod isti censeantur impotentes illud

lucrari tempore designato: at non minus sunt impotentes, qui tempore iubilei, ignorantia iubilei laborant, ut eo tempore illud lucentur.

Ad rationem dub. falsum est, gratiam iubilei expirare ijs, qui ob iustum impedimentum illud praefixo tempore lucrari non potuerunt. At, posse extra tempus iubilei Confessarios eligi cum facultate dispensandi in omnibus ab ijs, qui ob legitimum impedimentum non potuerunt designato tempore iubilei illum eligere, ut constat de nauigantibus & iter agentibus.

V. An possit iubileum lucrari, qui propter impotentiam nequit aduersari parti satisfacere, si Dubium si propositum tantum habeat satisfaciendi, cum primum potuerit? Ratio dub. sunt verba iubilei anni 1648. solita inseri: *Nisi infra tempus celebrazione huiusmodi iubilei satisficerint, aut cum partibus concordauerint, nullo modo suffragari posse, non debere. Negat Sorus in 4. dist. 2. qu. 2. ar. 3. f.* Negant: præterea, afferens, quando in bulla conceditur facultas absoluendi a quacunque excommunicatione, si satisfactum sit parti, nisi te ipsa parti satisfiat, absoluvi non posse, etiamsi soluendo non sit, & apud Deum excusat. Quia arbitramentum illud, an excommunicatus soluere possit nec ne, Confessatio non committitur, sed iudici excommunicanti. Affirmat *Aula de excommunicantibus part.* 2. cap. 7. disp. 3. dub. 8. & *Medina apud ipsum:* Affirmat. candide docet Henrig. lib. 7. cap. 13. n. 2. cum hac limitatione, si crimen, propter quod lata fuit excommunicatione, sit occultum, & pars, ac iudex, qui excommunicavit, longe distet. Quia non videtur mens Pontificis esse, iubilei fructu priuare eum, qui nequit realiter satisfacere, nec ullam pignoratitiam, aut fiduciastoriam cautionem prestat, si paratus sit iuratoriam offerre, & firmum propositum habeat creditori satisfaciendi, ubi primum potuerit; idque certò constet Confessario. Confir. iure cautum est, cap. finali, de sent. ex beneficiis. commu. in 6. Et alibi, ut, quando debitor maiorem iuram cautionem prestare non potest, creditor & iuratoria sit contentus.

Distinguit Lnd. Lopez in instruet. conscienc. par. 81. 2. de bulla cruciate cap. 8. 9.igitur: vel hic est ex- Distinguens: communicatus a iure, aut ab homine generaliter datum probacione: cuius excommunicatione non est in iudicium de- ducta: & hunc censent, posse in foro conscientie illa limitatio. absolvi, si impotens sit soluendo, idque Confessario non solum in foro sacro, sed etiam extra, certò constet: Vel nominatim a iudice; & talem negat vi iubilei absoluvi posse, sed remittendum esse pro absolutione ad iudicem. Haec sententia ad quam cum assignata limitatione accedit Henrig. Recepitissimum probabilior est: Ex principio, quod nunquam ceterum principium. setur Pontifex priuilegium concedere in præiudicium tertij: fieret autem præiudicium iudicii excommunicanti, si non satisfaciens parti reus absolveretur. Igitur penitens ad iudicem, qui excommunicauit, vel excommunicatum declarauit, remitti debet; nam ipsi iudicium reseruat, an debet talis absoluvi. Secus, quando excommunicatione est a iure, vel generaliter ab homine, neque in iudicium deducta: quia tunc nulli sit iniuria: non parti; quia iterationabiliter in tali casu censetur iniurta, si non acceptet cautionem, quam debitor offert in exta dispositionem iuris: neque iudicii; quia quando excommunicatione est a iure, neque in publicum iudicium deducita, nulli particulari iudicii sit iniuria, sed tantum legi, cuius dispensationem Pontifex Confessario committit. Conciliatio viriusque Ex his conciliatur utique sent. nam prima in-sent. telligatur.

Confir.

telligenda est, quando excommunicatio, sive à iure, sive ab homine deducta est in publicum iudicium: eo quod tunc iniuria fieret iudicii ex verbis cit. diplom. *Negne etiam easdem presentes ijs, qui à Nobis, & Apost. sede, vel ab aliquo Prelato, seu indice eccles. excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias & censuras incidisse declaratis, vel publicè denuntiatis fuerint; nisi infratempus &c.* Posterior verò intelligenda, quando excommunicatione à iure, vel generaliter ab homine non est in publicum iudicium deducta. Rogas: An saltem hic, ab excommunicatione absolutus, & iubileto quoad omnes gratias & favores comparato, si postea soluedo potens sit factus in excommunicationem reincidat, non soluendo? Resp. si absolutio data fuit ad reincidentiam, dubium non est, quin reincidat: & tunc videntur etiam priuilegia revocata, quæ ratione iubilei fuerunt concessa; non autem peccata etiam reservata, quia illa fuerunt per sacram confessionem absolute remissa, cum non potuerint sub conditione absolui, ut alibi, & tomo de matrim. Secus verò, si absolutio ab excommunicatione impensa fuit absolutè, ut impendi solet in iubileis, cum nemo facultatem habeat absoluendi ad reincidentiam, nisi id expressè constet, ut rectè Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 21. n. 4. quo eūcū esto peccet pœnitens non soluendo, haud tamen in excommunicationem relabitur, aut gratiae per iubileum comparatae revocantur.

**82.** Dubium 6. **83.** Negant probant. **Confr.** **Affirmant probabilitus.** **Fundam.** **84.** Mains dub. incident. **Tenerit Cōf. seiss tempus prorogare in quo possumens servare opera**

**VI.** An qui ex malitia tempore designato opera præscripta omisit, possit ultimâ die sabbati iubileum lucrari, commutatis per confessariam operibus in iubileto præscriptis in alia, quæ intra eisdem diē exequi possit. Negat Ioan. Præpos. 3. part. q. 4. de indulg. dub. 10. n. 88. Probat: hic non censetur habere iustum impedimentum, ratione cuius possit cum eo dispensari, & in alia opera in iubileto præscripta commutari: nec P̄t̄ifex facultatem h̄c opera in alia commutandi aliis concedit. Confi. cū semper in iubileis exprimatur impedimenta necessaria, ut sunt carcer, clausura, &c. reliqua intelligenda erunt iuxta hanc clausulam generalem.

Affirmat Filluc. 10. 1. tract. 8. cap. 10. à nn. 268. (vbi ait, multos DD. de hac reconsultos ita respondisse) alijs citatis Diana suprà resolut. 26. Gobat in suo lib. par. 2. q. 5. n. 8. Quæ probabilitus: quia licet hic antecedenter non habuerit iustum impedimentum, habet tamen illud postea; ex suppositione, quod præstanta omiserit, licet ex malitia, & non suppetat sufficiens tempus ad ea præstanta: non secus ac iustum censetur habere impedimentum, qui nimiā crapulā, vel aliā causā culpabilem occasionem dedit ægritudinē contrahendi, ob quam h̄c & aunc impeditur ad opera præscripta tempore iubilei præstanta.

An talis casu Confessarius possit, & debeat tempus iubilei prorogare in sequētem hebdom. quā iniunctas conditiones exequi posset. Quod possit, non ambigitur; cum expressè in diplom. talis potestas Confessario concedatur. An autem debat, sic resoluo: Aut pœnitens iustum haberet excusationem, ne illud differatur: & tali casu Confessarius non tenetur illud differre. Aut nullam causam habet: & tunc puto Confessarium teneri: cum absoluta mens Pontificis sit, ut conditiones ab ipso præscriptæ seruentur, & non nisi ex suppositione intercurrentis impedimenti, eç debeat in alia opera commutari, cumque prorogacionem temporis necessitas eas commutandi cesseret.

Quia quando duo concurrant, illud seruandum est, quod à legislatore principalius intenditur: at principalius à Pontifice intenditur, ut potius à le præscripta seruentur, quām in alia cōmutentur.

Ex his utraque sent. conciliari potest: nam prima intelligenda, quando Confessarius ex iusta causa rēpus protogare potest, ut à P̄t̄ifice præscripta à lucraturo seruentur. 2. quando ex iusta causa iubileū in aliud rēpus prorogari nō potest.

**85.** Dubium 7. **Ratio dub.** **VII.** An quævis minima pars in opere præscripto neglecta iubilei valori officiat? Ratio dubij: in huiusmodi operibus in iubileto præscriptis, non tam attendenda est parvitas materiæ, quæ negligitur, quām mens Pontificis ea præscribentis: nam si revera talia opera requirit omnibus numeris absoluta, & nullā ex parte manca & imperfcta, quāvis minimā parte operis negligēta, non satisfit Pontificis intentioni. Confr. etiam si unicum Pater & Aue sit exigua materia, si tamen præscribatur ut conditio ad indulgentiam, illis omissis, ea non comparatur. Prudenter igitur Suar. 10. 4. de pœnit. disp. 52. sect. 5. n. 4. Bouau. disp. 6. de indulg. q. 1. p. 5. nn. 21. rem hanc dubiam censet, proinde consulit, in praxi huiusmodi defectus esse vitandos: simpliciter tamen asserit indulgentia effectum non impedit: ita

Propos. cit. dub. 10. n. 83. Filluc. 10. 1. tract. 8. cap. 6. n. Probabilior 153. Gobat in suo lib. part. 1. q. 22. n. 2. Diana cit. resol. sent.

23. & alij apud ipsum. Probabilis: Probat: solet ex illo principio, quod in moralibus parum pro nibilo reputatur. Verū cum probabilitas huius

sent. pendeat ex intentione cōcedentis, nil iuuat fidelis, si concedens contrarium intendat. Ostendendū igitur mentē P̄t̄. non esse, ut exiguae materiæ omissione iubilei effectum impeditat; scilicet ex voluntate, quæ ap̄r̄sumitur habere, ut omnes Christi fideles, quoad fieri potest, fructum iubilei consequantur: cum enim facile, ac frequenter fiat, ut in tanta hominum multitudine & varietate non adeò exactè & ad vñquam h̄c opera ab omnibus executioni mandentur, ne tot hominū milia desiderato iubilei fructu frustrarentur, piè pr̄sumendum est, ipsius voluntatis non esse, ut quicunque minimus defec̄tus huiusmodi operibus, ex negligentia operantis obrepens iubilei effectum impeditat. Quare duæ voluntates saltem virtualiter distinguendæ sunt in Pontifice: una, quæ h̄c opera pro consequendo iubileto præscribit; altera temperatua huius, nempe, si quis defec̄tus, qui notabilis non fit, his operibus ex humana fragilitate obrepat, iubilei defec̄tui non obfuturum. Cæterū pars notabilis est respectu consideranda: nam quæ respectu vnius operis est exigua, respectu alterius erit notabilis, ut omissione vnius Pater & Aue in uno integro Rosario, erit parua materia, in quinque Pater & Aue erit notabilis. Infero, lucraturum iubileum, 1. qui ieiunium non notabiliter frangit, etiam si in ea fraktione venialiter peccet; vel qui horam comedionis anticipat, aut consuetum comedendi ordinem invertit, vesperi cœnando, manū ientaculum sumendo. 2. qui defec̄tu exaltissimæ diligentia, ad quam pœnitens morali ter non tenetur, nō omnia peccata clauibus subiicit: nam sicut hic satis facit sacramento, ciusque effectum recipit, si cum sufficiēt dolore ad illud accedat, ita iubileum eiusque fructum lucratur. Tertiò, qui curiosè, ac parum reverenter sanctissimum Eucharistia sacramentum sumit.

**87.** Dubium 8. **VIII.** An possit iubileum lucraturus iniuncta opera in alia perfectiora propriâ autoritate com-

Conciliatio sententia.

Dubium 7.

86. Vera ratio.

Corall. de partiente materia.

commutare. Ratio pro affirm. opus perfectius, est efficacius ad obtinendum, quod per iubileum Pontifex intendit, quod est, cum imploratio diuinij auxilij, cum interna spiritus renouatio in vniuerso populo Christiano.

Dicendum, non posse: eo quid in liberali cōcessione, qualis est indulgentia per iubileum impetrata, seruanda est forma à cōcedente præscripta, quam lucratris nō est in aliam perfectiorē cōmutare. Cōfir. perfectio est dilectio Dei, quām attritio de peccatis: & tamen pœnitentia sacramenta non satisfacit, qui omissā attritione, cum sola dilectione Dei ad illud accedit.

Ad rationem pro affirm. concedo Pontificem illa duo per iubileum intendere, sed mediis à se præscriptis: qui iustas ob causas, quas examinare non pertinet ad subditos, per opera minūs perfecta, illa intendit: siue quia hæc sunt seruata faciliora, siue magis communia, & ad captum omnium; siue quia opera externa efficaciūs conducunt ad populi ædificationem, & aliorum incitamentum, ex quo maior Dei gloria enascitur, quām interna, licet utilita operant.

IX. An iubileum lucretur, qui opera non exequitur ordine, quo sunt præscripta? possunt opera præscribi, uno modo, indeterminatè, quando simpliciter recēsentur, ut tria ieiunia, oratio, Eccliaz visitatio, eleemosyna, exomologesis, sacra comunio: & tunc ordo exequendi erit ad libitum: Alio modo, determinatè, vel quoad tempus, & dies, quibus exequi debent, ut sunt tria ieiunia, quæ in iubileis præscribi soledi feria IV. VI. & sabbatho; vel quoad anticipationem, & postponitionem, ut cum confessio, & sacra communio præscribuntur exequenda ante, vel post reliqua opera: vel quando singulis diebus, quibus durat iubileum, aliquid faciendum præscribitur.

Dico 1. Ieiunia seruanda sunt diebus, quibus seruanda præscribuntur, alias non suffit intentioni Pontificis. Hoc admittunt omnes, qui absolute docent, seruandum esse ordinem indiplomaticum præscriptum, quia ordo est de forma concessionis: ita *Propos. cit. n. 87.* & de ieiuniis specialiter afferit *Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 10. num. 5.* quia præscribuntur tanquam onus diei, quod propriā autoritate in alium diem transferre nō licet: nisi quando quis à ieiunio excusat, vel propter ægritudinem, vel propter quotidianum labore, ut sunt artifices, quos à ieiunio *Nauar.* excusat *miscell. 94. de orati.* nam si eos, inquit extusat præceptum eccles. à fortiori excusat bulla iubilei. Vnde erit illi, qui concedunt, posse fideles utraque hebdomadā iubileum lucrari, afferunt, ea debere designatis diebus seruari.

Dico 2. Si confessio, & sacra communio præscribuntur exequēda ante reliqua opera, nō satisfacit iubileo, qui illa postponit: secus, si præscribuntur exequenda post cætera opera. 1. pars est contra *Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 10. nu. vlt.* & *Laymann de iubil. n. 7.* qui docent, etiam si in bullā cōfessio & cōmunio præscribantur exequēda ante reliqua opera, adhuc illa differri posse ad postremū diem. Idq; *Henrig. in schot. lit. T.* refert declaratum fuisse à Grego. XIII. Pio V. Sixto V. Ratio, nostræ affer. quando præscribuntur exequēda ante alia opera, mens Pontificis est, ut subsequentia adimpleantur in gratia. Ad declarationem Pontificum dic, per eam non abstulisse successoribus potestatē aliter opera præscribendi: quando verò cum hac intentione hunc ordinem præscribant, colligendum erit ex forma di-

plomatis. Cæterū non inficiot, verat fore horum sententiam, si nobis constaret, Pontifices id generaliter statuisse: sed quia non constat, tantum pro iubileis à se concessis, quamdiu major certitudo Apost. sedis non affulget, nostrā sent. tūtior est, & conformior Pontificum menti, qui videntur per hunc ordinem velle, ut reliqua opera à se præscripta in gratia hant. Confir. ex vt *Benzon. lib. 5. de anno iubil. cap. 15. dub. 4.* nō lūcratur indulgentiam anni sacri, qui ante visitationes Romæ faciendas confessionem non præmittit, eo quid non seruat ordinem præscriptū ut verè pœnitentes & confessi Ecclesias visitent, bullā *Clemen. VI. Clem. VIII. Urbani VIII.* ergo eriam quando hic ordo præscribitur in aliis iubileis, seruandus erit, nisi aliunde de mente Pontificis constet. Ratio 2. partis: quando Pontifex ea præscribit ultimā die adimplenda, id non mandat, sed solum permittit: ad permissionem denotandam addere solent particulam *saltem*, vijs in iubileo *Innocentij X.* qui confessionem & communionem permittit saltem die dominico, qui est terminus præcedentis hebdomadæ, quā iubileum quæsitus fuit.

Quoad 2. modum, quando singulis diebus aliquid à lucraturo præstandum inungitur; Prima sent. affirmat, iubileū cōparati, præscripto ordine singulis diebus non seruato, ut si præscribatur singulis diebus bus aliquid eleemosyna eroganda, vel orandum, aut Eccliaz visitandæ, sat fore, si ultimā die tantum eleemosyna erogetur, quantum erogatū fuisset singulis diebus: similiter si una die tot preces multiplicetur, quot fuissent singulis præscriptis diebus repetitæ: vel si designatæ fuissent septem Ecclesiaz singulis diebus visitandæ, vel per singulos dies una semel, sat fore una die tot visitationes explere, quot expletæ fuissent, si ordine præscripto visitatæ fuissent. Hanc cum *Bosso* probabilem cēset *Diana cit. resolut. 22. ante hos Jacob. de Graffis lib. 4. moral. resolut. n. 33.* Quia verosimile est, tali casu interrogatum Pontificē, pro sua pietate, affirmatiū fore respōlurum: proinde ex quadā æquitatē & tacitā atque interpretatiā Pontificis voluntate fidelis iubileū lucratabitur. Confir. vt de eleemosyna docet *Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 6.* impletur p̄cipua Pontificis intentio; quæ est pauperum subleuatio, si quod per partes singulis diebus erogandū erat, totum simul erogatur una die: et si ipse non nisi approbante Confessario, hoc faciendum censeat. Accedit glossa in extranag. *Antiquorum, de pœnit. & remiss. verb. & saltem semel in die,* quæ testatur verba illa, ad missas triginta diebus continuis seu interpolatis & saltem semel in die ad Basilicas accedant, fuisse à Papa in consistorio interpretata, quod sufficiat, si semelin die ad utramq; Basilicā iubileum lucraturus accedat. Notat autē *de Graffis*, quod quādo ex ignorantia, vel obliuione, aut imprudētiā præscriptus ordo omittitur, valet iubileū per illam regulam *cap. 2. de constit.* Rem qua culpā caret, in damnum vocari non conuenit.

Secunda sent. negat. *Nauar. de iubil. nota. 32. n. 41.* qui ait, iubileum, non lucratū, qui duas visitationes cādem die faceret ad effectum satisfaciendi duorum dictum visitationi; *Propos. cit. Bull. 10. 1. tr. 8. cap. n. 255.* & alij apud *Dian. cit.* & tūtior est; quia per huiusmodi operum repetitionem singulis diebus faciendā, Pontifices intendūt, ut magis ac magis fideles disponātur ad verā pœnitentiam, & simul Christiana pietas & deuotio tēpore iubilei seruētiū vigeat ad populi incitamentum.

Ratio portu poster.

Fundam. affirm.

Confir.

*Ad fundam.  
vñor.*

Ad fundam. oppositæ patet: nam à Pontifice non tantum intenditur eleemosyna eroganda, pauperum subleuatio, & in precibus fundendis. atque Ecclesiis visitandis ipsum materiale opus; sed etiam poenitentis vtilitas, populi ædificatio, & Dei maius obsequium. Cæterum applicatio de Graffis solum probat, id posse ac debere fieri cū Confessarij consilio. Dices: vbi res est clara, non est opus Confessoris consilio, vt *Nauar.* dixit de eo, qui proper quotidianū laborem nequit tempore iubilei iejunare. Sed esto, sit clarum, quod prætermissus ordo debeat resarciri; non est tamē clarum, quo medio expadiat, sum ad vtilitatem poenitentis, tum ad populi ædificationem, tum ad Dei obsequium, illam resarciri: atque ad hoc Confessarij consilium necessarium est. *Glossa* Responder *Nauar.* eam fuisse peculiarem declarationem Bonifacij V III. Cæterum standum esse communi sensu verborum, quæ propriâ significacione requirunt, vt Ecclesiarum visitatio fiat semel in die. atque ita declarasse refert Grægorium XI.

*93.  
Dubium 10.*

*Bisarium  
potest quis  
&c.*

*Ratio affir.*

*Confir.*

*94..  
Dubium 11.*

*Ratio neg.*

*Affirmant.*

quod verò fidelis ad iubileum lucrandum accedit cum ea falsa conscientia, non constituit ideo in mala fide, & in statu peccati, in quo non sit iubilei esse actus capax. hoc est licet iubileum *Voluntas  
vñor.* vt suum esse & cum tribuat, subiectum poscat extra statum peccati, saltem putativè; actus quo quis putat se non seruasse conditiones ad iubileum requisitas, non constituit hominem in statu peccati, quia non obligatur sibi iubileum querere: & hoc ipso, quod quis re ipsâ præstiterit, quod ad iubileum requiritur, voluntate sola interpretatiā, quā vnuquisque vuli suum bonum, esse & cum iubilei consequitur. Quid si positivo actu vellet *Dub. incidit.* iubileum lucrari, cum huiusmodi conscientia erronea, quā putat conditiones seruasse? An peccat, iubileum sic querendo, & consequenter iubilei fructu frustretur? Resp. negatiū: quia cum nec teneatur iubileum querere, neque illum cum tali conscientia querendo aliquid committat contra iubileum, sed potius contra ipsum, vtporū qui putat, iubileum sic querendo, se iubilei fructu caritatum, nihil committit, quo ab effetu iubilei impediatur: modò posituum actu non habeat, quo nolit iubilei fructu consequi, sed solum errorem, quo putat, se illum non consecuturum. Ad rationem dub. neg. conseq conscientia erronea de sufficiente dolore peccatorum non elicit, et si hominem non constituit in statu peccati, ex suppositione tamen quod velit ad sacramentum confessionis accedere, tenetur illam depolare, ne iniuriam irrogat sacramento, illud frustando: at nullam iniuriam irrogat iubileo, si ad illud lucrandum accedit cum conscientia erronea de non adimplitis conditionibus: eo quod iubileum non est aliquid sacramentum symbolum à Christo institutum, ad quod teneamus reverenter accedere, sed liberalis concessio à Vicario Christi sub conditions de aliquo opere præstando facta, quam dum vult quis sine requisitis conditionibus obtinere, nullam iniuriam illi facit; sed se tantum eā putatiū priuat: sicut qui vellet donatione sibi sub condicione facta, etiam conditione non præstat, potiri, nullam irrogaret iniuriam, neque donatori, cum ad illam acceptandam non obliget; neque donationi, sed tantum se ipsum eā priuaret.

## S E C T I O VI.

*Quid singula opera speciatim requirant  
ab iubileum obtainendum.*

*E*xplatis conditionibus pertinentibus ad *De singulis  
singulis* opera in communi, explicanda sunt, quæ in *requisitiis.* sequendum. Sex autem solent præscribi: Oratio, Ecclesiarum visitatio, vel processionis interuentus, eleemosynæ erogatio, iejunia, sacra confessio, sacra communio.

Dubitatur 1. An oratio fieri debeat in Ecclesia *De oratione* ab ordinario designata. Resp. affirmatiū: si in *ne.* ipso Pontificis diplomate præscribatur, vt præ. *Dubium 1.* scriptis Urban. VIII. anno 1619. iubileo indicato; & Innoc. X. an. 1648. qui in visitatione Ecclesiarum addunt, *ibidem deinceps Deum oraverint.* Vnde non satis facit, qui alibi, quā in designata Ecclesia iniunctas preces fundit. Cæterum quando certa oratio non præscribitur, quæcunque sufficit, siue mentalis, siue vocalis, etiam ex præcepto, aut voto, vel ex Confessarij obligatione debita *Affirm.*

bira. Solum Rodriq. apud Dianam cit. resolut. 4.4. leggi, qui putat, cum in iubileo oratio prescribitur, non sufficere mentalem. Qui vero processioni intersunt, ad alias preces non tenentur: sufficiunt, quae in processione funduntur: immo neque ad iubileum consequendum necessarium erit, Ecclesiam ingredi, sed sufficit processionem per publicas plateas comitari: cum soleant Pontifices sub disjunctione prescribere, aut processione interesse, aut Ecclesiam visitare. Quo modo autem sit deus orandum, ad effectum iubilei consequendum, explicat Nauar. in Comment. iubil. nota. 32: n. expl. part. deuot. ut fiat moraliter bene, etiam si fiat in statu peccati, vel peccato concomitante.

97. Dubium 2. Il. An quando prescribitur orandum pro concordia Principum, extirpatione heresum &c. latiflat orando in genere iuxta Pontificis intentionem. Negat Georg. Gobat. in suo lib. de thes. eccles. part. 1. q. 22. n. 4 Probat. Efficaciores sunt apud Deum preces expresso affectu, & intentione fusa, quam in genere tantum: at Pontifices expressè dicunt, orandum esse pro hac, vel illa necessitate, ergo requirunt maiorem illam efficaciam ad diuinum auxilium impetrandum, quam caret oratio in genere tantum fusa. At oppositum vti communius, ita probabilius est. Quia verum non est, hunc expressum affectum, & formalem intentionem in precibus pro iubileo consequendo Pontifices exigere, ne multos fideles exponant, periculo iubilei fructu carendi: tum propter imperitos, qui ad huiusmodi expressos & formales intentiones formandas non sunt asfueri. Tum quia cum haec sent. sic communiter recepta, plurimi auctoritate DD. persuasi, hanc vt tutam in praxi sequentes, iubilei fructu priuarentur, quod non est de paterno affectu Summi Pastoris in suas oves presumendum.

Paret ad opposit. Ad argu. opposit: licet efficacior sit ad impretrandum oratio expresso affectu, & formalis intentione facta, id tamen ob rationes assignatas, a Pontifice non petitur: alioqui cum petitur, ut fideles ad iubileum comparandum accedant confessi & contriti, non sufficeret, ut cum confessione accederent tantum attriti: si quidem efficacior ad impretrandum est concretio, quam attrito. Confir. Non est ad lucrandum iubileum necessarius expressus affectus, & formalis intentione illud lucrati, sed sufficit habitualis, vt idem q. 20. ergo neque hic expressus affectus & intentione erit necessaria ad orandum pro iis, pro quibus Pontifex prescribit. nam etiam ad impretrandum est efficacior intentio aequalis iubileum lucrandi, quam habitualis.

98. Dubium 3. III. An oratio vocalis externa tantum deuotione facta sufficiat ad effectum iubilei. Ratio neg. est; quia per talem orationem non satisfit Pontificis menti, quae est ut per eam fideles a Deo impretrant opportunum auxilium ad finem, propter quem iubileum institutum, sc. ad mala ab Ecclesia arcenda: videtur Nauar. de iubil. nota 19. n. 6. vbi cum Adriano docet, opus in iubileo prescriptum veniali maculam infestum non esse ad effectum indulgentiae idoneum. Idem fuisse nota 32. in explic. bull. Gregorij XIII. n. 4. explic. partic. deuot. Affermandum At sententia affirm. probabilior; Nauar. 10. 4. de pœnit. disp. 5. sect. 6. 6. Nihilominus, afferens, ad indulgentiam consequendam sufficere opus ex genere suo honestum, etiamsi illi admisceatur aliqua circumstantia mala. Ratio: non videtur Pontifex ad effectum iubilei postulare, quod a plerisque mo-

raliter non seruatur, ut est interna attitudo in oratione vocali. Confi. si haec iuxta multorum opinionem sufficit ad Ecclesiæ preceptum implendum, videatur etiam sufficere ad effectum iubilei consequendum, cum non censeatur Pontifex ad hunc plus requirere, quam requirat Ecclesia ad illud.

At fundam. appositæ, 1. nego talem orationem non esse iuxta mentem Pontificis ad iubileum consequendum sufficientem: sufficit enim externa orationis deuotio, quatenus est & populo ad pietatem incitativa, & Deo honorifica. Confir. Ferè certum, Pontificem non postulare orationem in statu gratiæ factam, ergo neque cum interna attitudo na tis cur gratia subiecti significat opus, ita interna attitudo orationem vocalem: & tamen Pontifex illa non requirit, ergo neque hanc. 2. principalis finis Pontificis est Rsp. ut non per unum, sed per omnia opera simul fideles se disponant ad diuinam operem impetrandam: ergo sufficit, ut in omnibus operibus iniunctis simul requirat ad iubileum instituendum statu gratiæ, & opera condigna ad impetrandum diuinum auxilium in lucratis, esto in singulis operibus ultimum precedentibus Pontifex sit contentus aliquam bonitatem morali, vel ad subiectum disponendum, vel ad populum ædificandum, vel ad Deum glorificandum.

Ecclesiastum visitatio facienda est iuxta formam iubilei prescriptam, ut non nisi ab Ordinatio loci De visita designata visitetur: vel in defectu Ordinarij, & tunc. eorum qui animatus cura exercent, iuxta Pauli V. declarationem, a proprio Confessario electo designata fuerint. Vnde si due designantur, non sufficit, unam visitare, nec si prescribitur, ut singulis diebus visitetur non sat erit, unam die explore omnes visitationes. Præterea si sola postulatur visitatio, non erit in rigore opus prescriptis necessitatibus ibi orare, sed poterit alibi.

IV. An visitatio Ecclesiæ ex prauo fine facta Dubium 4. sufficiat ad effectum iubilei. Hoc dubium proponit Nauar. cit. vbi iuxta S. Tho. & communem Theolog. doctrinam, prauitas, altera afficiens actum, derivata ex aliqua prava circumstantia, integrante unum Duplex præ cum obiecto, in quod tendit actus: altera con uitantem tantum se habens: visitatio facta cum prauitate actum visitationis afficiente, ad iubileum quærendum non sufficit, proinde reperenda: facta vero cum prauitate actum cōcomitante, etiamsi mortaliter sit, ad illud sufficit. Ex quo inferit; si actus visitationis fiat ex vanâ gloria, malitiam refundente, in ipsum actum visitandi, sufficiens non est; secus si cum ipso actu visitationis propter honestum elicitum cōiungatur alius actus prauus. Quia tamen, inquit, frequenter accedit, quod una pars actus sit venialiter mala, alia bona, ut cum visitatio incipit ob vanam gloriam & absoluatur ab Dei obsequiū, talis visitatio sufficit: nam in visitatione Ecclesiæ Pontifices principaliter intendunt ipsius tēpli accessum & visitationem: quod colligit ex verbis, quae solent in bullis inseri, qui accesserint, qui visitauerint, non qui ad visitandum iter arriperint: quæ ponderare videntur ipsum accessum ad templum, & visitationem, quae sunt ultimæ partes actus visitandi. Eandem doctrinam quoad opus ex fine peccati venialis factum, sequitur Benzon. lib. 5. de anno iubil. cap. 15. dub. 8. Haec doctrina, quantum ad id quod afferit, quod quando actus malus concordanter tantum se habet ad visitationem, illum non impedit, quo minus ad effectum iubilei consequendum sufficiens sit, supra probat, & communiter recipitur. Quantum

100.  
Hac Nauar.  
doctrina su-  
per probat  
ex parte.

Improbatur  
ex altera.

Verò ad id, quod addit, si rotæ visitatio fiat ob vanam gloriam, non ad effectū iubilei sufficien- tem, non probatur, si ceteroquaque ipsa exter- na visitationis deuotè obeat. Ducor; quia in ipsa visitatione externa deuotè obita est aliqua materialis saltem bonitas, nempe ipsa visitantū modestia; quæ multum conducit ad populi ædi- ficationem, Christianæ pietatis incitamentum, Dei gloriam & obsequium: quam bonitatem po- test Pontifex intendere, ut supra de oratione vo- cali & eleemosyna, quæ etiam ob vanam gloriam facta, ad effectum iubilei sufficiens est, propter externam bonitatem, quam Pontifex intendit. Lege Dian. part. 5: trah. 12. resolut. 5. Dices: ergo etiam visitatio ex motu peccati mortalis obita erit ad iubileum sufficiens. Resp. neg. conseq. cum mens Pontificis non sit admittere opus ad iubileum sufficiens, directè oppositum princi- pali fini iubilei, qui est, tum moralis dispositio fidelium, ut per huiusmodi opera ad veram pœ- nitentiam se disponantrum ut veram pœnitentiā consecuti, optaram opem à Deo implorent pro vrgētibus Ecclesiaz necessitatibus: cui fini directè non opponitur veniale. Adde Pontificum mentē in operibus à se iniunctis esse, eas tantum condi- tiones ad effectum iubilei non exigere, quæ at- tenta fragilitate hominum, non nisi à paucis ser- vantur, cuiusmodi sunt, ut ea cum debita men- tis attentione fiant, & sine villa admixtione cir- cumstantiæ venialis.

V. An visitatio Ecclesiaz de nocte facta valeat ad iubileum lucrandum. Ratio dubij hæc bullæ verba: *qui semel de die solē Ecclesiam visitaverint: dies enim à nocte distinguitur, iuxta illud Genes. 1. Appellauit g. lucem diem: vnde interdū solet in forma concessionis expresseponi usque ad occasum solis.* Confir. Ecclesiarum visitatio non tantum à Pontifice præscribitur in priuatam utilitatem visitantis, sed etiam in publicum bonum & ædi- ficationem populi, ut per huiusmodi Ecclesiarū visitationes deuotè obitas, ad pietatem magis exciteretur, qui finis non habetur, si visitatio de nocte obeat. Dicendum cum Henr. lib. 7. de indulg. cap. 14. in schol. lit. D. Benzo. lib. 5. de anno sub. cap. 15. dub. 7. visitationem de nocte obitam ad effectum iubilei valere: cum talis sit vera & pro- pria visitatio, nec aliud petit Pontifex. Ad 1. arg. dies communiter accipitur pro naturali, diurnis nocturnisque horis constante, ex eis. tex. Genes.

*Factumque est vespera & manè dies unus, vbi no- mine dici intelligitur etiā nox, per vesperam si- guificantata. Ceterum clausula illa, usque ad solis occasum, non excludit nocte præcedētis diei, in quo cessat indulgētia: Solet enim forma concedi, qui Ecclesiam visitauerit à primis vesperis usque ad se- cundas sequentias diei. In quo loquendi modo non excluditur nox subsequens primas vesperas, sed nox subsequens secundas, in qua finitur indul- gentia. Ad confir. esto per Ecclesiarum visitatio- nem Pontifex intendat, præ. et visitantis spiri- tualem utilitatem, etiam populi edificationem, haud tamen illam intendit, ut necessariam conditionem ad iubilei valorē: alioqui neq; valeret confessio & communio de nocte præstata, nam etiam per hæc opera Pontifex intendit, quamvis secundariō, populi edificationem, & ad pietatē incitamentum.*

VI. An quando in forma concessionis additur à primis vesperis, præpositio A includat primas vesperas. Mouet hoc dubiū Xanar. in Commen- desubil. nota. 2. 4. & 23. in explic. partic. à primis ves- peris: Et videtur excludere: eo quod præposi-

A iuxta glossam memorabilem cōmuniter recepa- tam in Clem. Sicut, de appellat. ver. A die, exclu- dit terminum, cui apponitur, idque multis tex- tib. glossa probat: ergo etiam cūm indulgentia conceditur sub hac forma à primis vesperis, intel- ligitur exclusiō, primis vesperis peractis. Verū- tamen cum eod. & Benzo. lib. 3. de anno iubil. cap. 10. dicendum, præpositionem A in indulgentiis in- cludere terminum, cui apponitur, ex cap. 1. & 2. deferit, ubi dicitur dies dominicos à vespera usq; ad vesperā cum omni venerazione esse cele- brādos. Ratio: præpositio A interdū sumitur pro Ratio. præpositione In: quo modo sumitur, cūm dicitur sacer annus iubilei incipere à vigiliā Natiui- tatis Domini, hoc est à primis vesperis inclusiō.

Resol.  
affirm.

Dōtores aduentunt, pauculis apud Dianam part. 5. trah. 12. resolut. 14. exceptis, maiorem exigi eleemosynam, quando Pontifex illam eroganda præscribit iuxta propriam facultatem erogatis: quia tunc illam petit proportionatam facultati- bus elargientis. Ceterum rō iuxta facultatem er- rogantis intelligendum est moraliter. Vnde no- satis facit ditissimus, grossum pauperti tribuens. Quando verò illā cōmittit etrogantis arbitrio, ut in iubileis Pauli V. & Urbani VIII. Innoc. X. prout charitas suggestit, tunc quæcunq; minima eleemosyna ad iubileum lucrandum sufficiet. 2. habet veram rationē eleemosynæ, siue illa fiat pauperibus, siue Ecclesiaz, aut locis piis, qui ex eleemosynis viuunt: nec solum eleemosyna su- pererogationis, sed etiā ex præcepto siue natura- li, siue positivo Cōfessarij debita, sufficit ad effec- tum iubilei, qualis esset facta consanguineis ad eorum miseriā subleuandam: non autem titulo donationis collata iis, qui ex proprio habent, quo sufficiēter se sustentent.

103.  
De eleemo-  
syna.

VII. An valeat erogata iis, qui habent quidem vnde se sustentēt, nō tamen iuxta suū statum; vel iis Religionibus, quæ viuunt ex propriis redditib. & abundē habēt, vnde alātur. Resp. affirmatiū: Prima pars prob. talis largitio est alienæ miseriæ subleuatio: nam hæc nō tantum astringit ad eos qui quotidiano vicetu indigēt, sed etiā ad eos, qui que pars indigēt statu suæ dignitati competenti, præser- tū si is sit Reipu. utilis. Secunda ostend. et si tā- les Religiosi abundē habeant, vnde lautē vi- uant; adhuc tamen sunt capaces eleemosynæ, quā possunt in piis causas applicare, quibus Dci honor & gloria apud populum magis augeatur.

104.  
Dnbium 7.

Ex quibus infero, satisfacere pro indulgentia Coroll. lucrāda, qui eleemosynā impedit ad res sacras, velut ad Ecclesiaz febricam, ad altaria, vel capel- las origēdas, ad sacram templi supelleūtem reparandam, vel de nouo instituendam: nam hæc omnia comprehenduntur sub nomine loci pij. Præterea qui eleemosynam erogat ad sacrum celebrandū pro paupers defuncto, vel eius funus propriis expensis curat exequi: hec enim omnia sunt alienæ miseriæ subleuariua. Leg. Ed. enrig. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. vlt.

VIII. An valeat eleemosyna erogata pauperi tantum putato: & an veritate cognitā, repetenda sit eleemosyna vero pauperi. Ratio prioris du- bij: re ipsā non est Pōtificis intentioni satisfactū, quæ est, ut se ipsa pauperis miseria subleuetur. Vnde sicut qui propter ignoratiā eleemosynā nō largitur, iubileū non cōsequitur; ita nec qui pro- pter eandem ignor. eam non erogat vero pau- peri. Resp. affirm. 1. quia hic re ipsa eleemosynā largitur, animo pauperis miseriā subleuādi: per accidens autem est, quod illa, non suo, sed al- terius.

105.

Dnbium 8.

Secundum.  
Soluuntur.

terius defecū non subleuat. Nec est pars ratio, quando propter ignorantiam illā non erogat, quia tunc nullo modo rē ipsā eleemosynā erogat. Quoad 2. repetenda est eleemosyna, ut praecep. disp. dixi de eo, qui eleemosynā per famulum dedit, & postea deprehendit, illā non fuisse per famulum erogatam: cūm rē ipsā tali casu nō sit intēctioni Pontificis satis factū: nam et si quamdiu ignorat per eleemosynā à se factā, subleuatā esse pauperis egestatem, satisfaciat, eo quod censeatur Pōtīfex talē eleemosynā admittere, vt sufficientē, haud tamē satis facit, dū deprehēdit, illā rē ipsā non esse subleuatā: neq; verisimiliter pr̄sumendum est, cā Pontifice esse contentum.

106.

Dubium 8.  
Scl. i:ur  
affir.

VIII. An valeat eleemosyna ab alio lucrantis nomine facta. Resp. cū Henr. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 6. affirmatiū: nā talis eleemosyna virtualiter includit donationē ab alio iubileū lucraturo factam: ac proinde censemur talis res, quę nomine lucraturi erogatur, virtualiter tuisse ipsius lucrātis, vt si diues eleemosynā eroget nomine pauperis, vel amicus nomine alicui, cēsetur illā virtualliter dare ipsi lucraturo; proinde lucraturus illā erogare ex re virtualiter sua. An valeat hæc eleemosyna ad effēctū iubilei, etiā ignorāte lucraturo. Resp. negatiū. Ratio; talis eleemosyna non esset cum libertate lucraturi facta, quam libertatem requirit Pōtīfex in operibus exequēndis à se injunctis, cūm illa exequēda iniungat vt opera humana. Ex quo infero, non fore ad effēctū iubilei sufficientē eleemosynā factam à famulo de rebus domini, ignorante domino: quia nō esset voluntaria domino; pr̄tinde non posset pro ipso esse sufficiēs ad iubileū lucrandū. Quid si omnes tēpote amentiz eleemosynā eroget, an teneatur illā repetere tēpore sanz mōntis, vt iubileū lucretur? Res. si eleemosyna facta sit vēro pauperi, & accedat illius ratihabitio, non tenet aliā eroget: quia licet prior non fuerit libero & humano modo facta, sit libera per actū subsequentē.

Aliud que.

Quid si ratā habeat extra tempus iubilei? Resp. probabile esse adhuc illam valere ad iubileum lucrandū, accidente p̄fertim cōfessarij cōsilio. IX. An possit Religiosus subditus inscio & nolente superiore aliquid ē bonis monasterij ad lucrandū iubileū in eleemosynā erogare. Negat Homobon. apud Dianā cit. resblnt. 3t. 5. Dico 3. Affirmat & probabilius ipse: quippe qui tali casu subditus eleemosynā facit ex liceā debita superioris: ex doctrina Sanch. 10. 2. moral. lib. 7. cap. 19. n. 54. quando possit Religiosus inuitu superiore, aliquid pro suis necessitatibus ex bonis monasterij capere.

108.

De ieiunis  
teruandis.

Ieiunia implēda sunt ordine in diplomate p̄scripto, ut suprā. nec possunt propriā autoritate in alios dies transferri. Quoad qualitatē verdicitorum, & vespertinā colatiunculā, seruanda est patriæ consuetudo. Vnde licebit ouis, & lacticii niis vti, vbi more, aut priuilegio inductum est: itm id omnibus licitum est in ieiunijs extra quadragesimam, in qua tantūm huiusmodi cibi ieiuantibus prohibentur.

109.

Dubium 10.

An qui non potest in vna hebdomada omnia ieiunia perficere, expedit, vt Cōfessarius proroget tēpus iubilei in duas vel tres hebdomadas, potius quam illa in alia pia opera cōmutet. Dico 1. cū Cōfessarij cōsilio vtrumq; fieri posse, prout magis iudicatū fuerit expedire vtilitati & deuotioni p̄enitētis: ita expressē in iubileo anni 1648. vbi facultētē cōcedit Cōfessario, vel hæc in alia pietatis opéra cōmutare, vel in aliud proximum

tēpus prorogare. 2. si tempus non sit prorogandū Dico 2. vltra duas hebdomadas, quo currīt iubileū, magis videtur. cum p̄enitētē dispēlare, vt in vtraq; hebdomada, qua tēpus iubilei durat, p̄scripta ieiunia perficiat, quam ea, vel aliquod eorum in aliud opus cōmutare: secus. si deberet tēpus prorogari vltra totū tēpus iubileo lucrādo p̄scriptum. Primum: quia hic modus magis accedit ad Ratiō p̄tētē Pontificis, quæ est, vt quoad fieri potest, in m: iubileo p̄scripta seruentur: at inter p̄scripta vrgētius est, vt omnia tria ieiunia adimpleātur, quam vt designatū tēpus vnius hebdomadā seruetur: cūm illud magis conduceat ad subiecti dispositionem. Secundum: quia maius est, dispēlare Secundum. in toto tēpore iubilei à Pontifice taxato, quam vnu vel alterum ieiunium in aliud opus permuteare: at quantum fieri potest semper dispensandum est in eo, quod minus est.

Confessio sacra ante omnia opera p̄mittenda est, si ita in diplomate p̄scribatur, sicut cōmuniter DD sentiūt de confessione p̄mittēda ante visitationes Ecclesiastū Romæ peragendas tēpore anni sacri, quādo indulgentia promittitur verē p̄enitētibus & confessis, vt infrā. Debet autē confessio ad iubileū sufficiēs, esse saltē putatiū validā, & integra formaliter. Dixi, formāliter. non n. necesse est, vt semper materialiter, quippe cūm dari possit casus, quo p̄enitētē non teneatur, aliquod peccatum, etiā ex reseruatis confiteri: & tunc cōfessio erit integra formaliter, non modū ad iubileū lucrandū sufficiens, sed etiam ad p̄ceptum implendum, & gratiā sacramenti consequendā, vt suprā disp. de confess. etiā si forma concessionis postulet confessionē omnium peccatorum: quia intelligitur de omnibus, quæ tenebunt p̄enitētē confiteri: ita Propos. 3. par. 9. 14. dub. 10. n. 84. Qnod peccatum in tali confessione tacitum poterit extra tēpus iubilei, à quo quis sacerdote habente potestatē absoluēdi à mortalibus, absolui, non secus ac si illud fuisset oblitū. Ratio; cūm tali casu virtute iubilei Cōfessarius habuerit potestatē absoluēdi à reseruatis, & aliquod ex reseruatis ex iusta causa fuerit à p̄enitētē suppressū. sacra absolutionē nō solū se extēdit supra peccata confessā, sed etiam supra peccatum ex causa suppressionē: alioqui p̄enitētē non fuisset per talē absolutionē sacramenti gratiam consecutus. Dices; peccata reseruātur superiori Dices. quoad iudiciū: sed hic Cōfessarius nullū potuit de talipeccato iudiciū formare: ergo non manet liberū ab onere, quoād subiectibilitē superioris iudicio. Distinguō minore: nullū potuit formare iudicium saltē virtuale, quo hīc & nunc iudicauit, p̄enitētē absoluēdum esse ab omnibus peccatis, nego; formale, concedo; quod non semper ad validam absolutionē est necessarium.

XI. An p̄enitētē omnibus p̄stitis, quæ ad sacrā confessionē p̄stanta erant, iubileum lucretur, si Cōfessarius intentionē non habuit illū à peccatis absoluēndi. Pro negāte parte est: quia hic licet bonā fide putet se à peccatis absoluēdū, re ipsā absolutus non est, proinde incapax est effēctus iubilei, vt potē adhuc in peccato existens. Dico, talem effectum iubilei consecuturum: cūm nec desit in subiecto capacitas, ut suprā; nec in Pontifice voluntas, qui non p̄sumit p̄fectū iubilei priuare hominem aliās capacēm: vti nec Deus talem hominem priuat effēctū gratiā iustificantis, si bonā fide accedit ad aliquod sacramentum. Ad rationem Adriat. neg. neg. Ad effectū iubilei sufficit status gratiā pro-

probabiliter puratus. ita Henr. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 6. in schol. lit. N. Dices ergo etiam si quis confessus fuerit non sacerdoti. purato sacerdoti, iubileum consequetur, quia fecit quantum in se fuit. Resp. concedo totum: nam sicut hic esset capax gratiae iustificantis, si accederet ad aliud sacramentum, ita & iubilei.

<sup>111.</sup> In fero i. iubileum luctaturum, qui omnia sua peccata interpreti dixit, etiam si interpres ea Confessario reticuit: quia pœnitens tali casu fecit, quantum in se fuit. An autem hic consequeretur gratia sacramenti, non est hic locus discutiendi: ex iactis principiis affirmas pars sequitur, modò absolutio non sit data limitate ad ea tantum peccata, quæ sibi per interpretem proposita fuere. Natalis absolutio directè caderet supra peccata sibi proposita; indirectè etiam supra ea, quæ ab interprete occultata fuerunt: sicut absolutio impensa supra peccata confessa, indirectè etiam se extenderet ad peccata ignotata.

<sup>Secundum.</sup> 2. Discrimen est inter eum, qui re ipsa confessus non est, putat tamen se fuisse confessum: nam hic re ipsa confessionem non fecit: sicut qui per obliuionem eleemosynam omisit, etiam si putet se illam fecisse. Lucifer verò, qui per famulum erogavit, etiam si famulus eam non dederit.

3. Non lucratur iubileum, qui cognitâ confessionis invaliditate, defectu sacrae absolutionis, illam non repetit, si nondum iubilei consecutus est: sicut qui eleemosynam non repetit, postquam nouit illam non fuisse per famulum datam; Ratio; cognitâ confessionis invaliditate, non est amplius in bona fide. Dixi, si nondum iubileum consecutus est: quia si supponitur illud fuisse consequetus, non est talis confessio ad effectum iubilei necessaria, esto ex alio capite necessaria sit.

<sup>112.</sup> XII. An si pœnitens non potuerit propter pœnitentium multitudinem, vel aliam ob causam tempore iubilei confiteri, sufficiat ad effectum iubilei consequendū sola contritione. Affir-

<sup>Dubium 12.</sup> mant Angel. ver. indul. n. 17. *Nauar.* nota. 18. de indulg. n. 14. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. 6. in schol. lit. N. & cap. 12. n. 12. in schol. lit. H. Sà ver. indulg. n. 3. Layma. lib. 5. tract. 7. cap. 6. §. Dico 3. fine:

<sup>Affirmant.</sup> Diana, qui poste à re maturius consideratā, retractauit per. 5. tract. 12. resol. 29. Probant aliqui: confessio à Pontifice non prescribitur ut pars operis iniuncti, sed ut tutor dispositio ad effectum iubilei consequendum: ergo qui in casu necessitatis per contritionem se disponit, illum consequetur. Probat *Nauar.* è mente videtur Pontifex indulgentiam concessisse: ut sequitur ex sent. eorum, qui docent iubilei fructu non frustrandū qui propter quotidianum laborem non ieunauit. Negant *Shar.* 4. de penit. disp. 52. sect. 3. n. 6. *Filluc.* 10. 10. tract. 8. cap. 6. n. 146. Diana cum aliis cit. Nota, dubium intelligi posse, vno modo, quando confessio requiritur ut pars operis iniuncti: quo sensu Doctores communiter sentiunt, indulgentiam non acquiri; ex iacto principio, quod ex quacunque causa opus in diplomate prescriptum omittatur, indulgentia non coparetur; quia sub ea conditione fuit concessa, quæ deficiente, concessio non subsistit. Contra hanc vi-

<sup>Probans.</sup> dentur Angelus, *Nauar.* Sà, dum vniuersaliter dicunt, loco confessionis sufficere contritionem, si absit copia Confessarij. Alio modo, ut confessio solidum requiratur ut certior dispositio ad statum gratiae: & hoc sensu communiter docent, sufficere contritione casu, quo pœnitens nequit

confiteri: ita *Shar.*, Laymann cit. §. Dico 2. Necdum sc. &c. citati, quia tali casu dispositio, quæ debat, inserviat per confessionem acquiri, suppletur per contritionem, proinde satisficit intentioni Pontificis.

Distinguendum censeo: vel in forma confessionis, præter confessionem non requiritur sacra communio; & tunc sufficere arbitror contritionem in eo, qui præcepti mortalis conscius, confiteri non potuit. Vel præter confessionem requiritur sacra communio, vt solet, tunc subdiuino: vel hic comunicavit antea intra tempus iubilei, nondum tamen cetera opera perfecit; nam si ea omnia perfecit, iubileum luctatus est per ipsam communionem, quæ fuit ultimum opus in gratia factum, vt supponitur: proinde peccatum commissum post communionem non potuit tollere effectu & valorē iubilei iam acquisiti. Vel non communicavit: & hoc etiam sensu videntur Authorés concedere, ad hoc opus adimplendum sufficere eo casu contritionem: quæ dum supplet defectum sacrae confessionis, ex racita mente Pontificis celeretur sufficiens ad effectum iubilei consequendum.

Contraria tamen sent. mihi ferè certa, sc. tali eventu saltē post Concil. Trident. pœnitentem cum sola contritione ad Eucharistiā accedentem, iubileum non lucraturum, nisi casu, quo ad illā accederet ad scandalum vitandum. Ducor; quia Trid. scf. 13. cap. 7. severè prohibet, ne ullus peccati mortalis sibi conscius, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacra confessio, ad Eucharistiam accedere audeat. Postò Pontifices nunquam in suis bullis dispensare consentiunt in decretis Concil. generalium, præsertim Tridentini, vt per varias constitutiones ijdem non semel declararūt, nisi in bulla de huiusmodi dispensatione fiat expressa mentio. Ergo mens Pontificis non est, vt quando quis peccati mortalis conscius, nequit confiteri, possit contra hoc Tridentini decretum, solā contritione præmissā, ad sacrā synaxim accedere, vt iubileū consequatur.

Quod autem casu vitandi scandali, si quis in defectum Confessarij, solā contritione præmissā communicet iubileū lucretur prob. idem Concilium permittit Sacerdoti, vt deficiente copiā Confessarij, si & vrgeat necessitas celebrandi, possit solā contritione præmissā celebrare, licet quam primum poret, teneatur cōfiteri. Pati igitur modo præsumuntur Pontifices ceteris fidelibus ad scandalum vitandum concedere, vt possint solā contritione præmissā, ad Eucharistiam accedere: Proinde qui tali casu cum sola contritione communicat, iubileū lucrabitur, quia adimpler mētem Pontificis, decreto Concilij in hoc se conformantis. Quid si accedat cum sola contritione putata, an iubileum lucretur? Qui censem, contritionem probabiliter purata sufficere ad gratiam sacramenti facile respondebit, lucraturū. Sed ab hac quæst. nunc abstrahendo, ex ceteris principijs sequitur, hunc iubilei effectum acquisitum manifesta etiam si sacramenti gratiam non consequatur: cùm hic supponatur moralem diligentiam adhibuisse, quæ maiorem Pontifex non exigit; & aliunde subiectum non est iubilei effectus incapax, ut supra.

Sed num tali casu teneretur fidelis peccatum confiteri, cùm primū confessori copiam na- & cus fuerit? Resp. non teneri, etiam si adhuc tem- pus iubilei duret: eo quod hoc præceptū de statim cōfiterendo solis sacerdotibus à Cōcilio impossum est, ut alibi. Sed quid de ipso Sacerdote? An si adhuc durante tempore iubilei, & possit pec- catum

catum confiteri, illud non confitendo, iubilei effectum consequatur? Resp. Si iubileum supponatur acquisitum per ipsam communionem ut per ultimum opus, etiam si talis Sacerdos peccet contra Tridentini praeceptum, non confitendo, hoc tamen non obseruit iubilei effectui, qui iam supponitur comparatus. Quod si non dum comparatus sit, eo quod cōmunio non fuit ultimum opus à Pontifice postulatum, nisi confiteatur, iubileum non lucrabitur: cum non possit iubileū lucrari in peccato existens. Neque tali casu sufficiet contritio, quia Concilium requirit confessionem actualē.

## 117. XIII. An teneatur confiteri, qui conscientiam

Dubium 13. peccati mortalis non habet. Negantur partem docui primā editi. cum Henrig. lib. 7. de indul. cap. Negant.

12. n. 2. Suar. 10. 4. de pœnis. disp. 52. sect. 3. n. 5. Ben-Zen. lib. 5. de anno iub. cap. 15. dub. 6. Fillm. 10. 1. tra. 8. cap. 6. n. 145. Propos. 3. par. 9. 14. de indulg. dub. 10. n. 83. licet cum formidine, Coninck. disp. 12. de

Affirmant. 12. n. 38. Bonac. de indulg. disp. 6. q. 1. pu. 5. n. 7. Laymann. de iubil. cap. 8. n. 6. Diana par. 5. tri.

Ratio. 12. de indulg. resolu. 30. alios citan. Sed re matutinū disculsa, si confessio præscribatur ut pars operis iniuncti, censeo tenebita Sanchilib. 8. de matri. disp. 15. n. 1. 6. & 10. 1. moral. lib. 4. cap. 54. n. 41 Bellar. 10. 3. lib. 1. de indulg. cap. 13. qu. 3. Nugnus in addit. ad 3. par. 9. 2. 7. ar. 3. dub. 2. & alij apud apud Dianā, ad quam inclinat Propos. cit. Moneor; quia in operibus pto lucranda indulg. iniunctis, non attenditur, an ad ea fidelis teneatur, ut constat de reliquis operibus præscriptiss ad quæ etiam si fidelis non teneatur, si tamen vult indulg. lucrari, debet ea præstare: cum indulgentia sit liberalis donatio sub conditione certi operis (præstandi concessa; quæ deficiente, donatio non subsistit). Dixi, si confessio præscribatur ut pars operis iniuncti: quia quando præscribitur ut dispositio tantum ad gratiam, non tenetur fidelis, ad indulg. lucrandum, venialia confiteri. Quia tamen difficultate est, hoc dignoscere, tunc erit, semper illam præmittere. Ali autem teneatur cōfiteri, qui post ultimam confessionem nullius venialis sibi conscientia est? Affirmat Nugnus; sed cōfiterentur ad nostram sent. quia cum confessio requiratur ut pars operis, ex quacunque causa omisla, indulgentia suo esse & frustabitur. Debet autem ea casu cōfessio fieri de aliquo peccato alijs cōfesso.

118. XIV. An quando indulgentia conceditur sub Dubium 14. hac forma verè pœnitentibus & confessis, ut in extrauag. Vnigenitus, de pœnit. & remiss. & in iubileis 1500. & 1625. ad indulg. consequendam sufficiat sola contritio cum proposito suo tempore confitendi. Affirmant Panormit. in cap. Omnis, de pœnit. & remiss. h. 21. Palud. in 4. dist. 20. q. 4. ar. 3. conclus. 1. Angelus verb. Indulg. n. 17. Syluester n. 20. §. 2. vbi ait, hoc declaratum fuisse in Concilio Constantien. Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 12. n. 1. Bellar. cit. Diana, & alij apud ipsum, suprà. Fund. hic per contritionem est verè pœnitens, & per confessionem sive præteritam, sive futuram suo tempore facienda dici potest confessus, saltem in

Negandum. voto contritionis elicita. Negant Navar. de iubileo nota. 18. à n. 1. citans Caiet. S. à ver. indulg. n. 3. Coninck. disp. 12. de indulg. dub. 7. nu. 38. Laymann cit. cap. 6. 5. Dico 3. Bonac. de indulg. disp. 6. q. 1. pu. 5. n. 5. & alij apud eosd. Quæ sent. probabilius est; quæ glossa in extrauag. Antiquorum, ver. Confessis, fine: quæ glossa, teste Navarro, magnā habet autoritatem, ut potè Monachi Cardin. tēpore Bonifacij VIII. à quo multa viuē vobis oraculo de hac

Tom. VIII. De Pœnitentia. &c.

materia accepit. Probat Navar. tū quia frustra in forma concessionis adderetur confessis, si sola contritio sufficeret, cum in ea saluerit ratio veræ pœnitentiae: cum quia forma copulativa ad sui veritatem exigit utriusque partis veritatem: cum demum quia verba indulgentiae sunt propriæ interpretanda, iuxta receptissimum principium *Indulgentia valet ut sonat*. Ex his patet ad fund.

XV. An confessio facta ante publicatum iubileum, sufficiat ad ipsum effectum consequendum. Dubium 15.

Affirmare videtur Layman. cit. cap. 8. n. 6. dū ait,

posse confessionem praemitti feria 6. ante Dominicam, in qua iubileū incipit. Sed oppositum est ve-

rius: 1. Nō est sufficiens confessio facta post elapsum Negandum

tempus iubilei: ergo neq; ante incepsum: cum non

minus hoc, quam illud pedeat à voluntate Pontificis, per Ordinariū loci designantis. 2. Non suf-

ficiunt reliqua opera ante præscriptum tempus fa-

cta, non ieiunia, elemosyna, aut sacra cōmunio:

ergo neq; confessio. Confit. qui ante designatā Confr.

ab Ordinario Ecclesiā visitaret, non satisficeret

Pontificis intentioni, requirētis visitationem Ec-

clesiae ab Ordinario designatæ: ergo nec qui cō-

fiteretur extra tempus ab Ordinario præscriptū: 3.

si confessio uno vel altero die ante promulgatū

iubileū facta sufficeret, sufficeret etiā facta ante

vñā hebdomadā, aut mensem: utrumq; enim est

extra tempus à Pontifice præsentum. Nec refert,

quod est Laymann fund. quod usus & praxis Ec-

clesiae obtinuit, ut communicatur die dominico

confiteri soleat præcedēti die sabbathi, vel feria

sexta: nam hoc summum probat post promulga-

tum iubileum. An autem possit Confessarius in

hoc dispensare, constabit infra.

An publicato iubileo feria 6. assignatisq; pro

Subobjectu eo quarendo duabus hebdomadis immediatè se- riu. dub.

quentibus, possit quis confessionem præmittere

feria 6. & hebdomada immediatè sequenti reliqua

præscripta perficere: quo sensu videtur militare

ratio Laymann. Sed distinguendum: vel hic coh-

ficitur feria 6. antequam incepsum est iubileū te-

pus, quod supponitur incipere die dominico

proximè sequenti: & apud me certum videtur, talē

confessionē non valere, cum facta sit extra rotum

tempus iubilei ab Ordinario ad id lucrandum

designatum: nam militant eadem rationes, quæ

suprà facta sunt contra eos, qui ante promulga-

tum iubileum cōfiterentur. Vel confitetur feria

6. intra 1. & à hebdomadam pro iubileo lucrado

ab Ordinario designatam: hoc casu videtur talis

cōfessio valere ad effectum iubilei consequēdum

sequenti hebdomadā, quam sibi pœnitens pro

iubileo quarendo elegit. Sola cōtra hoc militat

ratio, quod omnia opera perficiebā sunt intra

eādem hebdomadam, in qua iubileum quareritur.

Ideo puto, neq; tali casu absque consilio Confes-

sarij valere, nisi forte periculum sit, non futuram

copiā Confessarij, propter pœnitentiū multitudinem: nā tunc ex interpretativa mēte Pontificis

videtur talis cōfessionis anticipatio sufficere: quæ

ratio non militat in reliquis operibus præstādis.

Sacra communio, quando ad effectum indul-

gentiae præscribitur, necessaria est in re, nec suffi-

cit tantum in voto, eo quod semper præscribi-

tur ut pars operis iniuncti. Nec est eadem ratio

de confessione, quæ iniungi potest, ut dispositio

dantaxat ad gratiam, quo modo potest per con-

tritionem in voto suppleri facta autem commu-

nio nūquā postulatur. ut dispositio ad gra-

tiā, cum per se supponat in communicare

statum gratia. Quo sit, ut nisi ex Confessario Con-

121. De Sacra  
commu-

A 2 3 feſſarij

fessarij in iis, qui propter aliquod impedimentum nequeunt communicare, in aliud opus commutetur, iubileum non acquiratur. Ceterum quando certum tempus communionis in Pontificis diplomate non designatur, potest quocunque die intra hebdomadam, in qua iubileum queritur, adhiberi: quia iuxta declarationem Pauli V. in iubileo 1605. quacunque die intra utriusq; hebdomadæ tempus communio fieri potest. Inferritur, neque pueros per spiritualem duntaxat communionem, neque qui statim post confessione in amentiam incident, effectum iubilei consecuturos.

<sup>122.</sup> <sup>Dubium 16.</sup> XVI. Ancum in diplomate simul cum confessione prescribitur sacra communio, confessio debeat communionem necessariò precedere. Et sanè in eo, qui mortalis peccati sibi conscientia est, nulli dubium est: cùm tali casu iuxta Tridentini preceptum *sef. 13. cap. 7.* contritio non sufficiat. Difficultas est, quando iubileum lucraturus nullius mortalis sibi conscientia est, an nihilominus ad effectum iubilei consequendum, necessario debeat ad Sacram communionem praemittere confessionem: an vero possit prius communicatione, postea confiteri. Resp. non necessariò tali casu confessionem esse praemittendam. Moneor; quia confessio potest ad effectum iubilei iniungi, vel ut dispositio ad gratiam, vel ut pars operis iniuncti: in eo autem, qui nullius mortalis conscientia est, non est ut dispositio necessaria; proinde multò minus sacræ communioni praemittenda erit: neque ut pars est operis iniuncti, prescriptum ordinem necessariò petit.

<sup>123.</sup> <sup>Dubium 17.</sup> XVIII. An per sacrilegam communionem satisfiat iubileo, si postea de sacrilegio peccator conteratur, vel confiteatur. Pro affirm. parte; talis in foro externo prescriptum opus adimplenit: ergo tenerit illud iterare. Confir. Nequit Ecclesia internos actus prescribere ut *tom. 5. disp. 5. sect. 5.* ergo satisfacit Ecclesiaz, qui externum duntaxat actum sacræ communionis reverenter exercet: vnde hic non incureret excommunicacionem, latam in paschate non communicantibus. ita *Angelus Bossius apud Dianam part. 5. tract. 12. resolut.* Dico talem non satisfacere, nisi sacram communionem in statu gratiæ saltem putato repeat. Ratio: Pontifex ad effectum iubilei sacrilegam communionem non admittit. quippe quæ directè opponitur fini, quem ipse intendit: qui est tam spiritualis vitæ fidelium renouatio, tum divinæ opis imploratio. Ex nullo igitur capite, aut probabili coniecturâ presumi potest de mente concedentis, quod sit factilegå communione contentus. Quo sit, ut si tempus iubilei sit clausum, quando sacrilegus de patrato sacrilegio conteritur, aut confiteritur, iubilei effectu frustatur. An autem tali casu à confessario dispensari possit, *infra.* Ad rationem neg. conseq. nam sacra communionio ad iubileum lucrandum non solùm postulatur, vt opus externâ duntaxat reverentiâ exhibitorum, sed internâ etiam mentis puritate prescritum: quia postulatur ut idoneum ad finem. Nec est eadem ratio de precepto: quia preceptum est actus iurisdictionis coadiuvare, quæ non se extendit ad actus merè internos: iubileum autem est actus liberalis donationis, sub conditione operis præstandi factæ, quæ fidelem non cogit ad opus præstandum, sed solùm sub conditione Alii proponitur, vt si velit eam obtinere, appositam conditionem seruet. Vnde si iubileum non latur, non nascitur ex coactione alicuius actus,

ad quem Pontifex nequit fidelem obligare, sed ex ipsius libera voluntate, qui negligit præstare, quod ad illud lucrandum petitur.

<sup>124.</sup> XVII. An si quis post sacram communionem labatur in peccatum, teneatur ad effectum iubilei obtainendum, illud confiteri; an vero sufficiat de illo tantum conteri. Respondi *disp. præced. cum Suar. t. 4. de pœnit. disp. 52. sect. 3. n. 7.* affirmatiuè: ita *Filiu. to. 1. tract. 8. cap. 6. n. 147. Sanctor. & alij apud Dian. par. 5. tract. 12. de indulg. resol. 1.* Contra *Nugn. in addit. ad 3. par. q. 27. ar. 3. dub. 4. Prepos. 3. par. q. 14. de indulg. dub. 10. n. 84. Diana & cit. & Granad. apud ipsum.* Nunc distinguo: vel peccatum, commissum est post communionem <sup>Distingue- dum arbit- ror.</sup> quæ fuit ultimum opus totius iubilei completuum: tunc cum *2. sent. censio*, ad effectum iubilei non esse tale peccatum confitendum: quia iam supponitur acquitum per sacram communionem, ut per ultimum opus iubilei completuum: quo posito, statim suam effectum confert, non conditionatè, sed absolute. Neque presumendus est Pontifex, vel effectum iubilei conferre velle sub conditione, si intra totum tempus currentis iubilei nullum committatur peccatum; nam sicut reliquias gratiarum & favores in iubileo contentos absolutè confert, ita & ipsum potissimum effectum remissionis pœnae temporalis: vel effectum iubilei suspendere usque ad finem totius temporis, quo iubileum durat: nam & hoc gratis dicitur, neque consonat liberali concessione sub conditione factæ, qualis est indulgentia, quæ conditione adimpletur, statim transit in ius & beneficium donatariorum.

Sin vero sacra communio non fuit ultimum <sup>125.</sup> opus, & peccatum commissum est ante ultimum <sup>Peccatum</sup> opus, cum priori sent. existimo, iubileum non <sup>commis- sum</sup> obtineri, nisi peccatum confiteatur. Pro qua sent. militat ratio facta, quia mens Pontificis est, ut <sup>ante ult.</sup> ante effectum iubilei pœnitens confiteatur omnia <sup>opus debet subiici clausum.</sup> peccata, quæ habet in sua conscientia. Ceterum nullo modo probanda sent. si peccatum sit commissum post confessionem, & ante sacram communionem, huiusmodi peccatorem, si desit copia Confessarij, contritione praemissa ad sacram communionem accedere; quia non presumitur tali casu Pontifex dispensare in decreto Tridentini de non accedendo ad sacram communionem, nisi sacræ Confessione praemissa, quantumcunq; peccator sibi videatur contitus: ita neque ad preceptum Eccles. seruandum de annua communione, censio posse, tali eventu fidelem, sola contritione praemissa, ad Eucharistiam accedere; nisi solo casu de vitando scandalo: nam preceptum de dignè accedendo ad hoc sacramentum prævaleret precepto de annua communione: cùm hoc sit tantum preceptum diuinum positivum, illud diuinum naturale de non irroganda tanto sacramento iniuria.

<sup>126.</sup> XVIII. An quis communicans primâ dominicâ iubilei cum positivo actu nolendi per eum, sed per aliam sequenti dominicâ exequendam, si postea sequenti dominicâ non communicet, iubileum lucretur. Confir. *Resp. affirmatiuè:* cùm hic re *Resp. affir-* ipsa adimpleuerit conditionem à Pontifice requisitam. Nec obstat prior voluntas, quia illa opus iuxta coedentis mentem factum, non sustulit: modò hic positivum actu non habeat iubileum non lucrandi. Confir. Qui preceptum habet audiendi sacrum, satisfacit precepto, et iam si voluntatem habeat per illud precepto non satisfaciendi, sed per aliud.

Ex

*Negandum omnino.*

*Ratio.*

*Ad rationes affirm.*

Coroll.

**Ratio.**

Ex his infero, si quis rato tempore iubilei positiva voluntate habuit non acquirendi iubileum, si tamen omnia praestit ad iubileum requisita, & in ultimo instati intra tempus iubilei huiusmodi voluntate reuocet, iubilei effectu consecuturum. Ratio: hic adimpleuit conditiones à Pontifice peritas. Neque prior voluntas iubileum non lucrandi praestita opera abstulit, sed solum impeditiebat, quo minus eā durante, iubileum acquireretur; nam hoc saltē iubileum requirit, ut lucratus non habeat positivam repugnantiam ad illud: igitur eā depositā intra tempus iubilei illius effectum consequitur: vt si quis intra tempus, quo communicat, impedimentum habeat, quo minus gratiam sacramenti consequatur, modò illud collat ante totum illud tempus, quo solet id suum effectum in anima operari, eius effectum consequetur.

## SECTIO VII.

**Qualis Confessarius tempore iubilei eligi posset & debeat à Pœnitente.**

127.  
Concessum  
ad fidelium  
v. asus solo-  
rium.

**C**onsueverunt Pontifices, ad animorū quietem, vniuersis tam sacerdibus, quā regulatibus facultatem concedere, ut possint sibi Presbyterum eligere, qui eos à pœccatis & censuris absoluat, nec non eorum vota, aliquot exceptis, in alia committare, & cum eis dispenseare, vt si qua in iubileo præscripta præstare nequeant, in alia, quā ipsi præstare possunt, permutare valeat, vel in aliud proximum tempus iubileum prorogare. Ceterū non cuicunque Presbytero, sed iuxta Tridentini decretum *seff. 23. cap. 15. de reformatione*, ab Ordinario approbato hanc facultatem concedere solent. Inter quos intelligitur sacerdos parochiale beneficium habens: nam hic iuxta Concilium, hoc ipso quod in Parochum eligitur, censetur ad confessiones excipiendas approbatus; proinde poterit tempore iubilei absque alia probatione eligi.

128.  
Dubium 1.

Dubitatur t. A quonam Ordinario, pœnitentis, an absoluētis, debeat presbyter, qui virtute iubilei eligibilis est, esse approbatus & de hac quæst. *suprà disp. 15. sect. 3. vbi docui, debeat Cōfessarium à pœnitente eligibilem, esse approbatum ab Ordinario absoluētis; nec sufficere, vt sit approbatus ab Ordinario pœnitentis, cum ob declar. sacræ congreg. Card. seff. 23. cap. 15. de reformat, in qua dicitur, tempore iubilei eligendus esse Presbyter à suo Episcopo approbatus, eo quod in bulla non sit mentio, nisi de Ordinario eorum, qui confessiones audiant, non de Ordinario pœnitentium: tum quia approbare Confessarium ad confessiones excipiendas, est actus iurisdictionis, qui non potest nisi in subditum exerciti: si autem posset Ordinarius pro suis ouibus sacerdotem sibi non subditum approbare, posset in non subditum iurisdictionem exercere. Præterea *ibid.* ostendi. Confessarium à suo Episcopo semel absoluēt approbatum, vbiique terrarum eligibilem esse: ita *cum multis Diana cit. resolut. 52.* Item sacerdos approbatus à suo Episcopo, mutans domicilium in aliam diœcēsim, tamdiu potest confessiones illius diœcēsis audire, quantū est ex vi approbationis, si aliunde iurisdictionem habeat, quamdiu ab Episcopo talis diœcēsis, qui potestatem habet, non exami-*

natur. Idem iudicium est de Religiosis migrantibus ex vna diœcesi in aliam. Nam licet hi sint exempti ab Episcopo, in hoc tamen illi subiectiūt, vt constat ex ipso decreto Concilij, quod nullum etiam regularem sacerdotem ab hoc Episcopalis examinis onere excludit: ita intellige *disp. 15. num. 126.*

**Neque huic doctrinæ aduersatur constitutio**  
**Vrbani VIII. edita anno 1628. quæ incipit,**  
**cum sicut accipimus: eo quod solum ibi Pontifex**  
**reuocat & cassat eorum Religiosorū priuilegia,**  
**quibus prætendebant, se posse sacerdularium con-**  
**fessiones audire, etiam si ab Episcopis Diœcesanis**  
**approbati non essent, vt constat ex proœmisio-**  
**constitutio.** *Vrbani VIII. 12. Sept.*

129.  
Explicatur  
constitutio  
Vrbani VIII.

Per eā nulla  
nous dispositio-  
tio facta est.

**F**probabilitatē hæc sent. retinet post Vrbani VIII. constitutionem, quam antea habebat. Neq; vim facias in nomine *Diœciano*, quasi non possit cōfessiones audire, nisi approbatus ab Episcopo eius diœcēsis, vbi audit: cū possit alium sensum habere, sc. vt non valeat confessiones audire, nisi prius fuerit approbatus ab Episcopo eius Diœcēsis, cuius est sacerdos ipse approbandus, quod est requiri, vt approbetur à proprio Episcopo: quā approbatione semel obtentā, alia necessaria non est, vt alibi confessiones audiat, quamdiu loci Ordinarius id permittit. Hinc tamen nō negamus, talem Ordinarium habere ius examinandi Confessarium alibi à suo Episcopo approbatum: sed solum asserimus, quamdiu huiusmodi Ordinarius id non exigit, posse talem Confessarium in ipsius Diœcēsi confessiones audire, nec non ab ipsius subditis tempore iubilei in Confessarium eligi. Nempe finis Vrbane cōstitu. est sartum rectum servare decretum Concilij Trident. vt constat ex illis verbis: *Et hinc saluberrimum sacri Concilij Tridentini decretum desuper sanctum penitus eveneratur. At salvatur decretum Triden.* si Confessarius approbatus à suo Episcopo, non examinetur ab alijs; cū tamen iuxta motum Pij V. possit.

**N**eque etiam huic doctrinæ aduersatur argum: à speciali priuilegio, quod Gregorius XII. Societati nostræ concessit, vt possint nostri ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis superioribus depurati, iter agentes, non repugnantibus parochis, vbiique confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentia desuper obtentā. Etenim si verum est, quod vna approbatio sufficiat pro toto orbe, cur (vrgent aduersarii) necessarium fuit hoc priuilegium? Resp: hoc priuilegium concessum fuisse vel ad maiorem securitatem, propter probabilitatem oppositorum sent, ob similem securitatem concessit Iulius III. nostris sociis, vt possint diuinum officium missæ celebrationi postponere, propter probabilitatem alterius sent. quærum vigebat: vel ne offendentur Ordinarii: nam licet semel à suo diœcēso approbatus possit, quantum est ex vi approbationis, confessionem vbiique audire, haud tamen potest repugnante Ordinario, quius habet prohibendi, illas in sua diœcēsi audiat, nisi à se approbatus, iuxta Pii V. constitutionem. Contrà est *Cardin. de Lago 10. de pœnit.* *disp. 21. sect. 2. vbi docet post Vrbani VIII. constitutionem, non posse hanc sent. locum habere.*

130.  
Explicatur  
speciale pri-  
uilegium So-  
ciet. N.

Verum cum nihil noui per hanc constitutionem accesserit, si antea haec sententia probabilis erat, erit & post illam.

I<sup>u</sup>.  
Dubium 2.

Affirmant.

Objectioni  
respondent.

Confir.  
Negant.

Distinguunt.

I<sup>u</sup>.  
Negandum  
absolu. 3.

Decis. sa.  
etere Congreg.  
Cardin.

Dices.

Resp. ad me.  
tem S. Con-  
greg.

Confir:

esse approbati ab Ordinario Diocesano, à quo tantum, & non à Prelato Regulari, approbari debent, qui secularium Confessiones audituri sunt. Nam licet Concilium per hoc suum decretum nihil immutauerit, quoad regulares, qui sicut ante, ita & post confiteri possunt Sacerdoti à suo ratiōnē Prelato approbato, hoc tamen modo loquendi ab Ordinario approbati, non vtitur <sup>ad argumen-</sup> Concilium nisi per Ordinariū ad Episcopos, qui <sup>ta 1. sent.</sup> bus tantum hanc facultatem approbandi commisit. Ad i. primū: esto nomine Ordinarij aliquando veniat Prelatus Religionis, in proposito tamen non nisi Ordinarius loci, & ad summum Prelati, qui quasi Episcopalem iurisdictionem in seculares exercent, qui in iure etiam nomine Ordinarii loci veniunt, intelligendus est. Secundum est per accidens, & de raro continentibus, ad quæ Pontifex non respicit, qui per suam legem solum attendit ad ea, quæ Ordinarii fieri solent. Pater, in quo sensu verba bullæ intelligenda sint. Ad fundam. Filiu. esto nomen Ordinarij aliquando accipi possit pro Prelato Religionis, attamen iuxta subiectam materiam non nisi de Ordinario loci intelligi potest. Responsum autem Patrum Sacri Rom. Praetorij authenticum non est: proinde quando de eo nobis certò non constat, recedendum non est à communī & ordinariō sensu, accedente præsertim sacrae Congr. ex mente Sanctissimi declaratione.

3. An Prelatus regularis ab Episcopo non ap-  
probatus, virtute iubilei in Confessarium eligi <sup>133.</sup>

Dubium 1.  
possit: Affirmant apud Henrig. lib. 6. de pœnit. sa. Affirmant.

crat. cap. 6. n. 2. in scholio lit. E F. Manius, Gallus.

Bannez, Medina & alij DD. Dominicani, quod tamē ipse affirmare non audet, Angel. Bossi.

apud Dian. cit. resolut. 51. quam & ipse cum alijs.

ab eo relatis sequitur. Probant: multò potiori Proba-

ratione possunt hi eligi, ratione dignitatis & of-

ficij, curati animarum suorum Religiosorum

annexam habentis: ergo si possunt Parochi, po-

terunt & hi: cum plerumque doctrinā, vitā &

motibus sint praestatores. Confir. Eo ipso quod Con-

quis in Cationicum Pœnitentiariū eligitur,

confertut illi cum tali dignitate approbatio ad

confessiones audiendas; ergo & Prelato regu-

lati, hoc ipso quod in Receptorem suorum Reli-

giosorum eligitur. Negant Suar. 10. 4. de pœnit. Negandum

disp. 28. sett. 4. nu. 21. Cardin. de Lugo 10. de pœnit.

disp. 21. sett. 1. nu. 10. Ioan. Martinon disp. 53. de pœ-

nit. sett. 4. n. 33. & alii apud Dian. Quam sent. om-

nino veram existimō, cum propter decisionem

Sacra Congreg. 14. Aug. 1568. sess. 23. cap. 15. de ex verbis

reform. Prelati regularis, seu alii Religiosi Confes-

sores, non possunt audire confessiones secularium,

qui sunt de familia, & deseruiunt ipsorum monaste-

riis, absque approbatione vel licentia Episcopi: secue-

tationem filii secularis sunt verē de familia, & conti-

nū commensales: eadem repetita fuit anno 1594. & reperi-

to. Mar. & reperitur inter prætermissas. Tum <sup>decisione,</sup>

maximè propter motū propriū Vibani VIII. & motu

12. Sept. 1618. quo declarat, nullum Religiosum, <sup>proprio Vr-</sup>

etiam si Prelatus, Prior, Rector, Provincia-

lis, Generalis, posse Confessiones secularium sine

approbatione Episcopi Diocesani audire. Idq;

etiam colligitur ex decreto Triden. quo vniuer-

saliter prohibetur, ne ullus, etiam regularis pos-

sit confessiones secularium audire, nisi aut pa-

rochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per

examen idoneus iudicetur. Prelati vero regulares in decreto Concilij comprehensi non censem-

entur sub nomine Parochi: cum quia huiusmodi Adversarij.

interpre-

interpretatio est contra cit. constitut. Urbanam, quæ absolutè sub omni titulo eos excludit ab audiendis confessionibus secularium sine Episcopi Diocesani approbatione: cum quia beneficium parochiale à concilio sumitur in sensu, quo solet communiter sumi, pro iurisdictione spirituali animarum curam in personas secularares annexam habente. Ex his patet ad fundam. oppositæ: nec valet argum. à simili, vel à potiori ratione peritum in ijs, quæ à iure positivo, & legislatoris voluntate pendent.

134. Dubium 4. An Parochus virtute iubilei sit ubique eligibilis. Negat Laymann lib. 5. tract. 6. cap. 11. n. 9.

Fundam. ne Gutier. apud Barbo. in Collect. in Trident. sess. cap. 15. de refor. n. 19. fine. & alij apud Diana. cit. refolut. 47. Fundam. quia licet parochus non egeat Episcopi approbatione respectu tuorum parochianorum, quorum est illi spiritualis cura demandata, eger tamen respectu aliorum, quorum cura non est illi commissa. Afferunt tacit. Congreg. declaratio hæc: An obtinens parochiale beneficium ubique censendus sit idoneus absque alia Episcoporum approbatione, ita quod andris possit confessiones eorum, qui non habent huiusmodi priuilegium, sed parochorum consensum: Congregatio respondebat, non posse. Affermant Henrig. lib. 6. de paenit. sacram. cap. 6. n. 7. qui in scho. lit. A refert, insigne aliquos Theologos S. Dominici, Francisci, Augustini, de hac re consultos, ita respondisse: & lib. 7. de indulg. cap. 12. n. 2. in scho. lit. K. Suar. to. 4. de paenit. disp. 28. sect. 4. nu. 18. Propositi par. 9. 8. de approba. necessa. &c. dub. 1. n. 5. Filluc. to. 1. tract. 7. cap. 9. nu. 297. Bonaci. de ministro Sacra. paenit. disp. 5. q. 7. pu. 4. num. 23. Cardin. de Lugo de paenit. disp. 21. sect. 1. n. 8. Diana. cit. & alij apud ipsum: à fortiori sequitur ex sent. quæ hoc concedit cuilibet Sacerdoti semel ab Episcopo approbato.

Quæ probabilius est, non èa duntaxat ratione, quod semel per examen approbatus censeatur ubique approbatus, proinde ab omnibus in Confessarium eligibilis, quæ ratio militat etiam in Parochio: sed ratione propriâ: nam parochus, ut & qui quis alius sacerdos, poterat ante Trident. sineulla Episcopi approbatione, in confessariū eligi, ut recte Suarez disp. cit. sect. 3. n. 6. At concilium per suum decretum non abstulit à parochio ius, quod ante habebat, sed solum apposuit reliquo simplicibus sacerdotibus nouam condicionem, ut idonei cœserentur ad confessiones excipiendas. Igitur si ante eligi poterat, absque Episcopi approbatione, poterit & post. Confir. ex opposita sent. sequitur, neq; posse parochū in alia parochia intra eandem diocesis, virtute iubilei in Confessarium eligi: cùm neque alterius parochiz eiusdem diocesis cura sit ipsi demandata.

135. Ad opposita sent. patet. Ad rationem oppositæ: ut possit Parochus ubique in confessarium eligi, non eger, nisi sola iurisdictione, quam virtute iubilei accipit à Pontifice, cùm alias ratione parochialis officij censematur idoneus non minus quam quicunque Sacerdos ab Episcopo approbatus. Ad declar. Cardin. responderet Suarez, sibi non constare, an ea authentica sit. Quid autem requiratur, ut Cardinallum decisiones authenticæ sint, & fidem faciat, declaravit Urbanus VIII. speciale decreto edito 11. Aug. ann. 1632. Cùm ad notitiam huius sacrae Congreg. peruerterit, quam plures declarationes, de referit Diana creta, seu decisiones sub nomine eiusdem sacrae Concl. resol. 52. greg. absque illius autoritate impressas in libris &c. Consideras eadem sacra Congreg. Rituū, quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis ad-

hibeat, ex speciali SS. D. N. Urbanis VIII. iussu mandat, & præcipit, huiusmodi declarationibus, decretis, seu decisionibus, tam impressis, quam imprimentis, ac eisam manuscriptis, nullam fidem in iudicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authenticâ forma solito sigillo, & subscriptio ne Eminentiss. Cardinalis Prefecti ac Secretarij eiusdem Congreg. pro tempore existentiam munera fuerint. Verum, non cogimur in huiusmodi angustias coniici, cùm recte possit circa declaratio intelligi de parocho eligendo extra tempus iubilei, non ipso tempore, per verba, quæ non habent huiusmodi priuslegium; siquidem per iubileū fideles acquirunt priuilegium illum ubique eligendi. Quæ explicatio et si non sit conformis alteri sent. quam sequimur, posse etiam extra iubileū parochum eligi, non mindus quam quemcunque alium sacerdotem ab Ordinario approbatum, tamen ad dubijs resolutionem sufficit.

Caterū nomine parocho intelliguntur, qui cuncti alii in dignitate Eccles. curam animarum annexam habente, superiores, ut sunt Episcopi, Archiep. Nuntij Apost. quidam Abbates, Archidiaconi, Archipresbyteri, Prælati quasi iurisdictione Episc. fruentes, Vicarius perpetuus parocho. Quia hoc ipso, quod illis animarum cura Ratio omnibus, committitur, idonei iudicantur ad confessiones excipiendas; & consequenter cum animarū cura approbatio ad eas audiendas confertur. Difficultas de Vicario Generali Episcopi, de Cardinalibus, & Episcopis titularibus, nullius Ecclesiæ curam habentibus, ex ijs, quæ illis conceduntur, vel negantur, decidi potest. Nam qui ei ne- De Vicario. gant, apud Sanchez. lib. 3. de matri, disp. 29. num. 14. Episcopi ne- posse sibi confessarium eligere, vel alijs facultatem dare sibi confessarium eligendi, consequenter negabunt, eum posse virtute iubilei eligi. Ceterà vero qui illi hanc facultatem concedunt, ut Nauar. in cap. de paenit. dist. 6. n. 62. versus Infertur 3. Palac. in 4. dist. 17. disp. 7. ad finem 6. Prater hac Henrig. lib. 6. de paenit. sacram. cap. 13. n. 3. Sanchez. cit. n. 15. facilè hoc ius illi concedunt, ut possit absque Episcopi approbatione virtute iubilei in Confessarium eligi. Quia Vicarius Episcopi est supra parochum, non tantum dignitate, sed etiā iurisdictione, qui facit unum cum Episcopo, & in iure venit nomine Ordinarij. Confir. si potest Manifest. Vicarius Episcopi alijs facultatem concedere sibi Confessarium eligendi, poterit & ipse ab ijsde eligi; cùm ipse non excludatur ab ijs, qui cōcessione ipsius eligi possunt. Hæc sent. verior. Eadē Verior sent. ratio videtur de Episcopo titulari, ut Ioan. Prepos. 3 part. qu. 7. de ministro sacra. paenit. dub. 7. nu. 53. Ratio: hic approbationem accipit per ipsum De Episcopos officium Episcopale sibi collatum, potiori iure quam parochus per officium parochiale. Nam hoc ipso, quo quis iudicatur idoneus ad munus Episc. censemur idoneus, ut possit in confessarium eligi, sicut hoc ipso iudicatur idoneus, ut possit alios ad confessiones audiendas approbare.

De Cardinalibus curam animarum non habentibus, Suarez to. 4. de paenit. disp. 28. sect. 4. n. Maior diff. 3. id negat, cùm afferat, omnes sacerdotes, qui non habent parochiale beneficium, cuiuscunq; statutis, ordinis, aut dignitatis existant, indigere Episcopi approbatione, ut possint hoc munus exercere, eo quod Cöcilium vniuersaliter loquitur, & nullum excipit. Neq; etiam id colligi potest ex ijs, quæ illis Authores tribuunt, ut sunt Henrig. cit. V. asq. to. 4. q. 93. ar. 2. dub. 4. Suar. disp. 27. sect. 2. nu. 6. Preposi. cit. Diana par. 5. tract. 2. de potest.

Urbanus Car-  
din. prout  
refert Diana creta,  
Concl. resol. 52.

Digitized by Google

*Sent. probabilior*  
potest. sancta Rom. Eccl. Cardinalium resolut. 10. & alij apud ipsum, docentes, posse Cardinales sibi confessarium eligere, siveque familiaribus facultatem concedere sibi confessarium eligendi: nam hanc facultatem illis non tribuunt, ut ex iure debitam, nisi Henr. cum particula dub. forte, sed solùm ex consuetudine & priuilegio. An autem ex eodem etiam ius eligibilitatis sine approbatione Episcopi habeant, mihi non constat: proinde haec sententia probabilior.

*Dubium 5.* 138:  
*Dez. ant.* V. An parochus, qui parochiale beneficium renuntiavit, aut quacunque ex causa illo priuatus est, sit in confessarium eligibilis. Negat Henr. lib. 7. de indulg. cap. 12. n. 2. in scholio lit. K, ibi qui curatum retinet. Suar. 10. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 20. Proposit. 3. par. 9. 8. de approba. necessaria, in sac. dub. 1. num. 5. Filluc. 10. 1. tratt. 7. cap. 9. n. 257. Bonaci. cit. num. 24. Barbosa in collect. in Trident. sess. 23. cap. 15. de approba. reformat. n. 21. Diana cit. resolut. 47. Card. de Lugo, de necessaria in pœnit. disp. 21. sect. 1. n. 8. Joan. Martinon disp. 53. de pœnit. sect. 4. sec. dub. 1. n. 33. Fundamentum sumitur ex verbis Concilij cit. sess. 23. ca. 15. aut Parochiale beneficium habeat: ex quibus colligunt, non sufficiere, parochiale beneficium aliquando habuisse, cum longè diuersum sit, babere, & habuisse. Confirm. certum est, semel ab Episcopo approbatum, posse desinere esse idoneum, si Episcopus approbationem reuocet: ergo etiam parochus, qui aliquando per parochiale beneficium fuit ut idoneus approbatus, eo spoliatus definit esse idoneus.

*Affirmant* alij apud Barbos. cit. & Dianam, qui hanc probabilem iudicat. Cæterum negatiua sent. tot grauissimorum DD. suffragio munita probabilis est: nihilominus ratione spectata, probabilius affirmans. 1. Quia beneficium non tribuit approbationem, sed supponit: ideo enim beneficium confertur, cura animarum annexam habens, quia ad illud iudicatur idoneus: ergo

beneficij collatio presupponit in beneficiando idoneitatem, & consequenter conferentis iudicium de ipsius idoneitate, propter quam mouetur ad beneficium conferendum. Neque haec idoneitas & iudicium tollitur per renuntiationem, vel amissionem beneficij, modò illud non amittatur propter incapacitatem. Est enim beneficium respectu parochi, sicut insigne respectu doctoris, quod habilitatem ad doctoratum non tribuit, sed supponit, estque illius merum signum. Confirm. Qui semel fuit legitimè approbatus, si assumatur ad aliquod officium, quo impediatur ad confessiones audiendas, non propterea desinit esse approbatus, & in Confessarium eligibilis.

2. Qui renuntiavit Episcopatu, non eo ipso priuatur iure passiuæ eligibilitatis, quod anteà habebat; ergo nec parochus, qui beneficio renuntiavit. 3. Contra rationem & Concilij mentem videtur, ut parochus, qui Religionem ingreditur, in qua & quoad virtutem probitatem, & quoad scientiam melius in ordine ad confessiones excipiendas instruitur ac perficitur, debeat hoc iure priuari. 4. Ex opposita sent. sequitur, quod si velit Pontifex uti operâ & industria alicuius parochi circa aliud officium, animarum curam non habens, debeat eum hoc iure priuari.

*Ad fundam. oppof.* Fundamentum oppositæ est valde infirmum: etenim cum Trident. dixit, nullum ad Confessiones audiendas idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, non tam exprimere voluit auctuale ipsum beneficium, quam idoneitatem, quam beneficium in beneficiato suppo-

nit: expressit autem per beneficium, ut per signum à posteriori, non secus ac qui idoneitatem ad doctoratus insignia exprimeret. Confir. antequam quis actu animatum cura exerceat, per ipsam designationem beneficij curam animarum habentis, iudicatur habilis, ut possit à quo quis in Confessarium eligi: ergo etiam antequam illi beneficium actu conferatur, per ipsum iudicium, quo ad tale beneficium idoneus reputatur, censetur habilis, ut possit eligi. Confirmatio solùm probat, quando parochus priuatur beneficio, ob nouam causam, quâ iudicatur inhabilis: sicut S. Congregatio dixit, non posse semel ab Episcopo approbatum, si ad id munus idoneus repertus fuerit, iterum examinari, ni si nouâ superueniente causâ. Quod fortiori iure dicendum est de parocho, qui suam approbationem habet ab ipso iure: ergo quamdiu noua causa de ipius inhabilitate non apparet, non potest parochiali beneficio priuari, vel si priuetur, adhuc manebit cum suo antiquo priuilegio, quod ab ipso iure habet. Hinc sequitur i. parochum, vel Episcopum, qui Religionem ingressus est, posse tempore iubilei absque Episcopi approbatione in confessarium eligi, tam à regularibus, quam à secularibus: 2. non egere Episcopi approbatione ad confessiones secularium audiendas Religiosum, qui ante Religionis ingressum fuit parochus, vel aliquod officium curam animarum annexam habens exercuit. An verò sit eligibilis parochus, cuius beneficij collatio propter occultum impedimentum, irrita fuit, quæ tamen cōmuni errore existimatur valida; vel à quo beneficium reuocatum est, cuius tamen reuocatio communiter latet? Hæc difficultas communis est Sacerdoti ab Episcopo non approbato, communi errore putato approbato, vel cuius approbationis reuocatio latet, de veraque dubio 8.

*Vnicū busus sent. funda.* VI. An aliquo casu possit parochus sacerdotē approbarē ad confessionem suorum parochorū audiendas. Hoc dub. proponit Henr. lib. 6. de pœnit. sacram. cap. 6. n. 2. cuius affirmantem patrem cum aliis in scho. lit. F. G. ut probabilem amplectitur, si vigeat necessitas, nec sit facilis ad Episcopum recursus, propter loci distantiam, & de sacerdotis approbandi sufficientia constet: quia tunc posset per ratificationem talem sacerdotem ad tempus approbare: quam etiam cum Lud. de la Crux approbat Diana cit. resolut. 47.

*Confir.* Quæ sent. non est improbanda, si rectè explicetur: nec nisi in casibus magnæ utilitatis ac necessitatis: ex gr. si tempore iubilei Episcopus longè absit, & propter penitentium multitudinem, parochus non sufficiat ad confessiones suorum audiendas: aut, si currente precepto annua confessionis, nequeat parochus nimium fatigatus, omnium subditorum confessiones audire, nec sit ad Episcopum facilis recursus. His duobus casibus omnino censeo, posse parochum, sacerdotem, de cuius sufficientia sibi constat, ad confessiones suorum ad tempus approbare.

*Ratio 2.* 1. Quia in casu extremæ necessitatis qui quis sacerdos, etiam non approbatus, potest confessiones audire: ergo in casu graui necessitatis, ne populus iubilei fructu careat, aut in paschate sacerdatis communione & confessione priuetur, potest parochus sacerdotem de sufficientia sibi notum, ad confessiones audiendas approbare: cum non solùm in extrema, sed etiam in graui necessitate, non debeant fideles, opportunis medijs ad salutem destitui. 2. In casibus Papæ reseruatis,

140:

*Dubium 6.*

*Non nisi duo casus soleant assignari.*

Si non facilis pateat ad ipsum recursus conceditur Episcopo facultas in eis dispensandi: ergo & in casibus Episcopo reservatis, inter quos est Sacerdotis approbatio ad confessiones audiendas, poterit Parochus longè absente Episcopo. Nam ita se habet Parochus respectu Episcopi, si cuicunque Episcopus respexit Papam: ita Henr. cit. ca. 9.n.7. in schol. lit. N. vbi cum alijs sit, posse parochum in foro conscientiae pœnitentem absolvere a casu Episcopo reseruato, quando nequit illu personaliter ad Episcopum migrare: quia tunc censetur Episcopus huiusmodi casum committere parocho. Ex his sequitur, posse parochum suis licentiam concedere, ut possint cuicunque Sacerdoti ab ordinario approbato confiteri, sicut & cuicunque Sacerdoti similiter ab Ordinario approbato iurisdictionem conferre ad confessiones suorum audiendas: nam per Cœciliū non est limitata potestas, quam parochi a iure habent; sed solum noua apposita conditio, ut non nisi Sacerdoti per Episcopum approbato suam iurisdictionem, quam ut Ordinariam possident, alijs delegent. Ceterum omnino falsam existimmo sent. posse parochum in quois casu confessarium pro suis subditis approbare. Authorē tacito nomine refert Nugnus in addition. ad 3. par. q. 8. ar. 5. dubio 8. & Cardin. de Lugo de penit. disp. 21. sect. 1. n. 5.

VII. An approbatus pro uno loco tantum, vel uno genere personarum, possit virtute iubilei eligi ab omnibus. Affirmant Henr. lib. 6. de pœnit. sacram. cap. 6. n. 8. & lib. 7. de indulg. cap. 12. nu. 4. referens alios in scholio lit. O: Sanchez lib. 8. de Matri. disp. 34. nu. 16. Bonac. de ministri sacram. pœnit. disp. 5. q. 7. pu. 4. nu. 22. falsò citans Coninck. & Nugnum. Fundam. Pontifex in suo diplomate solum requirit Presbyterum approbatum: at hic verè dici potest approbatus. Confir. cum sit res fauorabilis, amplè interpretanda est, quantū verborum proprietas patitur. Ex quo infert Bonac. cum Nugno posse fœminas, sicut & moniales eligere confessarios solum approbatos ad audiendas confessiones virorum: quamvis oppositam sent. tuitorem censeat in praxi. Negat alij, Suar. 10. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 7. num. 3. & fine sect. Nugnus in additi. ad 3. par. q. 8. ar. 5. dub. 11. ad 9. & 11. argu. Lud. Lopez, instruct. consci. par. 2. cap. 8. de bulla crucis. §. Sediam hinc; Coninck disp. 8. de ministri sacram. pœnit. dub. 7. n. 56. Præpos. 3. par. q. 8. de approb. ministri dub. 3. num. 16. Card. de Lugo de pœnit. disp. 21. sect. 1. n. 23. Diana cit. resolut. 4. 8. &

Quid certi. alij passim. Et sane quando approbatio datur limitate ex defectu doctrinæ, qui Sacerdos non iudicatur idoneus ad difficiliores causas in foro conscientiae decidendas, mihi certum est, non posse ab omnibus eligi, sed tantum ab ijs, pro quibus approbatur: cum nequeat facultas excedere limites a concedente assignatos. Pat ratio est, si approbatio detur ad tempus, quo claps, nequit absq; noua approbatione eligi. Ceterum quoad regulares notanda est sacræ Congreg. declaratio, inter prætermisas sess. 23. cap. 15. Regularem, si ab Episcopo ad audiendas confessiones absolutè & simpliciter idoneus repertus fuerit, non autem ad tempus approbari debere: atque semel ab eo ad id munieris prævio examine approbatum, non posse ab eodem examinari, nisi noua causa superueniente. Et merito, quia cum huiusmodi approbatio sit quædam iuridica sententia de sufficienti idoneitate ad hoc ministerium obeundum, semel legitime lata, nequit absque noua causa, quæ du-

biam reddat datam approbationem, reuocari.

An approbatus tantum pro viris, eligi possit à fœminis? Ratio dubij: qui iudicantur idonei pro viris, à fortiori censentur idonei etiam pro fœminis: cum maior doctrina & prudentia requiratur in componendis conscientiis virorum, quam fœminarum; & longè grauiores causas in hoc tribunal decideras afferre soleant viri, quam fœminæ. Vnde quando Episcopus aliquem approbat tantum pro viris, solum videtur illi prohibere, ne aut ratione ætatis junioris, aut alterius causæ extrinsecæ, fœminarum confessiones audiat, quas postea vir factus, absque noua approbatione, vitantum præcisis, poterit audire: vt solent aliqui Religionum Prælati nouos Sacerdotes sibi subditos ad confessiones mulierum non exponere intra certum tempus, donec ætate maturescant: qui tamen si intra præscriptum tempore alicuius mulieris confessionem audiant, valida est confessio, esto peccant contra obedientiam. Ratio: per hanc prohibitionem Superiores non intendunt, negare facultatem absoluendi, sed inhibere, ne propter decentiam, aut periculum, eorum confessiones audiant. Ita Nugnus cit. ad 10. argu. Sanchez relatus: quam etiam confirmat hoc exemplo: nam hic censetur idoneus ad expediendas dispensationes, quæ pro foro conscientiae in Romana pœnit. diriguntur viro discreto, & in Theologia, vel sacris canonibus Doctori, ab Ordinario approbato: nam siue hic sit tantum pro fœminis, siue pro viris approbatus, erit ad hoc munus obeundum idoneus.

Negant reliqui pro communiori sent. citati: quæ probabilius est. Fundam. ad confessiones audiendas Episcopus non solum in Sacerdote postulat doctrinam & prudentiam, sed alias conditiones, quæ recensentur in Clemen. Dudum, de sepulturis, §. Statuimus, ut sit sufficiens, idoneus, probata virtus, discretus, modestus, peritus: ergo potest Episcopus non solum ex defectu doctrinæ, sed aliarum conditionum, quæ ad hoc salubre ministerium exercendum requituntur, pro uno genere personarum, & non pro alio approbare.

Quare sicut defectu peritie & scientie, potest solum approbare: cum non minus ad hoc ministerium ritus & sine periculo obeundum requiratur una, quam altera conditio. Confirm. Nemo dubitat, inualidam fore confessionem fœminarum, si Episcopus expressè dicat, se pro fœminis approbationem non concedere: atqui id ipsum dicit, cum approbationem concedit tantum pro viris: nam particula taxativa tantum excludit alios: & in iure expressum & implicitum equivaluntur. Ad rationem dub. constat ex dictis: cum non tantum defectu doctrinæ, sed etiam virtutis & morum, possit approbatio ad certas personas limitari. Quare negandum est, qui defectu ætatis fuit solum approbatus pro viris, eā matrificente, posse absque noua approbatione, fœminarum confessiones audire, nisi id in sua approbatione Episcopus expresserit: cum Sacerdotis mores non tantum pendeant ab ætate, sed ab alijs etiam conditionibus, quæ debent Episcopo esse perspectæ. Ad exemplum de Prælatis Religionum, Resp. aliunde de ipsorum mente considerare, eo quod non absolute confessiones fœminarum eis prohibent, sed tantum ordinariæ. Quod si etiam de mente Episcopi constaret, idem fore dicendum: sed quamdiu non constat, standum erit approbationis formæ. Ad exemplum Sanchez non desunt Authorē, qui etiam in expeditu huius-

*De fortiori.*

*Dubium 7.*  
*Affirmante.*

*Venit fund.*  
*Confirm.*

*Negant eti*  
*minus.*

*De Regul.*  
*not. decl.*

*142.*  
*143.*

*Fundam. pd.*  
*issimæ probabiliors*

*Ad rationem*  
*dub.*

*Ad exemplum*

**huiusmodi dispensationes, requirant absolutam approbationem pro viris & feminis: est tamen Disparitas: nam in his dispensationibus expediendis, ex forma ipsa colligitur, non aliud in expedituro requiri, quam duplex testimonium, scientiae per gradum Doctoratus, & peritiae rerum moralium, pro huiusmodi expeditionibus necessaria, quæ habetur per Ordin. approbationem.**

**VIII. An ad iubileum lucrandum sit validè eligibilis Sacerdos, qui communis tantum populi errore existimatur ab Ordinario approbatus. Bisariat potest quis communis populi errore putari approbatus; uno modo, concurrente titulo colorato, ut si approbationem accepit ab habente potestatem approbandi, sed propter occultum impedimentum, siue ex parte approbantis, quia non habuit intentionem approbandi, siue ex parte approbandi, quia tacuit conditionem ad approbationem requisitam; siue quia approbatio revocata est, cuius approbationis revocatione ignoratur, communiter censetur approbatus. Alio modo, titulo colorato non concurrente, ut si vel à nullo sit approbatus, vel à non habiente approbandi potestatem, qui dicitur intrusus. De hoc 2. modo actis est concertatio inter Sanchez, & Pontium, an etiam intrusi gesta communis errore facta, valida sint. Negat ille lib. 9. de matr. disp. 22. à n. 49. quia iura semper cum communis errore requirunt titulum à legitimo superiore collatum. Affirmat iste lib. 5. de matr. cap. 20. eo quod non semper iura hunc titulum cum communis errore postulant; & alias utilitas publica, propter quam huiusmodi gesta habentur valida, que militat in utroque. De quo alibi: Nunc pro parte neg. quoad utrumque modum, est sacrae Congreg. declaratio sess. 23. cap. 19. de reform. Absolutio data à Sacerdote vigore facultatis generaliter à summo Pontifice, vel specialiter à parochio concessa, si ab Episcopo is Sacerdos examinatus & approbatus non fuerit, valida non censetur, etiam quoad eos, qui tali Sacerdoti bona fide confessi sunt, rati esse approbatum, vel ignorantibus approbationem requiri: Congregatio enim Concilij censuit, eam esse absolutionem nullam, tametsi confitentes, quoad Deum excusari censeantur: ubi tamen rescuerint, reiteranda esse confessionem, respondit eadem Congregatio. Acoedit ratio, quia iubileum non confert facultatem absoluendi & dispensandi, nisi Sacerdoti ab Ordinario approbato, ut diploma, cauet: communis error hunc defectum suppletne nequit, ut nec defectum doloris in penitente, vel intentionis in absoluente.**

**Maior diffic.  
Fund. Sanch.  
Oppositum  
Pontij.**

**Quod ad resolut. dubij  
sunt est, hic  
tangitur.**

Communis sent. affirmat: Palud. in 4. dist. 17. qu. 6. ar. 2. concl. 5. & ar. 3. Pet. Soto let. 6. demiss. confes. 6. Quod vero, Nauar. in su. cap. 9. n. 11. Palat. in 4. dist. 17. disp. 7. col. 4. ver. Similiter, Henr. lib. 6. de penit. Sacr. cap. 7. num. 2. & lib. 13. de excommu. cap. 7. num. 6. Lud. Lopez par. 1. instrukt. conscientie. cap. 38. §. Iteranda est. Suan. so. 4. de penit. disp. 26. scilicet vlt. a n. 7. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 34. nu. 14. & Fusius lib. 3. disp. 22. nu. 13. Pontius cit. cap. 19. & 20. Diana trall. 4. de Sacram. resol. 122. & alij. Fundam. in utroque iure propter publicam utilitatem huiusmodi acta ut valida approbantur: in ciuili L. Barbarini ff. de officio Pratoris, & L. i. C. de testam. ordin. vbi dicitur seruus communis errore habitus liber, ut legitimus testis adhiberi posse in testamentis, qui communis error pro veritate habetur: in Canonico can. Infamis 3. 9. 7. §. Veruntamen: si seruus dum putaretur liber ex delegacione sententiam dixit, quamvis postea in

seruitutem depulsus fit, sententia ab eo dicta, rei indicata firmitatem tenet. Quæ iuriis dispositio fundatur in sequitur, quam per se postulat recta gubernatio: nisi enim huiusmodi acta, principis auctoritate approbarentur, magna otirentur in Rep. incommoda: at princeps potest ea valida efficere, supplendo defectum iurisdictionis, quæ in proximo operante deest. Sanchez quoad gesta pertinentia ad forum externum hanc sent. appellat certissimam, quam tamen certitudinem aliqui apud eundem non admittunt quoad gesta spectantia ad forum sacramentale: quibus fauet Suan. cit. vbi ait, hanc sent. esse quidem probabile, haud tamen certam, eo quod non certò constat, Ecclesiam semper huiusmodi defectus supplere.

**Ergo ita.  
nino dicu-  
dum.**

**Vnde hunc alium modum assignat, quem certum putat: quiuis Sacerdos vi suæ ordinationis potestem habet absoluendi à venialibus, ad quæ absoluenta Episcopi approbatione non eger. Modus Sanc.  
in syll. re-  
dactus.**

Quotiescumque autem Sacerdos habet in confessione aliquam materiam directè sibi subiectam, si penitens bonâ fide eam Confessori subiiciat simul cum alia materia non subiecta, absolutio Sacram. tali casu directè cadit supra materiam directè subiectam, indirectè supra non subiectam: proinde penitens non solum directè absolvitur à venialibus, sed etiam indirectè à mortalibus: sicuti qui ad confessionem accedit cum aliquo mortali inuincibiliter ignorato, vel iustâ causâ in confessione suppresso, directè absolvitur à confessis, indirectè à non confessis. Iuxta hunc inter duos modos differunt: modus penitens tenetur, cognitâ veritate, men. peccata reconfiteri, eo quod illa non fuerit directè absolta; non autem iuxta priorem: qui censet, tali eventu Ecclesiam supplere in Sacerdote defectum iurisdictionis, quæ illi deest: proinde etiamsi postea deprehendat penitens, Confessarium caruisse iurisdictionem, propter impedimentum communiter ignoratum, non teneri illa reconfiteri, cum ea supponantur directè absoluta, propter iurisdictionem ab Ecclesia suppletam. Contrà: neque certum est, sacerdotem contra hunc non egere Ecclesiaz iurisdictione, vel Episcopi approbatione, ad absoluendum à venialibus: & modus hic habet incommodum, sc. peccata confessa iterum confienda: quod non habet alter. Nec obstat, quod de his, quæ pertinent ad forum conscientiae, non sit in iure specialiter dispositum: nam quando militat eadem ratio in uno ac in altero, quod disponitur in uno, censetur dispositum in altero: at eadem, vel maior ratio militat in ijs, quæ pertinent ad forum conscientiae; cum grauiora sint incommoda, quæ in hoc foro non est recessi possunt, ut poterè contra communem fideliū salutem: ergo si certum est, in casu communis erroris Ecclesiam supplere iurisdictionem in Sacerdote, eā, propter occultum impedimentum carente: certum quoque erit, eandem suppletam defectum approbationis Episcopalis in eo, qui propter latens impedimentum illa caret, cum non minus approbatio, quam iurisdictione pendeat ab Ecclesiaz potestate.

**A 1. modo  
communi-  
candi  
DD. calculo  
non est rece-  
dendum.**

**Infero 1. non sat esse quamcunq; ignorantia, Corollarii.  
sed requiri inuincibilem, expellentem practicum dubium de iurisdictionis, vel approbationis defectu. Ratio: tunc censetur Ecclesia huiusmodi defectus in suis ministris supplere, quando communis est in morali necessitate, ut sibi alia via succurri non possit: at quando ignorantia facile vinci potest, ut poterè quæ practicum dubium non excludit de defectu iurisdictionis in absoluente, non**

non censetur communia esse in morali necessitate, cum possit vel dubio ipso monente & instigante, veritas inuestigari. Leg. Sanch. cit. lib. 3.

Secundum.

disp. 22. n. 8. Infero 2. non posse Ecclesiam supplere defectum contra ius naturale, aut diuinum: proinde confessionem vel sine libertate, aut sufficienti dolore factam, vel absolutionem absque intentione impensam, inualidam esse: nam & libertas in confessione requiritur de iure naturali, ut sit actio humana; & dolor in confitente, vti & intentio in absoluente, de iure diuino: Ecclesia autem ius non habet supplendi, quæ ab ipsis potestate non pendent. 3. Valet confessio facta sacerdoti, communi errore Viennæ putato approbato, etiamsi alibi notum sit, cum non esse approbatum: eo quod mens Ecclesiæ est huiusmodi defectus supplere, vt viuentur communia incommoda, quæ alias sequentur, propter communiter ignoratum ministri defectum, cum necessarium sit hoc remedium. Ita Sanchez cit. num. 33.

148.  
Coroll. 4.

Infero 4. etiamsi sacerdos ipse conscientius sit, se propter occultum impedimentum carere iurisdictione, vel Episcopi approbatione, adhuc absolutionem ipsius valituram, ut citati vel supponunt, vel indicant: Sanchez cit. à num. 14. Ponti, lib. 5. de matrimon. cap. 19. num. 8. vbi ait, sacerdotem iurisdictione occulte carentem, si aliquem absolvit, etiamsi nouit se iurisdictione carere, non teneri postea absolutum monere, ut peccata reconfiteatur, eo quod absolute propter communem ertorem fuit valida: Diana cit. nam finis Ecclesiæ huiusmodi defectus supplendi, non est propter ipsum Confessarium, sed propter publicum bonum, & communem utilitatem aliorum. Vnde, etiam inscio & inuitato Confessario, huiusmodi defectus ab Ecclesia suppleri possunt: cum non pendeat ab ipsis consensu, sed à consensu Ecclesiæ delegatio iurisdictionis, vel approbationis concessio: sicut non pendet à scientia & consensu subditorum, ut princeps propter publicam utilitatem contractus validet; qui, modò à proximo operante habeant, quæ de iure naturali necessaria sunt, valorem & legitimatem accipiunt à principis autoritate. Infero 5. cum Pontio, Diana, & alijs contra Vasquez de penit. q. 93. a. dub. 8. n. 6. non teneri confessariū, qui iurisdictione, vel Episcopi approbatione occulte destitutus, pœnitentem absolvit, illum monere, ut recōfiteatur; cum iam fuerit directè à peccatis absolutus.

Ratio id per-  
audens.

Coroll. 5.

An si pœnitens sit conscientius defectus iurisdictionis, vel approbationis confessarij, licet ac validè possit ab eo absolutionem petere, etiamsi certè sciat, defectum ab alijs communiter ignorari. Negat Ioan. Medina C. de confess. q. 22. sub ist. De confess. Confessori excommunicenter facta ad 2 Pontius cit. cap. 19. n. 18. non defectu iurisdictionis in absoluente, sed ratione obicis, quem pœnitens ponit, accedendo ad confessarium, quem scit iurisdictione carere. Confirmat Pontius: extra articulū mortis, nullus fingi potest, casus in quo licet possit pœnitens à tali sacerdore absolutionem petere: non enim ad seruandum præceptum annua cōfessionis: cum eo casu præceptū non obliget: pariter ac si copiā Confessarij non haberet.

Distinguit Sanchez. cit. disp. 22. n. 46. nam vel pœnitens non habet aliū cui confiteatur, & hic est ipsius parochus: vel sibi necessaria est confessio, & tunc licet possit: extra quos casus, negat posse licet huiusmodi Sacerdoti confiteri: proinde

ratione obicis, quem ponit, nequit hunc in confessarium eligere. Diana ab olute concedit, nullà adhibitâ distinctione.

Distinguo: Aut pœnitens scit, confessarium ignorare le iurisdictione, vel approbatione carere: aut scit, illum scire, vel altem dubius est, an sciat. In priori casu, censeo posse pœnitentem à tali confessario absolutionem licet petere: scilicet in 2. nisi vel vrgeat necessitas seruandi præceptum, vel cōpellat utilitas ex Sacra cōfessione speranda, & alius haberi nō possit. Primum proboscis: tali casu pœnitens nullū poneret obicē: non inducendo Sacerdotē ad impēdendam absolutionem, quam licet non posset; quia cū Sacerdos ignoraret se iurisdictione carere, nullū cōmitteret peccatum, illam impēdendo: nec tali casu teneretur pœnitens alium Confessarium adire, et si commodè posset: quia cū communis sent. sit, Ecclesiā in hoc iurisdictionem supplere, nulli se exponeret periculo frustrandi sacram. nec teneatur ad certiorem confessarium accedere, quia non semper tenetur pœnitens certiorē sent. se. Ex nullo casu qui, etiam in materia sacram. vti nec ipse mini-peccabit acciderit, quando non agitur de substantia sacram. cōfess. quæ non ab Ecclesiæ, sed à Christi institutione pendet: scilicet agitur de iurisdictione, quæ ab Ecclesiæ potestate pendet. Ergo etiamsi sit alius certior confessarius, non peccabit pœnitens, eo reliquo, alibi confitendo, qui iuxta probalissimā sent. habet tali casu iurisdictionem ab Ecclesia tacitè suppletam: cū nemo peccet operando iuxta regulam communis sapientum iudicio probaram. Ergo non solū validē, sed etiam licet confitebitur. Secundum constat: quia quando pœnitens scit, aut saltē dubius est, an Confessarius sciat defectum suæ iurisdictionis, inducit illum ad peccandum, dū illum inducit ad impēdendam absolutionem, quam licet non posset: proinde obicem ponit, nisi inuincibili ignorantia excusat, putans, tali casu adhuc sibi licetum esse, ad talem cōfessarium accedere. Quo fit, ut nisi hoc magnā aliquā utilitate, aut necessitate compensetur, licet non posset à tali absolutionē petere. An autem tunc, cognitā utilitate pœnitentis, licet possit talis absolutionem impēdere, non est huius loci; probabile tamen est, posse, compensante magnā pœnitētis utilitate, sicut eadem compensat in pœnitente, ad talem Confessariū accēdente cum notitia defectus latentis approbationis. Hoc sensu veram censeo Sanchez sent. licet ipse absolute & sine distinctione loquatur.

Quid si Sacerdos careat titulo colorato, vel quia à nullo Ordinario est approbatus, vel ab eo, qui approbandi potestate non habebat: iuxta Pontij & Diane sent. adhuc iste validē eligi possit, non iuxta Sanchez: mihi probabilius est, talē eligi posse, quādo defectus potestatis in approbante est occultus, idq; cōmunitet ignoratur, vt so. 9. de mat. disp. 7. scit. 9. An validē eligi possit sacerdos excommunicatus ab Eccl. toleratus, alibi.

Declaratio S. Congreg. pro neg. parte, intel- ligenda est de ignorantia priuata, cum qua pœnitens ad talem confessarium accederet, non de publica totius cōmunitatis: quo tantum casu Ecclesia iurisdictionis, vel approbationis defectum supplet. Ad confirm. conceden. non ipsum communem errorem approbationem conferre, sed defectum eius supplere Ecclesiam, ne publica animarum salus patiatur. Neque est par ratio de dolore, & intentione, quæ iure diuina

TOM. VIII. De Pœnitentia. &amp;c.

Bb

diuina

diuino ad Sacramenti substantiam requiruntur, cuius supplendi deficuum Ecclesia ius non habet.

<sup>152.</sup> <sup>Dubium 9.</sup> IX. An sit validè eligibilis sacerdos exterius tantum approbatus ab Episcopo, interius iudicante, eum ad confessiones audiendas idoneum non esse. Negat Bonaci. de minist. sacra. pénit. disp. 5. q. 7. §. 1. n. 29. Quia duo Trideht. in confessario requirit, Episcopi iudicium de ipsius idoneitate, & approbationem re ipsa obtentam. Confir. talis approbatio non est vera, sed ficta,

<sup>Ratio affirm.</sup> quæ non videtur sufficere 1. Affirmat Cardin. de Lugo de pénit. disp. 21. sect. 1. n. 24. Utramque probabile censer. Suarez 10. 4. de pénit. disp. 28. sect. 5.

n. 7. Magis tamen propendet ad 2. eo quod prima sit exposita scrupulis, & periculo irritandi sacram. confess. cum sepe huiusmodi approbationes dari soleant ad fauorem. Contrà: cum hoc iudicium sit occultum, & communiter ignoratum, etiamsi ad approbationem necessariū foret, ob publicam utilitatem ad euitanda in-

<sup>Facili soluti-</sup> <sup>Solidius con-</sup> commoda censeretur ab Ecclesia suppleri. Stabilitur ergo sent. affir. hīc Concilium requirit solū iudicium publicum, quod cum externa approbatione necessariō datur: sc. illud, quod in foro externo fidem facere potest: non quo interius iudicat, talem sacerdotem non esse idoneum ad confessiones audiendas: sed quo, iudicio illo non obstāte, adhuc censer approbationē

<sup>Duplici iudi-</sup> <sup>153.</sup> <sup>154.</sup> esse cōcedendam. Ad valorem approb. sufficit hoc posterius, quo cantrū deficient, deficeret valorem approb. ut si hēc vi extorqueretur. Addit Card. de Lugo, etiamsi tale iudicium esset in Episcopo necessariū, nō esse tamē in examinatore: quietiāsi contra conscientiam iudicium ferret de idoneitate Confessarij, adhuc valida esset Episcopi approbatio: eo quod in solo Episcopo hoc iudicium requirit Trident. Ex his patet ad argum.

Bona. ad confirm. esto talis approbatio, quoad forum internum spectata, esset ficta, esset tamen vera, spectata quoad forum externum, in ordine ad quod tantū requiritur à Trident.

X. An possit pénitens plures confessarios sibi eligere, à quorum uno absoluatur à peccatis, ab alio dispenseatur in votis, & operibus in iubileo præscriptis. Ratio dub. solent hēc duo simul connecti in diplom. Pontif. vt in iubileo

<sup>Aff. mandū.</sup> Innocentij X. Nihilominus dicendum, posse: ita Henrīq. lib. 7. de indulg. cap. 10. n. finali, qui in Scholio lit. T. refert id concessum fuisse à Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. proinde hoc imposterum prodelle vt declarationem mentis Pontif. Sanchez tom. 1. Moralium 54. num. 17. Joan. Propositus 3. part. quest. 14. de indulgent. dub. 10. num. 88. Diana part. 5. tract. 12. de indulgent. resolut. 50. Georgius Gobat in libel. de tbeſ. Ecclesiast. part. 2. quest. 6. ad finem. Fundam. nullum est in diplomate Pontif. verbum, quo hoc prohibetur; imò furent allatae Pontif. declarationes. Nec ratio dub. obstat: quia hēc non connectuntur, vt necessariō exequenda ab uno eodemque Confessario, sed quia ita plerumque fieri solet: vel quia plures confessati cōsententur vt unus in ordine ad hēc omnia exequenda respectu unius pénitentis, & eiusdem suis consequendi. Ex quo inferritur, non solū posse pénitentem unum confessarium eligere pro peccatis absoluendis, & alium pro votis committandis sed etiam electo uno, & ipso recto, alium eligere.

<sup>154.</sup> <sup>Subobservans</sup> dubium. An possit pénitens unum eligere pro abso-

lutione à censuris, alium pro absolutione à peccatis. Et sanè, si potest confessarius vi iubilei pénitentem extra confessionem sacramentalem à censuris absoluere, de quo *infra*, dubium non est, quin possit: quia licet absolutione à censuris à Pontifice concedetur in ordine ad confessionem sacramentalem, non est tamen necessarium, vt ab eodem utrumque præstetur, cūm id ex diplomate non colligatur. An autem eligi possit, qui tantū absoluat à reseruatis, & alter à non reseruatis si non reseruata sint tantū venialia, vel aliās rite confessā, potest: si mortalia, *infra*.

**SECTIO VIII.**

*An tempore iubilei possint moniales quemcunque Confessarium ex approbatis ab Ordinario loci eligere.*

<sup>155.</sup> <sup>Diversa di-</sup> <sup>de Confessa-</sup> <sup>rījs Monial,</sup> **P**lacuit hanc difficultatem seorsim discute-  
re, propter varias dispositiones circa Con-  
fessarios Monialium à Concilijs, & Pontifici-  
bus editas. Nam i. Tridentinum *sess. 25. de re-*  
*regularibus & monialibus cap. 10.* hēc de Confessa-  
rijs Monialium sanxit: *Prater ordinarium Con-*  
*fessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, &*  
*alijs Superioribus bis, aut ter in anno offeratur,*  
*qui omnium confessiones audire debet.* Ex quo  
decreto non pauci DD. colligebant, confessarijs, qui Monialium confessiones audire de-  
bebant, non necessariō debuisse ab Episcopo,  
sed potuisse ab Ordinario satum, sub cuius  
cura ipsa erant, approbari: ita *Azor tom.*  
*1. moralium lib. 13. cap. 9. quest. 2. 9. Quares.*  
Cui sent. accedebat S. Congreg. declaratio,  
cit. loco Trident. in hēc verba: *Confessores*  
*huiusmodi in Monasterijs monialium, que sunt*  
*sub iura regularium, non sunt examinandi ab Epi-*  
*scopo. Atque hēc seruata usque ad Gregorij XV.*  
qui anno 1622. encis Febr. nouā constitut.  
quæ incipit, *Inscrutabilis Dei prouidentia*, §.  
5. hēc statuit: *Confessores verò sine seculares Constitutio*  
*quomodounque exempti, tam Ordinarij, quam Greg. XV.*  
*extraordinarius, ad confessiones Monialium, etiam*  
*regularibus subiectarum audiendas, nullatenus*  
*deputari valeant. nisi prius ab Episcopo dicēsan-*  
*no idonei iudicentur, & approbationem, que gra-*  
*ris concedatur, obtineant.* Insuper Episcopo  
facultatem concedit admonendi, cūm opus  
fuerit, earum superiores regulares, vt eius-  
modi Confessores amoucant: ijsque facere de-  
rectanibus, aut negligentibus, possit ipse  
Episcopus eos amouere, quando expedire iu-  
dicauerit. Accesserunt sacræ Congregationis de-  
clarationes anno 1623. quas refert Barbosa in cit.  
locum Trident. n. 8.

<sup>156.</sup> <sup>Declaratio-</sup> **P**tima, *Superiores Regulares electos, seu*  
deputatos ante ipsius constitutionis deputationem, *Constitu-*  
quibus aliqui facultas competebat, audiendi con-  
fessiones Monialium sibi subiectarum, posse du-  
bitate ab Vr-  
bano VIII.  
probatione in confessionibus audiendis illarum tan-  
tum, que sponte, ac proprio motu id ab eis pe-  
tiverint. At verò eos, qui post constitutionem

<sup>prima.</sup> eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel

qui in eorum officijs seu dignitatibus, expleto iam  
tempore à constitutionibus eiususque Ordinis, vel  
alias legitimè præsinito, ad aliud tempus confirma-  
buntur, nequaquam posse sanctimonialium confessiones  
audire, nisi prius à Diocesano Episcopo idonei  
iudicati,

**Secunda.** iudicatis, atque approbati fuerint. 2. Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum secularium, nequaquam confessori approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione. 3. Regularem ad audiendas confessiones Monialium unius monasterij ab Episcopo approbatum minimè posse audire Confessiones monialium alterius monasterij. 4. Confessores extraordinarios semel deputatos, atq; approbatos ab Episcopo ad monialium Confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis eiusmodi illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties eis approbando, quoties casus deputationis conigerit. 5. Episcopum, cui licet ex rationabili causa iuxta dictam constitutionem, Superioris regulares admonere, ut amoueant Confessores monialium, atq; administratores bonorum ad earundem Monialium monasteria pertinentiis, ijsq; Superioribus id facere detrectantibus, habetq; facultatem preditos Confessores, & administratores amouendi quoties, & quando opus esse indicauerit, non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, et prudentia Episcoporum, quorum conscientiam S. Congregatio serio onerauit.

**157.** Ex his diffic. An possint Moniales tempore iubilei eligere sibi quemcunque Confessarium ex approbatis ab Ordinario loci, etiam si ad eatum confessiones audiendas non sit specialiter ab Episcopo approbatus. Negant aliqui apud Dian. par. §. tratt. 12. resolut. 12. moti arg. ex cit. constitut. & declarata. Confir. nunquam solent Pontifices suis diplom. dispensare in ijs, quæ à suis decessoribus peculiari constitutione decreta sunt; sicut neque in ijs, quæ in Conciliis gener. sunt determinata. Affirmat Bona. de minist. sacr. pœnit. disp. 5. q. 7. pu. 4. f. 1. n. 22. fine, vbi dum decidiit, posse confessario ad Confessiones tantum virorum excipendas, ab Ordinario approbatos, tempore iubilei à fœminis eligi, eandem rationem censer esse de monialibus. Eandem sent. cum Bossio, & Pyrino sequitur Diana cit. eamq; ampliat ad confessarios approbatos ab Ordinario tantum suæ Religionis, si electus, sit regularis, siue Moniales sint subiectæ Episcopis, siue Prælatis regularibus: nec teneri regularibus subiectas eligere Confessarium ex sua Religione, sed posse quemcunque, non secus ac cæteros Christi fideles.

**8** Quæ 2. sent. quantum ad id, quod addit, posse Moniales eligere sibi confessarium approbatum tancum à Prælato Religionis, siue suæ, cui sunt ipsæ subiectæ, siue ipsius confessarij, si sit regularis, cōfutata est sent. præced. dub. 2. vbi ostendi, per constitutionem Urbani VIII. nullum eligi posse, nisi ab Episcopo approbatu. Quod tempore iubilei possint quemcunq; ab Episcopo approbatum sibi eligere, colligo ex bulla iubilei anno posteriori s. 1625. pro sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, & alijs, quæ incipit: Pontificia solicitude, §. 5. Eisdem sanctimonialibus, & Christi fidelibus impeditis huiusmodi, ut ad effectu presentiū, Cofessarios Presbyteros secularis, vel cuiusvis Ordinis regularis, ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos &c. eligere valeant. Nete moueat tñ ad id probatos, quasi necesse sit, specialiter pro monialibus approbari: nam hoc non refertur ad specialem approbationem pro monialibus, sed ad universalem pro confessionibus quorumcunq; audiendis. Constat; nam pari modo Pontifex Con-

fessarios assignat pro monialibus, ac pro reliquis Christi fidelibus legitimâ causâ impeditis: sed ab illis quiuis ab Ordinario approbatus est eligibilis; ergo & ab his. Neque obstant verba præcedentis §. quibus Pontifex concedit sanctimoniis, ut ab ipsarum superioribus possint in iubileo præscripta in alia pia opera commutari: quia solum ibi earum superioribus concedit, ut pro cuiuslibet statu & conditione, habitâ ratione temporis & loci, possint quoad reliqua pietatis opera pro iubileo præscribere, non quoad confessarium eligendum, de quo ibi nulla fit mentio, sed in seq. §. vbi & quæ iphi, ac reliquis Christi fidelibus legitimâ causâ impeditis, concedit, ut possint quemcunque ex approbatis ab Ordinario loci sibi eligere.

**158.** Idem colligitur ex bulla anni 1648. Regularibus auctor personis utriusq; sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, concedimus, ut sibi ad hunc effectu manifesta lubi- felium eligere possint quemcunq; Presbyterum Confessarium, tam secularem, quam cuiusvis Ordinis regularem ex approbatis à locorum Ordinariis. Inter regulares utriusq; sexus includi moniales, quis dubitat per Tò Quemcunq; Presbyterum, cōcessio extenditur ad quemcunq; sacerdotem ab Episcopo approbatum. Sed & iubile anno 1620. ea- Quod caput dem facultas monialibus conceditur §. 2. Nec nō est, ipse Gre- eisdem fidelibus, etiam cuiuscunq; Ordinis. Congre- gationibus, & instituti regularibus virinsque sexus, facultatem impertimur eligendi sibi Presbyterum confessariū tam secularem, quam cuiusvis Ordinis, vel instituti regularem ex approbatis ab Ordinariis locorum. Neque dicas, hanc bullam fuisse priorē, proinde correctā per posteriorem constitutu. Certe debuisset de ea fieri mentio, quæ cùm facta non sit, manifestū est, per posteriorem non corrigi priorē. Ratio: iubileū est gratiosissima elargitio, quæ Vicarius Christi in cōmune bonum totius Christianitatis, referat infinitū thesaurū satisfactionū Christi & sanctorū: vnde sicut ab eius esse & principali, qui est plenissima remissio totius pœnæ temporalis ex condonatis culpis relictæ, neminem excludit; ita nec à secundario, qui sunt favores & gratiae cum ipso iubileō ad primarium effectu allicientes concessæ: inter quas vna est, vt quiuis tam secularis quam Regularis utriusq; sexus possit quemcunq; Confessariū ex approbatis ab Ordinario loci sibi eligere. Neque enim decebat, ab hac gratia excludere, quæ speciali vinculo sunt Christo sponsatae, quæque ut Urbani VIII. utr̄ verbis, hic vitam calitus perit ad ducentes, non modò sibi ad calum viam sternunt, sed ieunij, vigilijs, & orationibus ceteris quoq; Christi fidelibus eam aperire student. Cōfir. Nullus haec- constat ex iubileo Pauli V. &c. Constitutio vero Gregorij XV. & declarationes Congregationis, Greg. &c. tantum sunt de Confessariis monialium extra facilius resp. tempus iubilei: nam hoc, cùm sit maximum priuilegium, & liberalissima gratiarum erogatio, vniuersis Christi fidelibus concessa, nemo debet secundum priuatas leges metiri. Et sa- nū, vt à priuilegio omnibus concessio moniales excluderentur, deberet talis exclusionis expressa mentio fieri: sicut cùm ferrur lex omnibus fauorabilis, ut ab ea aliquis excipiatur, debet nominatim excipi: cùm semper priuilegium principis sit amplè intelligendum. Nec est pat ratio, quando indultum cum iubileo concessum, est contra decretum alicuius Concilij generalis: de hoc enim est expressum

verba lubi-  
felium  
S. D. N.  
Imocetij X.

Manifesta  
verba lubi-  
felium  
S. D. N.  
Imocetij X.

Quod caput  
est, ipse Gre-  
gorius XV.

Accedit mo-  
ralis ratio:

Signum ma-  
nifestum.

159.

Accedit mo-  
ralis ratio:

Ad constitu-  
tio. Greg. &c.  
tempus iubilei:  
nam hoc, cùm sit maximum  
priuilegium, & liberalissima gratiarum eroga-  
tio, vniuersis Christi fidelibus concessa, nemo  
debet secundum priuatas leges metiri. Et sa-  
nū, vt à priuilegio omnibus concessio moniales  
excluderentur, deberet talis exclusionis  
expressa mentio fieri: sicut cùm ferrur lex omni-  
bus fauorabilis, ut ab ea aliquis excipiatur,  
debet nominatim excipi: cùm semper priuile-  
gium principis sit amplè intelligendum. Nec  
est pat ratio, quando indultum cum iubileo  
concessum, est contra decretum alicuius  
Concilij generalis: de hoc enim est expressum

Pontificum declaratio, se nunquam velle in huiusmodi decretis, præsertim Tridentini, per sua diplomata dispensare, nisi de ijs fiat expressa mentio.

## S E C T I O I X.

*Quam auctoritatem virtute Iubilei accipiat confessarius à pœnitente electus circa absolutionem à peccatis.*

160.  
Dubia subla-  
ta duo.

**C**ertum est, confessarium, hoc ipso quod est à pœnitente electus, accipere à Pontifice facultatem illum absoluendi, à peccatis etiam reseruatis cum eorum censuris, de quibus fit in diplomate mentio. An cum casibus reseruatis Pontifici, intelligantur etiam reseruati Ordinariis locorum, nec non in bulla cænæ contenti, dubitatio nunc locum non haber, cùm expreſſè Pontifices ad hos casus facultatem extendant, ut constat ex iubileis Clementis VIII. &c. An virtute iubilei possit confessarius à pœnitente electus, ab heresi absoluere, difficultatem sustulit Urbanus VIII. qui in suis bullis, quas de iubile edidit, expreſſè hanc excipit: *Quem imi-*  
*tiuum tertium ratus est Innocentius X. An quando ea expreſſè*  
*non excipitur, intelligatur concessa, mihi du-*  
*bium non est; sc. cùm haec tenus per duos Pon-*  
*tifices fuerit expreſſè excepta, hoc ipso quod vel ab eisdem, vel à successoribus non excipa-*  
*tur, videtur de industria tacita, ut ab ea cum cæteris in bulla cænæ contentis absoluvi possit:*  
*Autiores apud Dianam part. 1. tract. de absolu-*  
*re. A contrario ab heresi resolut. 1. vti si nunc in bullis iubilei Pontifices expreſſè non concederent facultatem absoluendi à casibus in bulla cænæ contentis, nemo posset virtute iubilei ab illis ab- solui, ut contra Bossum Diana part. 5. tract. 12. resolut. 34. quia cùm haec tenus consuerint expreſſam facultatem ab illis absoluendi concedere, eo ipso quod illam expreſſè non concederent, si- gnum esset, eam nolle amplius dare. Neque sufficeret clausula vniuersalis ab omnibus: nam hæc censeretur limitata per negationem expreſſæ concessionis.*

161. Nota 1. Bullam intelligi de heresi perfecta: Notanda tria unde qui vel solo interno consensu esset hereticus, vel solo externo verbo, aut signo, retentâ interius fide, non censeretur apud Ecclesiastum hereticus, quæ non nisi externos actus in sua specie perfectos prohibet & punit. Quare neuter excommunicationem incurret, cæterasque penas in hereticos fulminatas. 2. Neque intelligi de heresi materiali, qualem plerumque habent rustici, qui sine pertinacia credunt id, quod illis proponitur, non quia est contra Ecclesiaz authoritatem, quâ contemptâ malint suæ inhærente sententia, sed quia putant id omne verum esse, & Christianæ fidei consonum, quod sibi à suis prædicantibus credendum proponitur. Unde non scienter & prudenter, quod ad heresim formalem requiritur, falsa dogmata credunt, sed easco modo suorum duntaxat maiorum exemplo ducti: proinde posse eos non solum tempore iubilei, sed quovis alio à suis parochis, vel à quoconque sacerdote potestarem à mortalibus absoluendi habente, absoluvi, ut bene Beccanus de fide cap. 15. q. 2. n. 6. Nota 3. cum heresi in diplomate iubilei non prohiberi, quin confessarius virtute iubilei absoluere possit receptatores hereticorum, fau-

tores, & defensores, nec non eorum libros legentes, tenentes, atque imprimentes: item Schismaticos & nigromantes, ut bene cum Boffio Diana part. 5. tract. 12. resolut 35 fine: eo quod hi non sunt heretici, quos tantum absolvi vir-

ture iubilei prohibetur.

DUBITATVR 1. An vbi bulla cænæ, in qua ha- 161.  
Dubium 1.  
res Papæ reseruatur, non est recepta, ut in mul- tis Germanicæ partibus, teste Beccano cit. possit Confessarius virtute iubilei ab illa pœnitentem absoluere. Pro affirm. parte est: vbi bulla cænæ Ratio affr. non est recepta, heres non est reseruata; proinde quibus Sacerdos habens potestatē à mortali bus absoluendi, poterit ab ea absoluere. At iubileum non auferit facultatem ijs, qui illam vel iure consuetudinis, vel præscriptionis possident.

Pro neg. parte est: quia Pontifex per ipsam bullam iubilei hanc facultatem prohibet, esto probabilit̄ non supponatur alio iure prohibita, Confir. Pontifex in iubileo ponit nouam conditionem seruandam, ut illud non proficit ijs, qui heres labi sunt infecti; etiam si ab ea absoluvi possint. Dices: talis est perfectæ dispositus ad iubilei ef- fectum consequendum: ergo non est, cur debeat eo priuari. Resp. esto ex parte sua sit dispositus; & in statu gratiæ constitutus, quia tamen non seruatur conditio à Pontifice petita, illud non consequitur. Neque præsumi potest, quod ve- lit Pontifex talibus iubileum concedere, dum ipsius mens certò constat per expressam prohi- bitionem. Confir. nemini dubium est, quin non confirmatur obstante facultate acquisitâ iure consuetudinis, siue præscriptionis, sive per legis non acceptationem, ab heresi absoluendi, possit Pontifex iubileum sub ea conditione concedere, cùm sic liberalis largitio ab eius voluntate dependens: quod autem sub hac conditione de facto illud concedar, constat ex expressa prohibitione. Atque hæc 2. sent. probabilius. Ad rationem affir. constat ex dictis.

II. An Episcopi absoluere possint ab heresi occulta. In favorem Episcoporum est expressum Tridentini decretum sess. 24. c. 6. de reforma. Vbi ampla conceditur Episcopis facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus & suspensionibus ex occulto delicto prouenientibus, exceptâ tantum, quæ ex homicidio voluntario oritur: & cum his expreſſè conceditur, ut possint ab heresiis crimine in foro conscientiæ per se ipsos, non per suos Vicarios absoluere. In oppositum est bulla cænæ Domini; Ceterum à prædictis sen- tentijs, nullus per alium quam per Romanum Pon- deris bulle tificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesia mandatis, & satisfa- apponi solita te Card. ciendo cautione præstata, absoluvi possit, etiam pre- de Lugo de fide d. 23. sec. texu quarumvis facultatum, & indultorum quibus- 3. n. 43. cunque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quo- rumvis Ordinum etiam mendicantium, ac milita- rium regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate prædictis, ipsijsq; Ordinibus, & eorum mo- nasterijs, Conventibus, & domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, hospitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam im- periali, regali, vel alia mundana excellentia ful- gentibus, per Nos & dictam sedem, ac cuiusvis Con- cily decretæ, verba, literis aut alia quacunque scri- ptura in genere, & in specie concessorum, & innova- torum, ac concedendorum, & innovandorum. Qui- bus verbis videtur ille Episcoporu facultati de- rogatum; ac proinde queritur, an ipsi tempore iubilei possint ab heresi occulta absoluere.

Prima

134. Prima sent. negat, esse derogatum: *Nauar.*  
*Auct. cœn-*  
*cessus:* *lib. 1. Consil. consil. 1. de constit. quæst. vlt. de sent.*  
*excomm. consil. 15. qu. 1. Fusus; Palat. in 3. dist.*  
*25. disp. 7. §. Sub bcc. Henrique lib. 6. de penit.*  
*Sacram. cap. 14. num. 7. & inschol. litera M. &*  
*lib. 13. de excomm. cap. 27. nu. 5. inschol. litera Q.*  
*Becan. cit. num. 5. Bannez, Nugnus, Gutier, Fa-*  
*gundez & alijs apud Sanctarell. de absolu. ab heresi*  
*cap. 5. dub. 1. Ratio 1. Nunquam censetur de-*  
*cretis Concilij generalis præsertim Tridentini*  
*derogatum, nisi in ipsa derogatione fiat expres-*  
*sa Concilij mentio. 2. Quando potest ius poste-*  
*rius conciliari cum priori, non est dicendum,*  
*ius anterius derogatum esse per posterius, ut vi-*  
*tetur iuris correctio, quæ odiosa est: at noua*  
*declaratio facta in bullæ cænæ conciliari potest*  
*cum citato decreto Triden. ut hæc intelligatur*  
*cantùm de casibus in forum externum deductis,*  
*illud de casibus occultis, & in foro duntaxat*  
*conscientiæ: vel certè, ut *Nauar.* & *Henrig.**  
*explicant, ut bullæ declaratio intelligatur tan-*  
*tum quoad Diœceses Romæ vicinas, ob faci-*  
*lem ad Papam recursum. 3. *Hurtadi apud Card.**  
*de Lugo cit. num. 47. Ante Tridentinum bulla*  
*cænæ singulis annis cum eadem clausula pro-*  
*mulgabatur: & tamen è non obstante concef-*  
*sa fuit à Concilio Episcopis facultas ab heresi*  
*occulta absoluendi: neque credibile est, Pium*  
*IV. qui Tridentini decreta tanta cum diligen-*  
*tia ybique promulgari curavit, & ab omnibus*  
*obseruari, clausulam huic Tridentini decreto*  
*derogatoriæ in sua bulla affixisse. 4. Eiusdem:*  
*Pius V. concessit Generali, & Provincialibus*  
*Ordinis Prædicatorum, ut possint erga suos*  
*subditos vt ijsdem facultatibus, quas habent*  
*Episcopi vi prædicti decreti pro casibus occul-*  
*tis: ergo signum est, non fuisse tempore Pij V.*  
*huic decreto derogatum. 5. Sixtus V. addit in*  
*sua bulla hæc verba: *Nisi in eis etiam casus pre-**  
*sentibus literis comprehendantur: at in priuilegio*  
*à Tridentino Episcopis concessò expreßè com-*  
*prehenditur heresis occulta per ipsum Episco-*  
*pum absoluenda. 6. Henrig. teste in Synodo*  
*Toleta, anno 1583, declaratum fuit ab Archiep.*  
*Inquisitore generali, non esse huic decreto per*  
*bullam cænæ derogatum. 7. Eiusd. Cardin. Ca-*  
*rata nomine S. Congreg. Cardin. rescriptit ad*  
*D. Christophorum Vela Archiep. Burgen. non*  
*esse hoc decretum abrogatum. 8. Lex genera-*  
*lis non derogat speciali. 9. Bulla cænæ solùm*  
*tollit priuilegia: sed Episcopi non ex priuile-*  
*gio, sed ex iure communi, tam antiquo quam*  
*novo, hanc facultatem habent.*

164. Secunda sent. longè plurium munita suffra-  
*2. Sent.*  
*Nauarrius*  
*suam mentem*  
*ul imam his*  
*verbis iusta-*  
*ram relin-*  
*qui:*  
*concludit.*  
*J*

ges: *Nullus præter Papam, sine eius concessione*  
*speciali potest absoluere ab heresi & censura ei an-*  
*nexa, etiam occultissima: quia Papa eam sibi re-*  
*seruat in bullæ canæ, quamvis Concilium Triden-*  
*sonredit Episcopo, ut per semetipsum in suo Epis-*  
*copatu posset absoluere subditos suos ab occulta ha-*  
*resi: quamvis item possit contendi, quod non sit de-*  
*rogatum quoad hoc illi per bullam canæ: quia S.*  
*D. N. Gregorius XIII. & Pius V. adeò id ex-*  
*preßè declararunt, ut etiam summo Penitentia-*  
*rio negauerint illam facultatem, nisi cum certis*  
*modificationibus. Per quod mouetur ad credendum,*  
*quod nec virtute iubileorum, nec bullarum crucia-*  
*tarum, in quibus non datur specialis facultas ab-*  
*soluendi ab heresi, potest quis absoluere, licet*  
*Tom. VIII. De Penitentia. &c.*

expressè detur facultas absoluendi à casibus bulle  
*cana. Eandem sequuntur lac. de Graffis lib. 1.*  
*Moral. decis. cap. 13. à num. 3. Molina tract. 3.*  
*disp. 64. num. 4. & tract. 5. disp. 18. num. 2. vbi*  
*refert Gregorium XIII. de hac re consultum*  
*ita respondisse: Toletus lib. 1. summa cap. 30. nu.*  
*2. & lib. 4. cap. 4. num. 21. Suarez to. 4. de pœ-*  
*nit. disp. 30. sect. 2. num. 11. & tomo de fide disp.*  
*21. sect. 4. numero 13. A Zor to. 1. Moral. institut.*  
*lib. 8. cap. 10. quæst. 10. & cap. 19. qu. 3. Sanchez*  
*tomo 1. Moral. lib. 2. cap. 11. fine, Coninck disp.*  
*14. de excomm. dub. 16. num. 243. Bonac. de cen-*  
*suris disp. 1. quæst. 3. pu. 2. num. 1. versl. Primò hoc*  
*decretum, Sanctar. tract. de heresi cap. 5. dub. 1.*  
*Diana 1. parte tract. de absolu. ab heresi resolut. 2.*  
*fine. Card. de Lugo de fide disp. 23. sect. num. 46.*  
*&c. apud Sanctarellum.*

Alij adducuntur Pontifices, qui interrogati,  
*pro hac sent. responderunt. Accedit S. Con-*  
*gregationis declaratio, cit. sess. 24. cap. 6. Epis-*  
*copus, aut Inquisitor soluere iam non possunt ho-*  
*minem hereticum in foro conscientia, licet hac fa-*  
*cultas à Concilio si ipsis tradita. Tandem in di-*  
*rectorio inquisitionis declarauit Penna apud Sua-*  
*rez cit. de fide, hoc sapientius decisum fuisse in Ge-*  
*nerali Tribunal inquisitionis Romanæ; eamq;*  
*in praxi seruari iussit: quam etiam confirmat Sy-*  
*lus curia. Ex his infero 1. per bullam cænæ, non Coroll. 1.*  
*modo sublatâ esse Episcopis facultate absoluendi*  
*ab heresi, sed etiâ ab alijs casibus in bulla cænæ*  
*contentis, ut Felicia. Vgoli. Vinal. Philia. &*  
*Molina notat Sanchez cit. num. 16. fine: quia*  
*prohibitio & quæ ad omnes casus in bulla cænæ*  
*contentos se extendit. 2. Hanc eandem facul-*  
*tatem à fortiori sublatam esse Prælatis Regula-*  
*ribus: his enim in cit. bullæ declaratione expre-*  
*sè prohibetur, ne à casibus in bulla cænæ con-*  
*tentis nisi in mortis articulo cum modificacióne*  
*in ead. declar. positâ, absoluere possint. Quare*  
*per huiusmodi declarationem cessat priuile-*  
*gium à Pio V. Generali & Provincialibus Ordini*  
*Prædicatorum concessum, ut possint cum*  
*suis subditis Regularibus vt facultatibus, quas*  
*vi decreti Tridentini habent Episcopi erga suos*  
*subditos.*

Ad 1. primæ Resp. sufficienter in cit. declar.  
*166.*  
*bullæ cænæ expressum esse Concilium Trident.*  
*¶ argum.*  
*per illa verba cuiuscunq; Concilij: cum manife-*  
*stum sit, non in alio quam in Trident. hanc fa-*  
*cultatem concessam esse Episcopis: nec semper*  
*coigitur Pontifex in suis bullis Concilium, vel*  
*Religionem proprio nomine exprimere: sed*  
*sufficit, si verbis & equivalentibus illam expri-*  
*mat. Ad 2. neg. minor: nam vt infra, non est*  
*per bullam cænæ ab Episcopis sublatâ facultas*  
*absoluendi ab heresi publica, sed solùm occul-*  
*tâ. Ad 3. resp. tempore Pij IV. & V. non fuisse*  
*tam expressè hanc facultatem Episcopis subla-*  
*tam. Ad 4. eodem modo resp. nondum eo tem-*  
*poore, quo hoc priuilegium concessum fuit Or-*  
*dini Prædicatorum, expressè sublatam fuisse*  
*hanc facultatem ab Episcopis: vel certè illam*  
*concessam fuisse eo modo, quo illâ vti possunt*  
*Episcopi pro ijs tantùm casibus, qui non sunt*  
*per bullam cænæ sublati, quicunque tandem illi*  
*sint. Ad 5. quidquid sit de illa limitatione à*  
*Sixto V. additâ, certè eam successores non ad-*  
*hibent. Ad 6. citata declaratio fuit Synodi par-*  
*ticularis, quæ præualere non potest declaratio-*  
*ni vniuersali à Pontifice factæ. Ad 7. decisio illa*  
*fortè facta est, antequam per expressa verba*  
*huic*

148.

huic Episcoporum facultati derogatum esset. Ad 8. id sumnum verum est, quando in lege generali non sufficienter exprimitur specialis, ut sit in ea declar. bullæ cænæ, in qua per ro in genere & in specie, sufficienter exprimitur lex specialis in Trident. lata. Ad 9. neg. maior, cum sit prohibitio vniuersalis comprehendens omnem modum, quo talis facultas concessa est, ut ex verbis prohibitionis constat.

Hoc opus,  
hic labor.

Quoniam vero opposita sent. in favorem Episcoporum probabilis est, ut omnes ferè nostræ sent. tarentur, examinandum, an, & quo modo possint Episcopi eam. Etenim hoc ipso quod est probabilis, potest esse regula humanæ operationis, quam sine peccati periculo sequi possumus. Cardin. de Lugo hoc ita explicat: si Episcopus credat, hanc facultatem voluisse Pontificem autem, non posse hanc sent. in praxi sequi: & merito, quia tali casu Episcopus ageret contra conscientiam, quod nunquam est licitum. Si vero authoritate DD. contrariam sent. sibi persuadeat, sc. noluisse Pontificem hanc facultatem ab Episcopis auferre, licet tunc poterit eam in praxi sequi. Verum hic modus solum deseruit ad cuitandum peccatum; non explicat, an validè, contraria sent. non obstante, absoluere possit. Etenim quantumcunque Episcopus sibi persuadeat, hanc facultatem non esse sibi sublatam, si tamen re ipsâ Pontifices voluerunt illam auferre, ut contraria sent. contendit, eam vtendo, nihil efficiet. Imò etiam si Episcopus hanc DD. authoritate sibi persuadeat, attamen cum simul sciat, si re ipsâ Pontifices eam de facto auferre voluerunt, absolutionem à se datam, fore nullam, non poterit tutâ conscientiâ illam impendere.

Alius igitur modus excogitatus est, qui etiam validam efficiat absolutionem; ex iactis principijs, quod quando aliqua sent. authoritate probabilis iudicatur, ad cuitanda grauia incommoda, quæ contra publicum bonum orientur, non censetur Pontifex publica acta secundum illam irritare velle: proinde etiamsi re ipsa voluerit illam auferre, adhuc tamen simul hanc voluntatem habere potuit non irritandi ea, quæ iuxta aliam sent. DD. probabilem iudicata, gesta essent, supplendo tali casu detectum iurisdictio- nis, sicut suppleret, si sua ipsius declaratio communis errore ignoraretur. Nempe dum Pontifices scient, hanc sent. probabilem estimari à Doctorib. & nihilominus illam permittunt, eam non damnando, videntur voluntatem habere, non irritandi ea, quæ iuxta illam fieri possunt: alioqui si adhuc eam in sua probabilitate reliktâ voluntatem haberent irritandi, quæ iuxta illam aguntur, ansam præberent multis erroribus & incommodis, communi animarum saluti aduersantibus, dum scient, posse fideles tutâ conscientiâ operari iuxta sententiam sapientum calculo probabilem.

169.  
Coroll. 1.

secundum.

Ex his infero 1. eandem probabilitatem hanc sent. non habere quoad Prelatos regulares: nā quoad eos nulla versatur inter DD. controvessa, quod per declarationem bullæ cænæ non sit illis sublatum priuilegium à Pio V. concessum absoluendi à casibus occultis, à quibus per Trident. possunt Episcopi: proinde nequeunt hi probabilitate sent. le tueri, ut possunt Episcopi.

2. Iuxta hanc probabilem sent. si Episcopus incidat in hæresin occultam, posse per Confessarium à se electum, hanc facultate illi communicata, absoluiri; Henrig. lib. 14. de irreg. cap. 18. nn. 3.

Suar. lib. 5. de censuris, disp. 41. sett. 2. num. 9. & alijs apud Barbos, in collect. in Trident. sett. 24. cap. 6. de reform. n. 9. Idquæ declarauit S. Congreg. Episcopo in aliquo delictorum (de quibus hoc capitulum) prolapso, licet ad se absoluendum proprium suum Confessarium deputare cum eadem autoritate, quæ ipse potest ex eodem hoc capite in sibi subditos exercere. Quia quod quis pro alijs potest, potest & pro se, cum non debeat ipse deterioris esse conditionis, nisi à tali priuilegio vtendo expressè excludatur.

An quando in iubileo expressè excipitur hæresis, ut in modernis iubileis excipi solet, absolutionis ab ea eo modo intelligatur negata Episcopis, sicut ceteris, ut neque iuxta probabilité opinionem Episcopi valeant ab ea absoluere? Sancti, cum nulla specialis prohibitio fiat Episcopis, adhuc eam in Pontificio diplomate expressè exceptâ, non videtur derogare probabili opinioni, quam Doctorum autoritate adhuc ab ea absoluendi Episcopi habent:

III. An hæc eadem facultas sublatam sit Inquisitoribus, ut nequeant in foro conscientiæ ab hæresi absoluere? Negant de Graffis lib. 2. decisi. cap. 9. n. 5. Tolet. lib. 4. cap. 4. nu. 2. Henrig. lib. 6. de pœnit. Sacram. cap. 7. n. 3. & alijs apud Sanctar. cit. cap. 5. dub. 7. n. 31. Affirmat Suarez, de fide disp. 21. sett. 4. nu. 17. Sanchez lib. 2. e Moral. cap. 12. num. 3. Sanctar. cit. & alijs apud eund. Idquæ declarauit S. Cardin. Congregatio, quæ, ut supra, æquæ Episcopis, ac Inquisitoribus decidit vi bullæ cænæ sublatam esse facultatem hæreticos in foro conscientiæ absoluendi. Quæ sent. probabilius. Fudam. verba bullæ cænæ sunt vniuersalia: ergo non est, cur hi sint excipiendi: intellige de absolutione in foro sacram. non judiciali, ut ijdem notant: neque enim hoc illis per bullam prohibetur: nam hæc facultas illis competit ex iure, cap. VI officium, de hereticis in 6. vbi Clemens IV. hæc Inquisitoribus scribit: Si aliquis ex prædicta heretica labore primitus abiurata redire voluerit ab Ecclesia unitatem, ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis. Quam facultatem habent etiam Episcopi, ut Sedis Apost. delegati, ita Sanctar. cit. dub. 1. & Card. de Lugo cum Castro Palao. Siquidem ad Episcopos spectat, vbi Inquisidores non sunt, hæreticos, eorum hæresi publicè abiuratæ Ecclesiæ reconciliare. Quæ absolutionis valet pro vitroque foro. Aduertit citari, posse Inquisidores hæreticum extra confessionem ab hæresi quoad censuram absoluere, & quoad peccatum absoluendum mittere ad Confessarii.

IV. An vi iubilei possit confessarius pœnitentem censuris absoluere, eiusque vota extra Sacramentum commutare. Negant aliqui apud Barbos. cit. n. 47. quos ipse sequitur & apud Diannam par. 3. tract. 2. resolut. 9. eo quod hoc decisum sit à sacra Congreg. cuius dñe declaraciones in cit. cap. 6. de reform. Prima est: querebatur, An Episcopus causa bivis capitii sexti habeat facultatem dispensandi cum suo Diocesano absente, in aliena Diocesi legitimè impedito commorante. Congregatio censuit, quod forensis in casu bivis capitii sexti potest absoluiri in Sacramento pœnitentia ab illo Episcopo, in cuius Dioces, vel ciuitate commoratur, non autem ab alio dispensari. Facit ad hoc, quod Nunij, qui possunt absoluere excommunicatos ob iniunctionem manus in Clericos non possunt absoluere subditos extra proximam. Accedit etiam quod Concilium loquitur de absolucione Sacramentali in foro conscientia, quæ requiritur presentiam, excepto

Ratio id ostendens.

170. Dubium 3.

Affirmant.

171. Dubium 4.

S. Congreg. declaratio prima.

**Secunda.** plo confessionis, qua non potest fieri per nuntium, vel per literas. Secunda: Qui non sunt subditi Episcopi, puta Medicus, Praetor, & similes exteriores, qui tamen habitant in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, etiam si commiserint crimina in alijs ciuitatibus: habitat tamen hac distinctione, quod scilicet possent absolvi in Sacramento pœnitentia à suis criminibus, non tamen dispensari super his. Ex quibus

**Ex virag: e arguo.** elicitur argum. si hoc negatur Episcopis, eo quod illis concessa sit facultas cum hac limitatione, ut non nisi in foro conscientia id praestare valeant: à fortiori intelligitur negata ceteris, quibus cum eadem limitatione conceditur facultas absoluendi à censuris & vota commutandi, ve sit in iubileis. Confirm. Pontifex facultatem absoluendi à censuris, & vota commutandi concedit per ordinem ad confessionem sacram.

**172.** Affirmant communiter alij: *Nauar. lib. 5. consil. mandū. fil. de sent. excomm. consil. 15. qu. 2. Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 13. n. 2. & cap. 30. n. 6. Suar. lib. 5. de censuris disp. 4. 1. secl. 2. n. 10. & 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. n. 4. Sanchez 10. 1. moral. lib. 2. cap. 11. n. 13. Diana par. 3. tract. 2. resolut. 9. & part. 5. tract. 12. resolut. 36. Card. de Lugo; deside disp. 23. secl. 3. num. 6. 4. & alij. Quam Nauarrus sent. appellat iuxta omnium sententiam, Diana probabilitissimam, de Lugo communem ferè omnium. Probat Nauar. secundum rigorem iuris hæc verba in foro conscientia, solum important, quod absolutio iuxta hanc formam data non prospicit quoad forum externum. Atque hæc sent. ratione, & autoritate Speciatâ, probabilior est, & in praxi secura. Ad declarationes S. Congreg. variæ resp. apud Suarez & Sanchez; nulla tamen mihi satisfacit. Vt umeram explic. affect de Lugo de fide disp. 23. secl. 3. num. 65. & 66. asserens, Congregationem non solum loqui de absolutione à censuris, sed etiam à peccatis, vt constat ex verbis posterioris declar. possent absoluendi in Sacramento pœnitentia à suis criminibus: quæ absolutio nequit impendi, nisi in foro Sacra. de qua intelligenda sunt citata verba in foro conscientia. Sed neque satisfacit hæc resp. nam principalis questio à S. Congreg. decidenda fuit, an possit Episcopus vi huius facultatis, quæ à Trident. habet, dispensare cum suo dicæsanio absente. Portò verbum dispensandi non nisi de censuris intelligi potest: præterquam quod de absolutione Sacram. absenti impendenda, non erat tantæ diffic. vt debuisse per Congreg. decidi. Cùm igitur hæc fuerit principalis interrogatio, de hac intelligenda erit responsio. Idque confirman exemplum de Nuntijs; & à paritate confessionis. Vnde quando Congreg. decidit, non posse Episcopum vi facultatis à Concilio sibi concessæ absentem absoluere, non intelligit de absolutione à peccatis, sed à censuris, à quibus vi decreti Trident. nequit Episcopus, nisi in foro conscientia absoluere: & ad hoc valet exemplum ex confessione petitum. Confir. ex posteriori declar. in qua similiter quod principaliter à S. Congreg. deciditur, est, non posse Episcopum cum extetis in sua ciuitate commorantibus, vi facultatis sibi à Trident. concessæ dispensare in censuris, licet possit absoluere à criminibus, etiam alibi commissis: quia duplēm limitationem. huic facultati Episcopis concessæ addit Trident. vt non possint in censuris dispensare, nisi cum persona sibi subdita, & in loco sibi subiecto. Hoc ipsum resp. confirmat stylus curia Rom. vt mihi tanquam certum retulerunt, qui diu hanc doctrinæ practicati sunt in sacro pre-*

torio pœnitentiaz. Ergo ad Cardinalium declarations, & stylum curia Resp. nempe tam sacrâ Congre. quam curia stylum fundari in opposita sent. probabili, nō sublatâ probabilitate alterius, quam tot graues Authores docent: proinde posse confessarium hâc sent. suffultum tempore iubilei validè à censuris pœnitentem absoluere extra Confessionem sacram. Ex quo infero, posse Corollar. confessorem, si causa sublit, pœnitentem tantum à censuris absoluere intra tempus iubilei, & absolutionem à peccatis remittere post elapsum iubilei tempus: sublatâ quippe censurâ, peccata quibus annexa erat, à quouis sacerdote iurisdictionem in mortalia habente absolvi possunt. An autem in contraria sent. id negante, possit confessarius intra tempus iubilei absoluere à peccatis reseruatis & eorum censuris, extra verò tempus à non reseruatis, pender ex ijs, quæ suprà de casib. reservatis.

**V.** An qui tempore iubilei fuit obliitus peccati mortalis, teneatur illud postea confiteri sacerdoti potestatem habenti in mortalia, an sufficiat illud confiteri Sacerdoti potestatem habentem tantum in venialia. Negat doctri recen. quia sicut qui in confessione obliuiscitur peccatum reseruatum, non tenetur illud postea confiteri Sacerdoti potestatem habenti in reseruata, sed potest cuilibet directam potestatem in illud non habenti; ita qui mortale crimen in confessione obliuiscitur, poterit postea illud confiteri tam Sacerdoti potestatem in mortalia non habenti, sed tantum in venialia. Confir. tali casu vel non est necessaria directa potestas in illud, cum iam supponatur in alia confessione remissum, & virtualiter ac tacite subiectum clauibus: vel si est necessaria, suppletur ab Ecclesia, vt in similibus casibus suprà diximus. Affirmandum. Ductor 1. *Affir. omni- ex ipsa sacræ confessionis institutione, quæ ex no veram præcepto Christi vt Trident. sef. 14. cap. 5. decla. pnto. rat, fidèles obligat ad manifestanda omnia mortalia, quorum post diligenter discussionem conscientiam habent, legitimo iudici, vt in ea tanquam Christi legatus iudicium exerceat. Porro legitimus iudex in hoc sacro tribunali, vt Trident. cap. 7. definit, est, qui ordinatiam, vel sub delegatam iurisdictionem habet in ea, de quibus debet pœnitentem in hoc iudice indicare. Quæ veritas colligitur ex verbis Christi Joan. 20. Sicut misericordie Pater, & ego mitto vos: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retentæ sunt: quibus Apostolos, & consequenter sacerdo- tes in hoc officio successores, suos legatos constituit. At qui solam potestatem habet in venialia, nequit de mortalibus legitimam sent. ferre. Nec refut. quod oblitera fuerint in alia confessione remissa, in eaque virtualiter, ac tacite subiecta clauibus: nam præceptum Christi obligat, vt communiter Doctores, ad ea directe subiecta clauibus: nec sat est indirecte & virtualiter. Nam sicut in iudicio humano non censeretur reus ab eo delicto absolvitus, de quo vel propter obliuionem non fuit à suo iudice, vel ab alio, quam à suo legitimo iudice iudicatus: ita neque in hoc iudicio sacram. censeretur reus ab eo criminè absolvitus, de quo vel propter obliuionem non fuit à legitimo confessario, vel ab alio iudicatus. Confir. Ex præcepto Christi omnia mortalia debent semel saltu directe subiecti legitimo iudici, vt in ea sententiam ferat: ergo quamdiu in peccata oblieta à legitimo iudice iudicium non exercetur, manent ex sententia Christi obligata clauibus. Etc.*

**Ad S. Congregationus declarationis.** 173. Principali interrogations responso. 174. Arbutorum respondentiam.

175. Dubium s. *Ex præcepto Christi omnia mortalia subiecta directe clauibus.* Cujus. Confir. vt non possint in censuris dispensare, nisi cum persona sibi subdita, & in loco sibi subiecto. Hoc ipsum resp. confirmat stylus curia Rom. vt mihi tanquam certum retulerunt, qui diu hanc doctrinæ practicati sunt in sacro pre-

nim posito, quod Christus voluerit in modum iudicij mortaliū crīmina per duos delegatos in hoc tribunali remittere, quādiu illa non sunt à legitimo iudice examinata, & per iuridicam sent. absoluta manent legitimo iudici obligata.

177.  
ad eam  
ens. duror  
x absurdis  
opposita.

Secundo ex absurdis; Sequitur 1. etiam qui peccatum ex iusta causa in confessione tacuit, non teneri illud confiteri Sacerdoti potestatem in mortalia habenti est enim eadem ratio, ac de oblio: nam etiam hoc fuit cum aliis confessis indirecte remissum, & virtualiter clauibus subiectum: inde posse etiam iusta ex causa aliquando taceti omnia mortalia, uno tantum veniali cōfesso. Quo casu non teneretur hic per aduers. hæc peccata legitimo iudici subiucere, sed posset cuius potestatem tantum in venialia habenti confiteri. Sequitur 2. tempore iubilei absolutum tantum a reseruatis, posse reliqua non reseruata confiteri sacerdoti habenti tantum iurisdictionem in venialia. Sequitur 3. nec teneri pœnitentem huiusmodi peccata necessariò confiteri: tum quia per aduers. hæc habentur, ac si essent venialia, quæ confiteri non tenemur. Tum quia non ea teneretur confiteri, vt de illis confessarius iudicium ferat: cùm n̄ talis confessarius non sit legitus iudex, non poterit de illis validum iudicium ferre: nec vt ea sacramentaliter remittatur; cùm supponantur per aliam confessionem directe remissa. Igitur non alio titulo tenerur, quām vt ea, iuxta præceptum Christi, legitimo iudici iudicanda proponat.

178.  
num effu-  
gium.

Dices: tali casu confessarium habere iurisdictionem in huiusmodi peccata etiam si non habeat in alia mortalia. Cōtrà: quæstio est, an Confessario destituto iurisdictione in mortalia, sed solum iurisdictionem habente in venialia, possit pœnitens manere liber ab obligatione ea iudici legitimo subiuciendi, per hoc solum, quod ea tali Confessario subiecet. 2. non apparet, à quo hic tali casu in huiusmodi peccata iurisdictione accipiat: non à Christo; cùm id nobis non constet, constet autem, de eius voluntate, quod omnia mortalia debeant ad legitimū iudicem iudicanda deferri. Non ab Ecclesia, quia hæc solum defectum iurisdictionis supplet, vel quando ipsius defec̄tus communiter ignoratur; vel summum quando pro vtraque sent. sunt probabiles opiniones: at hic neutrum est: nam vt notum supponitur, talem Cōfessarium carere iurisd. in mortalib⁹: neq; de hac controu. versantur probabiles sent. vt ad incommoda vitanda debeat Ecclesia defectum iurisd. supplere. Neque enim sententia statim probabilis censetur, quod vni vel alteri authori in mentem venit, aut quo quis argu. proberetur, nisi validis fulciatur rationib⁹: & que in oppositū obijci possunt efficaciter dissoluat: quod hactenus in hac controu. nemo præstigit, sed potius Authores contrariam communiter supponunt vt veram, & in praxis sequendā. Leg. Vasquez 3. part. q. 91. ar. 3. dub. 5.

179.  
sufficiens  
contra oppo-  
situm sent.  
Sic urgeo.

Tertiò. Si pœnitens non teneretur mortale oblitum, legitimo Sacerdoti, directam in illud iurisdictionem habenti confiteri, id aliunde provenire non posset, quām ex natura confessionis Sacrae & Christi institutione: quia nemo præter Christum autoritatem haber supra materias & sacram. pertinet autem ad materiam & ministru sacramenti pœnitentiaz, vt teneatur pœnitens oblitum peccatum confiteri Sacerdoti directam iurisdictionem super mortalia habenti. At illud falsum est: Quod si ex natura confessionis sacrae

& Christi institutione pœnitens non teneretur oblitum peccatum confiteri Sacerdoti directam iurisdictionem in illud habenti, à nemine cogi posset ad illud tali Sacerdoti confitendum: sicut quia à Christo habemus, vt non teneamur venialia confiteri Sacerdoti iurisdictionem habenti supra mortale, à nemine obligari possumus ad hæc tali Sacerdoti confitenda. At potest pœnitens obligari ad illud confitendum Sacerdoti directam iurisdictionem in mortalib⁹ habenti. Qui enim oblitus est mortale reseruatum, per aduers. non teneretur illud confiteri reseruanti: ergo neq; hoc ipsum teneretur confiteri Sacerdoti habenti directam iurisdictionem in mortalib⁹, sed posset illud confiteri Sacerdoti habenti tantum iurisdictionem in venialia: cùm sit eadem ratio de mortali oblio non reseruato, ac reseruato: ergo si oblitum non reseruatum non teneretur confiteri Sacerdoti habenti directam iurisdictionem in mortalib⁹, neque tenebitur illi confiteri oblitum reseruatum. At si hoc proueniret ex natura sacrae confessionis, & Christi institutione, non posset pœnitens a reseruante obligari ad confitendum sibi oblitum reseruatū: quod falsum est, nam potest reseruans obligare pœnitentem, vt oblitum peccatum reseruatum, cùm primū mentione ducatur, sibi confiteatur. Confit. quamdiu pœnitentia non constat, reseruantem absolutionem dedisse etiam pro reseruatis oblitis, tenerur illa reseruanti confiteri: ergo similiter quamdiu nobis non constat de voluntate Christi deobligantis nos ad confienda peccata oblitera Sacerdoti habenti directam iurisdictionem in illa, tenemur ea tali Sacerdoti confiteri. Cum igitur nobis constet de voluntate Christi obligantis nos ad mortalib⁹ legitimo iudici confitenda, neq; constet de voluntate eius nos de obligantibus ad ea tali Sacerdoti confitenda, tenemur ea confiteri. Nam ira se habet Christus reseruans sibi in hoc tribunali omnia per suos legitimos iudices iudicanda, si. cut superior Eccles. reseruans sibi, in suo foro quādam atrociora crīmina.

Propterēa hanc sent. probabiliorem censeo, & in praxi omnino sequendam. Neutrius sent. Authores affero, quia hæc in terminis discussam non reperi: solum apud Vasquez 3. part. 91. ar. 3. p̄f. dub. 5. n. 4. legi, quod Canum & Ledel. referat gra. uiter Adriannum reprehendentes, eo quod dix. sent. 180. Rationib⁹. Vasquez Adriannum liberat, eo quod per simplicem Sacerdotem non intellexerit, habentem tantum potestatem in venialia, sed prout à Sacerdote proprio distinguitur. Quare hanc vt certam cum reliquis DD. Vasquez supponit; eò quod hæc veritas pendeat à Christi institutione. qui si. deles obligavit, vt omnia crīmina post baptismū commissa, quorum conscientiam haberent, in hoc Sacrum iudicium deferrent, per legitimos iudices absoluenda. Nam et si legitimitas iudicis p̄deat etiam ab Ecclesia, ratione iurisdictionis, eā tamen positā Christi præceptū vrget ad peccata legitimo iudici manifestanda, vt in ea cognita absolutionis sententiam prouuntiet. Casiterū non est purādum. casu, quo quis oblitum peccatum, ex iusta causa suppressum, non confiteretur Sacerdoti habenti in illud directam iurisdictionem, præteritum peccatum reuiuiscente, cùm illud supponatur, vel per contritionem, vel

Hoc maxi-  
mō discut-  
endo.

vel per confessionem absolutum remissum, sed nouum committi, neglegit p̄cepto Christi, de eo legitimo iudici manifestando. Nec dicetam iurisdictionem requiri ad absoluendum à tali peccato, sed solum ad liberandum p̄enitentem, ne teneatur illud amplius clauibus subiungere.

181. Ad fundam. oppositæ, i. neg. semper peccatum reseruatum in confessione oblitum absolui posse à quouis Sacerdote in reseruata iurisdictionem non habente, ut eum Vafg. & Suar. suprā disp. 13. sect. 10. nū. 24.0. Dico requiri implicitam saltem intentionem in reseruante absoluendi generaliter ab omnibus, etiam oblitis: alioqui, ut suprā, non posset reseruans p̄enitentem obligare ad illud sibi confitendum. Confir. Si p̄enitens ad confessionem accedat cum duobus peccatis oblitis, quorum vñ reseruatum sit superiori, cui confitetur; alterum superiori maiori, non satisfacit p̄enitens, si peccatum reseruatum superiori maiori, confitetur Sacerdoti nō habeti potestatē in illud, quod ab illo, defecitus potestatis, non fuit à superiore inferiori absoluens: ergo nec satisfaciet, si peccatum reseruatum superiori inferiori confitetur simplici Sacerdoti, si superior intentionem non habuit ab illo absoluendi: quia quod facit defecitus potestatis in uno, facit defecitus intentionis in alio. Ergo ex eo titulo præcisè, quod subditus indirecē absoluatur à peccato oblio, nō sequitur, quod illud non teneatur reseruant cōfiteri, nisi de eius intentione cōfiteri, quod voluerit saltem implicitè etiam ab illo absoluere. 2.

Reseruatio pendet à voluntate reseruantis, qui potuit sub hac conditione peccata sibi reseruare, ut oblii non essent sibi necessarii in confessione aperienda: manifestatio autem peccati legitimus iudici facienda pendet à Christi institutione, de cuius opposita voluntate quoad peccata oblii nobis non constat.

182. Jus p̄enit. Lus p̄enit. sis acquisi- sum temp. tis iubiles. Dubius. Ceterum peccatum reseruatum oblitum, vel ex causa in confessione suppressum tempore iubilei, ex sent. omnium ferè, absolui potest ab eodem confessario, tempore iubilei etiam elapsò: quia per iubileum p̄enitens ius acquisiuit, ut ab eo posset etiam extra tempus iubilei absolui: & confessarius, ut Pontificis legatus in hac causa, eā intra tempus iubilei inchoatā, facultatem habet illam terminandi etiam termino legationis elapsò: sicut ceteri delegati facultatem retinenter inchoatam, & nondum terminatam causam absoluendi, etiam elapsò termino legationis, & delegante ipso spirante cap. relatum. & cap. Gratii, de officio iugicis delegati. An autem possit etiam ab alio, qui non fuit tempore iubilei à p̄enitente electus absolui? Affirmans pars ex iactis fudam. verior cōsideranda: nam confessarius tempore iubilei generalem impartiens absolutionē à censuris & peccatis, omnem censuram ab eis absulit, quā sublatā, à quouis Sacerdote in mortalia iurisdictionem habēre absolui possunt. Addo, quod etiam tempore iubilei non fuisset ab illo absolitus, eo quod confessarius non haberit intentionem absoluendi, nisi à peccatis sibi manifestatis, adhuc p̄enitens haberet ius eligendi sibi confessarium, cui illud confiteretur, cū adhuc ratione iubilei retineat ius eligendi sibi confessarium, qui possit ab eo peccato absoluere: eo quod illud fuerit ex iusto impedimento non confessum.

183. D. ibid. 6. VI. An posito quod tempore iubilei à censuris tantum sit quis absolitus in foro cōscientiæ extra sacra. si mutatā postea voluntate, absolution-

nem à paccatis non petat, maneat à censuris absolitus, possitq; à quouis Sacerdote iurisdictionem in cōmunia tantum mortalia habente absolu. Certum est si, quando à censuris à solutionem petiat, animum non habuit petendi absolutionem à peccatis, non manet à censuris absolitus, eo quod absolutione à censuris à Pontifice conceditur per ordinem ad absolutionem à peccatis, quippe qui illam concedit ut dispositionem ad sacram confessionem: ergo si postea voluntate mutata, absolutionem à peccatis petat, debet iterum à censuris absolu. Quod si voluntate habuit absolutionē à peccatis postea petēdi, ut quia non erat tempore iubilei ad ea cōfiterenda dispositus, voluit tamen tempore iubilei à censuris absolitus, ut securius posset extra illud absolu à peccatis, mutata verò postea voluntate, absolu tionē à peccatis nolit petere, manere à censuris absolitus, ut cōsequenter possit ab ijs peccatis, quibus tales censurae annexæ erant, à quouis Sacerdote super communia mortalia potestatem habente absolu. Resp. affirm. cum Layman lib. 5. træct. 7. cap. 8. de iubileo n. 9. citante Nauar. & cum Henrig. lib. 7. de Indulgent. cap. 11. n. 4. Fund. talis absolutione à censuris non fuit data sub conditione, vel ad reincidentiam, sed absoluē: ergo manet à censuris liber, poteritque sua peccata cuilibet Sacerdoti iurisdictionem tantum in mortalia habenti validē confiteri. Antec. prob. nemo potest ad reincidentiam à censuris absoluere, ut Nauar. Henrig. lib. 7. de indulgent. cap. 11. n. 4. & ali⁹ docent, nisi id in concessione exprimatur. Confir. eodem modo in iubileo conceditur facultas absoluendi à censuris, ac à peccatis: sed à peccatis confessarius absoluē absolvit: ergo & censuris. Sed quando absolutione à censuris datur sine conditio absoluē, p̄enitens manet ab illis absolitus, absque illa obligatione nouam absolutionem ab eis petendi. An autem hic peccet, affirms Suar. 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. n. 11. negat Henrig. lib. 6. de sacram. p̄enit. cap. 16. n. 6. Verum hoc ex circumstantiis iudicandum erit. Quid si hic iterum mutata voluntate velit à peccatis absolu, an à peccatis absolitus iubileū lucretur? Resp. affirmatiū: eo quod hic semper extra remittet ius, quod tempore iubilei acquisiuit per p̄us iubili. absolutionem à censuris. Neque hoc ius amisit per voluntatis mutationem.

Infero, si tali calu p̄enitens fuit alicuius censori oblii, si tamen Confessarius generalem absolutionem ab omnibus censuris impertiit, manere absolutum etiam ab obliis: nec teneri postea ab illis absolutionem petere, esto mutata voluntate, nolit à peccatis absolu: nam eo modo hic fuit à censuris absolitus, quo alius, qui post absolutionem à censuris, à peccatis absolutionem petijt, sc. uterque generaliter & absoluē.

VII. An qui tempore iubilei reseruatorum oblii, solumque conscientia venialium, nullam fecit confessionem, quia putauit ad iubileum confessionem venialium non esse necessariam, elapsò tempore iubilei possit à reseruatis absolu per confessarium à se electum. Negat cum multis Henriquez lib. 6. de sacramento p̄enit. cap. 16. n. 6. quos citat in scholio litera G. eo quod elapsò tempore iubilei legatio Cōfessorio à Pontifice facta exspirat: neq; causa apud illum cōp̄ta est.

Affirmant ali⁹ Recent. apud eund. quos tacito nomine refert in Scholio litera H, quam se-probabilius quitur Sanchez lib. 8. de matris. disp. 15. num. 19. omnino. licet postea in summam tom. 1. lib. 4. cap. 54. nū. 41. proba-

Causa for-  
mari potest  
dupliciter.

184.  
5. træct. 7. cap. 8. de iubileo n. 9. citante Nauar. & Resp. affir-  
cum Henrig. lib. 7. de Indulgent. cap. 11. n. 4. Fund.

Moneat.

Corol.

Dubium 7.

8

probabilior censeat oppositam: sed mihi hæc probabilius est, & conformior Pontificum menti facultatem confessario concedunt, vt possit in iubile præscripta ex quocunque iusto impedimento omissa in alia opera commutare, & tempus iubilei in aliud proximum prorogare. Sed hic per ignorantiam peccatorum reformatorum fuit legitimè impeditus, quo minus illa suo tempore confiteretur: ergo poterit ea confiteri post tempus elapsum: quia cum confessarius facultatem habeat, propter legitimum impedimentum, tempus iubilei prorogandi, poterit tali casu tempus elapsum commutare in præsens, sicut potest opera intra eandem hebdomadam omissa, vltimâ die eiusdem hebdomadæ commutare in alia. Quare elapsu tempore iubilei, Confessarium non habere à Pontifice facultatem absoluendi à resuatis, quæ tempore iubilei fuerunt ignorata. Neque etiam refert, quod confessionem venialium non fecit: nam etiam hanc omittere potuit ex probabili ignorantia, quod ad iubilem non esset necessaria. Idem dicendum de quocunque alio opere ad lucrandum iubilem à Pontifice præscripto ex probabili ignorantia omisso.

VIII. An possit Confessarius differre pœnitenti ab solutionem à peccatis vltra tempus iubilei, donec occasio peccandi tollatur, quæ sublata pœnitens simul cum absolutione iubileum consequatur. Affirmat cum Boffio Diana part. 5. tract. 12. resolut. 26. Eget sententia moderatione, hæc sc. si pœnitens non sit in culpa, quo minus occasio peccandi tollatur: quo casu non possit absolutionis sacram. & cum ea iubileum prorogari: quia non esset ex parte pœnitentis iustum impedimentum: nec potest illud prorogari spe futuræ emendationis: cùm n. emendatio pendeat à voluntate pœnitentis, nequit esse iustum impedimentum, si cum possit, de facto non se corrigat. Sin autem occasio peccandi vel non est in potestate pœnitentis, vt ea tollatur; vel non nisi magna cum difficultate de præsenti tolli possit, speisque affulgeat, illam aliunde cessaturam, poterit in his circumstantiis confessarius, bono pœnitentis consulens, iubileum vltra tempus differre.

An si pœnitens scito animo huiusmodi occasionem tollendi ad cōfessionem accedat, & confessarius à pœnitente deceptus iubileum proroget, talis prorogatio sit valida. Ratio negandi est, quia hæc nullam interuenit iustum impedimentum. Ratio verò affirmandi, quia saltem interuenit impedimentum putatiū iustum ex parte Confessarij, quod ad validam prorogationem videtur sufficere; & hoc probabile, modò pœnitens mutata postea voluntate rite præsteret, que ad iubileum lucrandum postulantur: hæc n. facultas prorogandi iubileum delegatur confessario, vt humano ac prudenti modo eā vtaatur: ergo sufficit, si hæc & nunc probabiliter putet, se posse iubileum prorogare: sicut si prudenter putet, non posse pœnitentem aliquod opus in iubile præscriptum præstare, illud in aliud commutando, valida videtur commutatio. Dices, non sat esse bonam fidem confessarij, sed etiam requiri bonam fidem pœnitentis, vt tam iubilei prorogatio, quam iniuncti operis commutatio valida sit. Propterè probabilem etiam censeo oppositam sententiam.

IX. An si intra totum hæc tempus, quo iubileū

differetur, pœnitens nouas contrahat censuras, nouaque emittat vota, possit à confessario absoluī, & cum eo dispensari. Negant Sanchez. & Alphon. de Leone apud Dianam cit. resolut. 27. Affirmat Sanchez tom. 1. moral. lib. 4. cap. 54. num. 28. & Diana cum Boffio probabilius: Ratio; facultas absoluendi à censuris, & vota commutandi à Pontifice conceditur, vt affectamentum ad iubileum consequendum: ergo quamdiu illud ex consilio confessarij, non est pœnitens adeptus, poterit eā facultate vti, cum adhuc militet finis, propter quem Pontifex hanc facultatem concessit. Confir. sicut potest pœnitens absoluī ab omnibus censuris, quas contrahit vsque ad ultimum diem hebdomadæ, in qua iubileum consequitur: ita absoluī potest ab omnibus censuris, quas contrahit vsque ad tempus, in quo ex consilio confessarij consecuturus est iubileum: nam totum hoc tempus respectu huius se habet, vt hebdomada celsipetū alterius: & consequenter quod vni operatur intra hebdomadam, alteri operatur intra totum tempus, in quo consilio confessarij prorogatum est iubileum. Hinc sequitur, si quis primā hebdomadā perfecit omnia opera, præter communionem, quam ex causa distulit in finem secundæ, posse absoluī à censibus resuatis, si in alioquos vsque ad id tempus incederit, virtute iubilei nondum comparati.

An si quis iubileum lucratus primā, vel secundā die primæ hebdomadæ, quia fecit omnia, in quæ confessarius à Pontifice præscripta com. mutauit, si reliquo tempore, quod superest, hebdomadæ, in casum incidat, aut votum emitat, possit ab eo absoluī, vel in illo dispensari. Pro affirm. parte est: quia quamdiu durat priuilegium, possumus ipsius beneficio vti: sed tota integra hebdomada à Pontifice concessa est, vt possumus beneficio iubilei vti. Neque ex eo, quod illud breuiori tempore consequimur, priuandi sumus beneficio, quo alii vti possunt.

Negantem verò partem docet Sanchez tom. Negandum 1. moralium lib. 4. cap. 54. num. 18. probabilius, & probabileus. nostris principiis conformius, quibus suprà ostendi, ideo non posse aliquem utraque hebdomadā bis iubileum lucrari, eiusque favorum & indultorum participem fieri, quia mens Pontificis est, vt ex eius diplomate colligitur, non nisi semel iubileum, & gratias in eo contentas fidelibus concedete. Ergo eo semel comparato, siue breuiori, siue longiori tempore, non poterit pœnitens iterum illud cum suis gratiis & indultis lucrari. Neque integra hebdomada conceditur, vt in ea semper quis illud lucrari possit, sed pro lucrantis commoditate: vnde si breuiori tempore illud lucretur, spirat pro reliquo tempore priuilegium.

X. An qui fidei tempore iubilei peccata Se-di Apostolicæ resuata confessus est, maneat ab eorum resuatione absolitus, vt ea possit cuilibet sacerdoti solam potestatem habenti in mortalia confiteri. Ratio pro affirm. parte est, quia disp. 13. sect. 10. num. 246. ostendi, & Vafquez 3. part. quest. 91. art. 3. dub. 5. qui si dicitur peccata resuata resuanti confiteri, non tenetur ea amplius resuanti confiteri, sed poterit cuilibet Sacerdoti potestatem tantum habenti in mortalia. Ratio: peccata principaliter resuuntur quoad iudicium, vt iis manifestatis possit superior salutarem medelam adhibere: at etiam iis fidei confessis potest superior medelam adhi-

86.  
Dubium &

187:  
Emergent  
dub.

Fundam.

• 288.  
Dubium 2.

189.

Latenus

dub.

Dubium or.

ratio.

Affirmans.

adhibere. Confirmatur non tenetur pœnitens ea reseruantii in confessione sacramentali confiteri, sed potest etiam extra: quo casu satisfaiceret officio suo non minus quam, si ea in confessione aperuisset. ita Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 11. num. 4: dummodo, inquit, hic habeat animum præstandi omnia necessaria.

*Omnino ne-*  
*gandum.* At oppositum afferendum; quia Pontifex hanc facultatem à reseruatis absoluendi non cōcedit, nisi ut possit pœnitens disponi ad iubilei effēctum re ipsa consequendum: sed talis confessio pœnitentem non disponit ad iubileum consequendum, quippe quod veram postulet confessionem: proinde non manet à reseruatis liber, qui ea fīstè confessus est, ut illa possit cuilibet Sacerdoti in huiusmodi reseruata iurisdictionem non habenti confiteri.

*Ad fundam.* Ad rationem affirmantis Resp. dispar ratio: nam alio casu nihil aliud reseruans à pœnitente postulat, nisi ut peccatum reseruatum sibi manifestet, ut salutarem medelam illi adhibere possit. *Ad* in iubileō Pontifex facultatem à reseruatis absoluendi eo fine concedit, ut possit pœnitens per vetam confessionem ad iubileum lucrandum se disponere. Confirmatur. Non lucratur quis iubileum per fidem ieiunium, vel fictam eleemosynam, aut communionem: ergo nec per fictam confessionem.

## SECTIO X.

*Quām potestatem virtute iubilei accipiat confessarius à pœnitente electus circa operum iniunctorum & votorum commutationem.*

*191.* Potestatem ille accipere solet, & opera in iubileō præscripta in alia commutandi; & vota vel dispensandi, vel in aliam materiam commutandi. Suppono non posse nisi ea opera commutari, quæ Confessarius nouit, non posse à pœnitente præstari. An possit commutare opera, quæ pœnitens deberet in hac hebdomada præstare, in ea, quæ ante hebdomadam, quando iubileum nondum promulgatum erat, præstavit, ut ieiunia, quæ deberet in præsenti hebdomada perficere, in ea, quæ pœnitens ante perfecerat; similiter de eleemosyna, & reliquis iniunctis operibus. Ratio pro affirm. parte: Prima; sicut potest ea commutare in opera futura ultra tempus iubilei exequenda, ita & in opera præterita ante tempus iubilei præstata. Secunda. Potest, ut *suprā*, in ultima die hebdomadæ commutare omnia opera, quæ pœnitens præstare debuisset per totam hebdomadam: ergo è conuerso poterit omnia opera, quæ præstare deberet in hac hebdomada, in ea, qua ante hanc præstitit. Tertia. Ut opera sint idonea ad iubileum lucrandum, non est necesse, ut fiant cum intentione illud lucrandi, ut *suprā*. Quarta. Potest cum pœnitente dispensari, ut opera, quæ præstare debet intra unam hebdomadam præstet intra duas; ergo & quæ præstare deberet intra præsentem hanc, præstet intra hanc, & præcedentem, quæ iam præstitit.

*192.* Cōfusionē. At dicendum, non posse. Fundam. licet non

repugnet, ut Pontifex hanc facultatem cum cum tali ampliatione concedat, de facto tamen non solet illam cum ea ampliatione concedere: tum quia hic non est modus consuetus & ordinarius: tum quia in huiusmodi operum commutatione requirit, ut ea fiant ex consilio & præscripto confessarij: cum igitur opera præterita non sint facta ex consilio & præscripto confessarij, non sunt ex mente Pontificis idonea ad effectum iubilei consequendum. Confir. Si pœnitens loco operum, quæ sibi à confessario præscripta sunt, alia longè præstantiora præstaret, iubileum non lucraretur, eo solo titulo, quod requiritur; ut hæc opera fiant ex præscripto confess. Pari modo qui Ecclesiam visitaret ab Ordinario non designatam, iubileum non lucraretur. Patet resp. ad argumenta, eo quod opera futura præstari possunt ex præscripto confessarij, non præterita. Eodem modo poterit pœnitens opera, quæ præstare debuisset ante ultimam diem hebdomadæ, in alia ex præscripto confessarij commutata perficere. *Ad 1.* *Ad 2.* *Opposita.* *Ad 3.* non propter rationem in arguento adductam sed propter aliam *suprā*, non possunt opera, quæ pœnitens in præsenti hebdomada præstare deberet, in alia iam præterita commutari. *Ad 4.* negatur consequentia: nam in primo casu opera commutata sunt ex præscripto confessarij, non in secundo. *Quoad* commutationem votorum:

*Dubium 1.* An tempore iubilei absolutus à peccatis, & dispensatus in votis, si postea reliqua ad iubileum consequendum negligat, in vota commutata reincidat. Affirmat Vazquez 3. part. quast. 91. art. 3. dubio 6. *Uinaldus apud Suarez* 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. num. 9. quia cum commutatio votorum fieri possit sub conditione, quo pacto fieri non potest absolutio à peccatis, ita ea intelligitur in iubileo concessa. Negant Henriquez lib. 6. de paenit. sacrament. cap. 16. n. 6. & lib. 7. de indulgentiis cap. 11. num. 4. Suarez citat. num. 10. & alij ab Henriquez in schol. lit. 1. probabilitus. Ratio; ex nullo verbo diplomatis colligi potest, quod facultas commutandi vota sit sub tali conditione concessa: at priuilegium principis est amplè interpretandum; ergo intelligenda est absolute & absque conditione concessa talis facultas. Confir. à Suarez, si hæc vota commutarentur, vel dispensarentur sub conditione, nempe si dispensatus reliqua opera in iubileō præscripta perficiat, non posset dispensatus à votis, ab illis abstine-re, nisi post reliqua opera adimpleret: quod falsum est, nam statim censetur à votis liber. Ceterum, ut Suarez, etiamsi facultas commutandi vota sub hac conditione non concedatur, potest tamen à confessario commutatio sub tali conditione fieri, si pœnitens reliqua in iubileō præscripta adimpleuerit: ad scrupulos tamen vitandos, monet eam non esse in praxi sub conditione faciendam.

*14.* Ex his infero, sicut confessio potest præcedere reliqua opera, ita & votorum commutatio, Corollarij. etiam extra confessionem sacramentalem, ut præcedente sectione: quia in diplomate nullus præscribitur ordo, quo debeat votorum commutatio fieri: ad eam tamen necessaria est bona fides pœnitentis: alioqui si animum habeat iubileum non lucrandi, commutatio votorum erit irrita, cum sit contra mentem Ponificis, qui eam concedit ut dispositionem &

& alle&mentum ad iubileum consequendum.  
Pater, non recte *Vasquez*, ex eo quod commutatio votorum fieri possit sub conditione, inferre, ita de facto à Pontifice concessam: sed hoc ipso quod illam sub conditione expresse non limitat, intelligenda est absolute & sine conditione concessa.

**195.** Dubium 2. 11. An possit confessarius voti commutatio-  
new alteri committere: cum non habeat autho-  
ritatem facultatem, virtute iubilei sibi conces-  
sam, alteri subdelegandi. Verum id concedunt  
*Jacobus de Graffis* par. 1. moral. decif. lib. 4. cap. 15.  
num. 47. *Sanchez* tom. 1. moral. lib. 4. cap. 54. num. 31.  
& alij apud ipsum. Ratio; tali casu confessari-  
ius facultatem commutandi vota alteri non  
subdelegaret, sed ipse votum commutaret, so-  
lumque materiam voto subrogandam commi-  
teret iudicio alterius. Nam in voti commutatio-  
ne tria per se includuntur, deobligatio à  
se includi præcedente materia voti, obligatio ad nouam  
materiam, & ipsa materia subrogatio. Deob-  
ligatio illa tali casu à solo confessario tolli-  
tur; & à solo inducitur obligatio circa mate-  
riam subrogandam. Subrogatio vero materia  
adhuc duo importat; & iudicium, quo existi-  
matur præcedenti materia æquivalens, & sub-  
iecti viribus ac dispositioni commensa; &  
simil obligationem ad eam loco præcedentis  
materia acceptandam, ex suppositione quod  
vouens velit à voto liberari: & illud ab altero  
suggeritur; ipsa obligatio à solo confessario est,  
vopote qui posset, si vellet, adhuc ad illam ac-  
ceptandam pœnitentem non obligare, sed ad  
aliam. Facultas autem commutandi vota prin-  
cipaliter consistit in potestate deobligandi vo-  
uentem à priori materia, & obligandi ad no-  
uam subrogatam acceptandam.

**Corollarium.** Ex his infero, confessarium dubium, an  
pœnitens aliquo casu teneatur restituere, pos-  
se cum ipso conuenire, ut si vir doctus iudicaue-  
rit, esse restituendum, restituat: quo casu obliga-  
tionem ad restituendū pœnitens proximè acci-  
peret à confessario; declarationem ratiū obliga-  
tionis, & materia restituendæ à viro docto.

**196.** Subobjec-  
tum dubium. An tali euentu pœnitens fieret voti reus,  
si ante subrogatam materiam contra illud face-  
ret. Affirmat *Manuel apud Sanchez* citatum  
num. 32. eo quod talis commutatio maneat im-  
pendenti, donec subrogetur materia: sicut  
dum Pontifex voti dispensationem commit-  
tit Ordinario, aut confessario, ut eam pre-  
cum veritate præcognitâ, dispensando impar-  
tiat, sit voti reus pœnitens, si ante dispensa-  
tionem impetratam, contra votum faciat. Ne-  
gat *ibidem Sanchez*, quia confessarius statim vo-  
ti materiam antea promissam extinguit, eamq;  
transferrere in aliam ab ipso, vel ab alio subro-  
gandam: proinde etiam ante nouam materia  
subrogationem, votum amplius non obligat.  
Verum per hoc nondum explicatum est, quo  
pacto ante nouam materiam antiquæ subroga-  
tam, extinguatur obligatio voti, ut contra illud  
faciens, non fiat voti reus. Nam posset aduer-  
sarius dicere, vouentem non deobligari à priori  
materia promissa, donec noua subrogetur,  
qua priori extinguat.

**197.** Explicatur  
facili ex  
natura co-  
mut. supra. An possit vota commutari per ge-  
neralem commutationem cadentem super omnia  
vota, eorum materiali in particulari non ex-  
pliatis. Negat *Suarez* tom. 2. de Religione lib.  
6. cap. 16. num. 14. ubi docet, voti commuta-  
tionem fieri non posse, nisi cognito voto com-  
mutando, ciuique qualitate. Affirmat *cum aliis*  
*Sanchez* tom. 1. moral. lib. 4. cap. 54. num. 35.  
*Diana* par. 5. tract. 12. resolut. 40. *Georgius Gobat* in libello de thesauro Ecclesiastico part. 2. qn.  
10. num. 4. Sed distinctione opus; teneri vo-  
uentem, materiam voti in particulari explicare,  
si ea menti occurrat; aliter commutatio-  
nem factam fore nullam: secus, si voti mate-  
ria in particulari non occurrat. Iuxta quam  
distinctionem explica authores. Nam *Suarez* n.  
15. concedit, casu quo vouens certus est, se  
vouisse, & materia voti in particulari non re-  
cordatur, posse, perpensis circumstantiis, de-  
terminari materiam per modum commutationis  
subrogandam priori materia, cuius in  
particulari pœnitens non est memor. Ita *Sanct.*  
posse votis astricatum tempore iubilei petere  
commutationem votorum, quorum ignorat: item  
talem commutationem facere posse, ut ea ita  
pro

prius promissa, quam obligari ad materiam  
in priorem subrogatam: sublatâ autem obli-  
gatione materiæ, votum non amplius obligat.  
At virges: aduersarius dicet, vouentem non de-  
obligari à priori materia, donec noua subro-  
getur. Resp. id quideam fieri posse, si confes-  
sarius eà intentione votum commutet: ve-  
rum si consueto & ordinario modo votum com-  
mutet, prius absolute abrogando materiam  
voti ante promissam, & cum ea obligationem  
tollendo, vouens manebit liber à voto ante  
subrogationem nouæ materiæ, proinde agen-  
do contra priorem materiam, non fit transgres-  
sor voti. Instas. Voti commutatio per hoc dis-  
criminatur à dispensatione, quod dispensatio  
tollit omnem obligationem, nullâ nouâ subro-  
gatâ: commutatio vero nouam obligationem  
subrogat loco priori: ergo pro nullo tempore  
debet vouens esse liber ab omni obligatione.  
Nego naturam commutationis exigere, vt  
pro omni tempore vouens maneat obligatus  
ad aliquam materiam: sed saguisse, si maneat obli-  
gatus post completem actum cōmutationis, qui  
includit & extinctionem materiæ prioris & subro-  
gationem nouæ: ante quam, dum vouens est  
quasi in fieri commutationis, manet liber ab  
omni obligatione. Confir. Confessarius, dum *Confir.*  
abrogat priorem materiam, illam potest ab-  
solute abrogare, vt non maneat vouens intra  
hoc tempus & sequens materia subrogandæ  
obligatus ad priorem materiam; & de facto  
ita illum votum commutare, præsumendum  
est: cum hoc cedat in favorem vouentis, cuius  
favori semper is censetur consulere. Nec est  
par ratio de dispensatione à Pontifice confes-  
sario, vel Ordinario commissa: cum ex ip-  
sa commissione apparet, nolle illum cum  
petente dispensare, nisi causâ examinata ab  
ipso delegato, cui in hac parte suas vices  
committit. At vero Confessarius indepen-  
denter à subrogatione nouæ materiæ priorem  
extinguuit, cum ad illam extinguendam non  
cegat novo examine, sed solum ad nouam  
subrogandam, vt sit subiecti viribus propor-  
tionata, & præcedenti æqualis.

**198.** III. An possint vota commutari per ge-  
neralem commutationem cadentem super omnia  
vota, eorum materiali in particulari non ex-  
pliatis. Negat *Suarez* tom. 2. de Religione lib.  
6. cap. 16. num. 14. ubi docet, voti commuta-  
tionem fieri non posse, nisi cognito voto com-  
mutando, ciuique qualitate. Affirmat *cum aliis*  
*Sanchez* tom. 1. moral. lib. 4. cap. 54. num. 35.  
*Diana* par. 5. tract. 12. resolut. 40. *Georgius Gobat* in libello de thesauro Ecclesiastico part. 2. qn.  
10. num. 4. Sed distinctione opus; teneri vo-  
uentem, materiam voti in particulari explicare,  
si ea menti occurrat; aliter commutatio-  
nem factam fore nullam: secus, si voti mate-  
ria in particulari non occurrat. Iuxta quam  
distinctionem explica authores. Nam *Suarez* n.  
15. concedit, casu quo vouens certus est, se  
vouisse, & materia voti in particulari non re-  
cordatur, posse, perpensis circumstantiis, de-  
terminari materiam per modum commutationis  
subrogandam priori materia, cuius in  
particulari pœnitens non est memor. Ita *Sanct.*  
posse votis astricatum tempore iubilei petere  
commutationem votorum, quorum ignorat: item  
talem commutationem facere posse, ut ea ita  
pro

pro omnibus votis valeat, ut poste à nouâ communicatione non egeat, si illorum in particula-  
tire recordetur. Prius confirmat ratio pro neg. nam quando materia voti in particulari occurrit, ex-  
plicanda erit, ut possit confessarius equalitatem  
materiæ subrogatæ cum abrogata ponere, quam  
natura commutationis exigit. Posterius prob.  
non debet vouchers commutationis beneficio sibi  
liberaliter concessio absque propria culpa priua-  
ri: ergo cùm non possit eo casu voti materiam  
in particulari recordari, poterit confessarius pru-  
denter materiam pro voti commutatione deter-  
minare; vel si spes sit, ut iubilei tempore protogato  
vouchers possit oblitam voti materiam sibi  
in mentem reducere, tūtius erit, id differre.

199. IV. An per generalem commutationem vo-  
tum tempore iubilei factam, vouchers maneat  
absolutus, non solum à votis detectis, sed etiam  
oblitis. Ratio affir. est à paritate censuræ, pecca-  
torum reseruorum, & irregularitatis, à qui-  
bus per generalē absolutionem, vel dispensatio-  
nem pœnitens manet absolutus & dispensatus  
etiam ab oblitis, ut amplius non teneatur ean-  
dem absolutionem, vel dispensationem petere,  
sed posse huiusmodi peccata, quibus annexa  
erat censura, vel reseruatio, cuiilibet Sacerdoti  
habenti tantum iurisdictionem absoluendi à  
mortaliis, confiteri, ut cum multis Nauar. irru-  
in sum. cap. 26. n. 13. Henr. lib. 14. de irregul.  
cap. 17. nn. 4. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 15. nn. 16.  
& 10. 1. moral. 1. 4. nn. 36. Prd neg. parte est: voti  
commutatio prærequirit cognitionem voti co-  
mutandi, cùm nequeat perpendi equalitas ma-  
teriæ subrogandæ, nisi procognitæ materiæ voti  
abrogandi: vti nec possunt vota dispensari, nisi  
sufficientia causæ dispensationis cognitæ: ita  
Smar. 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. n. 14. & 15. Vasq.  
3. part. q. 91. ar. 3. dub. 5. fine.

Dupliciter  
intell. g. dub.  
dub.

Notandum duplex sensus dubij 1. ut per gene-  
ralem commutationem vouchers omnino absolu-  
tus maneat à votis oblitis, ita ut neque de iis cùm  
in mentem venerint, teneatur commutationem  
petere: 2. ut teneatur de iis commutationem pe-  
tere, cùm primùm recordatus fuerit: eaque pos-  
sunt etiam extra iubilei tempus à Confessario co-  
mutandi. De 2. infra constabit: primus subdistin-  
guendus: vel confessarius tempore iubilei sub-  
rogavit materiam non solum votis detectis, sed  
etiam oblitis: & tunc censeo, vouchers mane-  
re absolutum ab oblitis; neque teneri aliam  
commutationem petere, cùm illa mentem sub-  
eunt, sed solum teneri subrogatam pro eis ma-  
teriam scrutare. nam si potest commutare vo-  
tum, eius materiæ in particulari non explicatæ,  
poterit & oblitum, quod perinde se habet ac vo-  
tum, cuius materiæ non est in particulari expli-  
cata. Vel materiam subrogavit tantum pro vo-  
tis detectis. Tunc omnino, petenda pro iis com-  
mutationio, cùm in mentem venerint: cùm nulla  
pro iis supponatur subrogata materia. Tertio  
modo posset commutatio votorum fieri sub ex-  
pressa conditione, ut cùm in mentem venerint,  
debeat pœnitens materiam subrogandam pete-  
re ab aliquo viro docto: tunc si confessarius ha-  
buit absolutam intentionem deobligandi pœ-  
nitentem à materia voti oblii, nec pœnitens  
sunt in mora, quo minus illam statim ac voti re-  
cordatus fuerit, petierit, non fieri voti résum, si  
autem materiæ subrogatione acceptam, agat cetera  
votum: Secùs, si ad eam perendam facit culpa-  
biliter in mora: quia per talen moram videtur

Manifestè  
sequitur ex  
soluto pre-  
ced. dub.

pœnitens implicitè saltē secum deliberare, an  
velit huiusmodi votum sibi commutari, proin-  
de interim obligatum manere priori materiæ  
promissæ. Ex his patet discrimen inter censu-  
ras, peccata reseruata, & irregularitatem, &  
commutationem votorum. Nam illa etiam ob-  
lita per generalem absolutionem ita manent ab-  
soluta, ut non egeant vñteriori absolutione, so-  
lutuñque tenetur pœnitens peccata oblita, cùm  
corum recordatus fuerit, subiicere clauibus ali-  
cuius Sacerdotis habentis tantum iurisdictionis  
nemin mortalia communia: eo quod censura, re-  
seruatio, & irregularitas, non solum tolli pos-  
sunt ignorata, sed nulla præterea est illis subro-  
ganda materia. Vota autem etsi, ut supra, com-  
mutari possint etiam per obliuionem in particu-  
lari ignorata, quia tamen subroganda est illis  
materiæ equalitans, quamdiu illa non subro-  
gatur, non manet vouchers ab illis liber. Alia ratio  
dispensationis, vbi nulla subroganda est materia, inter com-  
sed sola causæ sufficientia præcognoscenda, quæ mutationem  
si non potest in particulari præcognosci, pot-  
est saltem in communi, & per mortales conie-  
curas colligi, ut si pœnitens sit nimium scrupu-  
losus, vel multis votis oneratis: quas causas  
affert Sanchez cit. lib. 4. moral. cap. 54. num. 37.  
fine. Vnde qui in oblitis dispensatur, non tene-  
tur amplius dispensationem petere, cùm nulla  
sit illis subrogada materia, sicut in cōmutatione.  
V. An nullâ factâ tempore iubilei commu-  
tatione generali, vota oblitera, quæ post clapsum  
tempus iubilei menti ecurrunt, possint à con-  
fessario, & à quo commutari. Negat Suarez  
10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. nn. 14. & 15. codem mo-  
do de dispensatione: Vasq. 3. part. q. 91. art. 3.  
dub. 5. fine, Laymann lib. 5. tract. 7. cap. 8. nn. 9. Fil-  
luc. 10. 1. tract. 8. cap. 10. nn. 278. pro quo à Suarez  
citatitur Nauar. & Macol. Ratio: voti cōmutatio  
prærequirit voti commutandi, eiusq; qualitatis  
præcognitionem, sicut dispensatio præcognitio-  
nem causæ sufficientis ad dispelandum, sine qua  
dispensatio est inutilis: neutra igitur potest in vota oblitera: Et clapsu tempore iubilei  
præfixo, expirat legatio ad commutanda vo-  
ta concessa.

Affirmant Henr. lib. 7. de indulgenti. cap. 11. Affirmant  
nu. 4. Sà verb. indulg. nn. 14. Sanch. lib. 8. de ma-  
trim. disp. 15. nn. 17. & in sum. lib. 4. cap. 54. nn. 39.  
Diana par. 5. tract. 12. resolut. 40. ex opposito  
fundam. quod etiam post clapsum tempus iubilei  
legatio ad commutanda vota durat; nam  
quatuor causa, pro qua concessa est, sit finita  
quoad principalem effectum iubilei, qui est ple-  
naria remissio totius pœnæ temporalis ex con-  
donatis culpis relictæ, non est tamen finita  
quoad reliquias gratias & favores Apostolicæ  
authōritate iubilei annexas: quamdiu autem  
causa, pro qua concessa est legatio, non est fina-  
liter terminata, durat legatio, etiam transacto  
termino, cap. Relatum & cap. licet, de officio  
indic. deleg. Neque obstat cap. De causis, eod. tit.  
vbi dicitur, quando causa committitur intra  
certum terminum, decidenda, eo transacto,  
mandatum expirare: & quia legatio pro iubi-  
leo lucrando, concessa est intra certum termi-  
num, eo clapsu, expirat. Nam, ut ibidem, po-  
test terminus de consensu partium prorogari:  
ergo de consensu confessarij & pœnitentis, qui in  
hac causa sunt partes, potest tempus prorogari, &  
prorogatur legitimo aliquo impedimentoo inter-  
currente, non solum quoad cōmutatione voti-

*Ad rationem negat.*

rum, sed quoad ipsius iubilei consecutionem, id Pontifice expressè concedente. Leg. Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. n. 17.

Ad fundam. oppositæ. Resp. esto absolutio à peccatis non cadat supra commutationem. nec supponatur facta generalis, vel specialis votorum commutatio, quia tamen confessarius causam, per absolutionem à censuris & peccatis tempore iubilei inchoatam, quoad reliquias gratias & fauores non absoluit, adhuc elapsō termino, de consentu pœnitentis habet potestatem illam absoluendi ac finaliter terminandi. Eadem porportionalis ratio militat ex parte pœnitentis, qui per iubileum habili tempore comparatum ius acquisiuit ad reliquos fauores iubileo annexos.

202.  
Maior du-  
biuum.

An si tempore iubilei noluit pœnitens sibi votum commutari, possit eo elapsō illius commutationem petere? Negant à fortiori pro contraria sententia citati: nam hoc ipso quod noluit pœnitens tempore iubilei voti commutationem petere, renuntiavit iuri, quod per iubileum fuisse acquisitus, adhuc illam petendi post elapsum iubilei tempus. Confirm. Qui noluit tempore iubilei à censuris absolui, vel in irregularitate dispensari, non poterit transacto tempore ab illis absolui, vel super hac dispensari.

Affirmant.

cum neotericis, quos suppresso nomine citat, Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 15. n. 18. & tom. 1. moral. lib. 4. cap. 54. n. 40. Diana pars. 5. stratt. 12. resolut. 40. & alij apud ipsum, Georg. Gobat cit. probabilius: nam posito, quod pœnitens per iubileum ipsi acquisiuit ad votorum commutationem, etiam post elapsum tempus petendam, etiam si tempore iubilei expressè noluit, votum sibi commutari, acquisitum ius per hoc non amisit, quod minus si velit, possit illam iure petere. Sicut qui habet priuilegium, etiam si expressè nolit eo vti, per huiusmodi voluntatem illud non amittit, quin possit, mutata voluntate, eo validè vti: eo quod per solam voluntatem eo non vti, priuilegium non transfertur in priuilegiantem, sed adhuc manet sub potestate priuilegiati, sub cuius dominio manet, quamdiu ad eius expressam renuntiationem non accedit priuilegiantis acceptatio: proinde semper poterit priuilegiatus eo vti, etiam si pro aliquo tempore voluerit vti, quin etiam si expressam voluntatem habuerit, eo se nunquam vslaram.

Ex his partibus  
ad oppositam.

Ad confir. quantum ad censuras, dispar est ratio: nam qui tempore iubilei non petet absolutionem à censuris, non potest iubileum lucrari; quo non lucrato, nequit ius acquirere absolutionem à censuris petendi post transactum tempus: qui autem tempore iubilei commutationem voti non petiuit, potest iubileum lucrari, quia commutatio votorum non requiritur ut dispositio ad consecutionem iubilei: & quia ius petendi commutationem votorum, etiam post elapsum tempus iubilei, fundatur in iubileo ritè ante comparato, poterit etiam elapsō tempore illam iure petere: contra verò, si præfixo tempore ob aliquem defectum iubileum non comparasset, non posset postea votorum commutationem petere. Quantum ad irregularitatem, puto eandem esse rationem, ac de votorum commutatione: cùm possit quis iubileum lucrari, etiam si super irregularitate dispensationem non petat. Non enim irregularitas impedit iubileum, sicut censuta: sed solidū reddit subie-

Cifura sub-  
iectum reddi  
incapax sa-  
cramenti,  
quod ad iu-  
bilei conse-  
cutionem  
requiritur.

etum inhabile ad Ordinum susceptionem, eo-  
rumque vsum: vnde stare potest in subiecto  
absque peccato: censura autem eti in conser-  
uari possit esse in subiecto absque peccato, si con-  
sumaciam efficaciter retractet; adhuc tamen, si  
ab ea absolutionem non petat, cùm possit, non  
censetur moraliter habile ad iubileum lucran-  
dum, quia per eam impeditur à susceptione sa-  
cramentorum, quæ ad iubileum consequendum  
prærequiritur.

A quo possit pœnitens, iubileo lucrato, com-  
mutationē voti, quam tempore iubilei non pe-  
tit, post elapsum tempus petere: sc. an possit dubij.  
à quo quis ex approbatis ab Ordinario. Ratio  
pro neg. parte: quando legatio conceditur intra  
certum terminum, eo lapsō spicat, nisi de con-  
sensu partium prorogetur: cùm igitur hic par-  
tes sint, conseillarius tempore iubilei electus, &  
ipse pœnitens, non poterit per alium voti  
commutatio fieri, cùm hic tantum ius habeat  
cum pœnitente terminum prorogandi.

Affirmant cum Sanchez citato li. 8. de matrim. disp. 15. n. 17. tom. 1. lib. 4. cap. 54. n. 39. Diana cit. resolut. 40. cum Zerolla, & aliis probabilius. nam hic ratione iubilei idoneo tempore com-  
parati, priuilegium acquisiuit, vt possint omniā vota, quæ ante comparatum iubileum emi-  
sit, sibi commutari; nec id limitandum est ad  
solum confessarium, à quo fuit tempore iubi-  
lei absolutus. Confirmatur: tempore iubilei po-  
terat pœnitens à diuersis votorum commuta-  
tionem petere; ergo post illud, cùm gaudeat  
eodem priuilegio, quo ante. Neque citatus  
textus urget: eo quod tali casu diuersi confes-  
sarij se habent materialiter, cùm omnes, ten-  
dant ad eundem finem causamque decidendas,  
sintque moraliter unus, qui cum consensu pœ-  
nitentis ius habent terminum prorogandi.

Infero 1. si pœnitens iubileum re ipsâ lucra-  
tus non est, non posse postea voti commuta-  
tionem petere: eo quod hoc priuilegium à pœ-  
nitente non acquiritur nisi mediante iubileo re-  
té comparato.

Infero 2. si pœnitens statim ab initio ante-  
quam opera in iubileo præscripta præstisset, alicuius voti commutationem obtinuisse, non  
posse postea reliquorum votorum, quorum vel  
nō meminit, vel noluit tempore iubilei commu-  
tationem petere, iubileo re ipsâ non compara-  
rato, commutationem obtinere: cùm defen-  
du iubilei non comparati priuilegium ad eo-  
rum commutationem non acquisuerit. Leg.  
Sanchez cit. n. 51.

Infero 3. cum eodem n. 39. hoc priuilegium Tertiū  
petendi commutationem votorum sive obli-  
torum, sive non obliorū, ante comparatum  
iubileum emissorum, non alligari certo tem-  
pori, sed posse quoquis tempore post iubileum  
comparatum illam peti, esto opera, quibus ip-  
sum iubileum comparare, certo tempore alli-  
gentur. Ratio: posito quod pœnitens per iu-  
bileum idoneo tempore obtentum ius acquisiuit  
votorum commutationem petendi, non est ma-  
ior ratio, cur illam petere possit post tantum &  
non maius tempus: quia cum hoc priuilegium  
fidelis non acquirat propter prorogationem  
temporis à confessario factam, sed propter ip-  
sum iubileum semel ritè comparatum; neque  
iubileum hoc priuilegium adstringat ad certum  
tempus, poterit quoquis tempore post iubileum  
ritè obtentum, eo vti. Id ipsum conatur Sanch.

ex

ex diplomate dedocere: nam cum hauc facultatem fidelibus concedit, ut per electum confessarium possint votorum commutationem petere. Pontifex virutur verbis nulli certo tempore alligatis; secus in confessione iubilei, quod ad certam alstringit hebdomadam ab Ordinario attignandam.

205. Non hinc si-  
gnum, limi-  
tationem i. o  
annecti pec-  
catis reser-  
vatis.

**Dices:** Pontifices solent post hanc facultatem concessam, addere hanc limitationem, pro hac vice tantum. Resp. haec limitatio intelligitur de casibus reseruatis, non de commutatione votorum; nam apponitur in iubileis Urbani VIII. & Innocentii X. immediate post facultatem absoluendi à casibus reseruatis, non post facultatem commutandi vota: sic enim Pontifices post hanc limitationem pro casibus reseruatis factam, subiectunt: *Et insuper vota quaecunque (Religionis & castitatis exceptis) in alia pia & salutifera opera comutare.* 2. rō pro hac vice, intelligi potest, pro omnibus votis, & iis tacitū, quæ supponuntur emissā ante comparatum iubileum.

**Coroll. 4.** Infero 4. in commutatione voti, materiam subrogatam debet prudenti confessarij arbitrio, æquipollere materiæ abrogatae, alioqui non esset pura commutatio, sed cum ipsa commutatione aliquid admiseretur dispensationis. Cæterum non est necesse, ut materia subrogata æquipolleat abrogata secundum eandem rationem, sed poterit commutantis arbitrio secundum diuersam: ut si materia prioris voti erat perpetua, commutari poterit cum temporanea compensata diuturnitate temporis cum grauitate materiæ subrogatae: & è conuerso.

206. At dubium  
incident.

**Affirmandi  
ratio in pl. x.**

An possit Confessarius in commutatione voti materiam paulò minorem subrogare. Affirmant Henrquez lib. 7. de indulgentiis cap. 30. num. 5. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 40. dub. 16. num. 109. Gobat in suo libello de thesauro Ecclesiastico part. 2. quæst. 10. num. 1. Diana part. 1. tract. 11. resolut. 40. & alijs apud ipsum, citatur Toletus lib. 4. sum. cap. 18. num. penult. sed hoc concedit Praetatis, qui simul cum facultate commutandi potest habent dispensandi. Prob. haec sententia. In moralibus parum pro nihilo reputatur. Secundum beneficium principis latè interpretandum est: cùm igitur facultas commutandi vota, sit beneficium à Pontifice Christi fidelibus concessum, debet in favorem videntis, latè interpretari, præsertim si iusta ad. sit causa commutationis. Tertiò, alioqui frustaneum esset hoc priuilegium iubileo annexum, cùm unusquisque possit propriâ autoritate votum in bonum æquale sibi commutare.

**Negativa**  
**fieri probab.  
bor.**

Negant Panormita. in cap. 1. de voto, nu. 3. & 5. Paludanus in 4. dist. 38. quæst. 4. art. 3. conclus. 1. suppl. Gabr. quæst. 1. art. 5. vers. De voti redempt. Caicetus 2. 2. quæst. 88. ar. 12. 5. In commun. Sotius lib. 7. de Jusititia, quæst. 4. ar. 3. in presenti articulo vers. At vero, Nauarrus in sum. cap. 12. num. 63. & in commun. de iubileo notab. 27 fine, Conarruias de pat. 1. 5. 4. 38. diff. 3. paulò ante §. memineris, A Zor. 10. 1. moral. lib. 11. cap. 18. quæst. 6. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 12. num. 6. & cap. 19. num. 7. & 8. Sanchez tom. 1. Moral. lib. 4. cap. 50. num. 6. probabilius. Ratio sumitur ex natura com. Tom. VIII. De Penitentia &c.

mutationis, quæ ex Aristotele s. Etbi. cap. 4. Est equalis in equale permutatio. Excedit igitur facultatem vota commutandi, qui materiali Deo promissam in aliam minoris virtutis, Deoque minus gratam & acceptam permuat. Confirm. Transgreditur leges iustæ commutationis, qui materiali unius contractus commutat in aliam minoris pretij & valoris; ergo & qui materiali unius voti in aliam Deo minus gratam & acceptam commutat. nam votum, teste S. Thom. in 4. distinct. 38. quæst. 1. art. 4. ad 4. quæst. est contractus hominis cum Deo.

Cæterum monent Doctores, si in commutatione votorum non possit perfecta æqualitas seruari, potius in materia subrogata excedendum esse, quam deficiendum; cum potius standum sit pro incremento, quam decremento diuino cultus: non tamen esse hanc æqualitatem physicæ & arithmeticæ pensandam, sed moraliter & ex prudentis arbitrio: quare sufficit, si probabilitet existimetur equalis, immo etiam in dubio confessarius poterit commutare. Nec cœlio grauiter peccare, si circumstantiis diligenter perpensis, materiam substituat paulò faciliorem ac minorem: tum quia haec minaritas materiæ compensari poterit maiori certitudine, quæ videntis seruaturus est materiam subrogatam; unde augetur Dei cultus, licet ex minoritate materiæ videatur minui. Tum quia parvitas materiæ excusat à peccato, saltem graui, ubi periculum non est in grauorem materiam prolabeendi, ut contingit in materia venerea, in qua idcirco non datur parvitas materiæ excusans à gravi peccato, quia periculum est prolabendi in grauem, ob innatam hominis ad huiusmodi materiam inclinationem.

207. Doctores re-  
dēnotant de  
æqualitate.

**Infero 1.** inualida est commutatio in materia notabiliter inæqualem: proinde non est Coroll de tali casu videntis liber à voto, quamdiu alia commun. æqualis materia non subrogetur, vel subroganda promittatur. Ratio; ubi commutationis lex grauiter læsa est, commutatio inualida est: proinde censetur votum adhuc perseverare in suo vigore: at videntis excusat, si bona fide sibi persuadeat, commutationem factam esse in materiam, iuxta prudentis arbitrium æqualem, præsertim si confessarius sit vir doctus cui fidere possit.

2. Tenetur videntis potestre aliam materiam sibi subrogari æqualem priori, ubi euidenter aduertit substitutam esse notabiliter minorem: non si dubitet, vel excessus minoritatis sit parvus, & credit confessarium sufficientem habuisse rationem, quam ipse non tenetur examinare, si certus sit de scientia & prudentia illius. Par ratio de dispensatione De dispensatione quoad sufficientiam causæ, quæ ubi manifestatione. stè deest, tenetur dispensans dispensationem reuocare; & dispensatus, votum seruare, si vel euidenter aduertat defuisse sufficientem causam, vel illam se non sufficienter declarasse dispensaturo; in dubio gerat se, sicut de commutatione dictum est.

3. Non peccat confessarius, maiorem materiam in commutatione voti subrogando; peccat iudex, vel arbiter qui materiam unius contractus permuat in aliam maioris valoris, quia in commutatione voti maior mate-

ria subrogata, cedit in maius bonum spirituale vountis: nam quod materia subrogata est gravior Deo, et est illi magis meritaria: et si vountis ius habeat petendi materiam aequalem priori. In commutatione autem humanae contractuum materia major substituta minori, cedit in damnum temporale alterius contrahentis.

**209.** *Cause ac cōfessarij ne smiquum de aequalitate iudicium feram.*

**Infero 4.** *cum Sanchez tom. 1. moral. lib. 4. cap. 50. num. 8. peccare grauiter, vota commutantes non praemissa debitā aequalitatis indagine: quia deficiunt in re graui, exponentes se periculo minuendi cultum diuinum: non secūs ac peccaret, qui iudeo vel arbiter in humanis contractibus permundans constitutus; absque debitā aequalitatis inuestigatione illos permundaret. Qui si sibi non fidunt, peritos consulant, ne Christi causam infideliter agant. leg. Sanchez tom. 1. moral. lib. 4. cap. 56. ubi per diligentem libratur ea, quae ad hanc aequalitatem seruanda sunt, & certas regulas assignat ad eam inuestigandam.*

**Infero 5.** *cum Sanchez citato cap. 51. num. 10. defēctum in subrogata voti materia, commissum suppleri posse: at si ab ipso vounte, supplementum nequit esse dubium: secūs, si suppleatur à confessario, qui delegatam potestem habet in dubio votum commutandi.*

**Infero 6.** *semper in potestate pénitentis est reliquā materiā subrogatā, redire ad priorem, ut recte Suarez tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 10. num. 20. & contra aliquos, Azor tom. 1. moralium lib. 11. cap. 18. quest. 10. Diana cum alijs part. 1. tractat. ii. resolut. 85. tum quia supponitur commutatio non esse facta in melius, sed summū in aequalē materiam: tum quia facta est in gratiam pénitentis, proinde liberum ipsi erit huiusmodi gratia vti, vel non vti: alijs qui voti commutatio non tam fuisse ipsi gratia, quam onus: secūs, si commutatio facta sit in melius, ipso vounte acceptante, quia tunc facta est in fauorem Dei.*

**Ad argumen-**  
**tum opposita-**  
**fent.**

Primum argumentum oppositæ, summum probat, non grauiter peccari, commutando vota in materiam paulò minorem, et quod per eam non grauiter lēdatur natura commutationis. Ad secundum Resp. principium cit. intelligi, quantum verba privilegij, eorum proprietate seruatā, patiuntur: hanc autem in aequalitatem natura commutationis non patitur. Ad tertium negatur sequel. ad probationem quidquid sit, an possit vountis propriā auctoritate votum in aequalē materiam sibi commutare, de quo infra, saltem non potest in aequalē dubiam, in quam tamen potest confessarius: proinde non erit frustraneum privilegium confessario concessum de votis commutandis.

**210.** *Dubium 6.*

**VI.** An facultas commutandi vota non solum se extendat ad votum pœnale, sed etiam ad pœnam, propter eius fractionem incursum: ut si quis vounte singulis diebus Sabbati ieunaturum, & non ieunando, certam pecuniam soluturum, possit yi iubilei non solidum commutari votum de non ieunando, sed etiam pœna incursa propter fractionem talis voti. Negant Nauarrus lib. 3. de confil. de voto, confilio 33. & 35. in 1. edit. Jacobus de Graffis 1. part. decis. lib. 2. cap. 28. num. 5. Azor.

**tom. 1. moralium insit. lib. 11. cap. 18. quest.**  
**11. & alijs.** Probat Nauarr. aliud est votum, Probat Nau. aliud obligatio soluendi pœnam ex voti violatione incursum: ergo qui concedit facultatem commutandi votum, non eo ipso concedit facultatem commutandi pœnam ex violatione voti contractam. Nec licet ex uno inferre aliud, cum ex diuersis non fiat illatio L. Papinian ff. de minorib. & cap. Ad audientiam, de decimis; Nec obstat quod accessorium iuxta regul. 42. iuris in 6. sequitur naturam sui principialis: quia intelligitur de accessorio, quod non potest sine principali consistere: at obligatio soluendi pœnam incursum consistere potest sine voto, & in vounte manere, etiam post extinktum. 2. votum talem pœnam non producit, sed fractio voti, quae est contraria voto. 3. tunc accessorium sequitur naturam sui principialis, quando eadem ratio militat in utroque, non quando diuersa: at in proposito diuersa est ratio voti, & obligationis soluendi pœnam ex violatione voti contractam.

**Affirmant Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 20. à num. 18. Sanchez tom. 1. moralium lib. 4. sent.** Probabilior cap. 52. à num. 10. Lessius lib. 2. de Iustit. cap. 46. dub. 16. num. 108. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 26. Fillius tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 295. Diana cum alijs 1. part. tract. 11. resol. 46. probabilius. Ratio: facultas commutandi votum se extendit etiam ad votum aliquando violatum: ergo habens potestem commutandi votum, commutare potest ipsas fractiones voti, & quidquid ad eas consequitur: ergo & pœnam ex fractione voti pœnalis contractam. Antecedens constat cum de votis personalibus qui habet facultatem commutandi votum castitatis, potest commutare fractiones ipsas contra votum: tum de votis realibus directè emissis de certa pecunia soluenda: ut si quis vounte singulis mensibus certam eleemosynam pauperibus erogandam, poterit ipsius votum commutari, etiam quoad præteritas transgressiones, ut ad eas soluendas non teneatur, sed ad quidpiam aliud illis subrogatum. Ultima consequentia probatur: si potest habens facultatem commutandi vota, commutare cum materia voti ipsam fractionem voti, ac proinde debitum contractum ex fractione voti directè promissum, poterit etiam commutare debitum contractum ex pena annexa voto. Explico. Qui vounte daturum singulis mensibus pecuniam, directè vounte pecuniam singulis mensibus soluendam: qui autem vounte Sabato ieunaturum, & non ieunando certam pecuniam soluturum, directè vounte ieunium, indirectè vero pœnam soluendam ob fractionem ieunij. Igitur si habens facultatem commutandi vota, potest commutare debitum Deo directè promissum, quare non etiam poterit commutare debitum indirectè Deo promissum: præsentim cum magis vounte obligetur ad soluendum debitum, quod directè, quam quod indirectè promisit. Imò casu, quo Pontifex ipse commutasset tale votum, iubendo partem pœnæ solui, adhuc posset hæc pars pœnæ illius auctoritate commutata, à confessario habente facultatem commutandi vota, commutari: quia, ut bene Sanchez, Pontifex commutando tantum debitum ex fractione voti

voti contrarium, in partem duntaxat solvendum, non obligavit videntem ad illam duntaxat partem soluendam novo precepto, sed eadem voti obligatione, quia ante commutationem obligatus erat. Cum igitur haec pars a Pontifice commutata adhuc maneat debita ex ipsa voti fractione, poterit a confessario habente autoritatem commutandi vota, commutari, non secus ac si non fuisse a Pontifice commutata. Infero, non solum confessariorum vi iubilei, sed etiam Episcopum potestate ordinaria, & Regulares, qui auctoritate delegata, per specialia priuilegia sibi communicata, facultatem habent vota commutandi, posse poenam, propter voti fractionem incursum, commutare. Ratio: haec vis & efficacia per se includitur in ipsa facultate vota commutandi, quia nisi expresse limitetur, semper intelligitur cum ea amplitudine concessa.

**212.** Ad argu. **Opposic.** Ad rationes oppositae sent. esto, in votis poenitentialibus aliud sit materia voti, aliud poena ex fractione voti contracta, utrumque tamen est ex voto debitum, & in utrumque cadit videntis promissio; proinde ad utrumque se extendit facultas vota commutandi, ad unum ut principale, ad aliud ut accessorium. Ad r. *Nauarri*: esto obligatio soluendi poenam consistere possit sine obligatione voti; cum possit aut videntis petere aliam commutationem unius, & non alterius; aut Pontifex concedere facultatem commutandi unum, & non alterum; quamdiu tamen vel Pontifex facultatem commutandi vota, vel videntis petitionem sibi votum commutandi non limitat ad unum, tam in facultate commutandi vota, quam in petitione commutandi sibi votum, intelligitur utrumque: cum & perfecta facultas commutandi vota, & absoluta petitio commutandi sibi votum, nisi contrarium certe constet, intelligenda sit non limitata, sed absolute facta: & tam beneficium Principis amplè interpretandum sit, quantum proprietas verborum patitur; quam petitio in favorem petentis presumenda. Ad secundum concedo, poenam incursum non esse effectum voti principalis, quod per se tendit ad impletionem rei promissæ, sed effectum fractionis voti; hic tamen ipse est effectus voti minus principalis & accessoriæ, ad quem se extendit concessa simpliciter facultas commutandi vota: nam primariò videntur actus temperantiae per ieiunium execendum, secundariò certa poena soluenda, ex suppositione violationis ieiunij; proinde in utrumque cadit videntis intentio, in unum primariò, in aliud secundariò.

**213.** Dubium 7. **Ratio affir.** An possit votum commutari in materiam alias ex precepto debitam. Pro affirmante parte: de facto opera pro iubileo lucrando commutari solent in opera alias ex precepto debita: ergo etiam poterit confessarius virtute iubilei votum commutare in materiam alias ex precepto debitam. At negans pars certa. Ratio: facultas commutandi, ut cum *Philosopho* supra, est facultas permutandi æquale cum æquali: at materia alias ex precepto debita, non est æqualis materiae ex voto promissa: nam haec ponit nouam in vidente obligationem, distinctam

*Tom. VIII. De Penitentia &c.*

ab omni alia: ergo materia alias ex precepto debita, non est quoad obligationem æqualis materiae ex voto debita, si quidem illa nullam ponit obligationem nouam, quam tamen ponit materia ex voto debita. Confirmatur 1. non est iusta commutatio, si materia unius contractus permutteretur in materiam alias contrahenti debitam: ergo nec erit iusta commutatio, si materia voti commutetur in materiam alias Deo obligatam. nam ut supra cum S. Thomas votum cit quidam contractus hominis cum Deo: ergo non minus in hoc quam in humano contractu, seruanda est æqualitas inter materiam abrogandam, & subrogandam. 2. Videntis non debet post commutationem voti esse minus obligatus, quam antea erat per votum, sed antea per votum erat magis Deo obligatus, quippe qui nouam habeat obligationem distinctam ab omni alia ex precepto debita: per commutationem autem in materiam alias ex precepto debitam, non magis obligaretur, utpote qui liberatus a priori voti obligatione, nulla noua astringeretur.

**214.** Dices, saltem votum factum circa materiam alias ex precepto debitam, commutari poterit in persimilem materiam ex precepto debitam: ut si quis voulit, nunquam mortaliter peccatum, vel in paschate Eucharistiam sumpturum, poterit eius votum commutari in aliam materiam etiam ex precepto debitam: nam in hac commutatione materia subrogata, quoad obligationem erit æqualis materiae abrogatae, cum utraque fundatur in obligatione alias ex precepto debita. Concedo, tali casu votum emissum circa materiam alias ex precepto obligatam, commutari posse in aliam etiam ex precepto obligatam, ut votum de non mortaliter peccando in obligationem de confitendo semel in anno, & in paschate communicando: nam in utroque est æqualis obligatio; quia sicut in voto de non mortaliter peccando, est duplex obligatio, altera fundata in precepto de non offendendo Deum; altera superueniens ex voto (qui enim tale votum frangeret, duplex committeret peccatum, alterum contra preceptum de non offendendo Deum, alterum religionis contra voto) ita in materia subrogata de confitendo semel in anno, & in paschate communicando, duplex foret obligatio, altera precepti Ecclesiastici, altera voti, qui enim tale votum frangeret, duplex committeret peccatum, alterum contra preceptum ecclesiasticum; alterum contra voto.

**Ad rationem affirmantem negatur consequentia, quia homo per votum nouam contra hit obligationem erga Deum de seruanda illi affirmat: materia promissa: quia obligatio non iuste commutatur in obligationem alias debitam: sic enim videntis liberaretur ab obligatione antiqua, & loco eius nullam nouam astringeretur. Opera autem quæ pro iubileo lucrando prescribuntur, cum nulli debeant obligationi subrogari, sed solum proponantur fideliibus praestanda pro iubileo lucrando, cumque possit Pontifex quæcumque opera ad id lucrandum præquirere, nil refert, quod huiusmodi opera sint alias ex precepto debita.**

**VIII.** An possit confessarius virtute iu- **215.**  
bilis Dubium 7.  
Cc 3  
Digitized by Google

**Corollarij.**

**212.**  
**Ad argu.**  
**Opposic.**

**Ad 1. Na-**  
**uarii.**

**Ad 2.**

**Ad 3. pares**  
**ex dictu.**

**Dubium 7.**

**Ratio affir.**

**Negandum**  
**omnino.**

Negant.

Ex. I.

Fundam.

Ad primum  
opposite sent.

216.

Dibuum 9.

Ratio Sotii.

bilei commutare materiam à Pontifice subrogatam voto Religionis, vel perpetuæ castitatis, (quæ vota iubileo excipi solent) si materia à Pontifice subrogata, non est ipsi specialiter reseruata. Negant aliqui suppresso nomine ab Azor. citatis tom. 1. moral. lib. 11. cap. 18. quæst. 11. Zenardus apud Dianam par. 1. tract. 11. resolut. 71. & alij apud Sancb. lib. 8. de matr. disp. 9. num. 20. dubius est Azor. Prob. 1. votum præcedens adhuc virtute perseverat in materia subrogata, iuxta regulam: Alio, & res in alterius locum subrogata vim & naturam eius fortior ac sapit, in cuius locum sufficiet est. Secundo, Votum auctoritate Pontificis commutatum, est onus ipsius iussu suscepsum: at nemo inferior ius habet superioris legem, præceptum, normam, sententiam ex toto, vel ex parte mutantandi. Et l. minor autem magistratus ff. de arbitris, alias ff. de minoribus, quæ cauetur, ne magistratus inferior statuat contra sententiam maiorum. Quia ubi Princeps sententiam dixit, perraro solet illam ab inferiori iudice permutari, §. seq.

Affirmans probabilius. Affirmant Henriquez lib. 7. de indulgentiis cap. 30. num. 5. & in scholio littera O, Suarez tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 20. num. 15. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 9. num. 20. Sæ verb. votum n. finali, Lessius lib. 2. de Iustit. cap. 40. dnb. 18. num. 124. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 13. Fillius tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 293. Diana 1. par. tract. 11. resolut. 71. & alij apud ipsum. probabilius; explesè Glossacan. Accedens, verbo in tue, diff. 50. & can. tempora, verb. tuo iudicio, 26. quæst. 7. Fundamentum, quod erat Pontifici reseruatum fuit per commutationem extin-  
dum. Ergo si materia illi subrogata, non est alias eidem reseruata, poterit à quoquis confessatio tempore iubilei in aliam commutari, non secus ac quæcunque alia materia Pontifici spe-  
cialiter non reseruata: votum enim reseruatur ratione materiæ, quæ sublatæ, consequenter tollitur cum illa reseruatio: quod patet à con-  
trario sensu, quia si materia Pontifici non re-  
seruata commutaretur in materiam Pontifici  
reseruata, non posset ab inferiori commutari.

Ad secundum  
opposite sent. Ad i. oppositæ, negandum votum à Pontifice  
commutatum, adhuc perseverare in materia  
subrogata, secundum eandem obligationem;  
perseverat secundum aliam, Pontifici non re-  
seruata. Regula cit. intelligenda vel de fau-  
tabilibus, cùm sit lata interpretatio, quæ locum  
non habet in odiosis: vel certè de obligations  
quoad genus, non quoad speciem. Ad secundum  
disting. maior, materia voti auctoritate Pontifici-  
cis in aliam commutata, est onus iussu Pontifici-  
cis novo præcepto iniunctum, nego; in gra-  
tiam vountis subrogatum, concedo: proinde  
manet cum eadem obligatione, ac si fuisset ab ip-  
so vouente sibi imposta.

IX. An post iubileum possit confessarius  
commutare vota non solum ante iubileum emis-  
sa, sed etiam post. Sensus quæst. duplex: 1. an pos-  
sit commutare vota non solum emissa ante pro-  
mulgatum, sed etiam ante iubileum acquisitum:  
2. an commutare possit vota nuncupanda post  
iubileum ritè comparatum. In hoc 2. sensu di-  
ctum suprà, non posse: eo quod iubileo ritè  
comparato, spirat legatio ad illud consequen-  
dum concessa. In 1. negat Sotus lib. 7. de Iustit. q. 4.

ar. 3. vers. Privilegium vero: quia incongruua est,

vt antequam quis votum emiserit, ei facultas  
fiat: vt quoties illud emiserit possit per dispen-  
sationem liberari: daretur enim ansa, frequen-  
ter eidemodi vota in Dei cultum nuncupata, ex  
quacunque leui causa mutandi, cùm ratiō il-  
la semper in Ecclesia Dei estimata sint grauissi-  
ma, & non nisi perraro dispensanda. ita Jacobus  
de Graffis part. 1. decisionum cap. 30. num. 9. Lu-  
donicus Lopez part. 1. Instruct. conscient. cap.  
10. 5. Aduersio, & alij apud eundem. At op-  
positum cum Nauarro docet Suarez tom. 2. de  
Religione lib. 6. cap. 13. num. 4. Sanchez tom. 1. mo-  
ralium lib. 4. cap. 53. num. 26. Azor. tom. 1. lib. 11.  
cap. 18. quæst. 9. Diana 1. part. tractat. 11. resolut.  
50. Quæ verior, colligitur ex forma conces-  
sionis, quæ iubileum lucraturo conceditur, vt  
possit vi ipsius, per confessarium à se electum  
sibi vota commutari. Quod priuilegium intel-  
ligitur etiam de iis, quæ tempore ipso promul-  
gati & nondum acquisiti iubilei emittrit. Confir. Confer-  
potestas à Principe concessa amplè interpretan-  
da est. Neque Soci argu. locum habet, ubi de vo-  
luntate concedentis constat.

Affirmativa  
Sent. verior.

## SECTIO XI.

An possit Confessarius in vi facultatis,  
quam ratione iubilei habet vota com-  
mutandi, commutare iuramenta Deo  
facta, ut vota iuramento firmata.

Sensus est, an qui habet facultatem commu-  
tandi vota, vi talis facultatis præcisè, com-  
mutare possit non solum vota sed etiam iura-  
menta Deo facta, siue hæc iuramenta tacta sint moderna-  
in confirmationem votorum, siue per se indepen-  
der à votis, siue concomitantem cum ipsis votis.  
Exemplum primi: si post votum de peregrinatio-  
ne Deo nuncupatum; addas in maiorem voti  
confirmationem iuramentum, quo iuras, te ta-  
lem peregrinationem, adimpletur. Secundi:  
si nullo præmisso votó, iurasti te in honorem B.  
Virginis sabbatis ieunatum, tertii: si eandem  
materiam ieunij simul voueras, & iures, siue vot-  
um præcedat iuramentum, siue contrà, ita vt si  
votum præcedat, sequens iuramentum non cadat  
immediatè votū illud confirmans, sed in materi-  
tatum voti, duplice vinculo te ad illā obligando.  
De omnibus his quæstio, an facultas commutan-  
di vota, ad hæc omnia iuramenta se extendat.

Prima sententia absolute negat, ad vnum 1. Sem. 20.  
iuramentum se extenderet facultatem commu-  
tandi vota. ita Nauarro tom. 1. consiliorum de  
iure iurando consilio 3. prima edit. & in sum. cap. 27.  
num. 375. §. 16. Sæ verb. votum, sub titulo de irri-  
tatione num. 16. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 2. &  
alij apud Dianam part. 1. tract. 11. resol. 41. votum  
& iuramentum sunt vincula diversæ rationis, Petrus  
quippe vnum obligat ratione fidelitatis ad-  
implendi, quod Deo promissum est: alterum  
ratione reuerentiz, quæ iuramentum astringit ad  
præstandum, quod sub attestations diuini no-  
minis assertum est. Confirm. votum ut votum, Confir.  
non est iuramentum, neque contrà: facultas  
autem dispensandi, vel commutandi in vna spe-  
cienon extenditur ad aliam, cap. Cui de non Sa-  
cerdos, de prebendis in 6. vbi negatur, posse be-  
neficium

Confir. 2.

neficium minus conferri ab eo, cui conceditur conferre posse maius: & Abbates habentes facultatem absoluendi ab excommunicatione canonis ob Clerici percussione, nequeunt à multis alijs excommunicationibus minoris auctoritatis absoluere. 2. Gregorius XIII. priuilegium, quod Paulus III. Societati Iesu concessit ad commutanda vota simplicia, extendit etiam ad iurata: fuit autem ad iurata extendit, si ad ea per se extenderetur.

2. Sent. distinguit.

Secunda affirmat, per facultatem dispensandi, vel commutandi vota posse dispescari, vel commutari iuramentum, si sciundum sit à voto, non autem si in voti confirmationem editum sit: Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 5. Ludovicus Lopez 2. part. instruct. de clavisbus cap.

Ratio primi.

9. §. Ad punctum, nam teste S. Thomas 2. 2. quest. 89. art. 8. maius est vinculum voti, quam iuramenti: ergo qui habet facultatem dispensandi, vel commutandi votum, quod est maius, habet etiam facultatem dispensandi, vel commutandi iuramentum, quod est minus. Deinde votum iuratum, cum duplex includat vinculum, voti, & iuramenti, est maius, tam voto, quam iuramento scorsim sumpto: proinde qui potest singula scorsim commutare vel dispensare, non poterit utramque simul.

3. Sent. aliter  
distinguit.

Tertia docet, si iuramentum factum sit ad emissi voti confirmationem, posse à confessario habente facultatem vota commutandi, commutari: secus, si factum sit independenter à voto, concomitantem tantum in eadem materia cum eo concurrente. Ita Sanchez tom. 1. moralium lib. 4. cap. 53. num. 18. & 20. Lessius lib. 2. de Iustit. cap. 42. dub. 12. num. 60. Quia quando iuramentum confirmat votum, est illi tantum accessorium: ergo eo per commutationem, vel dispensationem extinto, extinguitur iuramentum illi adhærent, absque noua commutatione & dispensatione, vi eiusdem, quam commutatur, vel dispensatur votum ipsum; cum nequeat accessorium subfondere, principali extinto. Deinde quando concurrent duo impedimenta, utrumque est declarandum, ad dispensationis, vel commutationis validitatem. Vnde si unum esset reseruatum Episcopo, alterum Papæ, non posset Episcopus in suo dispensare, propter concomitantem alterius, Papæ reseruati. Præterea etiam si possit confessarius per delegatum potestatem quodlibet ex his, ab alio materia sciundum, commutare, tamen neutruri poterit, quando utrumque simul in eandem materiam concurredit.

218. 4. Sent. valde  
probabile ac  
benignior ex  
Sanct.

Quarta affirmat, facultatem commutandi vota se extendere tam ad commutanda iuramenta scorsim, & supra diuersam materiam facta, quam ad iuramenta in confirmationem voti, aut concomitantem tantum in eandem materiam concurrentia: Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 14. Pontius lib. 8. de matri. cap. 11. 4. num. 4. Diana 1. part. tract. 11. resol. 41. & 43. pro qua referri possunt, qui nullâ factâ distinctione, absolute pronuntiant, facultatem commutandi vota se extendere etiam ad commutanda iuramenta. Hæc sent. amplectenda.

Difficiliter in pro-  
banda.

Probant aliqui per regul. 53. iuris in 6. Cui licet quod est plus, licet quod minus: plus autem est, ut suprà Tho. votum, quam iuramentum commutare ergo. Sed contra, tum quia hæc regula, quæ desumpta est ex lege, Non debet. s. cod. ist.

multas patitur exceptiones, ut ibid. & Navarrus probat, ut suprà; præsertim quando non eadem ratio militat in minori, quæ militat in maior. Tum quia hoc summū probat de iuramento per se stante, & à voto, & voti materiâ sciundō, non autem de iuramento cum voto, vel cum voti materia coniuncto. 2. Suarez probat: *vehemens* Discursus conjectura est, facultate commutandi vota cum Sciundō, *conglabac* extensione à Pontifice concedi: quia ex *latus farcipientū estimatione*, in iure ipso fundatā, vota & *probabilib.* iuramenta in honorem Dei facta, æquiparantur inter se: ambo ordinantur ad eundem finem, nempe ad Deum colendum: idem modus est utrumque cōmutandi, vel dispensandi: veriusq; creditor Deus, qui obligationem utramque remittit: utraque ex parte Dei perinde est: finis, propter quem huiusmodi facultates concedi solent, est idem; & ad illum utraque facultas necessaria; sc. ut per utramque gratiosè concessam fidèles magis allientur ad iubileum. Confit. per ingressum Religionis, æquæ vota ac iuramenta commutantur in vota professionis; ergo pro eodem reputantur: & sub votis regularibus reseruatis, intelliguntur etiam reseruata iuramenta circa easdem materias. At semper dubiū manet, An concedens habuerit voluntatem simul cum facultate cōmutandi vel dispensandi vota, simul concedere facultatem commutandi vel dispensandi iuramenta: nam si illam non habuit, per hanc sent. commutatio, vel dispensatio iuramenti facta ab habente tantum potestatem commutandi vel dispensandi vota, erit irrita.

Ergo aliter iuxta iacta principia prob. esto, in sua concessionē Pontifex non habuerit voluntatem hanc facultatem ad iuramenta extendendi, adhuc commutatio in iuramentis facta, erit validia. Quia quando aliqua sent. sapientum calculo in vota Ecclesia sustinetur ut probabilis, ad evitanda incommoda, communī animarū bono aduersantia, censetur Ecclesia supplere defectū iurisdictionis & potestatis, quæ alias ex vi primæ cōcessionis deerat: non secus ac censetur, quando is defectus publicè ignoratur. Nam sicut potest publicus error, nocere publico bono, nisi defectus suppleatur, ita & sententia sapientum iudicio in tota Ecclesia existimata probabilis.

Dices: non minus iuxta hunc modum dubiū manet, an Ecclesia, defectum potestatis suppleat in iuramentis commutandi, posito quod P̄t̄ifex noluerit facultatem commutandi vota ad ea extendere. Nego, æquæ dubium esse; eo quod nostra sent. non excludit aliam probabilem, quod concedens facultatem commutandi vota excedat ad commutanda iuramenta: & addit; quod etiam si hanc intentionem non habuerit vi ipsius concessionis, habet tamen illam vi alterius voluntatis, quam censetur omnes publicos actus reddere validos, qui iuxta publicam regulam, Sapientiæ estimatione ad huiusmodi cōmutationem faciliendā sufficientem iudicatā, geruntur. At altera in alterius sent. tota fundatur in facto, nempe probabile quæ sit, esse, quod concedens hanc voluntatem habuerit: videt; quam tamen si non habuerit, inutila erit iuramenti cōmutatio. In nostra vero, etiā hæc intentionē concedens non habuerit, propter conexiōnem vnius facultatis cum alia, saltem illam praesumitur habere, propter rationem à nobis assignatam. Ad rationes in oppositum: esto, contraria sent. sit probabilior, & in sua primaria iuris ex nostrae concessionē à concedente intenta, adhuc totum principiū mutationis in iuramentis facta ab habente tantum potestas.

potestatem commutandi vota, erit valida vi posterioris illius voluntatis, quā habet ille supplēdi defectū facultatis in commutatione iuramenti, iuxta probabilem Doctorum sententiam facta.

220.

Prob. sent.  
Suar. ex re  
fui. aliarum.

Prima.

8

Secunda.

Tertia.

Facili ex his  
soluuntur  
arg. pro alijs  
sent.221.  
Annexum  
dub.De voto in  
eō nodū serii  
emissio ante  
acceptationē.

Cæterū spectando sententias iuxta iurinsecas earum rationes, adhuc probabilior est Suarez, nam contra primam: iuramentum in solam voti confirmationem factum, commutari potest ab eo qui facultatem vota commutandi habet: commutatio enim voto, cessat iuramentum per materiæ subtractionem; sicut cessat omnis obligatio subtractione materiæ, in qua fundabatur: nec vinculum iuramenti debet impedire directam facultatem ad votum commutandum. Secunda falsa est negans, posse facultatem cōmutandi vota se extendere ad cōmutandum iuramentum per se stans à materia voti scilicet: quia cūm votum sit strictioris obligationis, & eiusdem virtutis Religionis erga Deum, qui habet facultatem in votum, habet etiam in tale iuramentum. Tertia negans, commutari posse iuramentum concurrens in eandem materiam cum voto, non cohæret cum ea, quæ concedit, posse facultatem commutandi vota se extendere ad iuramenta per se stantia: nam ex eo quod concurrat in eadem materiam cum voto, non inducit maiorem obligationem, quam haberet factum in distincta materia: nec maiorem obligationem inducit iuramentum factum circa eandem materiam voti, quam induceret secundum votum factum circa eandem materiam: sed habens facultatem commutandi vota, potest utrumque votum circa eandem materiam emissum commutare: ergo & votum & iuramentum simul. Ad argu. primæ: esto votum & iuramentum sint diuersæ speciei physice, in ordine tamen ad Deum, modum commutandi, & finem propter quem eorum commutatio conceditur, censemur eiusdem speciei moralis. Nec obstant allata exempla: nam in illis est specialis ratio, cum expressa limitatione ad unum, & non ad alterum. Multo minus vrgit argum. ex bulla Gregorij XIII. extendentis priuilegium concessum ad vota commutanda, etiam ad iuramenta: nam s̄pē Pontifices id faciunt ad maiorem certitudinem, & scrupulos tollendos. Ad argu. secundæ: esto vinculum voti & iuramenti sit maius extensiù, non est tamen maius intensiù: proinde qui habet facultatem commutandi votum, quod est maius, commutare poterit iuramentum, quod est minus. Eadem resp. ad argu. tertiae.

An facultas commutandi vota se extendat ad vota in bonum tertij emissâ: ut si quis voulens templo S. Dominici centum aureos se daturum, possit ante acceptationem, tale votum commutari ab habente potestatem vota commutandi. Dixi, ante acceptationem: nam post acceptationem factam ab eo, in cuius virilitatem votum editum est, nemini dubium est, commutari non posse: tam per acceptationem acquiratur ius tertio, quod nequit confessarius per commutationem auferre, cūm nequeat auferre alienum. Et licet possit Pontifex in casu publici boni dispensare in voto, cuius ius acquisitum est tertio, ut Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 15. num. 7. priuando persoam iure acquisito, ob maius bonum, hoc tamen vi iubilei non conceditur confessario. De tali igitur voto, Est prima sent. negans, posse facultatem commutandi vota ad illud se extendere: apud Sylvest. Votum 4. qu.

7. dicto 4. & apud Sanchez tom. 1. moral. lib. 4. cap. 41. num. 6. Quoniam in causa pijs ius Fidam. <sup>222.</sup> acquiritur etiam ablenti, L. Illud, C. de sacro sanctis Eccl. quā sancitur valitura donatio usque ad quingentos solidos, etiam ante insinuationem Ecclesijs, pauperibus, aut pijs locis factam: & L. Sequis rem, ff. de pollicitat. vbi habetur voti obligatio ad hæredes transire: ergo ante acceptationem obligat: nam antequam votum acceptetur à tertio, obligatio soluendi talis votum transit ad hæredes. Confirm. 1. tali casu Deus censetur ius sibi per votum acquisitum transferre in locum, vel personam, in cuius virilitatem factum est: nam Deus vult, eo modo votum adimpleri, quo promissum est, utempe in commodum tertij. 2. per huiusmodi vota persona, in cuius bonum sunt facta, acquirit actionem utilem implorandi auxilium iudicis, ut voulentem cogat ad votum solendum. glossa in can. Scimus, 12. quest. 1. ver. pollicitationem. Secunda communior affirms, An-<sup>2. Sylvest. votum 4. quest. probabilit.</sup> gelus votum, 3. nam. 26. Sylvest. votum 4. quest. probabilit. 7. dicto 4. Armilla ver. dispensatio, num. 20. Caiet. tom. 2. opusc. tract. 11. quest. 3. Nauar. in sum. cap. 12. num. 78. & tract. de redditibus Ecclesiast. quest. 1. monice 60. in 2. edit. de Graffijis part. i. decisionum lib. 2. cap. 30. num. 11. & 12. Palatinus in 4. dist. 38. disp. 3. §. At vero vota, Ludovicus Lopez 1. part. instruct. cap. 49. §. Sino consensu, Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 5. in Schol. lit. K. S. de irritat. voti num. 14. Azor tom. 1. moral. institut. lib. 11. cap. 19. quest. 12. Lessius lib. 2. de Iustit. cap. 40. dub. 16. num. 104. & cap. 42. dub. 12. num. 58. Suarez tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 15. Sanchez tom. 1. Moralium lib. 4. cap. 41. num. 7. Pontius de Matri. lib. 8. cap. 8. §. 1. num. 8. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 21. Diana 1. part. tract. 11. resol. 47. & part. 5. tract. 12. resol. 56. & alijs <sup>tissimā fid.</sup> passim, longè probabilior. Fundamentum: ante acceptationem nullum ius acquiritur personæ, aut loco, in cuius commodum votum emitteatur, sed soli Deo, cui per commutationem satisfit, aliud æquè gratum & acceptum subrogando. Nec refert, quod votum fiat dicente in honorem Sancti, quo minus ante acceptationem Religionis aut templi talis Sancti, commutari possit: cum quia cūm Sancti suam voluntatem habeant Deo perfecte conformem, sicut Deus dispensat circa ius sibi per votum acquisitum, ita & Sancti: cum quia, cūm votum factum Sancto dirigatur in cultum ipsius, & bonum spirituale voulentis, non erit contra voluntatem Sancti, si illud commutetur in aliud, quod cedat in maiorem cultum & ipsius, & Dei, & bonum spirituale voulentis. Hinc colligit Sylvestr, ab huiusmodi votis liberari, qui Religionem ingreditur, per cuius ingressum teste S. Thom. in 4. dist. 38. quest. 1. art. penultimo ad penultimum, omnia vota commutantur in vota Religionis.

An qui incipit soluere partem voti Eccl. 223. clesia, vel loco, in cuius virilitatem votum Ex dictio emissum fuit, possit reliqua partis nondum soluta commutationem petere. Resp. si creditor. accipiendo partem voti, simul accepter reliquam voti partem, non poterit talis partis nondum soluta commutationem petere, utpote cuius per acceptationem sit acceptanti ius acquisitum. Acceptari autem potest reliqua pars soluenda dupliciter; 1. si voulens

uens soluendo vnam partem, manifestet acceptienti alteram soluendam: ad quam acceptandam, non puto necessariam esse distinctam acceptationem ab ea, quā partem solutionis acceptat, quippe qui eam acceptando, virtualiter acceptat reliquam: 2. si in ipsa parte soluta implicitè & virtualiter insinuetur ac prænotetur pars altera soluenda. Ut si quis voulit se Ecclesiam ædificaturum, aut sacellum erectorum, templum edificatum reparaturum, incepitque fundamenta iacere, vel futuræ fabricæ apparatus ponere, in ipsis iactis fundamentis, apparatusque posito censetur ad reliquum opus Ecclesiæ ius acquisitum: l. i. ff. de pollicitat. Ibi, Item si sine causa promiserit, cœperit tamen, obligatus est, qui cœperit. Cœpisse sic accipimus (pergit lex) si fundamenta iecerit, vel locum purgaverit: sit apparatus, siue expensam in publico posuit. Concludit: Opus sumptibus ciuitatis, vel priuatorum inchoatum, deferi quod cœpum est, non oportet. Quæ etiam adueruit, si fortuito casu cœptum opus perierit, eius restorationem ad eum non pertinere, qui opus incœpit. Secus verò, si parte voti soluta, reliqua nondum est acceptata: ut voulens mille aureos impendendos in fabricam templi S. Francisci, quingentos soluit, tacitis reliquis 500. qui, vix ignorati, à creditore acceptari non potuerunt: proinde de illis voulens poterit commutationem perere.

**22.** An voulens singulis annis se hospitali solutum vnum medium tritici, in qua mensura debet illud soluere, si varix sint in eo loco mensura? Resp. Si ad nullam certam mensuram se determinauit, posse etiam in minima illud solvere: ex c. Ex parte, de censib. vbi interrogatus Innocentius III. in qua mensura soluendum esset votum S. Iacobo factum. Respondit, si eadem pro omnibus ibi mensura sit, in ea esse soluendum: si autem varix, posse iuxta voulentis libitum, etiam in minima solui. An voulens propriâ autoritate possit eleemosynam vni certo pauperi voto promissam, commutare in aliud evidenter pauperorem. Negat Sylvest. cit. co quod in nullam rem, etiam evidenter meliorem, possit voulens propriâ autoritate suum votum commutare. At dicendum, posse, sc. voulentem propriâ autoritate suum votum commutare in evidenter melius, ut infrà. Secus, si alter foret æquè pauper: quia tunc opus esset autoritate eius, qui potest commutare, ut constabit.

**225.** An possit voulens de tali voto commutationem petere, si voulit se de eo commutationem non petiturum. Ratio neg. hic viderur amississe suum ius, illud per nouum votum in Deum transferendo, à quo acquisitum non censetur amplius manere in potestate voulentis. At dicendum, posse: ita Sach. 10. i. moral. 1. 4. c. 54. n. 23. citans Manuel. quos sequitur Diana part. 1. tract. 11. resol. 51. Tum quia huiusmodi votum nullibi legitur reservatum: tum quia non magis per hoc, quām per quodcunq; aliud votum voulens ius suum transfert in Deum, quo tamen non obstante, commutationem petere potest. Tum quia potest eadem, ac sāpē maior causa vrgere ad hoc votum commutandum. Ex his patet ad rationem neg. sc. per tale votum voulens non magis ius suum, quod habet de petenda commutatione, in Deum transfert quām per reliqua. Ad argumēta l. sent.

Sols Deo cōnego, per huiusmodi vota ante acceptationem comparari ius à persona, vel loco, in cuius utilitatem sunt emissa, sed à solo Deo: locus autem,

vel persona solum se habet ut circumstantia ad votum exequendum. Lex cītata non loquitur de votis, sed de donationibus. Ceterū licet per huiusmodi vota acquiratur actio utilis implorandi auxilium iudicis, potest tamen hæc actio reuocari, per voluntatem voulentis dispensatione, vel cōmutatione petendo, quamdiu per acceptationem non est ius texio acquisitum. Ad id quod dicitur, votum factum à testatore transire in hæredem (intellige de votis realibus, non personalibus) summum probat, de eo non posse ab hærede cōmutationem peti: quia cū hæc cōmutationis petitio sit personalis, ipsi tantum voulenti addicta, non poterit cum ipsa materia voti ad hæredem transire: proinde ex suppositione, quod transierit ad hæredem, nequit commutari absque consensu eius, in cuius utilitate emissum fuit.

## SECTIO XII.

An ad validam voti commutationem requiratur causa, tam ex parte commutationis, quam ex parte materie subrogata?

**P**rima sent. absolute affirmat, quoties commutatio non sit in melius, aut æquale, irritam esse. Navar. lib. 3. consil. de voto conf. 5. in 1. edit. Palat. in 4. dist. 38. disp. 3. §. Sunt ergo, sine, Azor tom. 1. moral. lib. 11. cap. 13. q. 12. Lud. Lopez 1. part. instruct. cap. 50. §. Etiam, vbi inualidas, ridiculas, ineptas commutations ab imperitis factas, vel sine causa, vel non seruata materie æqualitate, narrat; tali casu docens manere vinculum prioris voti. Secunda: commuta facta in minus ab habente potestatem commutandi, nullâ legitimâ interueniente causâ, irrita est: secus, si iusta interueniat causa, saltem ad commutationem facienda, etiamsi non interueniat causa ad minus commutandum. Nam tunc commutatio erit valida saltem quoad partiale materiam, in quam commutatum fuit votum, cum obligatione supplendi æqualitatis defectum: facta vgrò etiam in bonum æquale à non habente commutandi facultatem, nulla est: ita Suarez tom. 2. de Relig. l. 6. a 10. n. 6. & 7. Qui addit, si subdito evidenter non constet, commutatione ab habente potestatem sine causa in minus bonum esse factam, posse conscientiam deponere, & iudicare illam validè factam esse. Si verò defectus iusta cōmutationis sit notus, & cōmutatio bonâ fide facta sit in æquale bonum ab habente commutandi facultatem, etiamsi commutans grauitate peccauerit, commutationem validam fore. Ex quo infert, commutationem propriâ autoritate, velà non habente commutandi facultatem factam, esse nullam. Tertia: commutatio facta in minus bonum ab habente commutandi facultatem, siue ordinariam, siue delegatam, etiam nullâ interueniente causâ, neque quoad commutationem, neque quoad diminutionem, est valida, cum obligatione tamen supplendi æqualitatis defectum. Commutatio verò in bonum æquale, vel etiam in minus, propriâ autoritate, vel à non habente commutandi facultatem, non est irrita: teneatur tamen eo casu voulens, aut votum seruare, aut supplere, quantum defuit,

266.

1. Sem.

2. Sent. ab  
Ringuit:3. Sent. duos  
docebat:

ut commutatio esset in bonum euidenter melius : idque poterit propriâ authoritate ab ipso vouente suppleri ; vel ab habente facultatem commutandi commutari totum illud , quod defuit ad bonum euidenter melius , in bonum æquale , vti potuit ante : ita Sanch. 10. 1. moral. lib. 4. cap. 51. à num. 8.

Explicatur  
questio.

Petit quæstio de vtraque causa tato commutandi , quæ materiæ subrogandæ , nam vtraque concurrit ad iustam commutationem . Cùm enim votum sit promissio facta Deo in certa materia soluenda , vt in aliam materiam iuste commutetur , debet non solum rationabilis causa intercedere , quæ commutatam moueat ad priorem obligationem abrogandam , sed etiam quæ persuadeat , si necesse fuerit , ad minorem materiam saltem dubiam subrogandam . Vnde Innocent. III. cap. ex multa , 9. finali , de voto , ad commutationem faciendam exigit vel necessitatem , vel utilitatem .

227.  
Premi iūtūr  
que certa  
sunt.

Certum 1. Si vnum excipias Syluest. votum 4. quest. 7. vers. secundum , posse vouentem non modò validè , verùm licet suum votum commutare in euidenter melius ; ex cap. Peruensit 2. de iure iur. Non enim , inquit Pontifex , propositum infringit , qui in melius illud commutat : & cap. scriptura , de voto . Rens fracti vois aliquatenus non habetur , qui temporale obsequium in perpetuam noscitur Religionis obseruantiam commutare . Nam ipsum bonum euidenter melius , Deoque gratius , est sufficiens causa , vt votum commutari possit , etiam absque superioris auctoritate : quæ requiritur , vt interpres diuinæ voluntatis , iudicet quid gratius esset Deo : quod vbi euidens est , illà opus non est : cùm certum sit , gratiora esse Deo , quæ meliora ; quippe qui omnia amat iuxta propriam amabilitatem , non vt homo , qui non semper magis amat , quæ sunt amabiliora . Ex quo colligit Diana part. 3. tract. 5. resol. 25. vers. 3. practicum hoc & utile documentum ad voti fractio-nes vitandas , vt qui voto ieiunij aut sacri adstrictus est , ne coniuuatum urbanitatem aut amicorum colloquia violet ; votum ipsum in opus euidenter melius propriâ auctoritate commutat . 2. Commutatio propriâ auctoritate , vel à non habente commutandi potestate in bonum euidenter minus facta , irrita est , defeta & legitimæ potestatis . Cùm enim voti materiæ creditor sit Deus , cui promissa est ; & nemo potestatem habeat diuinam voluntatem interpretandi , nisi Prælatus , cui tantum in hac re suas vices Deus , ad finem recti regiminis , commisit , vt optimè Alex. III. cap. 1. de voto , à quo cunque alio facta irrita est . Confir. voti commutatio est actus iurisdictionis , qui necessario in commutante ordinariam , vel delegatam iurisdictionem in vouentem prærequisit . Neque sufficit iurisdictio , quam confessarius habet in foro sacro erga penitentem : cùm hæc se non extendat ad forum externum gubernationis , ad quod dirigitur vota commutandi potestas .

Fere certum  
hoc est.

228.  
Dubium 1.

Affirmant  
sub dubio.

DUBITATVR 1. An vouens propriâ auctoritate , vel confessarius commutandi facultatem non habens , votum validè commutare possit in euidenter æquale . Affirmant Sotus licet sub dubio lib. 7. de Iustit. quest. 4. art. 3. §. In presenti , vers. Addi. Lnd. Lopez 1. part. instruct. cap. 49. fine , etiam sub dubio : Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 5. & lib. 5. de pœnit. sacra. cap. 20. n. 5. vbi discrimen assignat inter votum & pœni-

tentiam à confessario iniunctam , quod illud possit à vouente propriâ auctoritate in bonum æquale commutari , non autem hæc : eo quod illud propriâ voluntate emisit ; hanc per iustum superioris sententiam accepit : Tolet. lib. 4. sum. cap. 18. num. penult. Lessius lib. 2. de Iusti. cap. 40. dub. 16. nu. 105. id saltem cum Vinaldo concedit fieri posse prudentis confessarij consilio , Diana part. 3. tract. 5. resol. 25. & alij . Quorum tamen multi in eo conueniunt , tutius fore , huiusmodi commutationem fieri auctoritate Prælati , eo quod difficillimum sit , euidenter nosse vtriusque materiæ æqualitatem .

Negant Panormit. cap. 1. de voto , num. 2. & Negant pro-

7. Angelus v. votum 4. num. 2. Sylvest. citatus , babilis vii Caietanus 2. 2. quest. 88. art. 12. §. Et confirmatur

fine , Navarrus in sum. cap. 12. num. 79. Couarru-

nus de pactis part. 1. §. 3. num. 4. vers. est etiam , De

Graffis 1. par. decisionum lib. 2. cap. 30. num. 6.

Agor. tom. 1. moral. lib. II. cap. 18. quest. 2. qui hanc

sentent. appellat communem , pro ea multis

canonistacitans : Suarez tom. 2. de Religione lib.

6. cap. 19. num. 3. Sanchez tom. 1. moral. lib. 4. cap.

49. num. 12. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 19.

§. Dico secundo , & alij vti communius , ita pro-

babilis . Fundam. nemo potest propriâ autho-

ritate debitum in certa materia soluendum , in

alia æquivalentis valoris & estimationis , absq;

creditoris consensu soluere : nequit igitur vo-

uens debitum in certa materia Deo obstrictum ,

in alia persoluere , ipso per Prælatum , cui iudas

vices commisit , non consentiente . Confirmatur

licet materia , in quam votum commutatur , sit

æqualis bonitatis cum priore , semper tamen

supponitur , rior magis placere Deo ratione

fidelitatis , & perseverantis constantiæ . Quæ

rationes probant etiam de simplici confessario ,

delegatam saltem facultatem commutandi non

habente . Sanchez limitat , nisi materia voti sit

talis , quæ vno vnu consumitur , vt oleum ,

vinum , & id genus alia : quia tunc propriâ au-

thoritate potest vouens materiam in individuo , non eadem

promissam commutare in aliam eiusdem speciei

& bonitatis , nisi aliqua ratio specialis obstat :

eo quod hæc habentur pro eodem .

Infero 1. non posse vouentem propriâ autho-

ritate ingressum vnius certæ Religionis com-

mutare cum alia æqualis obseruantia : secùs , in-

quit Sanchez , si votum esset de ingressu peculia-

ris monasterij eiusdem Religionis , cùm hæc tan-

tum sit materialis diversitas : nichil euidens esset ,

in eo magis vigore regularem obseruantiam :

posse autem propria auctoritate vñā Religionē

commutare cum alia strictioris obseruatiæ : quia

tunc esset commutare minus bonum in euidenter

melius . 2. Cùm commutatio voti sit actus iuris-

ditionis ordinaria , vel delegata , validè exerce-

ri nequit , nisi à persona spiritualis iurisdictionis

capaci , & non impedit ; vnde nequit talis com-

mutatio fieri vel à laico , vel ab Abbatissa ; vnde ne-

valida erit facta ab excommunicato non tolera-

to , vnde cuius iurisdictione per excommunica-

tionem suspenditur .

II. An commutatio facta in minus bonum ab

habente tantum facultatem commutandi , sit sem-

per inutila . Affirmant alij : negant alij : distin-

guant alij . vt supra : ego sic : si sola facultate com-

mutandi pollens , votum commutet in minus

bonum probabiliter , vel sub dubio æstimatum

æquale , commutatio est valida : tenerunt tamen

vbi commutans , vel vouens manifestè aduerterit ,

commutat .

229.

Dubium 2.

Sic distin-

guendū ar-

bitur .

*Ratio pri-  
mi:  
Potes-  
tas ex-  
ercenda hu-  
mano modo.*

commutationem factam fuisse in bonum cui- denter minus, supplere quod ad æqualitatem cum priori materia deest. Sin autem votum cōmutatum sit in bonum manifestè minus, tota commutatio fuit irrita. Ratio primi: qui acci-

expressam habeat voluntatem commutandi, vel dispensandi, si re ipsa iusta sub sic causa, vel æ qualis sit materia subroganda, etiam si ab ipso non cognoscatur, valida erit dispensatio, vel commutatio.

Interro 3. voto semel validè commutato, si postea vouens, vel physicā impotentia, vel propriā culpā fiat inhabilis ad implendam materiā pro eo subrogatam, tenetur seruare priorē materiam abrogatam, quain supponitur posse seruare: ita de Graffis 1. par. decisi. lib. 2. ca.

*Negativa  
hac sent. sec.  
quintus ex  
dictus.*

30. num. 3. Suarez 10. 2. de Relig. cap. 20. num. 8. Sanchez 10. 1. Moral. lib. 4. cap. 55. num. 15. Lay-

mann lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 28. Ratio: per validam commutationem fuit prius vinculū ab-

solutū extingūtū: proinde redire nequit, nisi per nouū votum à vouente repetitū, iuxta L. Qua-

res 6. Aream. ff. de solution. obligatio servet extintā non amplius restituitur: & iuxta illud, dona Dei

sunt sine pænitentia: ergo debitū semel à Deo cō- donatum, non amplius redit. 4. Si idem votū sit Corollarium

sæpe commutatū in aliam & aliam materiā, po-

test vouens pro libitu redire ad pristinam mate-

riam, vel ad aliam quamcunque. Ita Azor. si om-

nes commutations factæ sint in bonum æqua-

le: secus, si in melius, vouente acceptante: quia tunc non poterit propriā autoritate recedere à materia meliori, in quam cōmutatum fuit votum. At etiam hoc casu putat Diana par. 3. tract.

5. resol. 25. versus sexto, posse vouentem ad pristi-

nam materiam redire, eo quod talis commuta-

tio facta sit in fauorem vouentis. Sed contrà:

postquam vouens illam acceptauit, ad eam ser-

uandam voto se obligauit: non secus ac si ab initio illam vouisset. At si ab initio illam vouisset,

non potuisset propriā autoritate in minorem

commutare.

Dic es, hinc sequi, quod neg; possit vouens

propriā autoritate, relicta materiā subrogatā, Sequelam ad pristinam materiam abrogatam æqualem re- probas.

dire. Quia non solum postquam votum fuit com-

mutatum in materiam meliorem, vouens se obli-

gauit ad eam seruandam, sed etiam postquam fuit

commutatum in materiam æqualem, se ad illam seruandam astrinxit, non secus ac si ab initio ad

eā seruādā se astrinxisset. at qui si ab initio se ad

eam astrinxisset, nō posset propria autoritate in

aliā materiam æqualem eam sibi cōmutare: ergo

neque poterit postquam fuit à Prälato, vel à Con-

fessario delegato in materiam æqualem cōmu-

titū. Nego sequelam: quia quando votū fuit cō-

mutatū in materiā meliorem, nouum, aut maius

ius fuit Deo acquisitum: quando antem fuit cō-

mutatum in materiam æqualem, idem ius quod Deus habebat in una materiā, mutatū fuit in aliā æquivalente. Obstat igitur in 1. casu, maius ius

nouū, quod vouens acceptando materiam sub-

rogatā meliorē in Deum transtulit, & se ad illud

soluendum nouā obligatione, quam anteā non

habebat, adstrinxit. At nihil obstat 2. casu, cū po-

sterius ius non sit auctū, sed manet idem, quod

priori erat, in diuersam tārū materiam cōmutatū.

Instas. Esto non sit auctū ius, est rāme: prior

materia commutata in aliam, licet æqualem, Instabili.

non secus ac si à principio vouens ipse eam si-

bi voto soluendam destinasset: sed si sic desti-

nasset, non posset propriā autoritate illam in

æqualem commutare: ergo neque postquam

ea est à Prälato, vel confessario commutata.

Nego, eodem modo esse priorē voti materiā à Re-

Prälato in aliam commutatam: nam si vouens

cam

*Ratio secundū:  
voto.*

*Ratio tertij:  
voto.*

130.

*Corollarium:*

*Ratio distri-  
butoris.*

*Ratio.*

Ex dictis infero 1. priori calu non teneri vo- ventem ad seruandam materiam iam abrogatā, sed posse seruare materiam subrogatā, cū an- mo tamen supplendi defectū æqualitatis: in 2. teneri ad seruandam materiam prioris voti. Ratio: cū prior commutatio fuerit legitimus actus potestatis commutatiæ, per illum fuit extin- tum vinculum prioris voti, cum solā obli- gatione supplendi defectū æqualitatis. Posterior commutatio, cū nō fuerit legitimus actus potestatis commutatiæ, non potuit habere ef- ficaciam extinguendi prius vinculum: proinde vouens adhuc manet eo constrietus. 2. Ad vali- dam commutationem non sat esse, vt materia, in quam votum subrogatur, re ipsa sit æqualis ma- teriæ abrogatæ, sed requiri, vt saltē probabiliter, vel sub dubio à commutante sit cognita ta- lis: atque si contingat, illam à commutante co- gnosci vt minus bonū, etiam si re ipsa sit æqua- le, irrita erit commutatio: vt de dispensatione docet Suarez 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 27. n. 7. etiam si contingat, re ipsa legitimam subesse dispensandi causam. si tamen ea proposita & allegata nō sit, dispensatio erit nulla, nisi aliunde constet, illam notam fuisse dispensatori. Ratio: vt actus sit va- lidus, debet esse circa suū obiectū voluntarius: non potest autem esse circa suum obiectū volū- tarius, nisi illud cognoscatur: ergo etiā si re ipsa sit tale, nisi cognoscatur, non erit validus actus. Nihilominus addo, si commutans, vel dispēlans

eam sibi ab initio propriâ voluntate determinasset, votose obligasset ad illam Deo soluendam, quâ promissione à Deo acceptatâ, non fuisse amplius in potestate ipsius, sed Dei per Prælatum, cui suas vices commisit, illam in aliâ æqualem commutare. Poteſt autem illam ſemel à Prælate vice Dei ſibi commutatam, in priorem abrogatam æqualem propriâ autoritate ſibi commutare: quia cùm hæc commutatio sit facta à Prælato in gratiam vouentis, cùm conditione censetur facta, vt pro ipsius libitu ius ſuum poffit in alterutra materia Deo ſoluere: alioqui non foter gratia, ſi ita astringeretur ad materiâ ſubrogatam, vt non poſlet redire ad priorem abrogatam æqualem. Redire autem nequit ſi ſubrogata ſit melioris boni, propter ius maius Deo acquifitum: nam ſi prior materia voti, vouente acceſtante, à Prælato vel Confeffario commutata fuifet in materiam Pontifici reſeruatam, vt in perpetuam caſtitatem, vel Religionem, certum eſt, non poſteā vouentem, cùm reliktâ, propriâ autoritate ad priſtinam materiam abrogatam redire, quin nec ullus Pontifice inferior poſlet in tali reditu diſpensare: idque propter nouum ius altius in Deum traſlatum. At eadē proportionalis ratio eſt, quando prior materia, conſentiente vouente, commutata fuit in meliorem, etiā Pontifici non reſeruata: nam etiā hanc accepſando maius ius vouens de nouo tranſtulit in Deum, à quo nequit propriâ voluntate refilere.

134.  
Adhuc ur-  
gebis quif-  
piam.

Reſp.

Applico fi-  
milendine  
ad noſtrum  
caſum.

135.  
Vterius quis  
infibit.

R.P.

<sup>Priviligium non amitto, ſi illa uti nolam.</sup> æqualem redeundi. Non ſecūs ac ſi hoc ex priuilegio haberet: nam re verâ talis commutatio ſibi à confeffario delegato facta, eft priuilegiata, & in vouentis fauorem data: priuilegium autem non amitto, etiā ſi eo vti nolo, niſi ad hanc voluntatē priuilegio renuntiandi accedat acceſtatio eius, qui poſt priuilegium auferre: quod in noſtro caſu non contingit: nam qui poſt huiusmodi priuilegium per voti commutationē vouenticollatum, auferre, eft Prælatus, qui ſemel vice Dei voti commutationem ſub ea conditione teſſam non auferit. Hinc diſcriben de eo, cuius votum commutatum eft in materiam meliorē: & qui propria voluntate determinauit ſe ad vnam partem materiæ ex ambabus æqualibus. nam prior accepſando meliorē materiam, contulit Deo nouum ius; nec poſtuit facultatem illud commutandi in aliud minus aecipere à commutante, qui nec habet facultatem commutandi votum maius in minus, ſed tantum in æquale, *ut ſupradictum*; poſterior: cùm vouens ipfe à ſe ipſo ad vnam partem ex ambabus æqualibus ſe determinet, nec priuilegiatam facultatē habeat, vt poſto quodd ſemel ſe determinauerit ad vnum, exkluso altero, poſſit eo reliquo, alterū eligere. ſemel ad vnum ſe determinās, non poterit alterum, etiā ſi æqualis bonitatis, eligere: niſi hanc potestatē in ipſo voto ſibi exprefſe reſeruauerit, quod ita velit vnam partem eligere, vt ſemper maneat liber ad alteram.

III. An valeat commutatio ſine iusta cauſa ad commutandum facta in æquale, vel minus <sup>Dubium q.</sup> ſaltem dubium; nam melius eft ſufficiens per ſe cauſa commutationis. Reſp. Si commutatio fit in bonum æquale ab habente commutandi facultatem, nullam ad ſuī valorem cauſam requiri. Ita Suarez & Sanchez: nam eo caſu ſufficit potestas in commutante, & ſpirituale com- <sup>Cōmutatio- ai admixta modum in vouente. Idem cenſeo, quando com- dispensatio mutatio fit in bonum ſub dubio æquale: cùm Partialis.</sup>

neque eo caſu defit in commutante potestas, & in vouente vtilitas. Dubium tantum eft, iuxta afferentem, poſſe votum ab habente potestatē commutari in minus bonum, an tunc, ad voti commutationem ſit neceſſaria iusta cauſa. Reſp. cum Suarez affirmit, quia cùm in ea commutatione admisceatur partialis dispensatio, & omnis diſpensatio iuſtam requirit cauſam, non poterit talis commutatio in bonum euidenter minus, abſque iusta cauſa facta, eſſe valida: cùm nullus actus à potestate non procedens ſecundum eſſentiale modum operandi talis potestatis ſit validus. At potestas diſpensandi eſſentialiter requirit iuſtam cauſam: ergo diſpensatio abſque iusta cauſa data, non erit valida. Dices, hoc tamē probare de partiali dispensatione procedente à potestate diſpensativa, non à commutatiua: nam hæc iuſtam cauſam nouo requirit, vt ſaſierinetur. Sed contrà, ſi conceditur cum potestate commutatiua communicaſi aliquam partiali virtutem diſpensandi, ea communicari debet iuxta naturā facultatis diſpensatiua. Neque partialis dispensatio poſtelle eſſe effeetus commutatiua facultatis, qua ex na- tura ſua exigit commutare æquale cum æquali: vnde quidquid eſt infra æqualitatem, non poterit eſſe effeetus facultatis commutatiua, ſed neceſſariò eft effeetus potestatis diſpensatiua: prouinde ſicut ipſa ſue totaliter, ſue ſpecialiter diſpenset iuſtam requirit cauſa: ita partialis diſpensatio ſine iusta cauſa facta, valida non erit.

SECTIO

## SECTO XIII.

*An voti commutatio, vel dispensatio, sicut vel à Confessario data, vel a pénitente acceptata sit valida?*

237. Rima sent. quoad 1. partem affirmat: prob. Sent. affir. bu argu. probari posse. 1. à pari: approbatio confessarij ab Episcopo sicut data, ad confessiones excipiendas, valida est, ut supra: ergo etiam commutatio, vel dispensatio à commutante, vel dispensante facta. 2. Votum commutatio, vel dispensatio est actus pertinens ad extrinsecam gubernationem: ergo ut sit validus, sufficit actio externa, per quem commutans, vel dispensans significat se voti vinculum, vel omnino extingue, vel in aliâ materiâ equivalentem commutare, esto interno consensu careat. Et ut probabile defendi. 3. Esto tali casu confessarius non habeat veram intentionem communidati, vel dispensandi, adhuc commutatio vel dispensatio erit valida, propter intentionem delegantis, quicquid casu censetur suppleret defectum intentionis in delegato. 4. Supradicti confessarius tempore iubilei non habeat intentionem absoluendi pénitentem à peccatis, adhuc pénitentes lucratur iubileum, quia ex se fecit, quod potuit, & debuit: ergo etiam si confessarius non habeat vera intentionem commutandi, vel dispensandi votum, adhuc pénitentis consequetur voti commutationem, vel dispensationem, cum ex se fecerit, quod debuit & potuit. Cōfir. ex sent. V. q. 3. par. de matr. disp. 6. cap. 3. & Pontij lib. 2. de matr. c. 4. docentiū validos esse contractus externo dūtaxat signo internum animum exprimēte celebratos etiam si desit verus consensus internus.

238. Sed à communi non fit recedendum. At quia opposita sent. cōmuni est, ab ea recedendum non est. Illud aduerto, quamdiu de si. & consensu cōmutantis, aut dispensantis votenti non constat, non teneri votum commutatum vel dispensatum servare. Hac sent. vt certam supponunt, Suar. 10. 2. de Relig. cap. 27. n. 2. Sancb. 10. 1. moral. li. 4. cap. 47. n. 3. ex regula; Altus humani non operantur ultra agentium intentionem. Ad 1. neg. conseq. nam huiusmodi approbationē Cōcilium non requirit, nisi in ordine ad forum extēnū, cui sufficit approbatio externo signo dāra, etiam cum fidei consensu. Ad 2. neg. conseq. nā etiam si cōmutatio & dispensatio voti pertinet ad regimen extēnū, vt tamen valida sit, verū requirit cōmutantis, ac dispensantis consensū. Nec est eadem ratio de approbatione Episcopi, propter rationē assignatā. Ad 3. neg. assumpt. quia cū non ipse delegans, sed delegatus per facultatem sibi à delegante communicatā, votum cōmutat, deber, vt commutatio ab ipso facta valida sit, ab ipsis vero consensu procedere. Ad 4. neg. conseq. & retorq. nā sicut talis absolutio defectu intentionis absoluētis, valida non est, ita nec voti commutatio. Quod autem, adhuc absolutione inualidē impensa, pénitens possit iubileū lucrari, non est, quia talis absolutio admittitur vt valida, sed quia pénitens tali casu est in bona fide, ratione eius est capax effectus iubilei, sicut & gratia iustificantis, quā iuxta probabilem sent. consequeretur, si cum tali bona fide accederet ad aliquod Sacramentū. An autē contractus humani fidei consensu celebrati sint in foro conscientię validi & obligatorij, 10. 9. de matr.

239. Ratio n. g. Quoad 2. An commutatio, vel dispensatio sicut à votente acceptata, sit valida: Negat Suar. 10. 2. de Relig. li. 6. c. 1. fine, & Sancb. 10. 1. mo-

ral. li. 4. c. 47. n. 5. nam eo ipso quod subditus cōmutationē vel dispensationem non acceptat, suū votū confirmat, & quasi de novo illud emitit. Maior dicit. ad possum Prælatus votū invito subdito dispensare, vel commutare. Quoad commutationē negat Sancb. 10. 1. moral. lib. 4. c. 24. n. 27. Suar. 10. 2. de Relig. lib. 6. n. 12. Quia commutatio fit in gratiā votentis: ergo in eius potestare est, illā acceptare, vel nō acceptare: ergo non potest Prælatus subditū cogere ad illā per votū acceptandā. Nā esto possit ad illā sub præcepto acceptandā subditum obligare, non tamen potest, vt illam acceptet sub voto: quia votum requirit liberū consensum votentis. Quoad dispensationē etiā negat Suar. cit. c. 1. ad finem, invito subdito fieri posse: rū quia dispensatio est beneficiū, quod in invito non confertur: tum quia eo ipso quod dispensatus dispensationem non acceptat, suum votū confirmat, illudq; quasi iterū emittit. Affirmat Sancb. 10. 1. moral. li. 4. o. 24. n. 26. Namē probabilius: quia potest Prælatus, vel propter bonū commune, adhuc invito votente, obligatio-

nem voto contractam extingue, & simul ei præceptum iniungere, ne iterum talē materiam voleat. Quo præcepto posito, votū circa talem materiā erit irritum, ut potē de materia à superiorē prohibita. Ad rationem: licet dispensatio regulariter fiat in beneficium votentis, quod acceptare non tenetur: at fieri interdum potest in bonum communis: quo casu licet non reneatur subditus illam acceptare, ut beneficiū sibi factum, tenetur tamen propter bonum communis acceptare præceptum, à Prælato sibi iniunctū de non repeterendo voto circa materiam prohibitam. Quo pacto concedit Suarez, dispensationē fieri posse per voti materiā subtractionem. Eadem ratio est, de irritatione voti: nam dispensatio tollit votum alias firmum & absolutum: irritatio vero tollit votum propter aliquā causam infirmum, vel ex parte votentis, vel ex parte materiā sub conditione promissæ. Ex quo semper ad dispensandum est necessaria causa, non ad irritandum, cum ipsa infirmitas voti sit sufficiens causa illud irritandi: ratione cuius infirmitatis non censetur perfectum & absolutum ius Deo acquisitum.

SECTO XIV.  
*An qui potest commutare vota, possit etiam in eis dispensare; & contraria.*

C onueniunt DD. 1. qui ordinariā potestate potest vota commutare, posse in eis etiam dispensare, ut sunt Episcopi & Prælati Religionis respectu suorum subditorum: cō quod te non est veraque potestas spectat ad perfectam gubernationem. Difficultas est de ijs, qui delegatā potestate ab alio sibi communicatā vota commutare possunt; inter quos sunt confessarij tempore iubilei electi. Conveniunt 2. excepto Sylvester In iubile: mox cōstat. cui tantum facultas commutandi non concedit. vota conceditur, ut plenumque in iubileis sit, sur. d. s. f. non eo ipso concedi facultatem in eis dispensandi, eo quod plus sit in votis dispensare, quam ea commutare. Nam, ut recte Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 10. §. nota 2. dispensatio auferit materiam voti, & simul obligationem extinguit, quia absoluta Commutatio auferit tantum materiam, reliqua voti obligatio- d. s. f. dismissione in alia adimplenda, ex eadem Religionis crimen. virtute. At cui conceditur minus, non eo ipso conce-

conceditur maius. Sola concertatio est, an cui communicatur facultas dispensandi, eo ipso censeatur communicata facultas commutandi.

Prima sent. negat; ita *Nauar. in sum. c. 12. n. 79.*  
*& in comment. de iub. nota. 27. Lud. Lopez 1. par. instruct. c. 50. §. Secundum Nauar. licet contrariam doceat in 2. par. eiusd. loco citando; Valen. tom. 3. disp. 6. qu. 7. pu. 7. ad finem. vers. Denique: Azor 10. 1. moral. lib. 11. cap. 18. q. 7. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 2. n. 15. & tom. 1. moral. lib. 4. cap. 53. à n. 4. eo quod hæ facultates sint diuersæ rationis; à diuersis autem non sit illatio 1. Papinius, ff. de minorib. ex cap. Ad Antiquitatem, de Decimis. Quod sint diuersæ rationis, probant: licet ex parte potestatis in plus se extendat facultas dispensandi, quam commutandi; at ex parte modi tendendi & operandi suos effectus, in plus se extendit facultas commutandi, quam dispensandi. Nam facultas dispensandi non se extendit, nisi ad relaxandum votum ex causa dispensabile: facultas autem commutandi ad votum permutandum se extendit, etiam nullâ existente causâ commutationis, proinde minus, quod respicit facultas commutandi, non est eiusdem rationis & ordinis cum maiori, quod respicit facultas dispensandi: & consequenter de his facultatibus non verificatur regula 53. Iuris in 6. Cui licet quod est plus, licet quod est minus: quia tunc regula ista valet, quando minus continetur in maiori ut pars in toto, vel ut species in genere: nequit autem contineri ut pars in toto, vel ut species in genere, quando minus est diuersi ordinis & rationis: non enim est bona illatio: homo potest hominem generare; ergo & murem, qui minor est homine. Confirm. facultas commutandi maiorem prærequisit scientiam & peritiam in commutante, ut prudenter librare sciat materia, quam mutat, cum materia, in qua commutatur, ne una excedat, vel excedatur ab alia: quam peritia non prærequisit in dispensante facultas dispensandi, non beat equiuale in alias specie materia priori subrogare, sed totū votū extinguit.*

Secunda affirmit: *Palud. in 4. disp. 38. q. 4. ar. 3. orncl. 5. Sylvest. v. Votū 4. q. 3. §. secundum, Sotus li. 7. de Iusti. q. 4. ar. 3. Henrig. lib. 7. de indulg. c. 3. o. n. 5. ad finem. Sa. de voti irritat. n. 19. Lud. Lopez 2. par. instruct. de clauib. cap. 9. §. Preterea, Palat. in 4. disp. 38. disp. 3. pag. 3. 880. §. Et sanè, *Smar. 10. 2. de Rel. lib. 6. cap. 12. n. 10. Less. lib. 2. de Iure. cap. 40. dub. 16. n. 108. Ponti. lib. 8. de matr. cap. 10. nn. 3. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. n. 20. & alij passim: Qui sent. longè probabilius, nititur citatà regulâ; Cui licet quod est plus, licet quod est minus: at plus est, in votis dispensate, quam ea commutare, ut suprà: ergo cui communicatur facultas dispensandi, eo ipso cèsetur communicata facultas commutandi. Confir. Qui potest remittere totum debitum, multò magis remittere potest partem debiti: sed qui habet potestatem in votis dispensandi, potest remittere totum debitum, quod vobis per votum erga Deum contraxit: ergò multò magis poterit remittere partem debiti per commutationem. Nempe si ad maius se extendit propria voluntatis authoritas, ut suprà, à fortiori se extendet dispensandi facultas, sc. ad omne id, quod iustum præbet causam dispensandi, vel commutandi, ut commutatio in melius: deinde qui commutat in æquale minus remittit de debito, quam qui commutat in minus; at, ut mox, facultas dispensandi se extendit ad minus: ergo ad æquale: denique qui potest totum debitum iusta exigēre causâ, remittere, poterit & partem debiti, si cau-**

sa subsit. Ad rationes 1. sent. Neg. has facultates esse diversæ rationis, nam facultas commutandi non se extendit ad minus bonum, ne dum ad minus bonum sine causa, sed solum ad æquale probabiliter, vel ad summum sub dubio tale. Falsum etiam illa supponit, sc. minus bonum evidenter indicatum tale, esse obiectum facultatis commutatiæ; est tantum dispensatiæ, quæ nec potest sine iusta causa ad illud se extendere. Quod si facultas commutandi exigit maiore peritiam arbitrandi circa æqualitatem materiæ abrogadæ, & subrogandæ, facultas dispensandi exigit maiore scientiæ cognoscendi & examinandi causam sufficientem ad votum relaxandum. Nec necesse est, ut libratio æqualitatis cum æqualitate fiat ab ipso commutante, quippe quæ, ut suprà, fieri potest ab alio: ut nec iudicium de sufficiëtia causæ ad dispensandum, necessariò fieri debet ab ipso dispensante, sed ab alio cui dispensatus illud commiserit.

## SECTIO XV.

An confessarius vi iubilei commutare possit omnia vota, exceptis castitatis & Religionis.

Oalent Pontifices tempore iubilei sola hæc <sup>244.</sup> duo vota, castitatis & Religionis, expressè sub Pontifici referuntur: ut pote quæ, teste *Soto de Iust. lib. 7. 1a. q. 4. ar. 3. fine corp. ut ultissimo iure ab ipso Ecclesiæ primordio fuerunt semper excepta: an etiam exceptione non expressâ, constabit. Ex his dubiis; an reliqua omnia possit confessarius vi iubilei commutare. Ratio dub. præter hæc duo vota castitatis & Religionis, sunt alia triplicis peregrinationis; Romanæ ad limina SS. Ierosolymitanæ ad loca sancta, & Cöpostellang ad D. Iacobi, Pontifici reseruata, extra ag. Etsi Dominicis gregis, 2. de pœnit. & remiss. vbi Sixtus IV. prohibet, ne ullus, nisi ex speciali licetia Sedis Apoł. hæc tria vota, una cum aliis duabus castitatis, & religionis sub pena excommunicationis eo ipso incurriendæ, commutare audeat: declarans, talem commutationem nullius fore roboris, & momenti. Cæterum, ut ex textu enī aliis Sanch. 10. 1. moral. lib. 4. c. 40. n. 23. hæc excommunicatio incurritur tantum ab ijs, qui hæc vota commutant, pretextu ait Sixtus V. facultatum huiusmodi concessarum à nobis, vel auctoritate nostrâ. Ex quo infert *Smar. mox citand.* quod si quis nunc fruatur priuilegio à Sixto IV. concessio, excommunicationem incurrit, si absque Pontificis licentia hæc vota commutet.*

Prima sent. negat. posse hæc vota virtute iubilei à confessario commutari: ob citatam extra <sup>1. Senexia regina.</sup> sag. vbi traditur regula, sub generali concessione non intelligi concessos casus reseruatos, iuxta regul. 81. iuris in 6. Nec obstat exceptio votorum castitatis & Religionis (quorum exceptio videatur regulam firmare in contrarium in aliis votis non exceptis.) Nam ut cum Bartho. Franco, Docio, Euerardo, & aliis docet *Couar. lib. 2. variarū, cap. 5. n. 7.* tunc exceptio firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptis, quando exceptione non positâ, tales casus venirent in generali concessione: sed adhuc votorum castitatis & Religionis in diplomate exceptione non positâ, vota triplicis illius peregrinationis, non venirent in generali concessione votorum reseruatorum: ergo hæc exceptione positâ, non intelliguntur reliqua tria vota Pontifici reseruata, non intelliguntur concessa. Confir. ut *Sanch. cit. n. 14.* neque legatus à latere, sine speciali Pontificis commissione, potest hæc triplicis peregrinationis vota commutare.

Secun-

Fundam.  
neg.

Confir.

2. Sent.

Longè pro-  
babilius.

Vota Pontifici referuntur.

Qui alio  
textu ab aliis, non  
excomunicatur.

Prætextu ab aliis, non  
excom.

8

245. Secunda communis docet, quando Pontifex concedit omnia vota, castitatis & Religionis duntaxat exceptis, ut ordinati in iubileo solet, intelligi concessa etiam vota triplicis peregrinationis: ita *Sotus cit. Suar. 10.2. de Relig. lib. 6. cap. 25. n. 7. Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 2. & 10.1. moral. lib. 4. cap. 40. à n. 18. Diana part. 5. tract. 12. resolut. 58. fine, & apud citatos.* Ratio: quando exceptio est de casibus grauioribus, non censetur extendi ad leuiores: contrà verò, quando exceptio est de casibus leuioribus, censetur extendi etiam ad grauiores. Quia dum Pontifex excipit casus grauiores, præsumitur indulgere in leuioribus. Contrà verò, dum excipit leuiores, non præsumitur indulgere in grauioribus: sed potius contrà, dum leuiores excipit, à fortiori censetur & grauiores excipere. Excipiendo igitur in iubileo sola vota castitatis & Religionis, præsumitur in tribus alijs reseruatae peregrinationis indulgēs. At si solum exciperet tria vota peregrinationis, quæ sunt leuiores momenti, non præsumeretur indulgere in votis castitatis & Religionis, quæ sunt maioris authoritatis & aëstimationis. Quare tradita regula, Exceptio firmat regulam in contrarium in alijs casibus non exceptis, intelligenda erit de casibus non exceptis grauioribus, non autem leuioribus. Atque ex his patet ad rationem oppositæ sent. Confirmatio solum probat, huiusmodi vota ex vilationis non concedi Legato à latere: ex quo nequit argui ad concessionem virtute iubilei factam: quia in ea excipiendo tantum vota castitatis & Religionis, censetur Pontifex in reliquis indulgere.

246. Dubium 1. An in concessione generali veniat supra dicta tria vota peregrinationis. Affirmant *Sotus cit. qui ait, nisi ea excipientur, intelligi concessa: secus docet de votis castitatis & Religionis: nam hæc nisi expressè concedantur, semper censentur excepta: Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 2. Maled. apud Dianam citand. Negant sane probabilitus *Suar. 10.2. de Relig. cap. 25. n. 4. Sanchez 10.1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 16. renocás quod docuerat lib. 8. disp. 9. n. Laymann lib. 4. tr. 4. cap. 8. n. 7. Diana par. 5. tract. 12. resolut. 58. qui hæc probabilitorem censeret ex cit. Extraag. Sixti IV. & regulâ 81. iuris in 6. in generali concessione non veniunt, qua quis non esset verisimiliter in specie concessurus.* A fortiori sequitur, in concessione generali non intelligi concessa vota castitatis & Religionis.*

247. Dubium 2. An cum de facto soleant Pontifices vota castitatis & Religionis in suis bullis expressè excipere, si non exciperent, censerentur in illa concessa. Affirmans pars probabilior, cum iam vsu receptum sit, ut illa semper in bullis excipientur. Notat *cum Suarez Sanchez cit. n. 20. si Pontifex præter tria peregrinationis vota, expressè concederet reliqua reseruata, posito quod præter castitatis & Religioni, nullum aliud esset ei reseruatum, in tali concessione intelligerentur concessa castitatis & Religionis: alioqui inutilis esset talis concessio: & cum non sit maior ratio de uno, quam de alio, utrumque censeretur concessum.*

248. Dubium 3. An præter hæc quinque vota, sint alia Pontifici reseruata. Affirmat *Nanar. de Regul. commen. 1. n. 21. vbi addit sextum visitandi domū Lauretanam, recens reseruatum. Sed hoc non admittunt *Agor 10.1. moral. lib. 11. cap. 18. q. 4. & cap. 19. q. 3. Suar. tom. 2. de Relig. cap. 21. n. 15. Sanch. 10.1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 10. eo quod sine suffi-**

cienti probatione afferatur: & cum reseruatio votorum sit odiosa, non debet absque fundamento multiplicari. Addit: *S. Th. 2. 2. q. 184. ar. 6. in cor. 5. Thom. ox. pote & q. 189. ar. 7. finc corp. & in 4. dist. 38. q. 1. ar. plicat Caiet. 4. qu. 2. in corp. omnia vota, quæ sunt perpetua: id Caiet. 2. 2. qu. 88. art. 12. in resp. ad 3. explicat de votis, quæ habent materiam perpetuam per se, ut sunt vota castitatis & Religionis, non quæ habent perpetuam per accidens. Quam explic, reiiciunt *Suar. & Sanch.* cùm etiam votum Præbyteratus habeat materiam perpetuam per se, & tamen Pontifici non reseruatur, ut *infra*: explicationem assignant, ut *S. Doctor* solum de ea votorum perpetuitate intellexerit, quæ ex intrinseca natura & gravitate materiæ, videntem vel ad perfectionem ducunt, ut sunt vota castitatis & Religionis, vel illum in statu perfectionis constituunt, ut est tacitum votum, quod Episcopus emittit de non deserendo munere Episcopali sine expressa Pontificis licentia: quod *cit. q. 189. ar. 7. appellat solemne.* Vnde non potest Episcopus absque Pontificis facultate Religionem ingredi, ut decernit *Innoc. III. cap. lices. de Regul.* nec nisi de his votis *cit. locis* mentionem facit.*

Addunt alij votum de re alijs præcepta; ut de non blasphemando, vel confitendo semel in anno. At falsum est, tale votum non esse dispensabile vel commutabile; nam licet nequeat dispensari vel commutari obligatio rem præceptam seruandi; ac iusta exigente causâ, noua religionis obligatio. ex voto superaddita rei alijs præcepta, tempore iubilei poterit à confessario in aliam committari. Maneat igitur communis sent. quinque tantum vota de facto esse Pontifici reseruata. Quorum tria peregrinationis intelliguntur concessa, quoties sola duo castitatis & religionis exprimuntur; non autem in generali confessione omnium votorum, nisi addatur reseruatorum: quia tunc ne inutilis sit concessio, minimum censentur, concessa tria peregrinationis. Notant, tunc solum hæc tria censeti reseruata, quando emituntur propter finem à Pontifice intentum, nempe ad visitanda limina SS. Petri & Pauli, loca sancta, & D. Iacobum: secus quando emituntur ob alium finem, ut si quis voleat se iterum Romam ad aliquam sacram imaginem, vel Pontificem ipsum visendum, vel quodcumque aliud simile in Vrbe peragendum.

An virtute iubilei possit confessarius, à potenti electus in æqui valentia commutare vota Complementum simplicia, quæ profecti Societatis 1. 2. 5. v. stat. 4. dist. 5. post factam professionem votorum 4. vel 3. n. 4, iuxta constitut. par. 6. c. 2. n. 1. & par. 10. num. 6. & Bullam Greg. XIII. Ascendente Domino, 4. ex illis confirmantem, coram Præposito Generali, vel eius vicem tenente emitunt? Resp. omnino dicendum est, huiusmodi vota commutari non posse vi iubilei: & sane quoad 2. & 4. de non quærenda vel prætendenda intra vel extra Religionem Prælatura, declarauit Paulus V. in Bulla 61. incipiente, *Quæpiè, ea non secus ac ipsa tria substantialia religionis vota, dispensari, ac commutari non posse in Patribus Carmelitis discalceatis, qui post professionem hoc ipsum votum emittunt: & Societas participat quæcunq; privilegia reliquis religiosis Ordinibus concessa in fauore religionis. Imò Urbanus VIII. const. 140. & in appen. 30. motu proprio decernit, id 2. votū neque per transitum de vna religione in aliam strictiore sive laxiore, neq; per quamcunq; ex-*

*Ratio efficac.  
& uniuers.  
falsis.*

pulsionem, aut regularis habitus dimissionem, quacunque auctoritate, licentiâ, occasione, ratione, aut causâ quantumlibet rationabili, fauorabili, piâ & publicâ, etiam in corpore iuris clausâ, vel ratione maioris boni, extingui accessare. Ratio: nunquam Pontifices etiam in iubileto solent facultatem in votis dispensandis, vel commutandis concedere in præiudicib[us] tertij; at h[ec] votorum commutatio in maximum cederet religionis præiudicium & detrimentum; vt constat de voto paupertatis non relaxandæ: ex Bona. apud Sanchez lib. 6. moral. cap. 18. nn. 7. Dionysio Carth. opus. de reform. claustr. cap. 8. nam paupertas est propugnaculum, mutus, & fundamentum religionis, ex S. Tho. 2.2. qu. 186. art. 3. Gregor. XIII. in cit. Bulla; & par. 6. constit. ca. 2. nn. 1. & par. 10. num. 5. Eiusdem paupertatis & serm. Dom. in monte, in quo, vt Ambrosius plie notauit apud D. Tho. in catena aurea, dum illam inter beatitudines primo loco tecensuit, ab ea eternam beatitudinem inchoandam ostendit.

Reliquorum 4. votorum, quæ ad vnicum de non ambienda extra vel intra religionem Praelectione aut dignitate reuocantur, quanta sit vel utilitas, vel necessitas, declarant grauissimæ pœnas, quas contra Religiosos ambitum procurantes statuerunt Pontifices; Pius V. constit. 128. incipiente, Pastoraliis officijs, ultra perpetuam priuationem vocis actiuz & passiuz, & menstruam incarnationem, maiori excommunicatione latæ sententiaz sibi reseruatae percellit. Minores de Obseruantia, qui in electionibus pro se, vel pro alio aliquem subornauerit. 2. Paulus V. constit. 39. incipiente, Admonemur; excommunicationem latæ sententiaz Sedi Apostolicæ reseruatæ fulminat contra Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici, qui ad consequendum officiū Magistri gener. pro se vel pro aliis ad fauores recurrunt extra Religionem. 3. idem constit. Quoniam nemo, in append. Postea eandem excommunicationem extendit ad Monachos S. Benedicti Congreg. Cælestin. qui ad Prælaturas, honores, dignitates, administrationes, functiones, alias officia dictæ Congreg. assequenda, ad fauores recurrunt. Idem pœnis subiicit superiores, qui externorum fauoribus & precibus ducti suos Monachos ad Prælaturas, dignitates, administrationes, & officia dictæ Congregationis promouent. Eisdem pœnas extendit contra regulares Congregationis S. Salvatoris, & Ordinis S. Augustini constit. 35. Quoniam nemo; & contra Monachos S. Benedicti Congregationis Cisterciensium Italæ constit. 79. Alias per nos: 4. Eisdem pœnas Gregorius XV. constit. 16. Admonemur, ad alios extendit Religiosos. Vnde S. Ignatius par. 10. constit. nn. 6. ambitum appellat malorum omnium in quavis Rep. vel Congreg. matrem: S. Bernardus ser. 6. in ps. Qui habet at, circam med. Ambitio, inquit, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, lioris parens, vitiorum origo, criminum formæ, virtutum arugo, tinea sanctitatis, excrucatrix cordium, ex remedij morbos creans, generans ex medicina languorem. Quod vitium, vt ait Symmacus Papa in Syntodo Rom. & refertur can. Bene, dist. 96. ubi animum inuasit, iugum disciplinæ facit respue. Quare concludo, cum nullus professus ius habeat procreandi sibi voti relaxationem in sua Religionis pernicië, nullus poterit hanc votorum quamvis simplicium relaxationem petere. An saltē tota Societas possit

horum votorum relaxationem petere. Resp. negatiue cum Sanchez lib. 6. moral. cap. 18. n. 9. imd nec si Pontifex sponte illam offerret, suum consensum præbere posset: quia ad hoc voto se altrinxit; & nulli licitum est petere dispensationem eius voti, vel ad cuius indispositionem se voto obligavit, vel cuius obligatio pendet etiam à Pontifice acceptante, est Apostolicâ auctoritate ipsum confirmante. Nec licitum est particuliari eius voti dispensationem petere, ad cuius dispensationem non pertendâ voto se obligavit, nisi in casu quo ea petitio censeretur necessaria. Quid autem nomine Prælatura & dignitatis veniat, refert Sanchez P. Claudio Aquav. Soc. N. Generalem, qui à Sede Apost. auctoritatem habet explicandi dubia, quæ ex nostro instituto emergunt, ex Bulla Gregorij XIII. Ascendente Domino, declarasse, sub hoc voto ea omnia, & sola munia comprehendendi, quæ iurisdictionem ordinariam vel delegatam secum annexam habent, vt sunt officia Generalis, Provincialis, Præpositi, Rectoris, Visitatoriis, Vice-generalis, Vice-provincialis, Vice-præpositi, Vice-rectoris. Ut autem professus tecatur alios has dignitates procurantes, Præposito Generali, vel Societari defettere, non sufficit quævis suspicio, sed requiritur certa notitia, vt bene Sanchez, ex rossiam. Quod votum professos obligat ad manifestandum quoscunque è Societate, ex relatio si quem, quod nullum è Societ. excludit: nam in quocunque hoc vitium sit, Religioni perniciosorum esset.

### SECTIO XVI.

*In virtute iubilei possit Confessarius commutare vota, que circa castitatem & Religionem potest Episcopus, & quenam illa sint.*

Dixi, quæ circa castitatem & Relig. nam hac tantum solent tempore iubilei excipi, reliqua, etiam Episcopis reseruata conceduntur. Nō fess. commun. quidem, vt bene Nauar. in sum. cap. 12. n. 79. vers. tare, cum: 12. vt eo ipso censemant comitata, vel dispensata, sed vt possint commutari, vel dispensari à confessario ab ipso pœnitente electo. Qui teneatur ea commutare, vel dispensare, si causa non obstat. Secus de eo, qui hoc priuilegio gaudet: quia hic, vt notauit Sanchez, to. 1. moral. lib. 4. cap. 44. n. 12. non tenetur priuilegio sibi concessio vti: at confessarius electus, cum sit à Pontifice in favorem pœnitentis iudex constitutus, non potest, iustæ existente causâ, voti commutationem ne- Dubium gare. Ex his dubium, an omnia vota, quæ circa mergu. castitatem & Religionem potest Episcopus commutare, possit etiam Confessarius virtute iubilei, & quiuis alius priuilegiatus. Pro prioris partis dubij resolutione.

Nota cum Sanch. lib. 2. de marit. disp. 40. n. 9. & to. 1. moral. lib. 4. cap. 43. nn. 7. & cap. 54. nn. 19. Notandum. Suarez, to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. cap. 18. & aliis apud Dianam par. 1. tract. 2. resol. 56. dupliciter posse Episcopum in casibus Papæ reseruatis dispensare; uno modo, potestate ordinariâ, à iure sibi concessâ; alio modo delegatâ in casibus urgentis necessitatis, quando ad Pontificem non patet facilis recursus. Conuenit communiter, non posse confessarium virtute iubilei, aut priuilegiatum commutare vota, quæ Episcopus potest, potestate duntaxat delegatâ casibus urgentis necessitatis: quia eo casu votum commutat, vel dispensat ex benigna interpretatione voluntatis

*Vota acco-  
ptata &  
confirmata  
& Pontif.*

tatis Pontificis; id committitur propriè personæ Episcopi; ut cum propter paupertatem, vel aliud impedimentum, nequit vicens Pontificem adire, ne maneat opportuno remedio destitutus.

*Quacunque Vnde quacunque necessitate urgente non potest virgente n. -* confessarius virtute iubilei dispensare, vel comutare vota perfectæ castitatis & Religionis, quæ soli Pontifici reseruantur, ut recte Suarez. to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. n. finali: eo quod nulla potestas, etiam urgente necessitate, potest se extra suum actum extendere. Sola ergo controvèrsia est de votis castitatis & Religionis, quæ Episcopos commutare, vel dispensare potest ordinariâ potestate. Communis sent. affirmat: Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 15. n. 3. & to. 1. moral. lib. 4. cap. 54. n. 19. Suarez. to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. n. 17. & 18. Diana cit. & alij apud eisd. Fundam. catenæ potest Episcopus ordinariâ potestate huiusmodi vota comutare, quatenus illa ob aliquam imperfectionem; vel circumstantiam non censerunt reseruata Pontifici: sed Pontifex per iubileum ea omnia vota circa castitatem & Religionem censetur cōcedere, quæ ob aliquam circumstantiam, vel imperfectionem sibi non reseruantur: proinde ea omnia potest confessarius virtute iubilei, vel quicunque alius priuilegiatus commutare. Difficultas est, quænam sint illa?

251.  
Premittenda  
que apud  
omnes ferē  
ceria.

Certum 1. posse Episcopum ordinariâ potestate commutare omne votum castitatis ad certum tempus emissum: *Nauar. in sum. cap. 12. n. 67.* citans alios. *Leff. lib. 2. de Iust. cap. 40. dub. 18. n. 123.* *Sanch. to. 1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 49.* & alij communiter: nisi votum emissum sit ad tempus longissimum, ad quod non solet vita hominis pectorari, ut ad centum vel 90. annos, ut bene Leff. & Sanch. quia tale votum æquiuale per perpetuo. Ratio: votum castitatis ad certum tempus nuncupatum, deficit ratione materia à perfecta natura talis voti: ideo & potest Episcopus dispensare in voto non fornicandi, non adulterandi, non polluendi, vel sodomitam committendi, & id genus alia: nam hæc non sunt vota de integra materia castitatis, sed tantum partiali.

252.  
*Q. tamen  
alii possit  
et p. c.*

2. Potest Episcopus dispensare in voto non nubendi: cum hoc non sit votum castitatis: vnde si talis fornicaretur, votum non frangeret: nisi forte in ipso voto non nubendi intenderet per perpetuam castitatem.

3. Potest dispensare in voto castitatis coniugalium, cum nec sit perpetuum, nam matrimonio soluto hic potest ad secundas nuptias transire; nec de integra materia castitatis, cum non sit de abstinendo ab ipso actu coniugali. Ideo neque erit seruatum votum de debito non perendo, quod alter coniux siue cum licentia, siue absque licentia alterius emisit. Nec si ambo ex mutua conuentione tale votum emitant; cum uterque soluto matrimonio ad 2. nuptias transire possit.

4. Potest dispensare in voto virginitatis, si hoc emissum sit ad pudicitia dūtaxat florē, & natura integratatem seruandam emissum: quia tunc restringitur ad solius virginitatis sigillum inuolutum custodiendum, quo fracto, ad nihil amplius obligat votum: secus, si cum virginitatis flore custodiendo simul perpetua castitas promittatur. Par ratio de voto perpetuæ viduitatis, ac cœlibatus, si solū se extendant ad viduitatem & cœlibatum seruandum, per abstinenciam nuptiarum; secus si etiam perpetuæ castitatis obseruantiam inuoluant. In dubio statum erit in favorem videntis, cum sit in possessione

sua libertatis. *Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 9.* vt votum virginitatis non censatur perpetuæ castitatis, debere expressè emitte absque tali obligatione: alioqui simpliciter emisum censeri, votum perpetuæ castitatis, proinde ab Episcopo indisponsabile.

Certum 5. posse Episcopum ordinariâ potestate, & confessarium vi iubilei dispensare, vel comutare votum Sacros Ordines suscipiendi: quia hoc non est castitatis, sed votum de voto solemnis castitatis in ipsa ordinis susceptione emitendo: sicut votum de voto castitatis, vel Religionis faciendo, non est ipsum castitatis vel Relig. qui enim vobis de voto castitatis, vel Religionis nucupando, non se obligat de præsenti ad castitatem seruandam, vel Relig. ingrediendam, sed ad votum emitendum in futurum. Vnde tales fornicando, non sunt voti rei, & si matrimonium contrahunt, non solū possunt debitum reddere, sed etiam petere, licet peccent, inhabiles se reddendo ad votum castitatis, & Relig. emitendum. Ita DD. apud Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 13. & Suarez. to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 21. n. 7.

Certum 6. posse Episcopum commutare vota Castitatis & Relig. vel quando sunt dubia dubio negatiuo insufficiente ad certum iudicium ferendum, vel ex opinione probabili DD. Ut si dubium sit, an vicens ex perfecta deliberatione votum emiserit: vel etiamsi certum sit, votum cum perfecta deliberatione emissum, sunt tamē de eo probabiles sent. an debeat inter reseruata recenseri, eo quod non habeat eam perfectiōem, quam vota reseruata requirunt. Leg. Sanch. to. 1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 26. & Suarez. to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. n. 6. Ratio: cum votorum reseruatio sit odiosa, quippe quæ misericordiam ordinariam potestatem Prælatorum. Strictè interpretanda est, nec nisi de iis votis, quæ certa sunt.

7. Vota emissa graui mœtu cädente in constantem virum possunt ab Episcopo commutari, vel dispensari: ita Suarez. Sanch. cit. & alij mox cit. andis. Ratio: vel hæc vota sunt irrita ipso iure naturæ, ut probabilis fere opinio; cui adhærens posset vicens propriâ authoritate obligationem ex talis voto consurgentem, ut irritam non admittere. Vel esto iure naturæ non sint irrita, sunt tamē ex probabili sent. ab Episcopo dispelabilia: ut supra, quoties de non reseruatione, est probabilis sent.

Dubium est, an sufficiat ad dispensandum, vel commutandum metus leuis. Affirmant Angel. & mea cœdenie in cōstantem virum.

Vota dubia  
& mea cœdenie in cōstantem virum.

253.

4. n. 9. *Nauar. in sum. cap. 12. n. 59.* Henrig. lib. 11. de matr. cap. 15. n. 8. *Leff. lib. 2. de Iusti. ca. 40. dub. 18. n. 127.* *Bonac. de legib. disp. 4. qu. 2. pu. 7. §. 4. n. 17.* Negat Suarez. cit. num. 4. Vetus cum hæc Suarez. opinio non sit certa, sed potius contraria probabilis, sequitur, posse tale votum ab Episcopo dispensari, ut incertum, & controvèrsium.

Certum 8. posse Episcopum in voto castitatis dispensare, ad euitandum imminens periculum incontinentiæ, vel quocunque aliud scandali periculum, aut grave damnum; nec sit facilis ad Pontificem recursus: ita communiter apud Sanch. cit. à n. 32. Ratio: non debent fidèles in necessitate opportuno remedio desistunt. Notat n. 38. idem, si facilis sit ad Legatum recursum, qui ex commissione Pontificis potest in his votis dispensare, vel ad quemcumque alium hoc priuilegio gaudentem, non posse Episcopum dispensare: quia tali casu cessat necessitas, ob quam solam potest. Notat cum Suarez. idem n. 42. hanc commut. vel dispens. non se extendere

vltra quam necessitas postular. Quo fit, vt si cum adstricto castitatis, vel Relig. voto dispensetur, ineat mariti, non possit soluto matrim. ad 2. nuptias transire, nisi duret eadem, vel noua ureat necessitas, vt cum eo iterum dispensetur. Circa

Potestate de-  
legata ad  
quam princi-  
legium alio  
rum non se  
extendit.

255.

hac autem vota, quæ necessitatis tantum causa ab Episcopo dispensantur, nihil potest confessari virtute iubilei, vel Religiosi, qui ex speciali priuilegio habent, vt possint commutare, vel dispensare vota, quæ Episcopus potest cum suis subditis. Ratio: hac non dispensantur ab Episcopo auctoritate ordinatiæ, sed delegata, nomine & vice Pontificis, per benignam ipsius voluntatis interpretationem. 9. Potest Episcopus dispensare in voto Religionis à sede Apost. nō approbatæ, etiam si in ea emissa sint tria vota paupertatis, castitatis & obedientiæ. Ratio: hoc votum intelligitur de vera Religione, qualis sola est à sede Apost. approbata. Inter quas merito numeratur Religionis Equitum S. Ioan. in qua tria

Velit votens votum suum votum solum Pontifici reseruatum, nec ab alio dispensari posse, adhuc in eo posse dispensari ab alio, quam à Pontifice. Ita Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 21. n. 16. Azor. tom. 1. moral. lib. 11. cap. 19. q. 15. Sanch. tom. 1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 13. Bonaci. de legib. disp. 4. q. 2. punt. 7. §. 4. n. 21. Ratio: non est in potestate subditi auctorite facultatem dispensandi à superiore, vel ab ijs qui illa ex priuilegio participant: ergo et si votens voluerit suum votum Pontifici reseruatum, non tollitur ab Episcopo, vel à priuilegiatis in eo dispensandi.

DUBITATVR I. An possit Episcopus dispensare in votis reseruatis pœnaliibus. Pœnale votum est quod non emititur ex affectu rei promissæ, sed solum in vindicta & odio, velut cum quis ut facilius abstineat à peccato, Religionem aut castitatem sub pœna voteret, quod duplicitet sit; vel utrumque simul vouendo, & peccati vitationem, & Religionem in pœnam transgressionis voti facti, hoc pacto: *voueo me nunquam fornicaturum, sub pœna Religionis profienda*: vel vorendo solam Religionem in pœnam, & peccati vitationem in conditione ponendo, sic: *Religionem voueo, si fornicatus fuerero*. Vtique modo emissum votum, non est per se directe ad Religionem, cum ad illam non feratur amore ipsius, sed potius ex odio, ne illam peccando ut rem exosam cogatur profiteri. Cæterum, ut bene Sanch. cit. n. 87. inter hac vota non intelliguntur ea, quæ absolute emituntur, etiam si non sponte, & ex Religionis affectu, sed quasi coacte ad aliquod malum vietandum, vel bonum prosequendum, nuncupantur: eo quod talia vota non deficiunt in intrinseca perfectione actus, licet cum aliqua repugnantia ad rem promissam ferantur: sed sola imperfectione, si qua est, tenet se ex parte causæ impellentis, quæ extrinseca est voto: proinde nequit in his Episcopus dispensare: cuiusmodi esset votum vel tempore naufragij emissum, vel ad euitandum periculum latronum. Eadem ratio est, si quis Religionem voleat ad euitandas frequentes voti transgressiones de non fornicando: cum huiusmodi votum non solum sit absolutum, sed etiam in Religionem feratur ut in bonum & medium medicinale. Quæstio igitur est de votis purè pœnaliibus sub conditione de futuro emissis.

Status quo-  
tionis.

257.

Prima sent. absolutè negat, in his votis possit Episcopum dispensare. Authoræ suppressio nomine à Philiachocitatos refert Sanch. lib. 8. de ma-

trim. disp. 10. n. 6. Quia neque ante, neque post adimpleram conditionem potest Episcopus dispensare: non ante, quia pendente conditione, votum nondum est, ut potest à conditionis eventu pendens: quod autem nondum est, tolli nequit. Nō post: quia sicut nequit dispensare in voto Relig. quod quis emitit in pœnam ob peccata iam commissa, ita nec in voto Relig. quod sub conditione, si peccauerit, emitit: cum utrumque sit pœnale, & directe nō feratur ex amore Relig. sed ex solo affectu virandi, aut vindicandi peccatum.

Secunda affirmat, posse Episcopum ante conditionem impletam, non post: ita Sotus lib. 7. de Iust. q. 4. ar. 3. Vnum. licet 2. partem dubius assertat, Navar. in sum. cap. 12. n. 43. vers. prepositio, Conarr. de pacis par. 1. f. 3. n. 12. De Graffij. 1. par. moral. decis. lib. 2. cap. 28. n. 3. Azor. tom. 1. moral. lib. 11. cap. 10. q. 3. Probant: Aut votum est de vitando peccando sub pœna ingrediendi Religionem; & sic ante commissum peccatum pœna non incurritur, cum hac sit accessoria, quæ non incurritur, nisi principali incuso. Confit. Qui habet potestatem in ipsum principale, habet in accessoriis: sed Episcopus habet potestatem dispensandi in voto principali non fornicandi, ex. gr. ergo etiam in accessorio Religionem ingrediendi. Aut votum solum est de pœna, ut promitto me Religionem ingressum, si fornicatus fuerero: & eadem militat ratio: quia conditione non adimpleret, obligatio non incurritur, proinde antequam incurritur, commutari poterit. Adimpleret vero conditione, votum sit absolutum, non minus quam si illud ab initio fuisse purè missum, ut constat in contrahibus humanis sub conditione celebratis, qui purificatæ conditione, transeunt in absolutos, non secus ac si à principio absolutè initi fuisse.

Non post adimplerat conditionem, votum sit absolu<sup>tum</sup>, non minus quam si illud ab initio conditum sit. Tertia affirmat, posse in huiusmodi votis, ante & post adimpleram conditionem Episcopum, sententia dispensare, siue pœna sit in cursa, siue non: affir. ante. & Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 6. Ludo. Lopez. 1. par. instruct. cap. 44. §. si autem, citans Medinam, & 2. par. de clauib. c. 9. §. Adde quod, vers. sequitur 4. tacito nomine referēt multos doctos neotericos, Tolet. in sum. lib. 4. cap. 18. fine, Sà de irri-<sup>258.</sup> tat. voti nu. 11. Valen. tom. 3. disp. 6. q. 6. punt. 7. vers. item possunt: quamvis tres postremi abso-<sup>post. commun.</sup> lute dicant, huiusmodi vota, cum pœnalia sunt, posse ab Episcopo dispensari, non distinguendo, an etiam post adimpleram conditionem: Suarez tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 23. Lessi. lib. 2. de Iust. cap. 40. dub. 18. n. 130. Sanch. tom. 1. moral. lib. 4. cap. 40. n. 91. Layman lib. 4. tract. 4. cap. 8. n. 9. Diana 1. par. tra. 11. resol. 53. & ali apud ipsum. Quæ sent. vti communior inter recen. teste. Suar. ita probabilior. Ratio desumenda est ex imperfectione, quam per se includit votum pœnale sub conditione missum, ut non censeatur Pontifici reseruatum: ut potest cui sola vota perfecta, quæ simpliciter & absolute nuncupantur vota, reseruantur. Consistit imperfectione in eo, quod votum pœnale nō sit missum ex affectu & amo-<sup>fundam</sup> re rei promissæ, sed potius ex odio & fugâ. Quippe votens ne fornicationem incurrit, imponit sibi in pœnam, religionem, ut eius obligationis contrahendæ timore à fornicatione abstineat. Qui actus, ut patet, non fertur directe in Religionem, propter ipsius bonitatem, sed potius ne eius obligatione ut sibi exosam incurrit, eam in pœnam sibi imponit; proinde nequit dici simpliciter votum Relig. cum non sit propter ipsam directe

directe emissum, sed propter aliud vitandum, cuius materia non est Pontifici reseruata.

Infero discrimen inter votū religionis emissum post patratum peccatum: nam hoc, etiam si emittatur in vindictam commissi, tamē affectus videntis directe fertur in Religionem, illam eligendo, non solum in pœnam commissi criminis, sed etiam ut medicinam præseruatiuam futuri peccati, proinde ex amore bonitatis ipsius, ut potentis à peccatis perseuerare. Quid si illa eligatur in pœnam duntaxat commissi peccati? Resp. adhuc fore discrimen: nam quando videntur in pœnam futuri peccati, videntis affectus directe fertur ad præcaendum peccatum, ad Religionem vero ut medium suā pœnalitate terrens, & auertens à peccato. Post commissum verò peccatum, videntis affectus directe fertur in Religionem, esto cum renitentia: quia fertur in illam ut in medium culpæ vindicatiuum, seu propter honestatem iustitiae (quo affectu reus sponte se pœnæ subijceret) non ab alio coactus, nisi ipso spontaneo affectu in pœnam commissi peccati: neque renitentia tolleret, quod minus Religio propter honestatem, quam haber, vindicandi, & corrigendi peccatum, directe eligeretur: cum illa non se teneret ex parte rationis, sed sensus propter difficultatem in ea apprehensam; quā non obstante, adhuc eligit religionem, propter honestatem iustitiae commissam culpam vindicantis.

Infers: ergo si pari modo quis ad futurum peccatum præcaendum Religionem videntur ut medium peccati vindicatiuum, tale votum non erit ab Episcopo dispensabile. Re&t;: ex Suarez 10.2. de Relig. lib. 6. cap. 23. num. vlt. vbi docet, si quis ad peccatum virandum, Religionem videntur, non in vindictam petcati, sed ut medicinam præseruatiuam peccati, tale votum non posse ab Episcopo dispensari: quia tunc videntis affectus fertur in Religionem, ut medium aptum ad præseruandum à peccatis, & non tantum ex timore, ne eius obligatio incurritur. Et quamvis Suarez videatur concedere, quod quando Religio videntur, ut pœna vindicatiua peccati, tollat perfecta natura voti, intelligendus erit, quando ad eam videntur directe non moueret honestas ipsa iustitiae vindicatiua eiusq; amor, sed potius imor obligationis incurrendæ à peccato deterrens; hoc 2. modo emissum votum deficit à perfecta natura voti, non primo.

Ad fund. primæ; esto ante impletam conditionem nondum sit votum Religionis perfectu & absolutum, est tamen imperfectum & conditionatum, quod ex iusta causa potest ab Episcopo dispensari, vel commutari. Habet præterea Episcopus potestatem dispensandi in voto pro fornicatione præcauenda, cui ex videntis intentione annexum est votum Religionis in pœnam, si peccatum committatur: subtrahit autem materiā per dispensationem voti de non fornicando, cessat votum Religionis in ea fundatum. Ad fund. secundæ, nego quoad partem; nam sub conditione emissum, adhuc conditione adimpletā, intrinsecè includit imperfectionem repugnantem perfecta natura talis voti, quæ est consensus in Religionem, non ex affectu honestatis in ea reluentis, sed ex timore eius obligationis incurrendæ.

ii. An possit Episcopus vota castitatis & Religionis pure conditionalia dispensare, vel commutare. Hæc vota conditionalia non pœnalia,

multipliciter nuncupari solent, eorumque radix pender à conditione, ad cuius variationem variantur vota ipsa sub conditione emissum. Porro conditio aliqua est apparenter tantum conditio, nempe quando consensum de presenti non impedit, sed solidam executionem in futurum differt, ut, *voueo religionem, si mens pater obierit:* sic enim non ex amore paternæ mortis, sed ex affectu religionis ipsam voueo: quod votum cum nequeat viente patre executioni mandari, eius executionem differo post patris mortem: proinde tale votum te ipsa absolutum est, & nequit ab Episcopo dispensari. Præterea quando conditio in contraru tacitè inest, siue ex natura rei, siue ex iuris dispositione, etiam si contrahente exprimatur, modò non aliter exprimatur, quā inest, consensum non suspendit. Exemplum primi: *voueo religionem, si vixero.* Exemplum secundi, si dicat filius impuber patri subiectus, *voueo castitatem, si mens pater consenserit:* etenim si conditio exprimatur, non reddit votum conditionatum: quia cum ea tacitè intelligatur in voto, non variat naturam voti: proinde si cā non expressa votum fuissest absolutum, etiam expressa, erit absolutum. Dixi, *nisi alter exprimatur, ac inest:* quia tunc ex intentione videntis redditur votum conditionatum, ut si æger dicat, non est. *voueo religionem, si superuixero:* nam hæc conditio exprimitur, aliter ac inest; sc. non simpliciter, sed ad mortem euadendam ex morbo imminentem: proinde votum erit merè pendens ex hac conditione, *si ex presenti morbo incolumis enaserit.*

Porro conditio, quæ tacitè non inest, alia est de presenti vel præterito, alia de futuro; & de futuro alia cōtingens, alia necessaria. Coueniunt omnes, conditionem de presenti vel præterito, vel de futuro necessariam, consensum non suspendere, proinde votum esse absolutum, & ab Episcopo indispensabile, si sit in materia Pontifici reseruata: ut, *voueo religionem, si hoc peccatum à me commissum, sit mortale: primito, me religio-ingressurum, si sol cras orietur.* Ratio: in his intentione videntis non est, consensum in religionem suspendere, donec conditio adimpleatur, cum iam supponatur te ipsa existens: nisi fortè intentione videntis sit, consensum suspendere usque ad noticiam conditionis existentis: ut si dicat, si cognouero hoc peccatum à me commissum, esse mortiferum, religionem voueo: quia tum votum emit-  
titur dependens à futura notitia peccati commissi, an sit mortiferum. Sola ergo controversia est, an quando votum non pœnale emititur sub conditione de futuro contingenti in materia reseruata, possit ab Episcopo, vel à quoque delegatam potestate habente dispensari.

Prima sent. affirmat, tale votum tam ante, quā post conditionis eventum ab Episcopo dispensari posse: ita Sanch. li. 8. de matri. disp. 10. qua Sanch. num. 13. & 10.1. moral. lib. 4. cap. 40. nū. 99. pro qua citat Anto. Gomez, ret. à Ledes. & alios: Cui faciat Toletus in su. lib. 4. cap. 18. num. vlt. vbi universaliter docet, vota conditionata, vel pœnalia in materia reseruata, non censi Pontifici reseruata: sequitur Diana 1. par. tract. 11. resol. 54. Prob. omnia ea vota, quæ propter suam imperfectionem, deficiunt à perfecta natura castitatis & Religionis, non sunt Pontifici reseruata: cū reseratio ut odiosa sit restringenda ad vota perfecta. Talia sunt vota conditionata, etiā non pœnalia castitatis & Religionis: quia consensus sub conditione de futuro, est per se & intrinseca sua

259.  
Non est pr  
ratio de vo  
to post pecc  
atum.

260.  
Bonæ coseq.  
ex doctrina  
Suarez

Dupliciter  
quis vobis  
relat, in vi  
distam con.  
mutandi  
peccatis.

Ad 1. & 2.  
sententia  
fund.

261.  
Dubium 2.  
latentium do  
votu purè  
conditio na  
lib.

Condition ap  
parenter

Alia tacitè  
inest.

262.  
Subdenuiso  
nes.

Controver  
sia.

263.  
Sens. pro

citas sue  
status ab  
diffimis.

Prob. 10.

*8*  
sua natura imperfectus, quippe qui suspensus est usque ad euentum futuræ conditionis, dependeret à qua elicetur. Quæ imperfectio ex tali consensu, ut ex radice orta intrinsecè imbibitur in ipsa obligatione, quæ per conditionis euentum facta est absoluta: cùm semper verum sit dicere, hæc obligatio ut ex radice ortum habet ex consensu conditionato imperfecto. Quare in his votis non solum habenda est ratio obligationis iam contractæ post adimpleram conditionem, sed præteriti etiam consensus, ex quo hæc obligatio originem dicit: igitur si ille fuit imperfectus, etiam obligatio ex illo secuta, censenda erit imperfecta. Confir. si non est habenda ratio præteriti consensus, ex quo præsens obligatio contrahitur, neq; vota pœnalia castitatis & Religionis poterunt ab Episcopo dispensari: nā etiam hæc post conditionis euentum transiunt in absoluta. 2. Non solent huiusmodi vota emitti ex directo affectu castitatis & Religionis, sed potius ex affectu rei, ad quam consequendam, vel vitandam votum emittitur.

Prob. 2.

264.

2. Sent. ne-  
gans.

Fundam.

Confirm.

3. Sent. di-  
fingueus.

Definitur.

265.  
Post condi-  
tionem nullæ  
dispensatio

Secunda sententia negat, ea dispensari, aut commutari ab Episcopo posse, ante, aut post adimpleram conditionem: *Sotus lib. 7. de Iusti. q. 2. ar. 1. ad 4. Nauar. in sum. cap. 12. n. 43. vers. prepositio, Lud. Lopez. 1. part. instrukt. consci. cap. 44. §. Vota ista, Azor. to. 1. moral. lib. 11. cap. 19. q. 13. fine, Valent. to. 3. disp. 6. q. 6. pu. 7. §. Item, & alij apud Sanch. cit. lib. de matri. disp. 10. num. 11. Funda. votum conditionatum non pœnale directè fertur in rem ipsam sub conditione promissam: per quod discriminatur à voto conditionato pœnali, quod per se directè non fertur in pœnam sub conditione promissam, sed in rem, ad quam præcauendam Religio, vel castitas sub pœna promittitur. Confirm. votum conditionatum non pœnale, est verum votum, tam ante, quām post conditionem adimpleram, cū illud vouentem obliget ad sui impletionem: ergo si erit de materia reseruata Pontifici, nō poterit nisi ab ipso dispensari.*

Tertia affirmit, posse hæc vota ante conditionem impletam ab Episcopo, vel quoque delegatam potestatem habente dispensari, non post conditionem impletam. Hæc est communior, *Suar. to. 2. de Relig. lib. 6. cap. 22. nu. 11. Lessi. lib. 2. de Iusti. cap. 40. dub. 18. num. 131. Laymann lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 10. Bonal. de legib. disp. 4. q. 2. pu. 7. § 4. n. 17. vers. Dixi, conditio sit adimplenta, Filluc. tom. 2. tract. 2. 6. cap. 9. n. 267. Ponii. lib. 8. de matri. cap. 9. num. 7. & alij præter citatos pro 2. sent. qui hanc saltem quoad 2. partem sequuntur: hæc sent. verior. Prior pars contra 2. sent. prob. ante conditionem impletam non est votū perfectum, neque obligat immediate & directè ad rem promissam, sed ad expectandam conditionem, sub qua res est promissa. Vnde talis consensus ob suam imperfectionem non parit in sponsis impedimentum publicæ honestatis, cap. un. de spons. in 6. fine: *Si quis sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis euentum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de presenti, cum secunda remanere debet: cùm ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem nulla publica honestatis iustitia oriatur.* At sola vota perfecta castitatis & Religionis ex communi Doctorum interpretatione reseruantur Pontifici: ergo.*

- Posterior pars constat i. à paritate humanorum contractuum, sub conditione de futuro ce-

lebratorum, qui purificatà conditione, in iure non minus censentur perfecti, quām si à principio fuissent absolute celebrati, L. Potior, ff. Qui posteriores in pign. fine primi. Cū semel conditio extitit, perinde habetur ac si illo tempore, quo stipulatio interposta est, sine conditione facta esset, & cit. cap. un. de spons. in 6. vbi definitur, quod sponsalia sub conditione contracta, impedimentum publicæ honestatis inducant post extantem conditionem, non secus ac sponsalia absolute inita, ut glossa explicat ver. Ante: secus si post: quia tunc non deesset assensus: sed esset perinde ac si à principio pure contractisset. Ex quibus clarum est, nullum tam leges canonicas, quām ciuiles discrimen agnosceret inter contractum conditionatum post adimpleram conditionem, & absolute celebra- tum. Imò omnes effectus, quos pariunt contra- à posteriori dus absolute celebrati, pariunt contractus sub manifestum conditione initi post adimpleram conditionem. Cum igitur votum, teste S. Tho. sit quidam contractus initus inter hominem & Deum, quo homo certum offert Deo obsequium sub conditione, si vicissim ipse optaram gratiam consequatur à Deo, purificatà conditione ex parte Dei, contractus transit in absolutum, non minùs perfectum, quām quiuis humanus contractus.

2. Aut talis contractus deficeret à perfecta natura contractus ratione consensus conditionatus, aut ratione modi tendendi in rem sub conditione promissam. Non ratione consensus conditionatus; alioqui nullum votum conditionatum, neque ullus contractus humanus sub conditione celebratus, esset perfectus: quod falsum est (aduers. non negantibus). Et de contractu humano, ostensum: De voto pure conditionato, prob. cū quis vovet se Religionem ingressum, si pater consenserit, votum est conditionatum: & tamen consentiente patre, votum obligat, non secus ac si à principio fuisset absolute. Quod si dicas, conditionem, quæ tacitè inest, expressam nō reddere votum conditionatum. Contrærerit: tū quia non semper tacitè inest talis conditio, quando nimium filius est emancipatus, & extra potestatem patris: tū quia quando conditio, quæ tacitè inest, aliter exprimitur, ac inest, reddit contractum conditionalem: quod tunc accedit, quando contrahens conditionem tacitè inexistente ignorat, vt Sanch. facetur. Et ratio demonstrat: nam consensus conditionatus, et si ante impletam conditionem sit imperfectus, ut potè barenus & suspensus, purificatà tamen conditione, est perfectus, non minùs quām si à principio fuisset absolute. Nam hoc vult ut consensus sit efficax & absolutus, conditione extante, & non aliter: si conditio de futuro extabit, & pro tempore, quo extabit: cū non minùs in uno, quam in altero casu consensus feratur absolute in rem promissum extante conditione, eaque non extante ex intentione vountis maneat suspensus. Nec refert, quod conditio de præterito vel presenti in re non sit suspensa: nam esto conditio ipsa in se sit determinata, non tamen est determinata in mente vountis: vountis autem non præbet consensum, nisi sub conditione à se apprehensa, quæ quādum apprehensa non est ut determinatè existens, consen-

- consensum non præbet absolutum, sed conditionatum. Confir. etiam in hoc consensu, si conditione re ipsa existat, involuitur aliqua suspicio, quæ per aduersarios est radix imperfectionis conditionati consensus.

267.  
Non deficit  
à perfecta  
natura con-  
tractus.

Non ratione modi tendendi: nam per votum purè conditionatum non pœnale, voulens dire & fertur in rem promissam, propter ipsius bonitatem. Nam licet idem ut in finem potius tendat in illud, propter quod Religionem voulens, tamen in illam tendit ut in medium aptum ad talē finem consequendum. Nimirum qui Religionem voulens, si incolumis ex infirmitate, vel naufragio evaserit, vult incolumentem ut finem, & Religionem ut medium obtinendi à Deo talē finem: hoc autem non tollit perfectam voti naturam: ut constat de voto, quo quis ad præcauenda peccata, Religionem eligit ut medium ab ea præcauenda, vel quo eam voulens ut medium ad honores consequendos, vel ad infamiam vitandam. Huiusmodi enim vota, aduersario etiam consentiente, à perfecta natura voti non deficiunt, proinde ab Episc. vel alio delegatam potestatē habente dispensari nequeunt.

Teſtim. de  
Sanct. b.

Concludo, hanc sententiam adeò mihi veram videri, ut nisi oppositam apud Tho. Sanchez assertam legerem, vix probabilem, & in præsequendam putarem: cùm & Doctorum auctoritate, & efficaci ratione destituatur. Existimo tamen illam, vel solius huius Doctoris auctoritate probabilem: cuius doctrinam, & eruditionem, & singularem diligentiam in examinandis auctorum sententijs, iisque feliciter acre ac prudens iudicinm, nemo est qui non miretur. Sed quod adhuc magis in eo mirandum censeo, est, intante doctrina eruditione tanta tamq; singularis modestia, ut non refugiat exprestè fateri, que ab alijs accepterit, suam cuique auctori laudem tribuendo, neminem taxando, omnes iuxta propriam cuiusque doctrinā efferendo: quod in paucis nostri temporis auctoriis est reperire. Proinde merito sola ipsius auctoritas apud me sufficit, ut contrariam sententiam probabilem putem: et si illam etiam probabilem censeat Lessius.

268:  
Ad primas  
finis supd.

Ad fund. primas, nego huiusmodi vota deficerere à perfecta natura voti, ut non censeantur Pontifici reseruata. Neq; materia odiosa restringere potest, quod vel communis sapientum calculo, vel solidis rationibus constat esse Pontifici reseruatum. Cæterum nego, consensum conditionatum esse imperfectum tempore conditionis extantis, in ordine ad quod considerandus est voulentis consensus. Ad 1. ostensum est, secundariò tendere ad rem promissam per modum medij vtilis ad finem, non esse contra perfectam naturam voti. Solum enim votum pœnale deficit à perfecta natura voti, eo quod nullo pacto directè fertur in rem sub pœna promissam, sed potius ab ea auertitur, ut à pœna afflida: & solum promittitur, ut timore ipsius voulens à peccato arceatur. Ex his patet ad confim. non idem votū pœnale deficit à perfecta natura voti, quia haberi debet ratio præteriti consensus conditionati, sed quia eius consensus, neque sub statu conditionato, neque sub statu absoluto directè fertur in rem promissam propter aliquā bonitatē.

Ad secundas. In ea relucem. Ad fund. secundas; nego votū conditionatum ante impletam conditionem esse perfecte & simpliciter votum, vel illud obligare ad impletionem sui, sed solum ad expectandam conditionem.

III. An votum sub disjunctione emissum, cuius altera tantum pars reseruata est, possit ab Episcopo dispensari. ut votum emissum sub disjunctione vel ingrediendi Relig. nem, vel ad sacros Ordines ascendeudi. Affirmant communiter, dum res est integra, & ad neutram partem ex intentione voulentis determinata: nam tunc si ex intentione voulentis votum sit ad materiam reseruata determinatum, non poterit amplius ab Episcopo dispensari. Nititur haec sent. regul. 70. iuris in 6. In alternatiis, debitoris est elec̄tio: & sufficit alterum adimpleri. At voulens est debitor; ergo ipsius erit alterutrum eligere. An quando pars non reseruata redditā est impossibilis, teneatur voulens ad partem reseruata: Resp. affirmatiū: quia votum semper obligat eo modo quo potest: ergo cùm hic vi voti sub disjunctione emissi obligetur ad illud seruandum, nec illud seruari possit in materia non reseruata, seruandum erit in reseruata.

An huiusmodi votum possit ab Episcopo ordinariā potestate dispensari. Affirmant *Suar. 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 2. n. 4. Sanch. cit. n. 44.* quia

270.  
Laurentius  
dub.

tale votum non ex natura sua, sed per accidens, & tātum ex facto obligat in materia reseruata. Confir. tale votum non fertur ex intentione voulentis directe in materiam reseruata, sed solum ex necessitate, & defectu materiæ non reseruatae. Contrā: qui ad præcauendum peccatum *Explicatur* Religionē promittit, votum emitit ab Episco- diffic. po indispesabilē: ergo & qui deficiente materiā non reseruata ad vitandam transgressionem voti de alterutra materia implenda, reseruata materiam eligit, votum emitit ab Episcopo indispesabilē: quia hic eligit materiam reseruata, ut medium utile ad transgressionem voti vitandam. Confirm. Ideo qui ad præcauendam *A contrario* fornicationem, Religionem in pœnam promit- sensu. tit, votum Pontifici reseruatum, quia voulentis affectus non fertur directe in Religionē, sed in fornicationem vitandam: sed qui deficiente materiā non reseruata, ad evitandam emissi voti transgressionem eligit materiam reseruata, Disting.. duplex vo- & aptum ad voti transgressionem præcauēdam. tum

Distinguo duplex votum tali casu; alterum, quod voulens ab initio emisit de alterutra materia seruanda: alterum, quod redditā materiā non reseruata impossibili, de nouo emitit, eligendo materiam reseruata, alijs non electurus, ut votum sub disjunctione prius missum non violet. Porro sent. *Suar. & Sanch.* vera est, quoad 1. votū non quoad 2. Prior pars prob. cùm tale votum maneat quoad 1. suam naturam inuariatum; sicut à principio poterat ab Episcopo dispensari, ita & post, cùm adhuc ex se maneat ad neutrā partem ex intentione voulentis determinatum. Neq; obligatio seruandi materiam reseruata, sequitur ex natura talis voti per se, sed ex mero facto, & propter defectum materiæ non reseruata. Posterior prob. posterius votum ex noua & positiva intentione voulentis directe & determinate fertur in materiam reseruata, ut in medium ad peccauendam prioris voti transgressionem: ergo nequit ab Ediscopo dispensari, cùm sit eiusdem naturæ, cuius esset, si à principio fuisse ex intentione voulentis ad talē materiam determinatum. Nec refert, quod voulens non esset illam electurus, si altera materia adesset: nam hoc non tollit, quin de facto, & re ipsa illam eligat ut medium ad evitandam prioris voti transgressionem;

sonem, ut constat de voto emisso tempore naufragij, quod alias vouens non fuisset emissurus.

**IV.** An possit Episcopus dispensare in singulis omnibus & votis partialibus castitatis, ex quibus omnibus simul consurgit unum totale totius materiarum castitatis obligatorium: ut si quis 1. votum emitat non nubendi; 2. non fornicandi; 3. abstinendi ab omni actu venereo illicito: ex quibus consurgit obligatio circa totam materiam castitatis. Ratio neg. licet qui singula parua furta committit, non obligetur ad restitutionem pro singulis, obligatur tamen, cum primum peruenit ad ultimum, quod cum precedentibus compleat materiam grauem. Ergo a pari licet dispensari quis possit in singulis votis partialibus castitatis, haud tamen poterit, ubi primum emiserit votum, quod simul cum alijs compleat totam materiam castitatis, esto id vouens non intendat.

Ratio affir.

Distinctio.

Confr. 1.

Confr. 2.

Ad rationem neg.

Dubium 3.

pensari. Pro affirm. parte; tale votum est imperfectum, cum sit de Religione tantum proficenda, non profitenda: sicut est imperfectum votum castitatis, vel ad certum dumtaxat tempus emissum, vel ad unam tantum partem castitatis seruandam. In hanc sententia inclinare videntur *Couarr. de paclis par. 1. §. 3. ad finem, citans alios*, ubi tale votum appellat imperfectum, *De Graffis par. 1. decis. lib. 2. cap. 24. num. 4. §. 6. & videtur S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 4. corp. Caiet. ibid. ad 3. dub.* ubi docet, posse vouentem ad ingressum tantum Religionis se obligare, ut eam experientur cum libertate in ea manendi, vel non manendi: quo casu absoluto nouiciatu, liberum esset vouenti exire. Ratio: votum non obligat, nisi in quantum vouens per illud intendit se obligare.

At dicendum, tale votum non esse ab Episcopo dispensabile. Dicor; hæc conditio tacite inest in voto Religionis; neque exprimitur aliter, ac inest: ergo si non expressa non reddit votum ab Episcopo dispensabile, neque expressa illud reddet. Antec. constat ex cap. Statuum de Regul. ubi Gregorius IX. liberum ius reliquit nouitijs, ut possint infra annum ante habitum Religionis suscepimus ad sæculum redire. Idque etiam confirmat Trident. sess. 25. cap. 16. quæ, veniam in libertate habeant ante habitum Religionis suscepimus, ad sæculum redditum, prohibet parentibus, propinquis, & curatoribus, de tempore nouiciatus, praeter viatum & vestitum aliquid ex ipsorum bonis ijs tribuatur, ne hac occasione difficultis eis reddatur post probationem ad sæculum redditus. Confir. qui Religionem vovet, censetur illam vovere secundum iuris distinctionem: nisi forte vouens, nisi expressè intendat non tantum Religionem experiri, sed eam profiteri, in eaque perpetuè perseverare: quia tunc ex eadem iuris dispositione non est vouenti liberum exire, ut Gregor. IX. & Innoc. III. cap. Consulti, cod. tit. decernunt.

**Dicas:** esto quando quis vovet Religionem simpliciter, intelligatur illam vovere iuxta dispositionem iuris, quod liberum relinquit nouitio post probationem ad sæculum redditum: nil tamen prohibet, quin possit vouens voto se tantum obligare ad Religionem probandam, non profitendam: quo easu vouens conditionem exprimeret aliter ac inest: inest enim, ut post probationem possit Religionem relinquere, si sibi ob aliquam conditionem probata non fuerit: hic autem vovet, quod etiamsi Religio per omnia probetur, nihilominus possit illam absque voti violatione deserere. Resp. votum probandi Religionem cum expresso animo se non obligavit, reprobationis causa nullam causam deserendi in ea reperta fuerit, illicitum est: est sine causa, enim vouere ad non sequendum id, ad quod fidelis probatio, qualis esse debet Religionis, iure naturæ obligat; sc. ad ingredientiam Relig. si in ea nulla reprobationis causa reperta fuerit. Ideo tale votum non erit Religionis, et si in foro externo presumitur esse.

Ex his infero cum Caiet. cit. fine dub. 3. lethali-  
ter peccare, qui voto de Religione probanda Dicrimen  
emisso, illam deserit, nullâ causâ reprobationis ingrediens  
inuentâ: quia facit contra votum, quod supponit  
nitur emissum de probatione facienda bona si fine.  
de; peccare tantum venialiter, qui nullo emissu  
voto Religionem ingreditur; eamque nullâ reprobationis causâ inuentâ, deserit: eo quod  
præcisò voto, ad illam profitendam sub mortali  
non

non tenetur. Solum enim peccat, quia sine causa relinquit, quod sub conditione probationis sequendum elegerat: quod venialem culpam non transcendent. Porro inter causas rationabiles Religionem relinquendi *Caiet.* ponit hanc, si probata Religio sibi pariat minorem fortitudinem animique robur ad perseverandum in ea. Addit *Sylvest.* ver. *Relig.* 2. q. 19. ex sent. *Richardi* faciascere voto, qui Religionem ingreditur animo exequendi, cum voluntate tamen operam dandi, ut Deus suum propositum immutet.

*Ad argum.* Ad argu. pro affir. esto perfectius sit votum, quo quis se obligat, non solum ad Religionem experiendam, sed etiam profitendam, in eaque perseverandum; adhuc tamen vel solum votum de Religione experienda est Pontifici reseruatum: quia est votum de ingressu Religionis secundum iuris dispositionem, iuxta quam emisum votum Pontifex sibi reseruat. Neq; citati *Auctores contrariam* docent sent. sed solum huc vota distinguant, nil incidentes, quae inter ea sint, vel non sint Pontifici reseruata.

276. *Dubium 6.* An possit Episcopus dispesare in voto perseverantie in religione? proponit *Sanct. 10. 1. moral. lib. 4. c. 40. n. 75.* & affirmat *eum Hostien.* quia votum perseverantie est virtute diuersum a voto Religionis: hoc. n. solum obligat ad ingressum Religionis, a qua sine voti violatione exire potest, si in ea aliquam conditionem inueniat, ob quam iusta causâ duces illâ non profitetur. Illud vero obligat ad perseverandum, quacunq; austernitate repertâ non obstat. Confir. qui dispensat in Religionis perseverantia, non dispensat in substantia Religionis, sed in qualitate ei adiuncta, quæ nullibi reseruata legitur. Docet præterea, posse Episcopum in tali voto dispesare, tam ante ingressum Religionis, non quidem ne ingrediatur, cum in hoc non possit, sed ne ingressurus in ea perseueret, si iusta causa non perseuerandi; quam post egressum, si ex iusta causa fuerit egressus; secus, si absque iusta causa. Vnde in 1. calu voulens dispesatus in voto perseverantie, non tenetur ingressum repetere: eo quod voto de Religionis ingressu, in quo dispensandi potestatem Episcopus non habet, satisfecit. In 2. quia voto Religionis non satisfecit, quod obligabat ad non exendum sine iusta causa, tenetur iterum Religionem ingredi: cum Episcopus potestatem non habeat in voto Religionis dispensandi. Hæc ferè *Sanct.* omnia probilla, vel eo saliē titulo, quod contraria sent. recta non est. Vnde iuxta reg. traditam, quoties sunt probabiles sent. de voti reservatione, in praxi censetur non reseruatum; eo quod Pontifex ea tantum vota sibi reseruat, quæ inixa sapientium estimationem non sunt certò reseruata; non quæ sunt dubia, vel sub probabili opinione posita.

277. *D. b. 10. 7.* An possit Episcopus dispesare in dilatatione voti Religionis, vel cuiuscunq; alterius Papæ reseruati. Conuenit, posse in dilatatione voti Religionis dispensare, 1. vrgente necessitate, nec faciliter ad Papâ recursu patente, vt legatum Apost. ex benigna Pontificia voluntatis interpretatione: quo casu non potest Confessarius virtute iubilei, vel alius delegatam potestatem habens. 2. si executio voti reddatur pro aliquo tempore impossibilis, vt si Religionis voto astriclus, debeat subuenire parentibus agentibus, suum morbum curare, aut negotium alicuius momenti perficere. Quin in huiusmodi casibus voulens ipse sine Episcopi dispensatione, propriâ autoritate, Religionis ingressu differre poterit: nā his casibus

Religionis dilatio ita, licet subintelligitur in voti emissione; similiter, si impedimentu ingrediendi fiat perpetuum, vt si voulens membrum amittat, quo redditur Religioni inhabilis. Sola quæstio restat, an extra hos casus possit ordinariâ potestate Episcopus in voti reseruati dilatione dispensare. Negat *Suar. 10. 2. de Relig. lib. 6.* Negat *Suar. 6. 26. n. 11.* & 12. quia hoc repugnat praxi & con*bus ductus* suetudini. 2. dispensare in voti dilatione, est dispesare in aliqua circumstantia, quæ voti substantia multum attingit: est. n. differre totâ voti obseruantia pro aliquo tempore. 3. posset per huiusmodi dispensationes multiplicatas votu frustari: nā si prima dispensatio valuit per annum, valebit & secunda, vrgente eadē causâ, & sic deinceps. 4. facile possunt post huiusmodi dilatione mutationes contingere, quæ voti obseruantiam omnino impediāt.

Affirmant probabilius *Sanct. 10. 1. moral. lib. 4. c. 40. n. 76.* *Layman lib. 4. tract. 4. c. 8. n. 8. ad finem.* 278. *Bonaci. de legib. disp. 4. g. 2. pu. 7. g. 4. n. 21. vers. 6.* *Affirmantib. Diana par. 1. tr. 11. resol. 80.* & alijs ab ipso cit. modò periculū nō sit, vt per huiusmodi dilatione votu frustretur: quod esset, si votu differretur ad tempus diurnum. Requiritur tamē iusta causa, vt Episcopus, vel quicunq; alijs delegatâ potestate habens huiusmodi dispensatione concedat: cum hoc per se requirat facultas dispensandi: secus si cōmutaretur, & commutatio fieret in evidenter melius aut saltē in probabilitate equalē: quin iuxta iusta principia possit voti propriâ authoritate in evidenter melius hanc cōmutationem facere. Fund. hoc non est dispesare, vel commutare ipsam voti substantia, sed solum circumstantia temporis, indisponsata, vel incōmutata manere voti substantia, opportuniōri tempore execuēda.

Ad 1. arg. *Suar.* Resp. de consuetudine in contrariū non cōstat: & si cōstet, id fieri ad maiorem securitatem, quæ probabilitati alterius sent. non præjudicat: propter quā potest Episcopus, & Confessarius virtute iubilei huiusmodi voti dilatione cōmutare. Ad 2. & 3. patet, nā quando per multiplicatione dilationu periculum est, ne votu frustretur, nequid Episcopus dispesare: poterit, perseuerante causâ dispensandi, non semel, sed iterū, iterūque, citra periculū votu frustradi. Ad 4. Episcopi, vel dispesantis prudētię crit, perpēdere, antea post voti dilatione mutationes timeantur, quæ voti executionem omnino sint impedituræ.

VIII. An possit Episcopus dispesare cum eo, qui strictiore Religionē voulit, vt laxiore mingredatur. Negat *Nauar. de Regul. Comment. 4. num. 10.* *Dubium 8.* assertens solius Papæ esse, & non nisi iusta ex causa, in hoc dispensare. Affirmant *Palud.* in 4. dist. 38. qu. 4. concl. 5. fine, *Sylvest.* v. votum 4. q. 3. dist. 6. *Sotus lib. 7. de Iust. q. 4. ar. 3. g. in praesenti, vers. sequitur;* quā potestatē tribuit etiā Prælati Relig. res; ectu suorū subditorum. *Palati.* in 4. dist. 28. disp. 3. h. *Scito.* S. 4. de votis irrit. n. 11. *Henrig. lib. 7. de indulg. cap. 22. n. 7.* quam facultatem tribuit Provinciali Societ. IESV, vt commutari possit votu strictioris Religionis in votu Societatis, in compend. priuilei ver. commutatio, h. 3. *AZor.* to. 1. moral. lib. 11. cap. 18. q. 8. *Less. lib. 2. de f. iust. cap. 40. dub. 18. n. 133.* *Sanct. lib. 3. de matri. d. sp. 9. n. 17.* *ira proba-* & to. 1. moral. lib. 4. c. 40. n. 74. *Laymar. lib. 4. tr. 4. cap. 8. n. 8. ad finem,* *Bonac. de legib. d. p. 4. qu. 2. pu. 7. g. 4. n. 21. vers. 3.* *Pontius lib. 8. de matri. cap. 8. n. 25.* *Diana 1. part. tract. 11. resolut. 55.* citatur *Le-* *pez 2. part. Instruct. de clavibus cap. 9. ad finem.* sed ibi contrarium pr. rids insinuat, assertens, non posse vobis cruciatæ tale votum commutari. Hæc sent. verior: cum dispesare in

*Ad argu-*  
*menta Suar.*

279.

*Dubium 8.*

x

*Sent. procub.*

*ubio, vix*

*communis,*

*ira proba-*

*biliar.*

## Disput. XXI. De Iubileo. Sectio XVI.

324

in Religione arctiori, non scit dispensare in substantia voti, sed in circumstantia adiuncta.

**Infero 1.** non solum posse Episcopum cum suis subditis, antequam sint Religionem professi, arctiore relig. in laxiorem commutare, sed etiam Praelatos regulares cum suis subditis Religiosis, si post professionem votum emiserint strictioris Relig. Vnum huc aduerto, non posse, qui tantum commutandi potestatem habent; ut si ferè sunt confessarij tempore iubilei electi, tale votum commutare, nisi excessum arctioris Relig. commutent in aliquod bonū probabiliter illi à equale: quia cum non habeant potestatem dispensandi, nequeunt arctius votum in laxius commutare, nisi in alio bono àequivalenti suppleant maius illud bonum, quod reperitur in Religione arctiori. Contrà verò possunt commutare votum laxioris Relig. in strictiorem: quia hæc commutatio est in melius, quam propriâ authoritate facere ipsi videntes possunt.

**Infero 2.** si quis post strictioris Relig. votum emissum, propriâ auctoritate laxiorem ingreditur, eamque profiteatur, non teneri ad strictiorem, quam voverat, cōmigrare eo quod priori voto simplici derogatur per votum posterius solenne: pro prioritatem voto non adimplero pœnitentia erit imponenda: ita *P. M. d. in 4. dist. 38. q. 4. ar. 4. concl. 5. fine.* & *Graffij. 1. par. decis. lib. 2. cap. 24. n. 22. decilio Bonifacij VIII. in cap. penult. de Regul. in 6.* Qui post votum, inquit, à se de certa Religione intranda emissum, Religionem aliam etiam laxiorem ingreditur, & profitetur in ipsa, post voto non obstante priori, cui tanquam simplici per secundum solemne noscitur derogatum, manere licet in eadem. Pro voto tamen non completo erit eidem pœnitentia imponenda.

**3.** Non potest Episcopus dispensare cum Religioso, qui post solemnem professionem laxioris Relig. strictioris votum emisit, si talis Religio sit exempta, secus si sit Episcopo subiecta. Ratio: ad dispensandum requiritur iurisdiction, quæ caret Episcopus in Religionem exemptam.

**281.** An tale votum dispensare, vel commutare possit Confessarius virtute iubilei. Ratio affirm. hic virtute iubilei iurisdictionem dispensandi, vel commutandi accepit ab ipso Pontifice, cuius auctoritas se extendit etiam ad Religiosos professos. At dicendum, non posse. Quod indicat *Azor. tom. 1. moral. lib. 11. cap. 18. q. 8.* nam Religio per professionem ius acquirit in suos alumnos: at nullum priuilegium censemur concedi in præiudicium tertij: cum igitur hoc in maximum cedat præiudicium Religionis, in qua videntes votū strictioris Relig. emisit, non poterit virtute iubilei, vel alterius simplicis priuilegij dispensari, aut commutari. Solum igitur illū virtute iubilei poterit commutari, quo Religio ius nullum prius acquisiuit, ut de aliis votis in utilitatem tertij nuncupatis, *suprà.*

**282.** An possit confessarius virtute iubilei tale votum commutare emissum à nouitio ante factam professionem. Viderur non posse: quia licet in illum Religio nondum ius acquisiuit, cum hoc non nisi professione acquiratur, vel saltē per vota, quæ videntem verum Religiosum consti-  
guunt: est tamen in via ad illud acquirendum. Ad dicendum, tale votum posse virtute iubilei commutari; quia Religio nondum in illum ius acquisiuit: & confessarius virtute iubilei accipit à Pontifice potestatem illud commutandi. Par ratio est de Religioso inualidè professo: quia neque

in hunc Religio ius acquisiuit. An etiam possit Episcopus: luxta probabilitatem sent. quam doceo, nouitios non subiici Ordinario loci, sed Praelato Religionis exemptæ, dicendum, non posse, defectu iurisdictionis, quæ in eos iuxta hanc sent. Episcopus caret. Infertur, non posse virtute iubilei commutari votum strictioris Relig. factum à scholastico Societ. Iasv. post tria simplicia vota emissa: nam per hæc vota, quamvis simplicia, Religio ius acquirit in suos, ut constat ex bullâ *Gregory VIII. Ascendente Domino.*

*Coroll.*

**X.** An possit Episcopus potestate ordinariâ, & confessarius virtute iubilei dispensare, vel commutare votum castitatis, vel Religionis emissum à persona alterius potestati subiecta. Affirmat *Gutier. apud Sanchez lib. 8. de matri. disp. 9. nn. 4.* Prob. hæc vota irritari possunt ab eo, cuius potestati videntes subiecti, vt votum filij impuberis, à parente, vxoris à viro, serui à domino; ergo etiam poterunt ab Episcopo, vel confessario vi iubilei. nam hoc ipso quod vota possunt irritari non cœlentur perfecta, ac proinde Pontifici reseruata, cui tatum reseruantur vota perfecta. Confit. maior est potestas dispensandi quam irritandi: ergo si pater, vir, & dominus irritare possunt vota filij, vxoris, serui, poterit & Episcopus, vel alius delegatam dispensandi potestatem habens.

**At opposita sent. verior** *Sot. lib. 7. de Iustit. q. 5. ar. 1. §. Due vers. resp. Sanchez. lib. 8. de matrem. disp. 9. n. 4. Suar. 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. n. 3. Diana par. 1. strct. 11. de bullâ crucia. resol. 8. 4. & alij.* Fundam. est commune axioma utriusque iuris, à Negandum. diuersis non sit illatio. at potestas dispensandi, & irritandi sunt diuersæ rationis; illa fundatur in iurisdictione & subiectione spirituali gubernatione. Fundam. naturali; ergo etiā potestas dispensandi sit maior potestate irritandi, quia tamen illam non continet ut totum partem, vel ut genus speciem, non valet ab una ad aliam consequentia. nec vallet argumentum à potestate ad potestatem dispensandi: pater enim, vir, & dominus irritare possunt vota filij, vxoris, serui, non dispensare. Neque Pontifex concedens facultatem in votis dispensandi, vel commutandi, censemur illam concedere in præiudicium eorum, quibus videntes naturali subiectione subduntur. Ceterum falsum est, semper vota emissa à filio, uxore, & seruo, esse imperfecta, ac proinde Pontifici non reseruata. Dices. saltem ea dispensari poterunt, quando sunt imperfecta, defectu deliberati consensus. At neque tunc possunt ab alio irritari in præiudicium eorum, quibus videntes subiiciuntur.

## S E C T I O N E X V I I .

*Quid iuris habeant Religiosi ad arctiorem Religionem propriâ auctoritate transiundi.*

**D**ixi, ad strictiorem: nam ad laxiorem, vel à quæ strictam, manifestè sequitur, propria voluntate non posse, cum nequeat videntes Complementum propriâ auctoritate suum votum in àequale, aut suum doctrinæ minus bonum, sed solum in melius commutare. *n. 1.* Examinandum, 1. quid ius naturæ, aut diuinum in hac re Religioso concedat. 2. quid ius ecclæ.

**Quoad primum,** *Azor. tom. 1. moral. lib. 11. cap. 17.* *Quod q. 18.* videtur sentire, hoc priuilegium ad arctiorem Relig. transiundi competere Religioso tan- in re fe- rūtū iure eccles. ex cap. licet, de Regul. ubi con- ceditur Religioso professo facultas ascendendi ad strictiorem regulam. Cui accedit ratio: non potest Religiosus propriâ auctoritate suam Religio-

*ligio-*

*Animadver-  
tendum.*

*Alterum.*

*Aliud.*

*Subiectarius  
dubium:*

*Negandum  
ob ratione  
infirmitatem.*

*Adiuc. la-  
tentius dub.*

*Soluitur af-  
fir.*

ligionem priuare iure in ipsum ratione professio-  
nis acquisito, nisi accedat authoritas Pontificis.  
Confirm. nequit Religiosus Religionem priuate  
re, quam in illam per votum translulit; ergo nec  
personæ, quam professionis vinculo Religioni a-  
strinxit. Caietanus 2.2.q.88.4r.12. §. Ad huius euid.

**285.** **Affirmant.** docet, hoc priuilegium Religioso competere ex  
ipso iure naturæ, seu, ut Sanchez explicat tom.2. mo-  
ral.lib.6.cap.7.n.3. ex ipso iure diuino naturali. Ex  
quo infert Caiet. non opus esse Prælati authoritate  
ad huiusmodi votum commutandum, non obstan-  
te iure à Religione in professum acquisito: quia  
non propter ipsos, sed propter Deum data est  
Prælati, & Religioni persona. Vnde si constet  
Religioso, se gratius facturum Deo, si ad strictio-  
rem Relig. ascendat, id propriâ authoritate facere  
potest, ut potè qui Dei rem agit, à quo ad id fa-  
ciendum potestatem habet: requiritur autem Præ-  
lati licentia, non ad ipsum votum in melius com-  
mutandum, sed ob reuerentiam illi debitam. Quæ  
sent. vetior est; ex iure, quod quisque à natura, &  
Deo habet, suum bonum in melius promouendi, à  
quo iustè impediri non potest. Ad fundam. Azor.  
eo cap. Pontifex, ut bene Caiet. non cudit nouum  
ius, sed naturale & diuinum explicat, quo cuique  
vouentl licitum est, suum votum in melius com-  
mutare. An ad valorem talis commutationis ser-  
uandæ sint conditiones citati cap. infra. Ad ratio-  
nem: ius diuinum naturale de commutando voto  
in melius præualet iuri in personam à Religione  
comparato. Nam illud est ius Dei; hoc Religionis,  
quod non propter se ipsum, sed propter Deum in  
Religiosum per professum acquisuit. Est enim  
Prælatus in Religione loco Dei; & quod Deo gra-  
tius est spectare debet, potius quam quod Religio-  
ni utilius. Nec est par ratio de re, quam Religioni  
iū ex voto sibi solutam possidet: quia in re semel  
dono, aut voto in Religionem translata, non ha-  
bet amplius Religiosus ius: habet autem ius in suam  
personam voto Religioni astrictam, in aliam stric-  
tiorem transferendi. Quia persona per votum  
principaliter astringitur Deo, in cuius cultum &  
obsequium dedicatur, res principaliter Religioni,  
in cuius utilitatem cedit. Confirm. Religiosus vo-  
to rem suam in Religionem transferens, nul'um  
ius sibi retinet eam in melius commutandi: sicut  
retinet ius suam personam solemni voto uni Reli-  
gioni astrictam, in aliam transferendi: quia cum  
hoc ius cedat in maius bonum vouentis, & in gra-  
tius Dei obsequium, nequit eo se priuare.

**286.** **Quoad 2.** omni ferè tempore fuit in Ecclesia  
Dei usus, ut quiuis Religiosus aliquam iudicio Ec-  
clesiae designatam haberet Religionem, ad quam  
etiam post solemnem professionem in sua Religio-  
ne emissam, propriâ authoritate, licentiâ à Præla-  
to non petita, commigrare posset; eaque inter om-  
nes iudicata est Religio Carthusiæ, ex extra-  
uag Viam, de regul. Bullâ Pauli III. licer debitum Pastor.  
& aliis; quibus negant Pontifices Religiosis transi-  
tum ad aliam Religionem sine expressa licentia sui  
Prælati, Carthusiæ Ordine semper excepto,  
ad quem etiâ sine Prælati licentia transire possunt.

Hoc autem decretum primò moderatum fuit  
respectu Societatis Iesu à Pio V. tum viuæ vocis  
oraculo, tum Breui Apost. ac denuò confirmatum  
à Gregorio XIII. compend. priuileg. verb. Apost. -  
ta §. 11. ut si quù ex nostra Societate in Carthusiæ  
Ordinem transire vellet, tres ei menses præsiderentur:  
intra quos si non ingredieretur, vel non admitteretur, vel  
non perseveraret, redire teneatur, & non ei amplius liceat  
respectu Carthusia à Societate sine Præpositi eius consensu

Tom.VIII. De Punitentia, &c.

recedere: idque sub poena excommunicationis, &  
aliarum contra Apostatas fulminatarum, à quibus  
non nisi à Pontifice, vel à Generali Societatis ab-  
solvi posse decrevit. Quam gratiam prohibuit com-  
municari aliis Religionibus, quæ cæteroqui cum  
Societate sua priuilegia participant, ibid. 2. Idein  
decretum moderatum fuit per priuilegium à Pati-  
lo V. Religioni Carmelitatu Discalcedatorum co-  
cessum, ut sub poena excommunicationis ipso fa-  
cto incurrendæ nullus ex ea Religione ad Carthu-  
siam transire possit, nisi petita & obtenta à Supe-  
rioribus licentia. Quod priuilegium, sicut quæcum-  
que alia, siue concessa, siue concedenda à Sede A-  
postolica ceteris Religionibus, participat nostra  
Societas, vt declarauit Pius V. extrauag. Dum in-  
defessa. Cuius priuilegiij verba sunt: Insuper ut pra. Ex autogra-  
dictu Religiosis Discalcedatu à sui instituti prescripto discen pbo commu-  
nandi, & vagandi via per amplius præcludatur, statuimus, mibi Gracij  
& ordinamus ac in virtute S. Ob. dientia districte præcipi- an. 1648.  
mus, ut nullus ex ipsis de una in alteram Congregationem 23. Apr. à  
huiusmodi transire, recipi, & admitti valeat, & si secus RR. PP.  
scienter, vel ignoranter fieri conigerit, transire, ac rece- Discalceda-  
tio, & admisso huiusmodi nullius valoris & momenti cen-  
seatur: ipsaq; sic transiens, seu receptus, ad propriam Con-  
gregationem restituatur. Sed nec ullus eorundem fratrum  
Discalcedatorum post emissam ab eo in predicto Ordine pro-  
fessionem regularem, absque speciali pro tempore existente  
Romani Pontifici licentia de presentibus, earumq; data  
expressim, individuam, ac de verbo ad verbum mentionem  
faciente, ac ea legitima, & urgenti causa prius à predictis  
Cardinalibus super regularium reformatione, & visitatio-  
ne deputatis diligenter examinata, & approbata, ad alium  
quemcunque Ordinem mendicanum, & non mendican-  
tum, monachalium, seu Discalcedatorum, aut quarumcunque  
Religionum erectorum, vel erigendarum, etiam emis-  
sionis quarti voti, seu perfectionis, & humilioris vite & pra-  
sumptione, aut strictioris regula seu observantia praetextu,  
vel contemplative, aut alia quantumvis iusta & proba-  
bili, aut legitimæ causa, sub apostasia, & infamie perpet-  
uae nota, ac excommunicationis latere sententia poena ipso  
facto per contravenientes incurrenda, se transferre audeat,  
seu presumat, excepto dumtaxat Ordine Fratrum Cathu-  
sianorum, quatenus ad illum transiendum licentiam à suis Su-  
perioribus petierint, & obtinuerint: & quicunque secus  
ficerit, cum primum desuper monitus fuerit, nulla mora;  
aut excusatione, seu forensi contentione, vel appellacione  
interpositis ad propriam suam Congregationem redire, ac  
Superiorum suorum correptioni se submittere teneantur.  
Nec Prælati dictarum Congregationum, ac aliorum Ordini-  
num & Religionum huiusmodi ipsos sic translatos, seu fu-  
giitios & apostatas retinere; sed eos, etiam si nouam pro-  
fessionem regularem emiserint, sub priuationis suorum of-  
ficiorum, & munierum, ac similis excommunicationis poenis  
suis Superioribus, vel ab eis deputatis id requirentibus, &  
petentibus, statim absque iudicis ministerio tradere & con-  
signare debeant &c. Datum Roma apud S. Petrum sub an-  
nulo Piscatoris die 3. April. 1610. Pontificatus nostri anno  
no 5. Ad transiendum vero ad Ordinem Cathu. Hactenus  
sianum licentiam concedit solus Generalis; vt & priuilegiis  
in nostra Relig. supra. Hoc ab ipsis  
intellexi.

Næque hæc Pontificum dispositio circa transi-  
tum ad Carthusiæ. præiudicat iuri diuinò natu- Finis dispo-  
rali, quod quisque Religiosus habet suam Reli- sitionis circa  
gionem in aliam strictiorem commutandi: nam transiendum  
hæc licentia, quam à Prælati Religionis Pontifi- ad relig.  
ces requirunt, non est ad illam in meliorem com-  
mutandi, sed ad matuïus commutationem à se fa-  
ctam executioni mandandi. Id quod Pontifices  
pro recto Ecclesiæ regimine, & Religionum bono  
facere potuerunt. Sicut pro maiori Sacramento-  
rum veneratio multa pro eorum meliori ac facil- liori

liori executione, saluâ semper ipsorum substantia, Ecclesia statuit, ut Trident. sess. 21. cap. 2. est enim haec potestas etiam circa ea, quæ à diuino iure originem trahunt, Ecclesiæ necessaria, ut pro rerum, temporum, & locorum ac personarum varietate possit ea mutare, disponere, atque statuere.

*De aliis re-  
lig. præstri-  
pia formis.*

De aliis autem Religionibus præscriptam formam tradit Innocent. III. cap. 1. de Regularibus, ut si aliquis in Religione professus velit ad arctiorem transire, haec ei seruanda erunt. 1. vt non ex temeritate, vel leuitate in facturam, vel iniuriam sui Ordinis, sed ex puro desiderio sanctioris vitæ id faciat. 2. vt transiendi licentiam cum humilitate & puritate postulet à suo Prælati, ne bonum obedientiæ contempnere videatur. 3. si petita licentia proterè sibi à Prælato negetur, liberè poterit sanctioris vitæ prôpositum implere; nec amplius talis à suo primo Prælato molestari poterit. Vbi simul Pontifex declarat, Prælatum iure teneri licentiam taliter postulantibus concedere, ne videatur prôpositum diuinitus inspiratum impedire. 4. adit, si probabilitet dubitetur, utrum quis velit ad arctiorem, vel laxiorem ordinem ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris esse iudicium requirendum. Cæterum haec non dò à Pontifice decreta sunt, quasi nemini antea licuisse, ex una Religione ad aliam sanctiorem commigrare, ut recte Caiet. cit. sed vt certum modum præscriberet, vt quod quis propriâ autoritate facere potest, maiori cum deliberatione, & absque relâtiæ Religionis offensa exequi valeat. Neque huic Pontificis dispositioni præiudicare potest privilegium aliquibus Religionibus concessum, vt ne quis in sua Religione professus ad aliam possit, inuitâ Religione, arctioris etiam Religionis obtentu transire: nam Pontifex ibid. declarat, hoc privilegium intelligi de iis, qui præscriptis conditionibus non seruatis, ad aliam Religionem conuolant.

288. Ex his infero 1. non teneri Prælatum licentiam concedere professo sibi subdito, laxiorem, vel æratus capi- quæ laxam Religionem petenti: eo quod Pontifex de solo transitu ad strictiorem loquitur: et si posset Prælatus talem licentiam concedere cum consensu Religionis, ut docet Palud. in 4. dist. 38. q. 4. ar. 4. concil. 5. fine: *Leg. lib. de Iustit. c. 41. dub. 13. n. 102.*

Infero 2. hanc licentiam, quantum est ex vi citati cap. concedere posse immediatum professi Prælatum, cùm hic sit ipsius proprius & verus Prælatus: nec amplius Pontifex requirit. Quare posset hunc transitum petere professus à suo Priori, vel Guardiano; hic à suo Provinciali; hic à suo Generali; hic à Pontifice, vel à tota Religione. Nec necessaria est Episcopilicentia, etiam Religio sit Episcopo subiecta. Dixi, quantum est ex vi citati cap. quia possunt Religiones, non obstante cit. cap. aliter in hac licentia concedenda procedere, ut in nostra Societate hanc licentiam solus Generalis sibi referuat, compend. priuileg. verb. Apostate, §. 9. Quod intellegitur etiam de Scholasticis, & coadiutoribus formatis, qui simplicia duntaxat vota emittunt, ut ibid. & respectu eorum, qui è Societate ad Carthusiam transire vellent: Infero 3. Si immediatus superior proterè negat licentiam subdito ad strictiorem Religionem transire volenti, cùm tali casu nequeat esse iudex, ut nemo in propria causa, recurrentum erit ad mediatum, sc. ad Provincialem, si immediatus sit Prior aut Guardianus; ad Generalem, si sit Provincialis; ad Pontificem, aut rotam Religionem, si sit Generalis. Leg. Palom. in cit. cap. Iustit. de regul. n. 3.

289. Infero 4. Si Religio, ad quam professus transit,

sit & quæ stricta, professio in ea emissa, valida est, si Quid si- ue ad eam iusta ex causa transferit, sive non, modò ligio si quæ cum licentia sui Prælati ad eam transferit. Ratio; Prælatus facultatem habet commutandi votum sui subditi in æquale, etiam si causa non sufficit ex patente voluntate, sicut habet Episcopus respectu suorum subditorum, & confessarius respectu poenitentis tempore iubilei. Quamquam id Prælatus rati casu facere non debet, nisi ex consenso Religionis, cùm agatur de alienanda persona à Religione, ut bene Palud. cit. Si Religio, ad quam transitus pergit, est laxior, & causa ex parte transeuntis deficit, professio in tali Religione secuta, est nulla. Ratio; dispensatio absque iusta causa data, est nulla, ut sa- pra: cùm non subroget æquivalens priori voto, sicut commutatio, sed inferius. Caveant igitur Superiores licentiam transiendi sine sufficienti causa ad laxiorem Religionem concedere.

Restant examinandas conditions à Pontifice 290. præscriptæ; an haec ad honestatem tantum, an etiam ad transitus, & professionis emittendæ valorem requirantur. Certum est, quando quis transit ex una Religione privilegium habente, ne nullus ex ea, inuitis Superioribus, ad alia transeat, transiendi iuriis forma non seruata incurre omnes penas & inhabilitates contra tales in privilegio declaratas. Quare transiens ex Religione mendicante ad aliam quaecunque Carthusensi excepta, invalidè in ea proficitur, & insuper in excommunicationem incurrit ipso facto Pontifici reseruatum, tam recepti, quam recipientes, extra leg. Viam de regul. Unde transiens canonicus regularis professus ad monachatum, redire cogitur ad pristinam suam Religionem, & in pœnam ultimus sedere in choro can. Mandamus 19. q. 3. Pari modo qui è Societate Iesu absque expressa licentia Generalis, vel à Carmelitis discalceatis, etiam ad Cartusiam transire, excommunicationem incurret, & professio in ea facta esset nulla, iuxta privilegia, sapræ. Ad dubium respondent aliqui apud Panorm. in cit. cap. licet, de reg. n. 10. præscriptas conditions requiri solùm ad honestatem, non ad valorem. Oppositorum docet probabilitus Panorm. ibid. & Sanch. cit. à n. 89. citantes alios. Fundam. forma concessionis est de substantia actus concetti: ergo cum Pontifex eo cap. præscribat formam seruandam in transitu Religionis laxioris ad strictiorem, conditions in ea præscriptæ erunt de substantia & valore transitus: ac proinde iis non seruatis, nec transitus, nec professio in secunda Religione secuta erunt valida.

Dices: qui Sacra menta ministrat, non seruata formâ ea ministrandi ab Ecclesia præscriptâ, rata efficit Sacra menta: ergo qui ad nouam Religionem transit, in eaque proficitur, non seruata forma ab Ecclesia præscripta, validè transit, validamque emitit professionem. Quia non minùs Religionis professio pendent à Deo acceptante, quam Sacra menti confitio à Christo instituente. Resp. neg. conseq. nam Sacra menta quoad substantiam non pendent ab Ecclesia, sed à Christi institutione: solùm ab Ecclesia pendent quoad extrinsecas circumstantias, & modum accidentalem, ea cum his vel illis ceremoniis administrandi: quibus non adhibitis, modò adhibeantur, quæ Christus adhibenda præscriptit, ratum efficitur Sacramentum. At ipsa religio & professionis substantia pendent ab Ecclesia, ad cuius valorem hanc vel illam conditionem requirere potest. Vnde Trident. sess. 25. cap. 15. de regul. ad valorem religiosæ professionis requirit integrum annum probationis, & proficientis expletum 16. Esto igitur religiosæ professionis acceptator

*Ordinatio  
Societas.*

289.

separatur sit Deus, ut tamen ea maturè & stabiliter fiat, voluit Deus eam pendere ab Ecclesiæ potestate, à qua tamen noluit pendere Sacramentorum valorem: quia cùm hæc sint prima Ecclesiæ fundamenta, noluit ea, quoad ipsorum substantiam ab Ecclesiæ pendere, sed tantum à sc.

292.  
Corollaria  
notanda.

Universalis  
regula

à contrario  
factu collig-  
itur.

293.  
Primum  
dubium.

Affirmati.

Negati.

294.  
Conclusio  
mag.

Infero 1. Inualida erit professio eius, qui non studio melioris frugis, sed leuitate vel temeritate ductus ad Religionem transit: ita Panorm. supr. & Sanch. n. 84. & alij apud ipsos, hanc enim coditionem requirit cit. cap. liceit, Pontifex. 2. Nec valida professio eius, qui ad arctiorem Religionem ascendit, non petita prius à suo Prælato licentia, vt iudeat, ex textu. Quia non potest, inquit, Panorm. instinctu Spiritus Sancti duci, sed potius levitatem & temeritatem, qui obedientiam contempsit, que basis est & primum Religionis fundatum, & in Religioso maximum preceptum, ad aliam Religionem transit. Nec sufficit, ibid. n. 11. hanc licentiam ad strictiorem Religionem transiendi post factum petere: eo quod regula sit, quod ubi in aliquo casu licentia requiritur, non sat est, eam petere post factum, sed petenda est ante factum. Idem dicendum est, etiam si licentiam petat, cùque non obtentia, ad Religionem transeat, quin etiam si illam obtineat, si id non studio melioris frugis, sed leuitate & temeritate faciat. Vnde talis esset ad primam Religionem reuocandus, ut inualide in alia professus, ex textu. Nam in fine prohibet Pontifex, ne Monachus, qui ex Religione Dimoliensi transiuerat ad Cisterciensem, molestetur, eo quod, inquit, id fecisse dignoscitur, puro corde, conscientia bona, & fide non ficta: ergo è contrario, si notum fuisset, id fecisse leui corde, conscientia malâ, & ficta fide, ad pristinam Religionem reuocandus fuisset.

Duplex dubium; 1. An si constet, Religiosum bono zelo ad strictiorem Religionem transiisse, Prælati tamen licentia minime petita, validè in secunda Religione profiteatur. 2. An si ex ipsis, quamvis iusto & legitimo transitu, deserta Religio graue infamia & estimationis detrimentum sit pastura, secura professio in posteriori Religione futura sit valida. Quoad 1. affirmant Glossa in cap. liceit, de regul. verb. licentiam, & in cap. Sanè, eod. tit. fine: Palud. in q. dist. 38. q. 4. ar. 4. concl. 5. fine, Sylvest. Relig. 4. q. 1. verf. Aduerend. 4. & alij apud ipsum. Fundatur hæc sent. 1. in cit. textu, liceit, ubi fine Pontifex prohibet, molestari Monachum, ut suprà. 2. Quia hæc licentia petitio, est conditio accidentalis, que omitti potest absque ullius praetridicione. Negant Glossa in cap. Intelleximus. de etate & qualitate ordinandi. fine, & Glossa in can. Mandamus. fine. 19. q. 3. Panorm. in cit. cap. liceit, de regul. n. 10. D. Antonin. 3. par. sit. 11. cap. 4. §. 1. fine. Narr. lib. 3. consil. sub sit. de regul. consilio 59. in 1. edit. Apoz. tom. 1. inst. lib. 12. cap. 14. q. 6. Sanch. tom. 2. moral. lib. 6. cap. 7. n. 95. pro qua citat Leffsum lib. 2. de Iustit. cap. 41. dub. 13. n. 101. Verum id solum hic concedit, quando ex levitate animi licentia non petita, non autem quando maturâ deliberatione ad strictiorum Religionem transit.

Dicendum; etiam si hic boho zelo ad arctiorem Relig. transeat, idque constet, si tamen non petita Prælati licentia transit, inualida est professio: secus, si licentia petita, & non obtentia, nisi iusta negationis causa sit ipsi à Superiori assignata. Ratio primi: hanc conditionem Pontifex non solum requirit in testimonium boni zeli subditum transiuntis, sed etiam propter debitum obedientiam Prælati Religionis exhibet: esset enim magnum praetridicium Prælati, si ipsius licentia non petita, subditus ad aliam Religionem conuolaret. Quid si huius Pontificis ordinationis ignarus id

faciat? Resp. adhuc reuocandum esse ad priorē Religionem, ut in ea iuris formam seruet: sicut si domini suæ etatis ignarus professionem fateretur ante annum 16. expeditum, professio eius invalida foret. Ratio: quando conditio præscripta pertinet hæc ad substantiam formæ; etiam ignorabat omissa, irritat aetum: at petitio licentie à proprio Prælato est de substantia formæ ad validum transitum requisita: ergo. Secundum clarum ex textu, ubi Pontifex ipse transiundi licentiam concedit, quando petitia licentia iniuste à Prælato negatur. Tertium deducitur ex eod. Si probabilitas dubitetur, virum qui velit excharitate, an ex temeritate transire, Superiori iudicium est requirendum. Contra quam iuris dispositionem agit, qui iusta negationis causa à Prælato productâ, ad strictiorem Relig. transit: cum potius iuxta hanc ordinationem, debeat medium Superiorem adire, ut ab eo negationis causa examinetur.

Ex his infero 1. etiam tenet eo casu subditum ad pristinam Religionem redire, cum professio in posteriore emissâ valida non sit. Quo euentu Prælatus tenetur illum admittere. 2. posse, si ipse sponte non redeat, à Prælato prioris Relig. reuocari triplici iure iuxta Panorm. in cit. cap. liceit, fine, iure vendicationis, vendicando personam solemnis voti vineculo sibi suscipere Religioni obligatam: iure Canonis, Statuimus 19. q. 3. ubi ab Urbano II. statutur, ne quispiam post canonicam professionem strictioris Religionis obirent ex clauistro audeat sine patris & totius Congregationis permissione receivede: iure iudicis officij implorandi. Ad textum cit. respondet Glossa cit. in cap. Intelleximus, in eo supponi licentiam petitam, sed iniuste à Prælato negatam: quo casu validè ac licet potest subditus ad strictiorem Religionem commigrare, ut suprà. Ad rationem, nego, hanc conditionem esse accidentalem: alioqui pari modo dicere possemus, omnes conditiones eo textu à Pontifice præscriptas, esse accidentales, cum non sit maior de ceteris ratio.

Quoad secundum: certum mihi est, huiusmodi transitum esse illicitum, quando fama detrimentum ex eo transitu Religioni impendens, non provenit ex culpa ipsius Religionis, propter eius prauos mores, quia tunc ipsi imputaretur, sed ex rerum qualitate, ut bene Sylvest. Relig., 4. q. 1. fine. cum non debeat priuata professio utilius preferri communii bono totius Relig. Ceterum quoad valorem, negant Panor. in cit. cap. liceit, n. 12. & Sanch. to. 2. moral. lib. 6. cap. 7. n. 92. citans multos canonistas, qui in eo conueniunt, uno Panor. dubitante, esse tali casu Religiosum reuocandum ad suam primam Religionem: nam si Ecclesia in temporalibus læsa, rellituenda est cap. 1. de in integrum restitut. quantum magis læsa in bonis spiritualibus. Quæ sent. cum adiecta limi. de reuocando professo ad pristinam Relig. quando ipsa non est causa subsecutæ infamie, probabilis est. At probabilior opposita; nem. inualidus pe inualidus erit eo casu ad strictiorem Relig. transi- profissio- tus, & professio in ea emissâ. quia tali casu Pontifex non præsumitur licentiam transiundi Religioso concedere cum tanto Religionis deserter detimento. Confir. non posset tali euentu Religiosus propriâ authoritate huiusmodi transitum facere: ergo nec præsumitur Pontifex ad illum licentiam cōcedere. 2. nequeunt aduersarij huiusmodi transiunti approbare ut licitum, ut potè contra publicum desertus Relig. bonum, que causa damni non fuit: tum quia in ea professus, ut pars Religionis tenetur eam à tali damno immunem seruare, etiam cum detimento maioris sui spiritualis profectus, quæ-

in strictiore Religione sperat: at non præsumitur Pontifex in huīsmodi illicitum transitum suā auctoritate consentire.

## SECTIO XVIII.

*An possit Episcopus dispensare in votis  
absolutæ castitatis & Religionis à  
coniugibus emissis?*

**297.** *Duplices pos.* **D**ixi, *absoluta castitatis*, quæ non solum se extendet ad totum vitæ tempus, sed ad omnem omnino materiam. Episcopus verò potest in votis reseruatis dispensare potestate vel ordinariâ, quam etiam habent omnes priuilegiati; vel delegatâ, per benignam interpretationem, quæ soli personæ continentur. Coniuges autem hæc vota possunt emittere, ante matrimonium contractum, post contractum nondum consummatum & post consummatum.

**298.** *Regula no-* **P**RIMA regula: Episcopus nequit dispensare in voto castitatis emisso ante matrimonium, nisi incontinenti periculum urget, vel aliquod magnum scandalum, aut graue damnum tertie personæ probabiliter timeatur, neque sit pro dispensatione petenda facilis ad Pontificem accessus: colligitur ex multis, quos *Sanch.* citat *lib. 8. de matrim.* *disp. 9. n. 22.* prior pars constat: nam ex eo quod quis animum habeat matrimonium ineundi, non sequitur, quod si votum castitatis emitteat, illud reseruatum non sit, ac proinde ab Episcopo ex natura sua indisponibile. An votum absolutæ castitatis post contracta sponsalia emissum, possit ab Episcopo dispensari? qui censem, per huiusmodi votum non dissolui sponsalia, dicent, illud posse ab Episcopo dispensari, cum sit contra ius ab altero sposo acquilitem, cui non potuit per votum castitatis alter preiudicare. *Leg. Sanch. lib. 1. de matr. disp. 46. n. 13.* qui docet, eo casu temere voluntem vel Religionem ingredi, vel Sponsalia perfidere; quia putat, per votum castitatis non dissoluvi sponsalia, proinde ut dissolvantur, debet Religionem ingredi. Cæterum in mea sententia, quæ puto, per simplex votum castitatis dissolvi sponsalia, *seq. 2. de matr. disp. vls.* dicendum est, Episcopum non posse in huiusmodi voto dispensare: cū in hac sententia huiusmodi votum nullum præiudicium inferatur alteri sposo, eo quod talis conditio fuit tacite subintellecta in ipso sponsalito contractu. Posterior regulæ pars prob. calu vrgentis necessitatis concedunt communiter, posse Episcopum in lege Pontificiæ dispensare, ne fideles tempore necessitatis maneat opportuno remedio destituti. Vnde *Abbas, Cardin. Felinus, Greg. Lopez apud Sanchez cit.* docent, in summa necessitate alienandi res Ecclesiæ quando propter celeritatem alienationis nequit Pontificis consensus expectari, etiam iuramento de non alienando interpolito, licitam esse alienationem. Censetur autem vrgens necessitas, quando non solum præ paupertate, vel alia iusta causa, nequit adiri Pontifex, à quo dispensatio petenda sit, sed etiam quando licet adiri possit, periculum tamen est, ne propter moram scandalum, aut damnum sequatur, quod per dispensationem vitari intenditur, ut rectè *cum Sylvest. votum 4. q. 4. & Henr. lib. 6. de penit. sacra. cap. 14. n. 7. in Scho. lit. P. & lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 6. in Schol. lit. B. Sanchez cit.* cū militet eadem ratio. Nec tantum hæc necessitas adeundi Pontificem, in remotissimis orbis partibus (ut falsò *Lud. Lopez 2. par. instruc. de clauib.*

*c. 9. §. præterea*, qui solum ratione necessitatis hanec facultatem in votis reseruatis dispensandi concedit Episcopis morantibus in nono orbe) sed etiam contingere potest in nostris partibus; nec minus periculum grauis damni & scandali proper moram adeundi Pontificem timeri potest. Infero 1. posse Episcopum dispensare in voto castitatis, ad matrimonium contrahendum cum virgine deflorata, ut *genes dñi ipsius famæ consulatur*, quæ aliqui vel infamiam incurreret, vel perpetuo matrimonio destitueretur: ita consultus *Sanch. lib. 8. de matr. disp. 9. n. 22. ad finem*, de iuuenie, qui voto religionis erat adstrictus deflorata, & ididerat grauidam, & volebat duce-re uxorem, ne delictum patesceret propter moram respondit, posse tali casu ab Episcopo dispensari. A fortiori cum eo dispensari posset, si subspe futuri matrimonij virginem defloravit: quia tunc ex iustitia vicens tenetur illam ducere: nec ipsius votum præiudicare potuit iuri, quod deflorata acquisiuit in promissum maritum. Proinde neque Episcopi dispensatio tali casu erit necessaria, ad matrimonium contrahendum, sed solum ad dispensandum, ad debitum coniugale petendum post contractum matrimonii. 2. Episcopus potest in voto castitatis dispensare, si grauissima urget causa, ut quis cum certa iunctina contrahat, & periculum sit, ne antequam dispensatio Româ procuretur, matrimonium impediatur. Item si in periculo mortis necessarium sit ad problem ante suscepitam legitimandam, cum aliqua matrimonium inire. Quamquam hoc easu necessarium non esset, votum castitatis frangere, si solum matrimonio contrahatur suscepit prolis legitimandæ causa, & coniux superstitis vitæ speciem non habeat.

Insertur 3. triplex discriminis inter ea vota, quæ potest Episcopus propriâ authoritate dispensare, & *Discriminis* quæ potest ut Pontificis delegatus in calu vrgentis *Primum ex necessitatis.* Primum: eorum, quæ potest ordinariâ potestate, potest alijs dispensandi facultatem committere, ex illa regula, quod unusquisque committere potest alteri, quæ ipse ordinariâ potestate potest, nisi de contrario expressè constet. Quæ autem casu vrgenti tantum necessitatis, ut Pontificis delegatus potest, alijs committere nequit, eo quod in huiusmodi casibus Pontifex requirit Episcopi industria. Vnde nullo casu cuiuscunque vrgentis necessitatis possunt confessarij virtute duntaxat iubilei in iis dispensare, in quibus Episcopus solum potest ut Pontificis delegatus, per benignam eius voluntatis interpretationem, ut rectè *Sanc. 10. 2. de Relig. lib. 6. cap. 26. n. finali*: cū nulla potest in quacunque necessitate possit extra suam sphæram operari. Secundum: quæ Episcopus authoritate ordinariâ dispensare potest, ea etiam in presentia Pontificis poterit, cū in iis dispensandis non sit ad Pontificem recursus, vel ad alios priuilegium habentes necessarii. Contrà verò quæ solum dispensare potest in calu necessitatis, ea nequit in presentia Pontificis, vel eorum, qui in iis dispensandis priuilegium habent: eo quod tunc cessat necessitas, propter quam tantum ex benigna Pontificis interpretatione potest dispensare. Tertium: quæ Episcopus ordinariâ potestate potest, ea per dispensationem omnino extinguntur: quæ verò per delegatam, solum suspenduntur: quippe quæ, cessante causa, propter quam in iis dispensatum fuit, redunt ad pristinam obligationem: nec ultra, quam necessitas ipsa postulat, in iis censetur dispensatum. Vnde si cum vidua, quæ perpetuum castitatem voulit, propter periculum incontinentiæ dispensetur, ut nubere possit, eius votum soluto matrimonio

*Solum du-  
biū esse  
possit.*

**299.** *Vrgens no-  
cessitas queat*

non alienando interpolito, licitam esse alienationem. Censetur autem vrgens necessitas, quando non solum præ paupertate, vel alia iusta causa, nequit adiri Pontifex, à quo dispensatio petenda sit, sed etiam quando licet adiri possit, periculum tamen est, ne propter moram scandalum, aut damnum sequatur, quod per dispensationem vitari intenditur, ut rectè *cum Sylvest. votum 4. q. 4. & Henr. lib. 6. de penit. sacra. cap. 14. n. 7. in Scho. lit. P. & lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 6. in Schol. lit. B. Sanchez cit.* cū militet eadem ratio. Nec tantum hæc necessitas adeundi Pontificem, in remotissimis orbis partibus (ut falsò *Lud. Lopez 2. par. instruc. de clauib.*

*g* Monio reuiuiscit. Vel si cum coniuge perpetuā castitatis votum habente dispensetur, ut possit debet manet penes alios actus illicitos dispensatus. Quia autem potest ordinariā potestate, cā simul dispensatā, amplius, etiam cessante causā, non redeunt, vt si dispensetur cum uno coniuge, qui votum castitatis, altero inscio emisit, etiam soluto matrimonio manet tali voto liber: quod ut imperfēctum quoad totam suam obligationem subiicitur ordinariā Episcopi potestate.

*302.* An qui post votum absolutę castitatis matrimonium iniit, possit ab Episcopo dispensari. Negant alii: concedunt alii apud Sancb. lib. 8. de matri. disp. 12. n. 2. eo quod tali casu non dispensatur in voto simpliciter, sed in certo duntaxat effectu, nempe ad debitum coniugale petendum, manens quoad alios effectus voto astriclus, & soluto matrimonio obligatus ad illud perfectè seruandum. Quam ratione nulli bene impugnat Sanchez: alioqui possit Episcopus, etiam nullā urgente necessitate cum eo dispensare, vt matrimonium initet, manente voto in suo robore, quia solum dispensaret quoad unum effectum reddendi debitum. Item sequeretur posse à voto perpetua castitatis tolli obligationem quoad unam speciem intemperantia, reliquā obligatione quoad reliquas. Alia ratio Palatii in 4. dist. 32. disp. 2. §. Ceterum: scilicet votum castitatis per superueniens matrimonio cadit à sua perfectione, ut potest ad unam tantum partem, nempe ad non petendum, non autem ad non reddendum, vouentem obligans. Nam ex quo suum corpus contractu matrimonio alteri astrinxit, transire in coniugis potestatem. At quodlibet votum, quod à sua perfectione deficit, subiicitur ordinariā potestate Episcopi. Impugnat hanc Sanchez: si propter imperfectionem, quam ex matrimonio hoc votum contrahit, potest ab Episcopo dispensari, poterit ab eo etiam prorsus dispensari, vt dispensari potest votum castitatis emisso post contractum matrimonio. unde hanc aliam assignat: eo quod hanc potestatem talibus votis dispensandis habet Episcopus ex consuetudine legitime prescripta, quia, ut constat ex cap. cum contingat, de foro competenti, iurisdictionem confert. Vnu enim rectum est, ut in huiusmodi votis Episcopi dispensent absque recursu ad Pontificem, etiamsi facile pateat. Hanc quia multorum est, Pontii 8. de matri. c. 9. n. 4. non improbo: at ratio Palatii arribat, & in omnem ueritate, prius cunque cadat sit eo ipso, dispensationi Episcopi quod illam subiectum. Ad impugnationem: 1. nullum absurdum, si dicatur tale votum esse ab Episcopo prorsus dispensabile. 2. magna disparitas de voto emissio post contractum matrimonio. siquidem hoc per se,

*Ratio Palatii*

*Impugnat Sanchez.*

*303.* *summopere mihi arribat, & in omnem ueritatem, prius*

*Dico:*

*Resp.*

transiens in aliam dicessin, sit quoad huiusmodi casum Episcopo subiectus, poteritque ab eo dispensari.

**SECUNDA:** Potest Episcopus ordinariā potestate dispensare in voto castitatis à coniuge emiso post contractum & nondum consummatum matrimoniū. nisi cum tali voto simul emiserit votum Religionis. Hæc regula quoad 1. partem non est tam certa, ut præcedens: quippe cum multi apud Sanct. lib. 9. de matri. disp. 34. n. 2. putent, sic vouentem teneri Religionem ingredi ad votum seruandum. Quia tamen opposita sent. probabilius est, ibid. n. 3. iliam proponimus ut regula in tra limites probabilius sent. Ratio: votum castitatis post contractum matrimonio, emissum, censetur emissum iuxta conditionem talis status, sc. ut vouens non nisi ad unam partem nempe ad non petendum debitum voluerit se obligare: proinde cum tale votum sit ex natura sua imperfēctum, ad unam duntaxat partem obligans, poterit ab Episcopo ordinariā potestate dispensari. Ex quo patet discrimen inter votum emissum ante contractum matrimonio, quia illud censetur emissum quoad perfectam obligationem circa totam materiam castitatis. Posterior constat: quia posterior in voto Religionis nequit Episcopus dispensare, constat. quamdiu illud potest à vouente impleri: at votum Religionis etiam post contractum & nondum consummatum matrimonio, emissum, potest & debet à vouente impleri, Religionem ingrediendo, per cuius ingressum contractum matrimonio dirimitur, ex cap. Verum & ex cap. Ex publico de conuersione conjugorum.

An si castitatem vouens putavit, se non posse, nisi Religionem ingrediendo, castitatem seruare, Differunt censetur simul cum voto castitatis, etiam Religionem vouisse? Negat Pontius lib. 8. de matri. cap. 9. soluenda. n. 3. eo quod votum non obligat, nisi vouens expressè intendat ad illud se obligare: ergo etiamsi castitatem vouens putavit se non posse, nisi in Religione tale votum seruare, non propterea ad illam obligabitur, nisi expressè voluerit se ad eam obligare. Confit. hic obtentā dispensatione à solo voto castitatis maneret à tali voto liber. Affirmat Sanchez. lib. 8. de matri. disp. 11. n. 4. Dico 1. posse vouentem ad rem promissam, non autem ad media se obligare, quæcumque illa media sint, cum id pendeat ex extremis, libertate vouentis. unde etiamsi castitatem vouens, apprehendat Religionem ut unicum medium ad castitatem seruandam, si tamen expressè nolit ad illam se obligare, non manebit obligatus. Dices: hoc ipso quo quis efficaciter vult se obligare ad rem promissam seruandam, consequenter vult ea, sine quibus res promissa impleri nequit: cum nequeat quis habere animum se obligandi ad rem promissam praestandum, & simul non habere animum ad applicanda media, sine quibus res promissa executioni mandari non potest. Resp. neg. sequel. quia vel potest quis habere animum promittendi, & se obligandi, etiamsi non habeat animum promissionem exequendi, ut cum coimuni sent. contra Valen. docet Sanchez. to. 1: moral. lib. 4. de voto c. 1. n. 23. quam sent. ex sapientium calculo certam appellat. vel quia etiamsi habeat animum rem promissam exequendi, potest tandem se ex voto non obligare ad media applicanda, non quod expressè nolit ea applicare, sed quod nolit ea ex obligatione voti applicare. Dico 2. cum quis simpliciter voullet aliquid, censetur vouere illud ut exequendum: unde si non sit nisi unicum medium vel ex natura rei, vel ex iuri dispositione, censetur ad illud votum le extenderet: quia censetur votum Altera cont.

emitti ut exequendum mediis naturā, vel iure præscriptis; ut qui vovet se matrimonium contractum cum paupere foemina, censetur ad illud contrahendum se obligare iuxta Tridentinum præscriptum coram parrocho & testib. Quod si plura sint media, quibus possit res promissa executioni mandari, ad nullum censetur vovens se determinatè obligare, sed ad unum, quod magis placuerit. Vnde quia votum castitatis non solùm paret in Religione seruari, sed etiam in sæculo, castitatem vovens, non necessariò censetur cum ea Religionem vovere.

**306.** Nota: tripliciter potest qui perpetuam castitatem vovet erga Religionem se habere: 1. tantum negatiè, nihil de illa cogitando: quo pacto certum est, votum castitatis ad illam se non extendere: cùm omnis obligatio supponat actualem notitiam rei, ad quam vovens vult se obligare. 2. positivè per penso utroque modo, quo castitas & in Religione, & in sæculo seruari posset, ad neutrum tamen modum se obligans, quo casu voventis erit alterutrum medium eligere: & antequam illud eligat, poteris ab Episcopo dispensari, ut supra, de voto sub dismissione emissio, cuius altera tantum pars est Pontifici referuata. 3. potest hic dura castitatem vovet, Religionem apprehendere ut unicum medium, sine quo iudicat se non posse castitatem seruare. Et si cum hoc iudicio castitatem vovet, tale votum censio implicitè includere votum Religionis: quia dum vovet castitatem ut efficaciter exequandam, ad cuius executionem solam Religionem iudiçat medium sufficiens ac necessarium, tale votum implicitè se extendit ad Religionem. Nisi forte iudicium hoc de Religione ut medio necessario seruande castitatis procedat ex ignorantia: quia tunc, ut notat Sanchez, probabile est, votum castitatis cum hac ignorantia emissum ad Religionem non obligare.

**307.** Infero, etiam si castitatis voto astricte assignetur iuxta cap. Ex publico, de conuers. coniug. bimestre ad deliberandum, an velit ad votum seruandum Religionem ingredi, an cum coniuge in sæculo manere, adhuc posse cum eo in tali voto ordinarià potestate ab Episcopo dispensari. Et quidē transactio bimestri nulli dubium est; quia tunc alter ius habet petendi, & alter voto non obstante debitum reddendi: sed etiam intra ipsum bimestre, quod Sanchez & Pontius concedunt. Ratio: semper potest voto astricte potenti debitum solvere, cùm intra hoc tempus ab hoc non prohibetur, sed solùm illi permittatur, ut statim de statu deliberet. Proinde etiam intra bimestre huiusmodi votum deficit à sua perfectione, cùm etiam intra hoc tempus in voventis potestate sit, statum coniugalem eligendo, ad debitum reddendum se obligare. Supponitur autem hic votum tantum castitatis emissum, non votum Religionis, in quo Episcopus dispensandi autoritatem non habet, nisi ut Pontificis delegatus in casibus grauiissimis.

**308.** **Regula 3.** TERTIA: Votum castitatis post consummatum matrimonio coniuge, etiam cum alterius licentia emissum, potest ordinarià potestate ab Episcopo dispensari. Ratio: id votum non tollit à coniuge concedente ius, quod haber, debitum petendi. Neque enim ex eo quod alteri concedat, ut possit suo iure ut debitum non petendi, censetur eo ipso à proprio suo cadere, ut bene probat Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 36. n. 5. quia licentia quoad fieri potest, semper intelligenda est absque praetudicio concedentis. Hoc igitur iure in altero coniuge ille lo manente, nequit votum castitatis ab altero emisum esse perfectum, utpote altera parte claudicans, quoad obligationem reddendi debitum, al-

tero petente: qui dum se suo iure non spoliatur, manet in possessione eo videnti, & alter obligatus illi satisfaciendi.

**Quarta:** Votum perpetuus castitatis ex mutuo coniugum conuentione emissum ab utroque, nequit ab Episcopo ordinarià potestate dispensari, sed solùm delegatà, ubi vel adest periculum incontinentiaz, & deest facilis ad Pontificem recursus. Hanc cum multis tradit Sanchez lib. 4. moral. cap. 4. n. 57. & lib. 8. de matr. disp. 11. n. 10. & 12. Ratio: tale votum est ex utraque parte perfectum. Nam uterque coniux se voto astringit ad non pertendum: quâ mutuâ obligatione stante, neuter nec petere, nec reddere potest. Contra hanc reg. duplex dubium. 1. ut seq. to. disp. 27. sect. 3. cum com. munis sent. doceo, vir potestatem habet irritandi vota ab uxore tempore matrimonij emissum: ergo potest vir hoc uxoris votum, etiam si emissum sit cum reciproca conuentione utriusque irritare: ac proinde non censetur perfectum, cùm subiectum maneat authoritatì viri illud irritare potenter: nam ideo votum ab uno coniuge cum licentia alterius emissum, perfectum non est, quia adhuc licentia non obstante, manet quoad obligationem unius partis reddendi debitum, subiectum coniagi, qui licentiam concessit. Secundum: quia, ut notat Sanchez cit. lib. 4. moral. cap. 4. n. 61. possunt tali casu coniuges mutuo sibi ipsiis iuris renuntiationem remittere: quâ remissione factâ, uterque coniux tenet alteri potenti debitum reddere. Ergo ex hoc cap. tale votum deficit à perfectione perfectæ castitatis. Vnde, ut idem infra, potest eo euentu Episcopus ordinarià potestate dispensare.

Prior diffic. magis premit eos, qui censent, ut ratione mater. monii potestatem acquirere in utroque uxoris voluntatem ad eam quoad suos actus dirigendam. Quia cùm mulier sit levius naturâ, imprudentis, & facilis in votis absque matura deliberatione emittendis, debet à viro dirigi, in quo & prudenter maior viget, & constantia supponitur: ob quam ratione filius quoad certam statem subditur in suis actibus parenti. Quam sent. ut probabilitatem complurimis sequitur Sanchez lib. 9. de matr. disp. 39. Qui consequenter docent, virum non solùm posse irritare vota uxoris per subtractionem materiae sibi subiectæ, sed immeiatè ratione actuum, supra quos habet potestatem eos irritandi: sicut pater irritat vota filij impuberis, irritando immediatè, actus ipsos, quibus sunt emissia. Ceterum in *Natura et usus sent. cit. de matr. nullum negotium. Quippe ibi nego*, virum ratione matrimonij potestatem acquirere in uxoris voluntatem, sed in ipsius dantaxat corpus: proinde sola ea uxoris vota irritare posse, quæ vel debito coniugali præindicant, vel quæ pendent à materia sibi subiecta. Proinde emissio mutuo castitatis voto, ex reciproco contraactu ab utroque coniuge, neuter in hac sent. amplius potestatem habet illud irritandi: quis neutri parti præindicat. Neque illud irritari potest per materię subtractionem; nam materia huius voti est ipsa debiti reddendi deobligatio, ad quam cedendam uterque mutuo contractus astrinxit. Consequenter tale votum manet ex parte utriusque perfectum, nec à viro irritabile. Nec est eadem ratio de voto emissio ab uno coniuge cum licentia tantum alterius: quia, ut supra, sola licentia à coniuge concessa, non tollit à concedente ius licitè petendi: proinde tale votum est simpliciter ab Episcopo dispensabile, cùm non circa totam materię castitatis, quippe cùm vovens obligatus maneat ad debitum solvendum.

Quod

311.  
Quoad sa-  
cramen-  
tum dubium.

Quoad 2. dubium; esto, eo casu possint coniuges iuris petendi renuntiationem sibi inuicem remittere. eaque remissione facta, mutuo sibi debitum & reddere & petere; cum per hanc iuris renuntiationem neuter amiserit reciprocum dominium, quod in corpus alterius coniugis habet, sed purum duxat vnum eo vtendi, quia tamen semel inter eos mutuo contractu inito de debito non petendo, coque reciproco consensu acceptato ad finem seruandi perfectam castitatem, neuter ab eo licite resilire potest; absolu: & simpliciter huiusmodi votum in tali contractu fundatum, dicitur ab Episcopo ordinariâ potestate indispensabile. Nam illud dicitur simpliciter & absolu: indispensabile, quod nequit sine peccato fieri dispensabile. An huiusmodi iuris renuntiatione sit immediatè contra emissum votum de perfecta castitate seruanda? Afirmare videtur Sanch. qui eam sacrilegam appellat. At oppositum est verius: nam sicut hæc iuris renuntiatione fit soli coniugi, non Deo immediate: ita remissio eiusdem renuntiationis, non est formaliter voti fractio, sed sola subtractio materiae voti. Cum enim votum perfectæ castitatis requirat integrum materiam potestati videntis subiectam, ut illam Deo promittere possit, nemo quippe promittere potest quod suum non est; cumq; neuter coniux sub sua potestate habeat ius debitum non reddendi, vt quicunque valeat perfectum votum castitatem emittere, eget liberari ab obligatione debitum reddendi, per alterius coniugis iuris petendi renuntiationem. Quando igitur coniuges iuris petendi renuntiationem, reciproco anteà contractu astrictam, iterum ex mutuo consensu resumunt, non immediatè & directè contra votum agunt, sed contra mutuum contractum de debito non petendo, illum mutuo dissoluendo; indirectè tantum contra votum, quatenus sibi inuicem materiam perfectæ castitatis subtrahunt: cessante enim iuris petendi renuntiatione, cessat integra voti castitatis materia. Vnde in eo tantum sensu dicitur & iuris renuntiationis remissio ex parte vnius, & reassumpcio ex parte alterius sacrilega, quatenus est causa, ne coniuges possint integrum castitatis votum, quod emiserunt, seruare.

312. An possit unus tantum coniux, non remittente Sed ulterius altero, suum petendi ius reassumere. Videtur non posse, nisi altero consentiat, cum talis iuris renuntiatione sit ab altero acceptata. At dicendum validè posse, et si non licite, prævalente matrimonii iure, cui non potuit coniux renuntiare. Quare si non obstante huiusmodi iuris vñus petendi renuntiatione, retinuit dominium in corpus alterius coniugis, poterit matrimonij iure prævalente, petendi ius renuntiatum, & ab altero acceptatum reassumere. Ex hoc autem non sequitur, vt alter eo ipso licite possit suum petendi ius iam renuntiatum reassumere, esto obligatus maneat ad reddendum. Dixi, eff: nam adhuc dubium est, de quo seq. to an eo casu tenetur debitum reddere. Infero, perseverante inter coniuges mutuo contractu de iuris petendi renuntiatione ad finem seruandi perfectam castitatem, non posse altero coniuge vitâ functo, superstitem ad secundas nuptias transire: posse autem, huiusmodi contractu dissoluto per mutuam iuris renuntiationis remissionem: eo quod in 1. casu manet votum circa integrum materiam castitatis, non autem in 2.

313. QUINTA: in nullo voto Religionis à coniuge emisso, potest ordinaria potestate Episcopus dispensare, nisi vt Pontificis delegatus in casibus urgentissimæ necessitatis. Nam vel hoc votum fit an-

te consummatum matrim. vel post illud consummatum: neutrò autem carent Episcopus ordinariâ potestate dispensare potest, vt videntur omnino maneat à voto immunis. Quoad primum constat: nam tale votum ante consummatum matrim. emisum, videntem obligat ad Religionem ingredendam, per cuius ingressum dirimitur matrim. vt definit Alex. III. cap. 2. de conuers. coniug. nec potest in hoc voto Episcopus, etiam vt Pontificis delegatus dispensare, ob periculum incontinentie; cum hoc periculum cesseret per Religionis ingressum, quem videntur statim ac primùm potest, tenetur executioni mandare, & interim à mutua coniugis cohabitatione abstinere. Quoad 2. prob. vel tale votum post consummatum matrim. emisum fuit ut statim exequendum, etiam coniuge inuito; & tunc votum est irritum, vt potè de re illicita, cum nemini licet rem videntre in præiudicium tertij: at tale votum est in præiudicium alterius coniugis ius habentis in corpus videntis: ex cap. Quidam, de conuers. coniug. vbi consultus Alex. III. An qui inuita vxore monasterium ingressus professionem fecit, ea defuncta teneatur ad monasterium seruari, an aliam possit uxorem ducere. Respondeat Pontifex, tale Casus debet votum non tenuisse, ac proindicatione voti non teneri ad monasterium redire, non tamen posse uxorem ducere: quia eo voto saltem se obligauit ad id, quod in ipsius erat potestate, nempe ad debitum non exigendum: & propter hoc nequit uxorem ducere. Loquitur autem de voto solemnij in Religione nuncupato, non autem de voto Religionem ingrediendi: quia cum hoc castitatis votum non includat, defuncta uxore, matrimonium cum alia non impediret. Vel tale votum emittitur de Religione ingredienda, tempore non designato: & tunc censeretur emisum ut implendum tempore opportuno: sc. primo, coniuge consentiente, ac permitente seruari iuris requisita. 2. coniuge adulterante. num tenuit?

3. coniuge defuncta: his casib; tenetur videntur. Religio: votum implere: nec potest in eo dispensare Episcopus; hic igitur nullo casu potest in voto Religionis à coniuge emisso ordinariâ potestate dispensare: neque confessarius virtute iubilei, aut qui quis alias delegatus potestatem habens in votis reseruatis dispensandi, praeter votum castitatis & Religionis.

Infero 1. Quamdiu coniugi Religionem videnti, licitum non est, constante matrimonio, Religionem ingredi, non modò teneri ad debitum reddendum, sed etiam licite illud petere posse: neque ad hoc Episcopi, vel alterius priuilegium habentis dispensatione egere. Ratio: votum Religionis non includit votum castitatis de præsenti, sed emittendum de futuro in ipsa Religione: ergo posito quod non possit Religionis votum implere, votum castitatis non violat, debitum petendo, cum tale votum de præsenti non habeat. Neque interim tenetur in statu coniugali seruare, quæ seruatrus est in ipsa Religione. Ex quo fit, vt si post Religionis ingressum, ante factam professionem, in ipso nouitiatu contra castitatem delinquat, nullius fiat voti ieiunus. 2. Cur coniuge adulterante teneatur, qui Religionem vident, votum implere, Religionem ingrediendo, non autem qui castitatem vident, coniuge adulterante, votum castitatis seruare, sed posse cum adultero coniuge reconciliari. Resp. votum Religionis obligat statim ac commode impleri potest: commodum autem tempus est, coniuge adulterante, cum ratione adulterij non amplius teneatur cum ea cohabitare. Neque in hoc potest ordinariâ potestate dispensari, vt tale votum dis-

315.  
Corollaria.

Rati:

Aliorū.

Obiectio.

differatur usque ad obitum coniugis adulteri: nam hoc esset exponere periculo, ne Religionis votum frustretur. At vero quodcumque castitatis votum à coniuge emissum, præter illud quod emititur, præviu[m] mutuo contractu utriusque coniugis de iuri potendi abdicatione, ordinatâ potestate dispensari potest, vel ab Episcopo, vel à quocumque alio delegata[m] potestatem habente in votis imperfectæ castitatis dispensandis. Dices: ergo saltem qui perfectam castitatem voulit ex iunctua conventione utriusque coniugis, tenetur illam seruare, coniuge adulterante: proinde cum eo tali casu reconciliari non posse. Neque ex eo quod alter votum fregit adulterando, licitum est ipsi, à votu[m] resilire: nam, ut supponitur, illud non emisit eā conditione, si alter votum non frangeret: ergo cum tali eventu coniux innocens habeat sub sua potestate integrum materiam castitatis, ut potè qui potest non petere, nec reddere renatur, cum ab hoc debito duplicitate titulo sit absolutus, & ratione renuntiationis iuris potendi ab altero coniuge sibi facta, & ratione adulterij, tenebitur integrum castitatis votum seruare.

Resp. dupli-  
citer.316.  
Coroll. 3.

Infero 3. Qui Religionem voulit ante consummatum matrim. grauiter peccare, illud consummando: eo tamen semel consummato, licet posse & reddere, & petere; teneri tamen, ubi primum potest, votum implete. Primum constat; quia consummando matrim. reddit se ad Religionis ingressum inhabilem pro toto tempore, quo durat matrim. Vnde hic indirectè votum frangit, dum impedimentum apponit illud implendi. Secundum prob, præter Religionis, nullum hic supponitur castitatis votum habere: neque votum Religionis ad castitatem seruandam obligat ante Religionis ingressum, & professionem in ea emissam. Tertium patet. 4. Votum Religionis post consummatum matrim. emissum, cum expressa voluntate illud statim adimplendi, nec soluto matrim. ad illud adimplendum obligare: quia iuxta regulam 18. iuris in 6. Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit: nisi forte novo consensu illud firmauerit opportuno tempore exequendum.

## SECTIO XIX.

An possit Episcopus ordinaria potestate, & Confessarius virtute iubilei dispensare in votis castitatis & Religionis, ad quae vouens non nisi sub culpa veniali se obligauit?

317. Quæstio in-  
ter recent.  
valde cōtra-  
versa. à cuius  
solutione

Prius de ipsa suppositione; an possit vouens in materia gravi sub culpa tantum veniali se obligare. Negant Sotius lib. 7. de Iust. q. 2. art. 1. §. Quæstio- nis, vers. Enim uero; Vsq. 1. 2. diff. 1; 8. cap. 4. citans

Corduba in sum. Hispan. Fundato. in arbitrio pendet pun-  
vouentis situu[m] non est, sub reatu mortali, aut ve- <sup>Bum prin-</sup>  
niali se obligare, sed culpæ qualitas ex quantitate <sup>cipale.</sup> .  
& necessitate obiecti perpendenda est. Confirm. 1. <sup>Postissimum</sup>  
etiam si votum pendeat ex libera voluntate vouen- <sup>Sotis funda.</sup>  
tis, vt emitatur, vel non emittatur, illud tamen se- <sup>confir. sex</sup>  
mel emissum, non amplius pendet ex voluntate <sup>argum.</sup>  
ipsius, sed ex lege diuina & naturali, quæ vouen-  
tem obligat iuxta exigentiam materiæ promissa. <sup>1</sup>  
Sicut vt lex, vel præceptum imponatur, vel non  
imponatur, à voluntate pendet Legislatoris, illud tam  
semel impositum, naturali lege subditos  
obligat iuxta qualitatem rei præceptæ. 2. Non est  
in potestate vouentis, vouere, & nolle modo se obli-  
gare: ergo neque in potestate eiusdem erit, rem  
grauem vouere, & nolle ad eam se grauiter obliga-  
re: cum non minus obligatio gravis naturaliter  
sequatur ex re promissa gravi, quam obligatio sim-  
pliciter ex re promissa simpliciter. 3. Si vouens  
nihil cogitans voueat rem gravi, grauiter obliga-  
tur: ergo obligatio gravis, etiam si nolit vouens,  
naturaliter sequitur ad rem promissam gravi. <sup>Esi arrivis</sup>  
4. Non est in potestate iurantis, gravi promissio-  
nem iurare, & nolle se gravi culpâ obligari: er-  
go &c. 5. Si posset vouens in materia gravi sub  
veniali tantum se obligare; posset è contrario, in  
materia leui sub mortali se obligare. 6. Ex absur-  
dis; quia ex opposita sent. sequitur; pariure pos-  
se castitatem solemniter vouentem, vel in suscep-  
tione S. Ordinis, vel in professione Religionis,  
sub veniali tantum ad eam seruandam se obligare:  
eodemque modo posse sponsos ad sponsalia, &  
coniuges ad matrimonium sub veniali tantum se <sup>fant. neg. 10.</sup>  
obligare. <sup>1</sup>

Affirmat Sanch. lib. 1. de matrim. diff. 9. num. 6. & <sup>d. 5. n. 116.</sup>  
tom. 1. moral. lib. 4. cap. 1. num. 30. & cap. 40. num. 47. <sup>318.</sup> Naturâ vo-  
Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 4. colligitur ex Hen-  
riq. lib. 5. de pœnit. Sacram. cap. 21. num. 5. ubi docet, nū pœn-  
dari posse votum ad solam pœnam obligans. Quam <sup>1</sup>  
sent. supponunt, qui concedunt, posse hæc vota  
emissa cum intentione ad solam culpam venialem  
se obligando, à confessario virtute iubilei commu-  
nari, vel dispensari: ita Bonac. delegib. diff. 4. q. 2.  
pu. 7. §. 4. nu. 20. virs. 2. Diana 1. par. tract. 11. de Bulla  
crucis. resol. 72. Sequitur ex sent. afferentium, posse  
humanum Legislatorem in materia gravi subditos  
sub veniali tantum obligare, vt docent Alphonsus de  
Castro lib. 1. de pœnit. legipœn. §. Quia, Navarr. in sum.  
cap. 23. num. 49. Suar. lib. 3. de legib. cap. 27. & alij.  
Probabilius: vt ex natura voti deduco: Votum <sup>prob. facit;</sup>  
est libera promissio facta Deo cum animo ad eam  
liberè se obligandi: ergo non tantum res promissa,  
sed ipsa etiam obligatio, per quam vouens ius con-  
fert Deo exigendi à se rem promissam, pendet à li-  
bera voluntate vouentis; ergo potest illam pro li-  
bitu moderari magis aut minus per eam ad rem  
promissam soluendam se astringere; non minus  
quam potest rem ipsam promissam perfectiorem,  
aut minus perfectam vouere. Confirm. Votum  
essentialiter includit rem promissam, & obligatio-  
nem: at totum votum pendet ex libera voluntate  
vouentis: ergo non solùm quoad rem promissam,  
sed etiam quoad obligationem rem promissam  
exequendi, moderari potest à vouente. Dices: Esto  
obligatio de re promissa pendeat à libera volunta- <sup>Osculum</sup>  
te vouentis antecedenter: ex suppositione tamen, <sup>possim. d.</sup>  
quod vouens vult rem gravi vouere, tenetur ha-  
bere voluntatem se grauiter obligandi, iuxta mate-  
riæ exigentiam. Quare hæc obligatio dicitur libera  
tantum in causa & antecedenter, quatenus potuit  
vouens non vouere; non formaliter & in se: nam  
posita

posita intentione vouendi rem grauem, necessario  
vouens debet se grauiter obligare, eo quod ad hoc  
obligat lex divina & naturalis, iuxta quam regu-  
landa est voluntas & intentio vouentis.

319.  
Fundam. pa-  
cif. impn.  
gnatur.

2. hoc pra-  
dicto discur-  
sum

hoc 2. inten-  
dus adhuc.

Confirm. 2.

320.  
Ad argum:  
Ad 1. confir.

Ad 2.

Ad 3.

terae grauitatem se obligare voluisse: repugnat  
quippe, vouentem liberè per votum se obligare  
Deo, & obligationem necessariò sequi rem pro-  
missam, cum ipsa obligatio in voto liberè eligi de-  
beat à vouente, Deoque offerri. Ad 4. neg. con-  
seq. nam iuramentum per se ordinatur ad confir-  
mandam veritatem ipso testimonio Dei: ex qua  
confirmatione etiam nolente iurante independen-  
ter ab ipsis voluntate sequitur obligatio, ut ve-  
rum fiat, quod sub testimonio Dei assertum est.  
Votum autem per se primò est ad obligandum se  
ipsum, vel res suas Deo. Vnde sicut homo liberè se  
ipsum, vel sua obligat Deo; ita & iuxta gradum  
obligationis liberè etiam se obligat. Quo fit, ut  
obligatio voti immediate sit à voluntate vouentis;  
obligatio vero efficiendi verum id quod testimo-  
nio Dei confirmatum est, à legè diuina naturali.  
Ad 5. neg. conseq. quia materia leuis per se non  
est capax obligationis graui, vti est capax materia  
graui obligationis leuis. Votum emissum cum  
obligatione graui in materia leui, Deus non acce-  
ptat; quia neque redundat in ipsis honorem, nisi  
ex adiectis circumstantiis fiat materia graui; ne-  
que in bonum ipsius vouentis: qua de causa hu-  
iusti votum authores appellant stultum, & in-  
dignum ut acceptetur à Deo.

Ad 4.  
Diversa na-  
tura voti  
& iuramen-

Ad 5.

Ad 1. absurdum resp. votum solemne castita-  
tis grauem obligationem habet ex lege & constitu-  
tione Ecclesiaz: simplex ex sola voluntate vouen-  
tis, qui pro sua libertate potest illam augere vel  
minuere. Ad 2. quoad sponsalia, non video repu-  
gnantiam, cur nequeant sponsi sub veniali tantum  
se ad ea obligare: sicut seq. tom. possunt ea sibi in-  
uicem remittere; ubi Ecclesia aliud non statuerit.  
In matrimonio duplex contractus, alter quo con-  
iuges sua corpora reciproco consensu sibi tradunt  
ad finem generationis; & in hoc nullam habent  
coniuges potestatem, ut queant magis, ac minus  
sua corpora obligare in ordine ad vinculi obliga-  
tionem, cum matrimonium ab altiori lege, nempe  
diuinâ & naturali habeat, ut independenter à vo-  
luntate contrahentium sit perpetuum & insolubi-  
le: Alter, quo mutuo consensu possunt ad tempus,  
vel in perpetuum se obligare ad non petendum  
ius, quod quisque habet in corpus alterius: & in  
hoc possunt se mutuò obligare sub veniali, vel  
mortali pro libera ipsorum voluntate.

Ad 21.  
Dispar est  
ratio voti  
solemnis &  
simplicis ca-  
stitutus.

Cæterum fallum est, quod Henriquez docet, pos-  
se dari votum ad nullam culpam obligans, sed ad  
solam pœnam: quippe repugnat emittri votum si-  
ne vlla obligatione in Deum: cumque fiat Deo, ransam non  
nequit obligatio in voto inclusa consistere in sola  
obligatione ad pœnam: ostendo. Aut vouens se  
obligat Deo ad pœnam exequendam, aut non: Si  
se obligat; ergo illam non exequendo, peccat,  
quia facit contra obligationem promissam Deo. Si  
se non obligat; ergo fallum est, hunc ad pœnam  
obligari: cum obligatio inferat debitum rem obli-  
gataam exequendi. Aut igitur vouens nullo pacto  
se ad pœnam obligauit, aut si se ad eam obligauit,  
cum talis obligatio sit facta Deo, peccat illam non  
exequendo. Quæ doctrina adeò vera est, ut etiam  
pœna ab homine homini promissa, promissario ac-  
ceptante, nequeat sine aliqua culpa omitti. Nam  
licet possit Princeps leges ad puram pœnam obli-  
gantes condere, ut earum transgressores non pec-  
cent, sed solùm teneantur ad pœnam soluendam,  
ad quam tamen soluendam tenentur sub peccato:  
At quando quis sponte se ad pœnam obligat, non  
poterit, altero acceptante, sine culpa pœnam omit-  
tere: nam hoc ipso quod ad illam se obligauit, de-

322.  
Item obli-  
gans ad pœ-  
nam solam  
non est vœum.  
Dilemma,

Ad fundam. oppositæ, constat: ad 1. confirm.  
nego, legem diuinam & naturalem ad votum ser-  
uandum strictius vouentem obligare, quam vou-  
ens ipse velit se ad illud obligare. Eadem ratio est  
de lege humana, & præcepto à Superiore imposi-  
to. Ad 2. neg. conseq. nam sine vlla obligatione  
natura voti non consistit, consistit autem sine gra-  
ui. Ad 3. nego, eo casu, ideo promittentem Deo  
materiam grauem, ad eam grauiter obligari, quia  
obligatio sequeretur necessariò rem promissam, sed  
quia supponitur promittentem ad illam iuxta ma-

dit alterius ius illam exigendi: proinde ius in alterum translatum & acceptatum habet, qui promis-  
fam p[ro]conat non soluit.

323.  
Ex d[omi]ni  
resolutur  
principia  
quae.

Ratio dub.  
in nostra  
jura.

An igitur votum castitatis & Religionis sub obligatione venialis tantum reatus emissa, possint ab Episcopo ordinaria potestate, & a confessario virtute iubilei commutari, vel dispensari? Qui putant, haec vota, reporte de re grauissima, emitte non posse, nisi cum obligatione culpae mortalis, negant; cum non possint haec vota non esse perfectissima, & quoad materiam, & quoad obligationem. Dubium: non hoc ipso, quod haec vota emittuntur cum obligatione solius culpae venialis, non censemunt dispensabilia, vel commutabilia ordinaria potestate; quia licet ea imperfecta sint ratione obligationis, perfectissimam tamen sunt, tum ratione materie, quam continent; tum ratione finis & boni spiritualis ipsius votentis; tum ratione obsecrui diuini, ad quod diriguntur. Neque in eis minitur bonum spirituale votentis, neque obsequium Dei, ex eo quod sub veniali obligent: at haec praecipue in votis spectanda sunt: ergo si haec aequae perfecta sunt cum obligatione veniali atque mortali, aequae sub una ac sub altera obligatione censenda erunt perfecta: ac proinde ordinaria potestate indispensabilia.

324.  
Affirmant  
aut. &  
ratione perita  
ex imperfo-  
tione voti.

Dicondum tamen, huiusmodi vota posse a confessario virtute iubilei commutari. Etenim si imperfectio materie, aut consensu imperfecta libertas, aut indeliberatio, in causa est, quo minus votum censetur perfectum: cur non etiam illud imperfectum reddet obligationis imperfectio? Unde canque autem votum sit imperfectum, reseruatum non censetur: eo quod illud tantum censetur Pontifici reseruatum, quod absolare & simpliciter votum noncuperatur, cuiusmodi non est votum castitatis, aut Religionis sub veniali tantum obligans; hoc enim secundum quid votum dicitur: quin Suarez probabilitate censeret, nullo pacto hoc esse, aut dici posse votum, licet probabilius oppositum putet. Ad rationem dub. reseruans non censetur sibi reseruare, nisi quod est in sua specie perfectum, ac tale simpliciter. Adde, quod cum reseratio sit odiosa, non est amplianda, sed potius restringenda.

325.  
Dubium  
non lessus  
considera-  
tionis.

Resp. 1.

Resp. 2. pro-  
babilius.

Votis essentia  
explicatur.

Dices, hinc sequi, fore etiam ordinaria potestate dispensabile votum castitatis emissum cum sola obligatione ad promissionem, non ad executionem ipsius rei promissae, cum etiam hoc votum sit imperfectum, reporte carens obligatione exequendi rem promissam, quam natura perfecti voti expolcit: Ulterius; post votum solemne castitatis in susceptione sacri Ordinis animo concubinatu non relinquendi, ab initiendo emissum, a confessario virtute iubilei commutari, vel ab Episcopo ordinaria potestate dispensari. Resp. 1. non improbabiliter dici posset, tale votum esse dispensabile: eo quod non est undeque perfectum; cum perfecti voti natura etiamque obligationem exigat: Et ad instantiam neg. sequel. nam est totale votum non sit perfectum defectu perfectae obligationis ex parte votentis, est tamen perfectum ratione obligationis ex parte Ecclesiae, quam ratione status suo precepto & constitutione ordinato imponit, supplingo quoad obligationem, in quo votentis ipse deficit. 2. Probabilius, huiusmodi votum ordinaria potestate est indispensabile. Quia licet careat obligatione quoad executionem rei promissae, habet tamen totam integrumque obligationem, quam petit essentia voti: que non consistit in obligatione ad exequendam rem promissam, cum

hic sit potius effectus & proprietas, voti essentiam consequens, sed in obligatione ad ipsam promissionem, per quam votentis perfectum ius confert Deo ad exigendum a se rem promissam. Ex. gr. si unus homo perfectum ius conferat alteri homini ad exigendum a se centum aureos, nolens ipse se obligare ad rem promissam sponte soluendam; promissarius ius acquirit aequae perfectum exigendi centum aureos, ac acquireret, si promissor se obligaret ad eos sponte soluendos, cum aequae possit illum in publicum iudicium convenire, & sub pena cogere ad illos soluendos: sola imperfectione foret ex parte soluentis, quod illos non sponte, sed coactus iure in alterum a se translato solueret. Pari modo Deus aequae perfectum ius acquireret exigendi a votente rem promissam, siue votentis se obligaret ad illam sponte exequendam, siue non: Ex quo enim perfectum ius confert Deo, Deus sub pena aeterna, ad quam votentis se obligauit, hoc ipso, quod Deo ad promissionem grauiter se obligauerit, cogere potest. Vnde licet hic ex voto non obligaretur rem promissam exequi, obligaretur tamen iure coactiuo, quod Deus in illum haberet, fundatum in ipso iure a votente in Deum translato. At, inquit, hinc 326. sequi, tali casu votentem non fructurum votum, Infractio rem promissam non exequendo: liquidem ad hoc soluendum, voto se non obligauit. Resp. neg. sequel. nam licet hic immediate & directe non ageret contra obligationem exequendi rem promissam, ad quam votentis se non astrinxit, ageret tamen immediate & directe contra obligationem, quia se astrinxit ad illam exequendam vi iuris in Deum translati. Etenim dum se Deo obligauit, conferendo illi ius exigendi a se rem promissam, vi eiusdem obligationis & iuris in Deum translati astrinxit se, si non propter obligationem a se directe possum, saltem propter obligationem sibi a Deo imponendam, ad quam acceptandam votentis se obligauit, hoc ipso quod illi ius conculit exigendi a se rem promissam.

## S E C T I O X X .

*An indulgentia plenaria data, in forma iubilei, vel ad instar iubilei, iubilei privilegia secum afferat.*

T A L E M iadulg. sub priori forma concessit Paulus XI. per Bullam anni 1549. 15. Kal. Nou. que Rati proposita incipit, licet debitam pastor. Christi fidelibus, qui alii prius debij quam Ecclesiam, aut aliud prius locum Societatis maxime p[ro]ficiuntur. IESV semel singulis annis visitauerint, plenariam omni- nium peccatorum suorum indulgentiam ac remissionem in forma iubilei consequantur. Eadem confirmavit Gregorius XIII. anno 1578. Nonis Maij per diploma, quod incipit, *Quanta in vicina D. Ratio pro affirmata parte est: ex Glossa in cap. Solite, ver. tanquam de maioriitate, nulla dictio debet in rebus & Bullis Pontificis vacare: at si haec verba, in forma iubilei plenarie indulgentia superaddita, nil noui afferant, propter plenariam remissionem poenitentie ex condonatis culpis reliqua, essent omnino vacua & frustranea: nam totum hoc operatur sola indulgentia plenaria. Confirm. ut declarat Bonifacius VIII. cap. Si Papa, de priuilegiis in 6. nullum debet esse in priuilegio vel rescripto Pontificis verbum, quod aliquid non operetur; ut fert axioma Canonist. cum igitur ea verba in concessione plenarie indulg. addita, nequeant maiorem remissionem poenitentie operari, quam non operetur plenaria indulg. debent, ne frustranea sit, ultra remissionem totius poenitentie temporalis, liberosque aliquam.*

aliquam gratiam ad iubileum pertinentem operari.

Dicendum; nihil hæc verba indulgentiæ plenariae addita, præter ipsam totalem remissionem poenæ temporalis, ex condonatis culpis relictæ, speciale operari: sed solum superaddi ad maiorem eiusdem plenariæ indulgentiæ explicacionem. Prob. 1. quando Pontifices volunt cum plenaria indulg. diversam gratiam concedere, id solent diplomate exprimere, ut tribus Bullis fecit Urbanus VIII. prima incipit: *Pater misericordieram: 2. Cum autem: 3. Alias à nobis; quibus cum plenaria indulg. concedit gratias & indulta in vniuersali iubileo concedi solita.*

Prob. 2. non solent regulariter Pontifices gratias & indulta iubilei concedere, nisi præmissis ieuniis, visitatione Ecclesiæ, & aliis certis quibusdam piis operibus. 3. Vel per hæc verba conceduntur omnia priuilegia, quæ solent in iubileo concedi; vel tantum aliqua. Primum dici non potest: nam saltem facultas eligendi sibi quemcumque presbyterum ex approbatis ab Ordinario, qui possit ab omnibus excessibus & censuris absoluere, nunquam solet concedi, nisi exprimatur, cum hæc facultas non tantum concedatur secularibus, sed etiam Religiosis, quæ sine expressa Pontificis licentia, ut in iubileo sit, presumenda non est: cum ea non in leue cedat Religionis, ac Prælatorum præjudicium: cuin tamen nullum priuilegium censeatur concedi in præiudicium tertij, nisi exprimat. Nec dici potest secundum: cum non sit maior ratio de uno priuilegio, quam de alio. 4. Bulla cit. Gregorij XIII. qui Apostolicâ authoritate confirmat idem priuilegium, quod Paulus III. sub prædicto tenore Societati nostræ concessit, omisit citata verba, in forma iubilei: licet ea exprimat, dum concessionem à Paulo III. nostræ Societati factam de verbo ad verbū in suam Bullam transcribit: non reticuerit autem, si per hæc verba existimat speciale aliquod priuilegium, in iubileo concedi solitum, nobis concedi: cum alias quidquid Prædecessores nostræ Societati concesserunt hac sua Bulla amplissimè ipse cōcedat, nouum Apostolicæ authoritatis robur addendo. Quid si hoc amplissimo diplomate omisisset speciale priuilegium Apostolicâ authoritate confirmandum, quod alij concederent, fuisse contra finem huius diplomatici, in quo Pontifex fatetur, se velle confirmare, quidquid alij Prædecessores concederunt. Porrò quod de his verbis, in forma iubilei, dictum est, intellege etiam de aliis his, Ad instar iubilei; quæ in sua extenuag. Quemadmodum, de pœnit. & remiss. usurpat Sixtus IV. cum sit eadem vtrorumque ratio.

329. Ad rationem affirm. nego, semper verba substantiæ formæ priuilegijs superaddita, re ipsa operari alicuius effectu diuersum ab eo, quem priuilegium ipsum operatur; aio, addi aliquando ad maiorem eiusdem effectus explicacionem, ut fecit Bonifacius VIII. Bulla, *Antiquorum, de pœnit. & remiss. quam primus edidit de iubileo anni centesigi, vbi plenariam facti anni indulgentiam explicat per plenam, plenior rem, & plenissimam: cum tamen supra plenam remissionem omnium peccatorum, ut ibi dicitur, nil plus operetur plenior & plenissima indulg. sed solum apponi ad eundem effectum magis explicandum. Quod duplo titulo Pontifices facere solent: vel ad libera liorem effectum exprimendum, quo hæc cōcedunt: quomodo solet Scriptura ad alicuius effectus magnitudinem exprimendam, congreginare verba, Psal. 62. *Dew, Deus meus ad te: Vel ad certiorem spem de effectu indulg. fidelibus ingerendam. Ita Deus abundantius voluit, ut Hebr. 6. simplici suæ pollicitationi iusurandum interponere, ad firmiores spem de futura hereditate consequenda mortalibus inge-**

nerandam: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmissimum solatium habeamus. Pontifices vero Deum imitantes, in suis gratiis promittendis, addere solent aliquando verba, non quidem noui effectus operatiua, sed firmioris spei de effectu consequendo ingeneratiua: & verum manet axioma, quod nullum sit verbum in rescripto, vel Bulla Pontificis, quod non operetur aliquid, aut in re, si subiecta materia id poscit; aut saltem in mente eius, qui gratiam & priuilegium est accepturus.

Cum autem iubileum ob certiorem causam, propter quam concedi solet, nempe propter vniuersalæ Christianitatis in spiritu reformationem, sit quoad effectus consecutionem certius quāvis indulgentiæ particularibus locis, aut personis concessa, dum indulgentias in forma iubilei Pontifices concedunt, significant, tam indulg. quoad effectus aliquo modo participare certitudinem, quam habet iubileum, ratione causæ, propter quam moti sunt ad illa concedendam: quæ non est sola utilitas loci, aut personæ, cui impartitur, sed aliorum quoque, quos ipsi indulgentiam consecuti, tanquam per eam melius dispositi, valeant in spiritu iuicare ac promouere. Ideo non solent huiusmodi verba addi indulgentiæ priuatae tantum personæ concessæ, nisi si magna alicuius autoritatis, & ius habeat in alios.

## S E C T I O X X I .

*An quævis Religio certas habeat indulgentias?*

A Nte Paulū V. vnaquæq; Religio sicut diuersis priuilegiis muniebatur, ita diuersis indulg. Oritur autem fruebatur à Sede Apost. concessis. Quia vero harum multiplicitas confusione pariebat, supplicatum fuit Clementi VIII. vt dignaretur, omnes variis temporibus concessas, Religiosis ad aliquas certas reducere. Clemente morte prævento Supplicationem executioni mandauit Paulus V. anno 1606. 23. Maij. Bulla 21. incipiente, *Romanus Pontifex: quæ certis indulg. revocatis, certas statuit omnibus regularibus communis. At dubium, an à Paulo V. grauissimi renovata, censeantur seu validatæ per Bullam posteriorum, quæ idem confirmavit omnia priuilegia, concessiones, gratias, & indulta spiritualia fratribus Minoritis à Clemente VIII. concessa. Negat Diana par. 4. tract. 4. resol. 20. & apud ipsum Laur. Portet. quia credendum non est, quod Pontifex post semel sententiam mutauerit in re grauissima, quam tantâ cum deliberatione, & Cardinalium consilio, eam postulantibus diuersorum Ordinum procuratoribus, decreuerat. Huius sent. fuisse aiunt doctos Religiosos in conuentibus Olysipto. & in Acad. Ebor. Affirmant vero Hierony. Rodriq. Apud Affirmant; Diana. c. ex verbis Pontificis, qui ait, se confirmare priuilegia, concessiones, & indulta spiritualia, nec non innovare, seu de novo concedere priuilegia confirmata à Clemente VIII. cum omnibus & singulis decretis, clausulis, & declarationibus quibuscumque contentis in literis suæ confirmationis. At Clemens VIII. expresse concesserat indulgentias ergo cum decretum innuant intelligi debeat iuxta tenorem decreti innouati, sequitur induxit Pauli V. intelligendum esse iuxta formam & tenorem Bullæ Clementis VIII. Cui sententia idem author ait, subscriptisse quosdam Magistros Scholæ Salmanticensis. Consimile argu. desumti potest ex Bulla Pauli V. que incipit, *Quantum religio Societas, in qua post revocatas à Clemente VIII. indulgentias,**

gentias, eodem anno 1606. pridie Nbdas Sept: confirmavit, innonauit, & de nouo nostræ Societati concessit omnia priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à suis predecessoribus eidem Societati, eiusque Praeposito Generali, tam principaliter, quam per communicationem concessa, qualiacunque illa sint, quibus perpetua inuiolabili que firmatis, ac Sedis Apostolicæ autoritatis robur adiecit.

332.  
Negans  
fieri. sentior.

Ex his sent. et si prior tunc sit, propter adductum argu. posterior tamen suâ non caret probabilitate, quâ tunc possunt religiosi indulgentiis à Clemente VIII. anteà concessis vti, etiam, qui in privilegiis cum alijs religiosis communicant. Factor, has indulgentias non lucraturos, si re ipsa Pontifex intentionem non habuit eas restituendi; haud tamen peccare, cum hac probabilitate eis videntur: at cùm talem intentionem habere potuerit, si illam habuit, fructu indulg. eos non priuari. Ad argu. contrarij; cùm in noua confir. expessè non excludantur indulgentias à se anteà reuocatas, censendæ erunt cum alijs gratiis in ea comprehensa.

333.  
Examinan-  
tor singule  
indulg.

Primo certum est, has indulg. concessas esse omnibus Religiosis vtriusque sexus alicuius ap. robari Ordinis, vt constat ex §. 18. Secundo, eis frui posse non tantum professos, sed etiam Nouitios, & Nouitios iuxta communiorum sent. afferentem, Nouitios gaudere priuilegiis religionis, Henr. lib. 7. de indulg. cap. 19. n. 6. Molina tract. 2. d. suffit. disp. 139. vers. Preter hos, Azor. 10. I. moral. instit. lib. II. c. 3. fine, Salas de Legib. disp. 14. sect. 5. ad finem, Sayrus lib. thesauricæ suum cap. 13. n. 6. Sanchez lib. 4. moral. cap. 39. n. 17. Diana 6. par. tract. 8. resol. 7.

Dubium.

An iis frui possint Nouitij tempore hospitii, antequam habitum religionis induant? Negat Pasqualig. apud Dianam cit. Affirmat, & probabilius Diana: cùm etiam eo tempore dici possint Nouitii, ut potè subiecti Prælato & Religionis obseruantii. Nec obstant Bullæ §. 18. in quo videtur Pontifex has indulg. solum concedere professis, qui tria vota solemnia emiserunt: Nouitios. n. expessè participes indulg. facit §. 5. ipso 1. die ingressus in Religionem; excludit autem moniales, quæ non manent intra claustra cum tribus votis solemnibus & perpetuâ clausurâ, sed in propriis domibus, vel non cum tribus votis solemnibus vivunt. Certum 2. eadem indulg. extendi ad religiosos extra claustra cùm licentia Superiorum, legitima ex causa degentes. 3. eas nō extendi ad seculares: constat ex nota taxativa daturat §. 18. vnde nec seculares nostri familiares, nec qui apud religiosos exercitia spiritualia peragunt, nec qui regulati primam missam celebranti interfune, plenariam indulg. consequuntur: secundus, religiosi, qui cùm licentia Superiorum spiritualia exercitia apud nos faciunt, cùm ad eam lucrandam aliud Pontifex non requirat, quâ vñ religiosus de licentia Superiorum à negotiis per 10. dies alieni in cella commorenatur. 4. has indulg. religiosum lucrari, etiam si ignorentur, modò adhibeat conditiones à Pontifice prescriptas, vt ostencit p. c. d. disp. sect. 4. nam indulgentia à sola pender voluntate concedentis, quæ illam confert ex opere operato meritorum Christi.

Cerum  
quoque.

334.  
Indulgencia

Prima indulg. plenaria conceditur omnibus Christi fidelibus, qui canonice, & iuxta Ordines cuiuslibet Religionis & constitutiones Apost. habitum regularem à legitimis Superioribus causa profitendi in illo suscepint, die 1. sui ingressus in Religionem, si verè penitentes & confessi Eucaristiam sumplerint. Alioqui ingressus ipse religionis iuxta piam SS. Patrum doctrinam, quam appro-

bat s. Tho. 2. 2. q. vñ. art. 3. ad 3. operatur remissionem omnium peccatorum non secus ac baptismus, cui ingressum Religionis comparant.

Dubitatur 1. An vt Nouitius illam lucretur de Dubium 1. beat die 1. ingressus in Religionem confiteri & circa hanc communicate, an sufficiat, vt immediate antè hæc in seculo præstiterit. Et sanè si verba Bullæ attendamus sat videtur, si ea antè præstata fuerint: cùm nullum sit verbum, ex quo colligi possit, ea præstanda esse in ipsa religione: nū ad id Nouitius obligetur vi alieuius constitutionis eius Religionis, quam ingreditur, vt in nostra Societate teneatur Nouitii in ingressu religionis generalem confessionem facere, in examine cap. 4. n. 10. Vnde si qua alia conditio in admissione Nouitii à regula Ordinis prescripta non seruetur, non consequitur indulg. nam ea conceditur canonice electis iuxta regulas lue relig.

2. An Nouitii hanc indulg. lucentur statim ac 335. ad Religionem canonice admittuntur, etiam si non Dubium 2. statim habitum regularem induant? Illam non lucrari, nisi habitum induant, probare videntur verba Bullæ, qui habitum regularem suscepint. At probabilius est, eam consequi etiam ante susceptum habitum, post canoniam & legitimam admissionem ad religionem & ingressum in eam: nam ex tunc incipit esse Nouitius. Vnde per susceptionem habitus non tam Pontifex intellexit ipsam materialem habitus susceptionem, quam formalem, quæ consistit in legitima & canonica admissione cum reali ingressu in religionem. Confir. vt supra cum Diana, tempore hospitii, quando Nouitii nondum regularem habitum induerunt, gaudent priuilegiis religionis, vti canonis & fori; ergo & hoc speciali à Pontifice Nouitios concessio. Quod confirmant verba illa, die primo corum ingressus in religionem: cùm te verâ hi religionem ingrediantur, etiam si habitum materialem non induant. Nouitius autem debet, vt Pontifex ait, Religionem ingredi animo in ea profitandi; non absoluto, sed tantum conditionato, si Religio sit lue naturæ accommodata: cum Nouitiatus institutus sit ad experiendum, an religio tyronis vires excedat, non tenetur ingredi animo absoluto eam profitandi, sed conditionato, si post experimentum indicauerit, eam proprias vires non excedere. Vnde etiam post experimentum iudicet, Religionem esse lue naturæ & complexioni conformem, & nihilominus illam deserat, non priuabitur indulgentiæ fructu, quem in ingressu lucratus fuit: quippe quæ suum effectum indulgentia statim operatur independenter à futura conditione.

Secunda indulg. plenaria conceditur cuiilibet 336. Nouitio, qui poenitens & confessus, ac sacrâ com- Indulgencia 2. munione refectus post completum probationis annum professionem emiserit. Intelligenda probatio iuxta cuiusque religionis constitutiones. Vnde Nouitii Societatis Iesu hanc indulg. non lucentur nisi post duos annos nouitiatus, quos nostræ constituta requirunt. 1. cap. exam. n. 12. & cap. 4. n. 16. & alibi: quod etiam auctoritate Apost. confirmat Gregorius XIII. in Bullæ, Ascidente Domino.

Dubitatur 1. An Nouitii Societatis per emissio- neam trium votorum simplicium hanc indulg. com- parent. Negantem partem suadere videntur verba Pontificis, quæ professionem requirunt: at per hæc vota Nouitius non fit professus. Sed omnino di- cendum, eam lucrari. Ratio; sicut per hæc vota nostri sunt veri Religiosi, ita & per eorum nunciuationem plenariam consequuntur indulg. quæ iuxta mentem Pontif. in favorem Religionis con- ceduntur.

ceditur omnibus, qui post sufficientem probatorem sunt veri religiosi. Confir. alioqui neque coadiutores formati dum sua vota publicè emitunt, hanc indulg. lucerarentur, cum etiam hæc sint simplicia: unde Soli profecti trium aut 4. votorum ea. n. consequerentur, quod est à mente Pontif. alienum, qui per hanc indulg. facere intendit Religioni. Dices: hinc sequi, bis hanc indulg. à nostris acquireti, semel in emissione votorum post tyrocinium; iterum in nuncupatione votorum solemnium professorum, vel publicorum coadiutorum formatorum. Resp. conced. sequel. nec nullum hinc sequitur absurdum: quin potius facet regula 15. iuris in 6.

337. 2. Au qui iuvalidè sua vota post Nouitiatum emisit, plenariam indulg. consequatur, cùm illa validè post sex menses iuxta morem Societatis renouat. Resp. affirmatiū; nam perinde est, ac si tunc post Nouitiatum vota emitteret. Quid si, hæc post nouitiatum inuallidè emissa, nouitius priuatim reualent? Ratio dub. hanc indulg. concedit Pontifex Nouitio, qui more suæ religionis vota emitit: mos autem Societatis est, vt hæc vota coram aliquot nostris emittantur. Atque hæc sent. probabilius est. Dices: posset eadem indulg. quæ defecctu interioris consensus non habuit effectum, recedente fictione, per solam secretam renovationē illum operari. Sed negandum est, indulgentiam suum effectum operari recedente fictione, vt disp. 20. nn. 200.

338. Tertia plenaria conceditur cuilibet religioso intra claustra sui Monasterii viuēti, qui in fœsto principali sui Ordinis confessus & sacrâ communione refectus fuerit, aut missam recentans pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit: vt in nostra Societate est festum Circumcisionis, in compen. prius leg. verbo Indulg. §. 3. adiecta limitatio- ne à Gregorio XIII. in Bulla, Quanta in vinea Domini, vt si plures eiusdem Societatis Ecclesiæ in eadem ciuitate, terrâ, vel loco fuerint, una tantum eis ad id per illius Generalem Præpositum statuatur: in qua electione sacerdos prefertur Ecclesia domus professæ.

339. Quarta conceditur cuilibet religioso in vero articulo mortis, si verè poenitens & confessus ac Sacra Communione refectus fuerit, vel si id præstare ne- quiuerit, saltem contritus nomen Iesu ore, si potuerit, sin autē corde deuotè inuocauerit. Circa quam dubitatur 1. An hæc indulg. extendatur ad eos, qui sunt in periculo mortis, vt qui se exponunt pestiferis iuandis, vel periculosam ineunt navigationem, vel qui cum periculo vitæ ad hæreticos mittuntur. Ratio dubij est, quia sappè similes gratiæ pro articulo mortis concessæ à Doctoribus extenduntur etiam ad periculum mortis. At negandum est, ultra articulum mortis hanc indulg. extendi: eo quod omnia verba, quibus Pôtifex hæc vtitur, illam restringunt ad solum & verum articulum mortis. Nec vlla vrget ratio ad huiusmodi extensionem faciendam: præterim cù etiam qui in periculo mortis est, possit hanc indulg. lucrari, si ex periculo transeat in mortis articulū, vt qui fuit in periculo mortis exponendo se pestiferis, peste correptus transeat in articulū mortis. 2. An ad hanc indulg. luctrandam sufficiat articulus mortis probabiliter tantum putatus? Pro negante parte est, quia Pontifex exprestè requirit verum articulum mortis: ergo non sufficit tantum putatus. At dicendum est, sufficere: quippe Pontifex censetur concedere indulg. humano modo applicandam. Ut igitur suum effectum conferat, sufficit,

si applicetur in articulo mortis vero tantum probabilius putato. Vnde sequitur hunc ab infirmitate, quæ probabiliter putabatur articulus mortis, conualescentem, effectu huius indulg. non frustrari, ut potest qui illū consecutus fuit in articulo mortis probabiliter putato indepedenter à futura conditione.

Quinta plenaria conceditur, qui canonice ad Presbyteratum promotus & confessus primam missam celebrauerit, nec non iis Religiosis, qui paritet confessi ac sacra communione refecti eidem missas interfuerint, aut ipso die missam similiter celebra- bunt. Dicitur canonice promotus: quia si per saltū, vel non in debita ætate, vel non à legitimo Episcopo, aut non seruatis temporum interstitiis ab Ecclesia prescriptis, buius indulg. fructu priuabitur. Requirit autem Pontifex in celebrante confessione & in Notanda præsentibus confessione & communionem, veleā plura. dem die missæ celebrationem. Vbi nota 1. neque confessionem in celebrante, neque confessionem & communionem in præsentibus requiri eadem dic, quâ prima missa celebratur; requiri autem, vt eadem die missâ dicant, qui sacerdotes interfuerunt. 2. confessionem & communionem præmittendam esse ab iis, qui primæ missa interfuerint, ex verbo interfuerint, quod confessionem & communionem factam supponit: unde non sufficit, vt confiteatur, & communica- cet post auditam missam, nisi anteā confessus in ea- dem communicet. Contrà vèrò non necessariò præmittenda est missæ celebratio ab iis, qui eadem die celebraturi primâ missâ operanti intersunt, cōstatex verbo, celebrabunt, quod missam de futuro importat.

Dubitatur 1. an ad presbyteratum promotus in peruvigilio Natiuitatis Christi, in singulis tribus missis plenariam indulg. lucretur, tam celebrans, quam qm̄ celebranti intersunt. Resp. cùm hæc indulg. sit pro prima duntaxat missa concessa, absque fundamento ad secundam & 3. extenderetur. Existimo tamen, quod si hic ratione professionis debe- ret more laicorum extra missam communicate, vt noltri professi vel coadiutores formati cōmunicant, dum sua vota publicè emittunt, hanc indulg. con- sequetur, si post communionem, primam missam in diē natalis Domini celebraret; hoc autem posse probabitur disp. De ordine. 2. An si ad Presbyteratum promotus aliquas missas priuatim dicat, vt expedi- tius possit primâ publicè celebrare, tam ipse, quam præsentes plenariam indulg. consequantur. Resp. celebrans tali casu consequeretur indulg. dum pri- mam missam priuatim dicit, cùm in ea in omni ri- gore verificantur verba Pontificis: nec est ratio, cur indulgentia suum effectum suspendat. Respectu vèrò eorum qui intersunt, ipsa effectum conferat in celebratione missæ publicè dictæ. Moneor, quia mens Pontificis est, ad maiorem tanti mysterij cele- britatem, etiam præsentes eiusdem indulg. partici- p.s. facere. 3. An religiosi, ad quos haec indulg. Pontifex extendit, debeant esse eiusdem Ordinis, cuius est qui primam missam celebrat? Resp. cùm verba Bullæ indulgentiam non restingant ad religiosos eiusdem Ordinis, sed absque vlla limitatio- ne posita sint, dicendum est, eam ad omnes religio- sos cuiuscunque ordinis extendi dummodo à Pon- tifice præscripta seruent.

Sexta plenaria imparitur iis, qui de Superiorum licentia à negotiis per decē dies alieni in cella com- morabuntur, aut ab aliorum conuersatione separati in pigrum librorum, & aliarū rerum spiritualium, animos ad devotionem & spiritum inducentium, lectionibus operam suam dederint, addendo sape considerations & meditationes mysteriorum fidei Catholicæ, diuinorum beneficiorum, quatuor no- vissimo-

Dubium 2. 341. Circa banc indulg. du- biūm 1.

342.

6.

uissimorum, Passionis Domini nostri Iesu Christi, & aliorum exercitiorum, Orationum iaculatoriarum, aut vocalium, saltem per duas horas intra diem & noctem, orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, aut annualem, vel Ordinariam, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumplerint, aut missam celebauerint; & hoc toties, quoties haec spiritualia exercitia peregerint.

<sup>343.</sup> An hic decem dies debeant esse continui, an sufficient interpolati & nullam video rationem, cur interpolati non sufficient: cum Pontifex solum requirat decem dies recollectionis, nullo prescripto modo, an interpolate, an continuè sine impendendi. Neque dicas, Pontificem cum modum in huiusmodi exercitiis peragendis intendere, quo ea consueverunt communiter fieri. Nam esto talis modum Pontificis intendat, si tamen non constet, alium ut inualidum reprobare, indulgentiæ valori non obstat. An octo tantum dies, si in morem abierunt, sufficient: Ratio; dub.

quia hic modus spiritualibus exercitiis vacandi videtur Pontifici propositus abiis, qui norunt modum, quo haec in nostra Societate peraguntur, iuxta quæ videtur indulgentiam concessisse: & 29. decreta Congreg. 6. gener. tempore Pauli V. celebrata, sub disiunctione cauetur, ut Nostri omnes spiritualibus exercitiis quotannis videntur per octo vel decem dies continuos: ita ut haec disiunctiva posita videatur ex consensu & mente Pontificis, qui ut nostros ad ea excitaret, plenaria indulg. annexuit. Et sane hinc sent. probabilis est, præsertim cum fama sit, hunc modum propositum fuisse Pontifici à Cardinale Bellar. qui solitus erat quotannis se ad Romanum tyrocinium Societatis colligere, ut in eo iuxta monrem nostræ Religionis spiritualibus exercitiis viceret, & optimè norat octo dies plerumq; à nostris in his impendi. Certa tamen sententia non est, cum id nec ex Bulla, nec aliunde certò cōst̄ de hac mente Pontificis: Neque citatum 6. Congreg. decretum sufficient est ad hanc certam fidem faciendam, cum in eo nulla mentio fiat vel de hac Pontificis mente, vel de indulgentia huiusmodi annuis spiritualibus exercitiis concessa. Ut igitur quis certior sit de indulgentiæ consecutione, decem impendat dies, non est tamen necesse, ut post octo continuos, quos Societas nostra requirit, statim impendantur, sed sufficit si ante vel post suppleantur:

<sup>344.</sup> Septima indulg. conceditur ut omnes Religiosi, <sup>Indulgencia</sup> qui intra claustra viuentes suam Ecclesiam deuotè visitauerint, & in ea, ut præfertur, orauerint, consequantur easdem indulg. quas consequuntur visitantes Ecclesiæ Vrbis & extra eam diebus Stationum, perinde ac si ipsas Vrbis Ecclesiæ personaliter visitarent: in compend. privileg. verbo, Indulg. n. 1. cum hac limitatione, ut ante quinque vel unum altare s. Psalmi recitentur, vel si legere nesciat, alias orationes dicat: quæ concessa fuit à Pio V. viuæ vocis oraculo, quæ in hac Bulla à Paulo V. sine huiusmodi limitatione commutata est. 8. Isdem religiosis intra claustra viventibus conceditur, ut qui quinque orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante altare eorū Ecclesiæ quolibet die dixerint, consequantur s; annos & totidem quadragenas. Eadem extenditur ad religiosos, qui de Superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes tanquam Prædicatores & lectores, quinque eandem orationem Dominicam & salutationem Angelicam ante quodlibet altare recitauerint. 9. Qui per mensem integrum fin-

gulis diebus spatio medie horæ orationem mentalem fecerint, ac confessi & sacra communione ultima Dominica mensis refecti fuerint, lucentur annos 60. & totidem quadragenas. 10. Qui contrito corde, & penitentes suas culpas & peccata, atque imperfectiones in capitulis culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos acquirant, & totidem quædragenas. 11. Quotiescunque de licentia Pontificis aut Superiorum in ditiones & terras infidelium, aut haereticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles & haereticos ipsos ad fidem Catholicam convertendum, missi fuerint, si penitentes & confessi ac sanctissima Communione refecti fuerint, vel Missam celebauerint, ut melius ad huiusmodi opus sele parare valeant, pro duabus vicibus, scilicet quando itineri se accingent, & quando in prouinciam, ubi predicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem consequantur. 12. Cum Superior in visitationibus generalibus orationes 40. horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, iis religiosis, qui diuersis orationibus saltu spatio durarum horarum in diuerso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, nec non disciplina & obseruantia regularis augmentopias ad Deum preces effuderint, si confessi & sacra Communione refecti fuerint, aut missam celebauerint, plenaria omnium peccatorum indulgentia & remissio conceditur: haec indulg. ut in compen. privileg. verbo, Indulg. n. 10. sine hac limitatione primo concessa fuit à Leone X. Minoritis: 2. à Gregorio XIII. viuæ vocis oraculo Visitatoribus nostræ Societatis, eod. compen. verbo, Visitatores.

Hec conceditur intuitu visitationis: vnde siqui sunt tempore visitationis in domo, quæ visitatur, solum transiunter, & à Superiori non visitantur, indulgentiam non consequuntur. Illa vero à Paulo V. conceditur intuitu 40. horarum precum, & felicis progressus visitationis, ac religiosæ disciplina incrementi: quo fit, ut etiam transiuntes per illam dominum, quæ visitatur, etiam si ipsi non visitentur, modò duas horas diuerso tempore orationi impendant iuxta Bullam, plenariam indulg. consequentur. An autem Religionum Provinciales ac Visitatores hanc indulg. sine huiusmodi limitatione à se visitatis validè impetriri queant, graue dubium est, ut supra. Ad certitudinem consultum est, ut hanc piam à Paulo V. præscriptam conditionem in sua visitatione seruent.

Post hæc omnia Pontifex reuocat & abrogat omnes & singulas indulgentias quibuscunque Ordinibus & institutis regularibus, etiam mendicantibus, & quibuslibet personis regularibus, tam vigore privilegiorum, & literatum Apostolicarum, quam viuæ vocis oraculo, aut alias quouis modo per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores, ac per ipsummet Paulum V. & Apostolicam Sedem hactenus, concessas, confirmatas, approbatas & innouatas, easque ad præsentium literatum præscriptum reducit ac moderatur. Ex quo sequitur quod si huius abrogationis omnes alias indulgentiæ que in compendio privileg. descriptæ leguntur, inualidas ac nullas sint, nisi aliunde confirmatae fuerint: an autem de facto confirmatae sint, supra curia Hierony. Rodriq. probabile ostendit:

# DE SACRAMENTO ORDINIS.

Consilium  
auctori.

**E**XPLICATIS quinque Sacramentis ad priuatam cuiusque sanctitatem à Christo institutis, explicanda reliqua duo, ad publicam Ecclesiæ utilitatem ordinata, Ordinis, & Matrimonij; illud ad legitimos Sacramentorum ministros initiandos; hoc ad genus humanum legitimè propagandum conseruandumue. De priori ad calcem huius Tomi, quod breuior rem petat tractationem, cùm multa de eo dicta sint in præced. to. Vbi de Sacramentis in genere. De posteriori, singularis conficietur tomus. Disputant de Sacram. Ordinis Scholaltici cum Mag. in dist. 24. & 25. Canonistæ dist. 23. & seqq. & titulo, De etate & qualitate & Ordine præficiendorum, & temporibus Ordinandorum: Summissæ verb. Ordo: Recentiores cum Concilio Trident. sess. 23. uti contra hæreticos nostri temporis vera traditur de hoc Sacramento Doctrina.

## DISPUTATIO XXII.

### De institutione & natura Ordinis Sacri.

#### SECTIO PRIMA.

An aliqua Ordinatio sit verè & propriè Sacramentum à Christo institutum?

**I.** *Negatur ab hereticis Ordinatio.* D IX 1. aliqua, vt abstinerem à quæst. An omnes Ordinationes tam Minorum, quā Majorum Ordinum, sint verè & propriè sacramenta, de qua alibi. Negat apud Alphon. de Castro, propria ratio heresi, Ordo Sacra. Lutherus; eiusq; associæ Illyricus, Sacramenti, & Kernit. apud Bellar. lib. I. de Clericis, cap. II. & de sacra. Ord. c. I. qui aiunt, nullū ab Ecclesia Ordinem agnoscí, sed esse mere figmentum, solumque ritum eligendi concionatorem. vnde inferunt, qui non concionatur, non esse verum Sacerdotem, sed esse instar hominis picti respectu viui. Hanc veritatem ausus non est negare Caluinus, lib. 4. Institu. cap. I 4. n. 20. & cap. I 9. n. 28. & 31. qui quamvis Sacerdotiū non admittat cum potestate conficiendi & offerendi corpus & sanguinem Christi, & à peccatis absoluendi, admittit tamen illud, vt gratiæ collatiuum, quod ad naturam Sacramenti sufficit, vt cit. n. 28. Quantum, inquit, ad verum Presbyterij munus attinet, quod ore Christi nobis est commendatum, libenter eo loco habeo. Illic enim Ceremonia est. primum ex Scriptura sumpta, deinde quam non esse inanem, nec supervacuam, sed fidele spirituali symbolum, testatur Paulus. Hæc ille: vbi & rationem reddit, cur illud tertium in numero non posuerit ( duo. n. tantum alibi Sacra menta ad misericordiam & Cœnā Domini, etiā inanem, & cælesti pabulo vacuan) quia non ordinariū, inquit, nec commune est apud omnes fideles, sed ad certam functionem specialis ritus.

**2.** *Affirmatur ex doctrina cathol.* Catholica doctrina est, in varijs Concilijs definita, aliquem saltem Ordinem ex ijs, quibus Ministri initiantur, esse verum & proprium sacram. à Christo immediate institutum. Sufficiant duo Concilia Generalia Floren. sub Eugenio IV. celebratū anno 1538. & 39. Vti Pontifex in suo decreto §. Sextum sacram. post assignatas materias, formas, & ordinarium ministrū Presbyteratus, Diaconatus, Tomus VIII. de penitentia & Ordine.

& Subdiaconatus, effictum eorum assignat, augmē tunr gratia vt quis sit idoneus minister. Trident. sess. 23. per primos canones, totā hanc de sacramento Ordinis doctrinam contra hæreticos declarat, ac stabilis. Eadem veritas constat perpetua Ecclesiæ traditione, à Christo in vñima Cœna, in qua hoc sacram. institutum, & simile executioni Apostolis mandatum fuit: in qua teste Trident. sess. 22. Cano. 2. Christus Discipulos suos Sacerdotes instituit, cum plena potestate suum Corpus & Sanguinem conficeret, & in propitiatorium sacrificium Deo immolandi, illis verbis, Luca 22. & ab Apost. repetitis 1. Corinth. 1. Hoc facite in meam commemorationem. Quam potestatem post suam Resurrectionem extendit ad corpus Misticum suæ Ecclesiæ, conferendo illis plenam potestatem absoluendi fideles à peccatis illis verbis Ioan. 20. Accepit Spiritum sanctum: quorum remiserit peccata, remittuntur eis, & quorum reuinuerit, retenta sunt. Eiusdem Ordinationis expressa mentione fit, 1. & 2. Cano. ie Apostolorum Quidam vero tota cum hæreticis confraterat. in eo versatur, An hæc Ordinatio, qua Ecclesiæ Ministri initiantur, annexam habet infallibilem promissionem gratiæ, per quam, nova Sacra constituantur in ratione Sacramenti, & discriminantur à puris & vacuis cœterum scripturæ testimonijs, erit, certò ostendere, hanc in infallibilem gratiæ promissionem in aliqua Ordinatione non deesse.

Manifestum huius rei testimonium est Pauli ad Timoth. 1. cap. 4. Noli negligere gratiam, qua in te est, qua En symboli data est tibi cum prophetâ, cum impositione manuum Pres. Sen. bise. & byterij. Et 2. cap. 1. Admone te, vt resuscites gratiam Dei, testimonium conuincens eam Calumnum.

A a a sacram.

sacram probandum Calvinum clarum, ut eo convictus fuerit contra ea, quae alibi docuerat, tertium concedere Ordinis Sacramentum. Quem tamen non conuicerunt illa alia non minus clara verba Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus: sine villa ambage ex Christi ore prolatum, & à tribus Euangelistis, nec non à Paulo uniformiter relata. vna cū illis, Hoc facite in meam commemorationem, ad concedendam Sacerdoti potestatem conficiendi Christi corpus & sanguinem.* Verum heretici non aduentunt, quā in consequenter ex eodem Scripturæ fonte admittant unum, & negent aliud æquum clarum Spiritus S. oraculum. Idem Pauli testim. ad probandum Sacram. Ordinis admittit Caluinus, pernegat Lutherus Idem oraculum ad Christi corpus, & sanguinem contestandum concedit Lutherus, negat Caluinus. Eadem veritas colligitur tum ex cœrémonia, quā hoc sacram. Apostoli ministrabant, A. d. 6. & 13. *ieunantes & orantes, imponentesq; manus;* quod certum signum erat, per illud dari Spiritū S. cum gratia sanctificante: *Tum ex cautela, quā illud præcipiebatur conferri, vt non cuius se se offrenti, sed post diligens examen, & probatam vitā;* quā cautelā semper vfa est Ecclesia, ne sc. illud in peccato existenti conferendo, sacrilegium cōmitatur, sacramentalis gratiae effectu frustrato. Vnde Paulus Timotheo Episcopo Epist. 1. cap. 5. *manus cito nemini imponas, neque communicaueris peccatis alienis:* qui enim hoc sacram. peccatori ministrat, ipsius peccato communicat.

4. *Catholica  
hac veritas  
ratione prob.  
Concilio  
Floren.*

Prob. ratione, à Floren. cit. sc. vt per gratiam, quae in Ordinatione accipitur, fiat idoneus Minister exercendi munus, ad quod per Ordinationem destinatur. Deus enim, quae ipsius est munificentia, quād ad aliquod munus creaturam destinat, non solā extrinsecā Ordinatione, sed intrinsecā virtute efficit illam ad tale munus exercendum aptam: vt constat in ordine naturali, in quo Deus per intrinsecas virtutes & inclinationes, rerū naturas adaptat ad fines, ad quos destinat, consequēdos. Dices: hoc sacram. cūm sit vivorum, supponit gratiam: ergo non est necessaria collatio gratiae ad munus, ad quod Ordinatus destinatur, exercendum. R. concedo hoc sacram. non conferri primam gratiam, sed eius augmentum, vt Floren. dixit: cum quo augmēto simul dantur peculiaria auxilia, quibus suo tempore Ordinatus possit ritè ac dignè suum munus obire: quae specialia auxilia non supponuntur ante Ordinis susceptionem, etiam si supponatur gratia habitualis sanctificans, per quae auxilia distinguitur una gratia sacram. ab alia, vt tomo 1.

5. *Sine lethali  
peccati con-  
scientia ac-  
cedendum:*

Infurit, Ordinandum sub mortali teneri sine Conscientia lethali ad hoc sacram. accedere; ne ipsum effectu gratiae frustret: non tamen sacram Cōfessionem præmittere, nisi iuxta Ecclesiæ consuetudinem, in Ordinis susceptione communicaturus sit: sed sat esse, de peccato contritionem habere: quæ etiam si re ipsa vera contritio non sit, modò probabiliter putetur talis, faciet Ordinatum de atrito contritum, conferendo primam gratiam; Ex to. 7. disp. 4. sc. 5. sc. solū de Eucharistiâ, propter reverentiam reali præsentiae Christi debitam, speciale præceptum est, ne ad illud cum conscientia mortalis accedatur, nisi Sacra Confessione premisa, quātumvis nobis contriti videamus, vt Trident. sess. 13. cap. 7 declarat ex illo Corinth. 11. præcepto: *Prober autem seipsum homo, &c. Sacmenta vero vivorum,* si subiectum reperiant sine actuali obiecte in conscientia suscipientis, primam gratiam conferunt: vt putata prob. ibid. 10. 7. at in proposito casu Sacmentum Ordinis reperit subiectum sine actuali obiecte in conscientia.

tia Ordinandi, qui tollitur per contritionem probabiliter putatam; seu quando probabiliter putatur per contritionem amolitum peccatum: quod licet re ipsa non amoliatur, nisi per contritionem supernat. re ipsa positam, amolitur tamen à conscientia peccatoris (quo solū pacto est obex ad gratiam sacram.) hoc ipso quod morali diligentia adhibita, probabiliter putat se veram contritionem eliciisse: ita sacramenta gratiam causant ad instar causarum naturalium, institutoris liberalitatî conformius, quoties subiectum reperiunt morali diligentia probabiliter dispositum.

## SECTO II.

### Quid & quotuplex sit Ordo Ecclesiasticus?

**D**efinitur Ordo Eccles. à Magist. in 4. dist. 24. 6. lit. K. & Scholast. *Sacrum signaculum, quo spiritua- Ecclesiastici li potestas Ordinato traditur. Duplex est, alter digni- Ordinis de- tatis simul & iurisdictionis, vt Archidiaconatus, fuisse: Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus, Pri- matus, Papatus, alter potestatis Sacrificio altaris ministrandi. Non definitur hīc prior Ordo, qui ad hierachiam spectat, sed posterior: quo certi in Ecclesia initiantur Ministri, qui à Christo potestatem accipiunt, Sacmenta fidelibus ministrandi. Etenim, vt S. Tho. in 4. dist. 24. q. 1. ar. 1. ad 1. qu. Deus sua opera in sui similitudinem, quantum possibile est, perducere intendit: vt sicut ipse non solū existit in se, sed etiam sua dona & perfectiones influunt in alios: quapropter naturalem legem indidit rebus omnibus, vt postrema per media, & media per supra- rema perficerentur, vt Areopagita de Eccles. hierar. cap. 9. docet: ita eundem Ordinem seruat Christus in sua Ecclesia, vt aliqui sint ipsius cooperatores ad spiritualia dona & grātias fidelibus dispartiendas. Dicitur, *Sacrum signaculum: quo genericè conuenit Sacrum signaculum* cum reliquis Sacmentis, quae in aliquo sensibili si- gno consistunt, to. 7. dist. 1. Dicitur, *Spiritualis potestas:* quo discriminatur à reliquis Sacram. quibus vel nulla traditur potestas, vel si qua traditur, vt in Baptismo, est tantum passiva ad validē recipienda reliqua Sacra. non activa, vt traditur per Ordinem, quae propter ea, vt recte S. Tho. cit. ad 2. qu. ad 3. non dicitur *potentia*, quae æquæ actiue ac passiue communis est, sed *potestas*, quæ actiue propriè denotat. Est autem hæc, qualitas quædam in anima indelebiliter impressa, quæ Ordinatum habitat ad peculiares functiones validè ac ritè exercendas, & character dicitur, de quo to. præced. tota dist. 7. Neq; in hoc sacra. desunt tria; quæ in reliquis reperiuntur; sc. *Sacmentum tantum, externum ipsum symbolum ex aliqua materia sensibili, & forma constitutum; quod significat, & ipsum non significatur: res & Sacmentum simul*, ipse internus character, qui & significatur ab externo symbolo, & simul significat gratiam dandum.*

**Q**uoad 2. Canonista in cap. Cum contingat, de etate & quali. Ordinan. præter septem ab omnibus rece- 7. *Quatuor  
ptos, alias duos numerant, tonsuram primam, quam* *Psalmistatum vocant, & Episcopatum: ita glossa. Quan-* *num iste  
tum ad 1. tonsuram in cit. cap. verb. Abbati; Angelus, ver.* *Ordo 1. pro qua citantur Maior, & Ekius. Fundam.* habet in *notato textu*, vbi interrogatus Innoc. III. An Ordino Clericalis in tonsura conferatur, Respondebat affirmatiuè. Prob. 2. primæ tonsuræ conuenit definitio Ordinis à Magistro data, & à Theologis admis- sa: ergo est Ordo. Antec. prob. in prima tonsura for- matur in capite corona, & capilli ex quatuor capitib. partibus

partibus præcidentur cum illis verbis: *Tu es Domine, qui restitus hereditatem meam mihi*: at totum hoc est signum sensibile, per quod tonsuratus potestatem accipit cantandi in choro psalmos. 3. Prima tonsura confertur ab eodem Ministro, à quo conferuntur cæteri Ordines; nec potest à Simplici Sacerdote, nisi de commissione Episcopi. 4. Tonsuratus gaudet ijsdem priuilegijs, quibus reliqui Clerici: unde qui percutit tonsuratum incidit in Canone, si quis studente Diabolo. 17. q. 4. *Toletus in sum. lib. 1. cap. 3.* Confir. Sixtus V. in quadam motu propriotonsuram appellat charactem. Contrà verò Calvinus lib. 4. *Instit. cap. 4. n. 1.* non nisi tres admittit Ordines, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum: pro quibus in teste in adducit Hierony. in *Isaia. cap. 9* siue ut Bellarm. citat 19. vbi quinque numerat in Ecclesia Ordines, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fideles, Catechumenos.

8. *Sepremenius Ordinum numerus etas.*  
At communis sent. docet, pimam tonsuram non esse Ordinem, sed dispositionem tantum. ita Scholast. cum Magist. cit. qui non nisi septem agnoscunt Ordines, Presbyteratum, Diaconatum, Subdiaconatum, Acolytatum, Exorcistatum, Lectoratum, Ostiariatum. Recensentur à Cornelio Papa in Epist. ad Fabium Antioch. In hac Ecclesia, inquit, Catholica non ignorabat Presbyteros esse. 6. Diaconos 7. Subdiaconos 7. Acolytes 42. Exorcistas & Lectores una cum Ostiariis 52. Sedit anno 254. Idem numerus describitur in Concilio Rom. sub Sylvestr. 1. cap. 3. Idem colligitur ex Concilio Floren. & Trident. sess. 2. cano. 2. Ratio, cur prima tonsura non sit ordo, ex S. Tho. in 4. dist. 24. q. 3. ar. 1. ad 2. qu. est; quia per hanc nulla confertur tonsurato potestas, nec sunt verba, quæ aliquā tonsurando dandam indicant, vt ex Pontificali Rom. apparet: nam citata verba nec potestatem denotant, nec ab Episcopo proferuntur. Quod autem Canonizæ dicunt, dari tonsurato potestate canendi psalmos in choro, qui proprie à psalmista vocatur, fallum est: tum quia nulla sunt verba, quæ hanc potestatem tonsurato dandam significant: tum quia hæc potestas traditur Lectori, qui cum libro Prophetiarum potestatem accipit prophetias canendi. Huius septenarij numeri sufficientia assignat S. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. ar. 1. ad 2. q.

9. *Ad argum. ea Canonis statu.*  
Ad 1. ductum ex cap. Cum contingat; multæ interpretationes legi possunt apud Vag. in 3. par. disp. 236 de Sacra Ord. cap. 1. probabilissima est, Ponfificem eo loco accipere Clericalem Ordinem pro statu, quo tonsurati à Laicis segregati ijs præminent; non pro gradu peculiarem aliquam potestatem conferente, quod secundum definitionem à Mag. datam, necessarium est ad Ordinem Eccles. propriè dictū.

Ad 2. neg. anter. Ad prob. nego, capillorum tonsuram cum ciratis verbis esse Ordinis Eccles. symbolū, cùm nulla sint verba Imperatiua, collatiua potestatis, sed tantum recitatiua. Ad 3. Primo fallum est, primam tonsuram non nisi ab Episcopo, vel de eius tantum commissione à simplici Sacerdote cōferriri posse: nam & in 7. Synodo cap. 14. relatâ in cap. 20. Quondam videmus, dist. 69. dicuntur Abbates tonsurare posse, quam Synodus confirmat Innocent. III. cit. cap. cum contingat; & cano. psalmista, dist. 23. dicitur simplex Sacerdos absque licentia Episcopi tonsurare posse: Psalmista, inquit, potest absque licentia Episcopi, sola iuſſione Presbyteri officium ſuſcipere cantandi: licet non poſſit à non Sacerdote confeſſi, ex not. cap. cum contingat. 2. Esto nequeat prima tonsura à simplici Sacer. confeſſi; non infertur, quod sit Ordo: quia potuit Ecclesia statuere, vt nō nisi Episcopus, qui est Ordinum Ordinarius Minister, eſſet etiam prima tonsuræ, vt dispositionis ad Ordines,

collator. Ad 4. similiter potuit Ecclesia hoc priuilegium concedere etiam tonsuratis. Ad confir. Sixtus V. primam tonsuram appellat charactem, nō ob internum charact. sed ob extrinsecam designationem, qua per tonsuram persona designatur ad statum Clericalem. Testimonium Hieron. in 9. cap. Isaiae, à Bellar. in 19. cit. in neutro loco reperi. excitatamen appetet, per hunc quinarium numerum voluisse Hierony. Ordines non Clericorum, sed omnium fidelium recensere: Quod ex parte Clericorum non nisi tres numeret, ratio fuit, ex Bellarm. lib. 1. de Clericis cap. 11. §. Ex his, quia volebat perficere numerum quinarium, vt illum accommodaret numero 5. Ciuitatum Ægypti, quarum mentio fit ab Isaia cit.

### SECTIO III.

Quot sint Ordines Minores, & quam antiqui,  
& quæ singulorum officia?

Q Uoad numerum, cōstat, Ordines minores es-  
se Acolythatum, Exorcistatum, Lectoratum, Recensitorum,  
Ostiariatum. Dicuntur Minores, respectu Presby-  
teratus, Diaconatus, & Subdiaconatus, qui Maio-  
ficiencia ex  
res: quia proximiū ad Eucharistiam, obquam Or-  
dines instituti sunt, accedunt. Qui etiam non sacri  
nuncupantur, vel quia non habent solemne votum  
Castitatis annexum, vel quia non habent aliquem  
autem circa rem sacram, vti tres priores, Presby-  
teratus, circa corpus & sanguinem Christi conficien-  
dum & offerendum; Diaconatus circa Christi san-  
guinem populo dispensandum; Subdiaconatus cir-  
ca consecrata vasa tangenda. Quamquam, vt recte  
S. Tho. cit. ad 3. q. si Ordo secundum se spectetur, et-  
iam Minores dici possunt sacri: quia etiam ordi-  
nantur ad sacram animam per gratiam & cha-  
ractem, quæ in anima causant. Coeterum suppo-  
nit hæc explicatio, Minores esse vera Sacraenta,  
immediate à Christo instituta ad animam sancti-  
ficandam, de quo infra.

• Quod ad antiquitatem horum Ordinum, con-  
stat, eos in usu fuisse ab ipso tempore Apostolorū,  
vt Trident. sess. 23. cap. 17. de Reform. tum ex can. 27. Apo-  
stol. vbi fit expressa mentio Lectoris & Cantoris.  
Tum ex Clem. Rom. 8. lib. confir. cap. 26. vbi memi-  
nit Lectoratus & Exorcistatus: cur autem aliorum  
duorum, ratio S. Tho. cit. ad q. 2. ad 2. est, quia in pri-  
mitiva Ecclesia, propter penuriam personarū, ho-  
rum inferiorum Ordinum ministeria committe-  
bantur Diaconis, in quibus omnium inferiorū Or-  
dinum potestates eminenter continentur. Amplia-  
tā postea Ecclesiā, ampliatus est cum ipsa cultus  
diuinus, ac proinde quæ implicitè gerebantur ab  
vno Ordinato, explicitè exercentur à multis. Non  
tamen deest ab antiquis Patrib. horū 4. Minorum ignat. post  
expressi mentio. Ignatius Martyr Apostolorū Dis-  
cipulus, Epistolam ad Antioch. in biblioth. Petrum ordi-  
ne 1. 2. ita concludit: Saluto Sanctum Presbyterorum col-  
legium: saluto sacros Diaconos: saluto Hypodiaconos, Lec-  
tores, Cantores, Ianitores, Laborantes (qui curam habebat  
mortuos ſepeliendi,) Exorcistas. Cornelius in Epist. ad  
Fabium Antioch. vt ſuprà. Concilium Carthag. IV.  
anno 436 sub Anast. Papa, & confirmato à Leo-  
ne III. In quo singulorum etiam materię ac formę,  
& officia assignantur. Hinc diluitur Caluini in  
Scholasticos calumnia, qui lib. 4. Instit. cap. 19. n.  
27. postquam hos Minores Ordines irrisisset, ait,  
eos primitiū Ecclesiæ incognitos fuisse, ac multis  
post annis excogitatos. Eofd. proprijs nominibus  
exprimit Trident. sess. 23. cap. 2.

12.  
De propriis  
singulorum  
officiis:  
Ostiarum.

Lectoris.

Exorcista.

Acolyti.

Officium Ostiarum etiam apud veteres Patres, teste Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 13. ex notato Concilio Carthag. IV. est, aperire & claudere portas Ecclesiarum, & in eam dignos admittere, & indignos expellere: Ostiarius, inquit can. 9. cum Ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debet conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradidit ei Episcopus claves Ecclesia de altario, dicens, sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus que his clavis recluduntur. Ex quo Pontificale Rom. formam huius Ordinis desumpsit: quā præter claves, traduntur etiam Ordinato funes campanarum. Officium Lectoris ex eod. cano. 8. est, legere Prophetias in choro, vel vt Bellar. censet, etiam Euangelia; ex Cypria. lib. 2. Epist. 5. vbi Lectoribus tribuit Euangelium legere; non quidem, vt idem Bell. tempore Sacrificij, cum id Diaconi sit proprium; sed extra illud. Idem officium lectorib. tribuit Pontificale Rom. ex formâ, quā in hoc Ordine conferendo vtitur, de sumptâ ex cit. Carthag. Officium Exorcistarum est, Exorcismos Ecclesiarum super energumenos legere, vt in eod. can. 7. Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda memoria, & habero potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum. Eandē formam adhibet Pontificale Rom. Antiquitatem huius Ordinis aliqui colligunt ex illis, Aitor. 19. Teneauerunt autem quidam & de circumventibus Iudeis Exorcistis, inuocare super eos, qui habebant Spiritus malos nomen Domini Iesu dicentes: Adiuro vos per Iesum, &c. Verū hoc loco, vt infra lemō non est de Exorcistatu, vt est Ordo Ecclesi. sed de Exorcistatu, vt est gratia gratis data. Cæterum negat Calvin. Exorcistatum esse ordinem. At cit. Concil. cui magis credendum est, eum constituit inter Ordines Ecclesi. Vnde Concil. Laodicen. in Phrygia sub Sylvestro Papa cap. 26. prohibet, tam in Ecclesijs, quām in dominibus exorcizare eis, qui ab Episcopo Ordinati non sunt. Multiplicato autem nunc Sacerdotum numero, hoc officium expellendi demones ab energumenorum corporibus exercetur à Sacerdotibus, in quibus hæc potestas eminenter continetur. Officium Acolyti, à verbo ἀκολούθω, latine sequor, dicti, est, cereo accenso Diaconum sequi ad locum Euangeli, & vrceolos, seu ampullas paratas Subdiacono porrigerere, ita cit. Carthag. c. 6. Acolythus cum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debet: sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad ascendenda Ecclesia luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum ratiū ad saggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi. Hec Concilium: ex quo Pontificale utramq; materiam & formam accipit. Eosdē Ordines cum suis officijs, & proprietatum nominum explicatione describit Isidor. epist. Ad Ludifred. refertur can. Perfectis, dist. 25. & lib. 7. Etymolog. cap. 12. & refertur cano. Cleros, dist. Caluin. lib. 4. Inst. cap. 19. n. 23. & cap. 4. n. 9. Acolytorum officium autumat fuisse, Episcopum perpetuò comitari, eiisque indomesticis obsequijs adesse, tum honoris causa, tum nequa suspicio nasceretur. At non rident hæc tot sanctissimi Patres, & Sacratissima Concilia, quæ tam exquisitissimis verbis ea nobis commendant, & tanquam Ordinem à reliquis distinctum, facta & doctrinâ declarant.

#### SECTIO IV.

Quot sint Ordines sacri, quām antiqui, & quānam eorum officia?

13.  
Sententia  
inter Carlo.

Res esse Ordines sacros, subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum, certa est sent. quam Iacobos certa.

ego definitam censeo tum à Triden. *seff. 23. cano. 2.* his verbis: Si quis dixerit, præter sacerdotium, non esse in Ecclesia Catholica alios ordines & Maiores, & Minores, per quos velut per gradus quosdam, in Sacerdotium tendatur, anathema sit: dum enim plurali numero Maiores vocat, non potest de diaconatu tantum suam definitionem intelligere: tum à Floren. in lice. vnon. vbi agens de 6. Sacramente Ordinis, distinguit Presbyteratum. Diaconatum, subdiaconatum, singulis proprias assignans materias. Dices: hinc sequitur, si de quoque certū esse dati Ordines Minores: nam etiā hos in sua definitione comprehendit Triden. R. conced. sequel. nam, controuersia non est, an præter Maiores, sint etiam in Ecclesia Ordines Minores, sed an sint Sacraenta à Christo instituta, gratiam & characterem causantes in anima suscipientis. A qua controu. consulto abstinuerunt citata Conc. præfertim Triden. dum de illis loquitur, quatenus gradus quidam sunt, quibus ad sacerdotium tenditur. Et licet *seff. 7. can. 5.* definiat, omnia septem Ecclesiarum Sacraenta fuisse à Iesu Christo instituta & can. 6. 7. & 8. hæc omnia gratiam continere, eamque ex opere operato obicem non ponentibus conferre; & can. 9. doceat per Ordinem imprimi in anima characterem indelebilem; hæc tamen necesse non est verificari de singulis Ordinibus, sed sat est de aliis quibus.

De antiquitate horum Ordinum à fortiori constat ex ijs, quæ de Minoribus *suprà*: etenim omnes, *Antiquitas* qui mentionem faciunt de Minoribus, etiam faciunt de Maioribus: & multo plures. alij Patres, & *Controver* *DD. quæ.* Concilia mentionem faciunt trium Majorum, qui tamen nullam faciunt, saltem de omnibus Minoribus, vt *cano. 42.* vel vt alia versio habet 43. Apostolorum: & apud Clemen. Rom. lib. 8. Apostol. consitu. cap. 16. 17. & 21. vbi & modus describitur Ordinandi Presbyteros, Diaconos, & subdiaconos: & apud Ignatium Martyrem *cit.* Quoad officia, hæc omnia in Pontificali Rom. tribuuntur Subdiacono: Primū, *Officia sub-* cantare solemniter Epistolam, quam de manu Episcopi accipit his verbis: Accipe librum Epistolarum, & *diaconi* *quinq.* habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta Dei, tam pro viuis, quām pro defunctis. 2. Aquam ad ministerium altaris præparare, diacono ministrare. 3. pallas altaris, & corporalia abluere. 4. Calicem & patenam in usum sacrificij Diacono offerre: cui proptereab ab Episcopo dantur tangenda Calix vacuus, & patena sine hostia, & ab Archidiacono vrceolus cum vino & aqua, & baccile cum manutergio. Has omnes ceremonias Pontificale accipit ex Concilio Carthag. IV. cap. 5. vbi, Subdiaconus, inquit, cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam ab Episcopo accipiat vacuam, & Calicem vacuum: de manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium: vbi omititur vrceolus cum vino: vti & Floren. solius Calicis vacui & patenæ meminit. 5. Populi obtiones accipere, easque super altare reponere.

Officia Diaconi, de quo frequentissima mentio fit in Canonib. Apost. & apud Clemen. cit. lib. 8. *Diaconi pri-* *Constitut. cap. 18.* vbi modus traditur Diaconos ordinandi, hæc recenset Pontificale Rom. miistrare ad altare, baptizare, prædicare euangelium, solemniter cantare, qui proptereab librum Euang. de manu Episcopi accipit his verbis: Accipe potestatem legendi Euang. in Ecclesia Dei, tam pro viuis, quām pro defunctis. Cui etiam tribuitur Christi sanguinis dispensatio, ex verbis B. Laurentij ad Sixtum Papam à S. Ambrosio relatis lib. 1. de officijs, cap. 41. quod Sacerdos Sancte sine Diacono properas? Tu numquam sacrificium sine ministro offerre consueueras: & infra. Cui commisisti Dominicani sanguinis dispensationem, cui consummandorum conseruum

rium Sacramentorum, huic consortium cui sanguinis negari. Et hæc quidem officia conueniunt diacono iure diuino. vi ipsius Ordinationis: alia ei tribuuntur iure Eccles. Primum, Episcopo assistere, ne ab insidiantibus infestetur, cuius meminit Euarestus Papa Epist. 1. ad Episcopos Afric. init. verba sunt: Diaconi, qui quasi oculi ridentur esse Episcopi in unaquaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse (alludit ad cit. c. Actor. vbi septem ab Apostolis Diaconi electi) qui custodiant Episcopum, predicanem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut ledatur a suis. Secundum, curam pauperum habere, & elemosynas pro eis oblatas custodire, eisque distribuere; corū mensis præesse ac ministrare, ut constat, tum ex cit. cap. 6. Actor. vbi ex consilio Apost. Diaconi 7. electi sunt ad hoc officium: tum ex Leone Papa, qui serm. de Nerali B. Laurentij ita loquitur: Qui non solū ministerio Sacramentorum, sed etiam dispensatione Ecclesiastica substantia eminebat. Multa alia officia Diaconis assignat Mich. Medina lib. 1. sacrar. homin. contin. a c. 26.

17. Presbyteri officia.  
Presbytero hæc officia Pontificale assignat, offerre, benedicere, præesse, prædicare, baptizare, à peccatis absoluere. Offerre, idem est, quod sacrificare: in cuius symbolum traditur illibet ab Episcopo Calixtum vino, & patena cum hostia his verbis: Accipe potestatem offerre Sacrificium Deo, missaq. celebrare, tam pro viuis, quam pro defunctis. Cuius officij, vñā cum materia & forma, per quas sacrificandi potestas sacerdoti confertur, meminit Conc. Floren. cit. Quod officium adeò sacerdoti proprium est, vt ex eo nomen sit sortitus. Vnde nullus est apud villam nationem sacerdos, cui ex primaria sua institutione hoc officium Deo sacrificandi non competit. Quocirca

Sacerdotium Caluinum, quia Presbyteratum, ut potè manifestis Sime Sacrif- crarum paginarum oraculis expressum, negare non potuit, conatus est saltē ei potestatem sacrificandi auferre, ac proinde proprium nomen sacerdotij; lib. 4. Inst. cap. 19. n. 28. iniurios Christo votat omnes illos, qui se sacerdotes appellant ad offerendam placationis hostiam. Constitutus, inquit, ille & consecratus à Patre Sacerdos cum iure iurando fuit, secundum Ordinem Melchisedech, nullo fine, nullo successore hostiam semel obtulit eterna expiationis & reconciliationis: nunc etiam Sanctorum cali ingressus, intercedit pro nobis. In ipso omnes sumus sacerdores, sed ad laudes & gratiarum actiones: (ecce in quo Euangelici Sacerdotis munus constituit hæretarcha) ad nos denique nostrag. Deo offerendi. Illi vni (pergit) singulare suit suā oblatione Deum placare, & peccata expiare. Id cum sibi isti usurpent, quid supereft, nisi eorum sacerdotium impium esse ac sacrilegum? Certè nimis improbi sunt, dum Sacramenti titulo insignire audent.

Et paulò inferius: Euangeli sui ac mysteriorum dispensatores ordinari iussit Christus, non Victimarios inaugurationi. Mandatum de prædicando Euangeli pascendoq. grege, non de hostijs immolandis dedit. Spiritus Sancti gratiam promisit, non ad peragendam peccatorum expiationem, sed ad gubernationem Ecclesia ritè obeundam. Hæc impia bæsis scripturæ oraculis confutata est, tum preced. 10. disp. 14. de exist. Euchar. tum ex hoc eod. de sacra. Pœnit. Nunc satis sit supponere cum Trident. sess. 23. cano. 1. & 4. & sess. 14. cap. 1. & can. 3. vt certum fidei dogma, sacerdotem duplum in suā consecratione potestatem accipere, corpus & sanguinem Christi conficiendi, illudque in sacrificium pro peccatis & pœnis, tam pro viuis, quam pro defunctis Deo offerendi; & fideles in foro pœnitentia à peccatis absoluendi: priorem, cùm sacerdos ab Episcopo consecratur; posteriorem, cùm per impositionem manuum ab eodē accipit Spiritum Sanctum his verbis: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, &c. Et quia Caluinus negat nomen Sacerdotis com-

Duplex Sacerdotis potestas.

Tomus VIII. de pœnitentia & Ordine.

petere Euangelico ministro; (cùm hoc à sacrificando deriuetur, & per Caluinū Sacerdos Euang. potestate sacrificandi careat, nequit illi nomen sacerdotis competere) ostendo ex diuinis Oraculis hoc nomen sacerdotis illi competere i Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo Sacerdotes: Petrus in sua 1. cano. cap. 2. officium ministri Euang. appellat Regale Sacerdotium, propter eminentiam victimæ, quam in sacrificium Deo offerit, præ victimis, quas veteris legis Sacerdotes offerabant: Paulus ad Hebr. 7. Sacerdotium veteris legis translatum ait in nouum, cum eadē nimirum nominis proprietate, quo vetus appellabatur, à munere & potestate sacrificandi.

18.

Ceterum nota, hæc omnia officia iure diuino vi Sacerdoti competit iure diuino benedicere.

8

sacræ inaugurationis competere Euangelico Sacerdoti, præter secundum, quod est aquam & fructus terræ benedicere, quod iure Eccles. dumtaxat introductum est. Quamquam dici potest, quod etiam hæc potestate benedicendi Presbyter accipiat cum ipso Sacerdotio, quatenus per Sacerdotium fit dignus hæc omnia exercendi. Dicitur præsse, non titulo externæ iurisdictionis, sed internæ potestatis in ordine ad forum pœnitentiale, in quo iute diuino constituitur legitimus iudex examinandi, & condemnandi omnia peccata in eo foro, sibi à fidelibus manifestata, ut suprà. Præterea vi suæ Ordinationis accipit Sacerdos munus Dei verbum prædicandi: Predicare. Actor. 6. Non est equum nos derelinquere verbum Dei: & iterum: Nos orationi & ministerio verbi instantes erimus. Etenim hoc ipso quod Sacerdos vi suæ Ordinationis accipit potestatem non a solū in corpus Christi verum, sed etiam Mysticum, communicatur illi potestas instruendi fideles, de rebus ad fidem & salutem Baptizare spectantibus. Idem est de officio baptizandi. Nec refert, quod hæc officia vi suæ ordinationis accipiat etiam Diaconus; tum quia ea accipit in defectum Sacerdotis, & dependenter ab illo: tum quia, ut ex Synodo Vasensi sub Leone I. testatur Mich. Medina lib. 1. des. sacr. hom. contin. cap. 30. hæc Diaconorum prædicatione non erat solemnis, sed quædam Euang. recitatio, & ex altari ad populum adhortatio, seu priuata quædam baptizandorum catechizatio. Porro duplex illa potestas sacrificandi, & à peccatis absoluendi, quam Sacerdos accipit, cā inter se connexionem seruant, ut prior esse queat sine posteriori, non contrà. An autem posterior nouam conferat gratiam, nouumque imprimat characterem, constabit ex dicendis.

## SECTIO V.

An Episcopus iure diuino sit Presbytero superior? Et an vi suæ Ordinationis, habeat aliquod officium ab Officio Presbyteri distinctum?

**N**on dispuo hic, an Episcopatus sit sacramentum à Presbyteratu distinctum, nouam conferens gratiam, nouumque imprimens characterem, de quo infra; sed an sit dignitas & gradus Eccles. Presbyteratu superior, immediatè à Christo institutus: & quodnam sit proprium eius munus. Nam licet qui censem, illum esse Sacramentum consequenter docent, esse dignitatem & Ordinem Presbyteratu superiorum à Christo institutum, cùm nequeat sacramentum nisi à Deo institui: non tamen contrà, qui negant, Episcopatum esse Sacramentum, negare tenentur, illum esse dignitatem & gradum Presbyteratu superiorum à Christo institutum:

Aaa 3

192

Caluini error.

consequentes  
alii.

Caluini error.

Probat  
hieraticis  
huius testime-  
nis Paulis.

Sic discut-  
runt.

20.

Dogma fidei  
de Episcopis.

tutum: cum potuerit Christus illum instituere ut distinctum gradum Eccles. dignitatis, Presbyteratu superiorem, & non ut sacramentum, distinctam conferens gratiam, distinctumq; imprimens characterem.

Negat Caluinus, Episcopatum esse gradum & dignitatem Presbyteratu superiorem à Christo institutum lib. 4. Institut: cap. 4 n. 2. his verbis: *Quibus ergo docendi munus iniunctum erat, eos omnes nominabant Presbyteros. Illi ex suo numero in singulis Civitatibus vnu eligeant, cui specialiter dabant titulum Episcopi ne ex aequalitate, vt fieri solet dissidia nascentur. Neque tamen sic honore & dignitate superior erat Episcopus, vt dominium in Collegas haberet: sed quas partes habet consul in senatu, vt referat de negotijs, sententias roget consulendo, monendo, bortando, alijs precat, authoritate sua totam actionem regat, & quod decretum communis consilio fuerit, exequatur; id muneris sustinebat Episcopus in Presbyterorum catu. Atque id ipsum pro temporum necessitate, fuisse humano consensu inductum, fatentur ipsi Veteres. Hæc Caluini: consequenter n. 3. docens, idem semper fuisse munus Episcop. & Presbyt. nempe, verbi & sacramentorum dispensationi incumbere. Eod. modo n. 4. discurrevit de Archiep. & Patriarchis: in fine negat, in Ecclesia esse propriè Hierarchiam, eo quod nullibi in Scriptura hoc nomen habetur. Testem sui erroris adducit Hirony. in Epist. ad Titum; vbi, Idem, in-*

*quit, Presbyter qui Episcopus. Et antequam Diaboli in-  
riony. Caluini stitu disidia in Religione fuerent, & in Populis diceretur,  
nus. Ego Pauli, Ego Cepha, communis consilio Presbyterorum Ecclesia gubernabantur. Postea vt dissensionum semina euellerentur, ad vnum omnis solicitude est delata. Sicut ergo Presbyteri sciunt se, ex Ecclesia consuetudine ei, qui praefit, subiectos: ita Episcopi nouerint, se magis consuetudine, quam dominica dispensationis veritate Presbyteris esse maiores & in commune debere Ecclesiam regere. Caluino impudentior Lutherus apud Alphon. de Castro, verb. Episcop. in Episcopos conuicia congerit: & alibi: Omnes, inquit, quotquot baptizati sumus, equaliter Sacerdotes sumus, & quilibet laicus potest Ecclesiam consecrare, pueros confirmare, &c. Eand. hæresim multò ante problemavit Aërius apud Epiph. heresi 75. & Augustinu. lib. de hæresib. cap. 53. cui alij etiam Castro teste, subscriplerunt. Omnibus, inquit, Sanctis, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconibus, &c. At nequeunt in una ciuitate plures esse Episcopi: idem ergo iuxta Paulum est Episcopus & Presbyter. Ad Titu 1. Huius rei gratia reliqui te Creta, vt constitutas per Ciuitates Presbyteros, quos paulò post vocat Episcopos: oportet Episcopum sine crimine esse. Et 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, qua data est tibi cum impositione manuum Presbyterij. Vel hic Presbyterium furnitur passiuè pro Ordine, ad quem fuit Timotheus promotus, & cum fuerit promotus ad Episcopatum, dum Ordinem appellat Presbyterium, idem iuxta Apost. erit Presbyterium & Episcopatus. Vel sumitur actiuè pro conferente Ordinem: & tunc inferunt; ergo non est pro prium Episcopi, conferre Presbyteratum, siquidem collatus fuit per impositionem manuum Presbyteri.*

*At certum fidei dogma est, à Triden. sess. 23. cap. 4. & cano. 7. definitum, Episcopos gradu & dignitate esse Presbyteris superiores, eorumque officia distin-  
& a esse ab officiis Presbyterorum: Sacrosancta, in-  
quit, Synodus declarat, prater ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hieraticum Ordinem præcipue pertinere, & positos, sicut idem Apostolus ait, à Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, eosq; Presbyteris superiores esse, ac sacramentum Confirmationis conferre, Ministros Ecclesia ordinare, atq; alia pleraq; per agere posse: quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Idem cano. 7. sub 2-  
nachmate dominat contrarium sentientes. Quod*

hic Hierarchicus Ordo non sit humano, sed diuino consilio institutus, definit cano. 6. *Siquis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuinam Ordinatione institutam, que constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris, anathema sit. Prob. 1. ex illis. Acto. 20. dictis à Veritus Paulo Ephesini Episcopis: Attendite vobis & vniuer. prob. 1. so gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, rege- auctoritat. ex Ecclesiam Dei, quam acquisuit sanguine suo. Secundò ex Ephes. 4. Et ipse, Christus, dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores: qui iuxta sacros Interpretates, intelliguntur Episcopi. Hanc veritatem colligit Hilar. à S. Ibo. in sua catena citatus, ex illis, Math. 24. Quis putas, est fidelis servus & prudentis, quem constituit Dominus in super familiam suam: quamuis, inquit, Dominus supra communis nos ad indefessam vigilantia curam fuerit adhortatus, speciale tam Populi Principibus, id est Episcopis in exspectatione aduentus, suo solicitudine mandat. Et August. in psal. 44. explicans illa: Pro patribus nati sunt tibi filii: Patres, inquit, missi sunt Apostoli, pro Apostoli filii natissunt, & constituti Episcopi. Idem Aug. lib. Quest. Veteris testa. q. 97. circa finē: Nemio, inquit, ignorat, Episcopos Salvatorem Ecclesijs instituisse: ipse enim priusquam in cael. renderet, imponens manus Apostoli, ordinavit eos Episcopos. Hoc Apostolus Spiritui Sancto deputat, cum dicit, At endite vobis & omni gregi, &c.*

*Prob. 2. ex forma hierarchica, quæ Ecclesia est à Christo instituta, vt Arcopagita per integrum lib. de Eadem ve- Eccles. hierarchia ostendit; & cap. 5. appellat medium ritus lucu- inter hierarchiam legalem & coelestem. Cuius ordi- lenti prob. 2. & S. Dionys. ne primum ait esse Pontificem, & quo omnis sacra potestas ad inferiores ministros derivatur. Vbi & diuersa munia & officia assignat Pontifici, sacerdo- ti, & Diacono: docetque superiores habere facul- tates inferiorum ministrorum, eorumque functiones exercere posse, non contraria. Eandem probat tota ferè lib. 8. Apost. constitu. Clemens 1. vbi & diuersa Ratione describit Ordinationes, & munia singulis propria. stat. Ratio: inter omnes Regiminis Ordines perfeciissimus est Monarchicus, in quo per inferiores Minis- trios, continuatâ subordinationis serie, peruenit ad vnum, à quo vt à supremo capite reliqui potesta- te, & consilio diriguntur. Quis autem dubitet, Chri- stum Ecclesiam suam perfectissimo modo ordina- se, constituendo in eo Ministros inferiores subordi- natos superioribus usque ad supremum caput? si hanc gubernationis formam aduersarij non negant seruati in Cælis, vbi Christus regnat mortis trium- phator: cur eam seruari negabunt in terris, vbi idem Christus suam militantem Ecclesiam adhuc per mi- nistros sibi subordinatos ac subiectos gubernat? Tandem quis audebit antiquatam Ecclesiam ante- ferre nouare? cum tamen certum sit, in illa iure diuino fuisse Ordinem hieraticum, qui constabat ex summo Pontifice, cui soli licebat Sanctuarium in- gredi, Sacerdotibus, & Leuitis, cum perfecta subor- dinatione inferiorum ad superiores, Exod. 28. & 40. Leviti 8. numer. 3. & 4.*

*Eadem deducitur 3. ex potestate, quam sapra Presbyteros in sua ordinatione accipit Episcopus: Prob. 3. ex nam hic potest Presbyteros Ordinare, quos nō po- potestate ordinandi: simplex sacerdos: ratione cuius potestatis Epis- copi à S. Patribus dicuntur Patrum progenitores, quia progenerant Presbyteros, qui Patris officium erga fidèles exercent, eos filios Dei per gratiam gi- gnendo. Idque adeò apud Patres constabilitum est, vt nec Hierony. pro contraria sent. citatus, neget, ad Euagrium epist. 85. Quid facit Episcopus excepta Ordina- tione, quod Presbyter non faciat? Quod hæc potestas iure diuino competat Episcopis, inde constat, quod hactenus nunquam legitur Presbyter Presbyterum, sed*

Comprobatur idem a  
lio ergo.

sed semper Episcopus ordinasse. Item si quando Presbyteratus collatus est à non Episcopo, vel de cuius Episcopali potestate dubitabatur, semper iudicatus fuit inualidus, ut de Choropiscopis, de quorum Episcopali potestate dubitabatur, docet Damasius. P. 4. epist. 5. Vacuum est & inane quidquid in predicto Sacerdotij summi egerunt ministerio: & Gregorius III. epist. ad Bonif. 2. cap. 5. sub Bonifa. V. anno 619. tempore Isidori Archiep. Toletani. Porro si eandem potestatem vi Consecrationis iure diuino accipere Presbyter, etiam contra Ecclesiaz prohibitionem Presbyter Presbyterum ordinaret, validè ordinat, etiam si contra Ecclesiaz prohibitionem illuc citè ordinet: sed quod potestas iure diuino collata, nō pender quod ad actus validitatem ab Ecclesia. Prob. 4. ex potestate quam Episcopus vi sua Consecrationis accipit, Confirmationis Sacramentum ministrandi, quam non accipit simplex Sacerdos, vt definiunt Concilia Floren. & Triden. sess. 7. de Confir. cano. 3. idq; docent Dionys. de Eccles. hier. cap. 4. qui Ministeribus Sacramenti assignat Pontificem, Clemens Röm. lib. 3. Apost. Constit. cap. 16. at alij Pontifices ac Patres, citati praecep. 10. d. sp. 13. sect. ult. Fudam. Acto. 8. ad confirmados eos, qui fuerant à Philippo Diacono baptizati, missi dicuntur Hierosolymis in Samariam Petrus & Joannes; quia hoc erat officium solius Episcopi. Nec obstat, quod ex dispensatione Pontificis possit simplex Sacerdos hoc sacram cōferrere, vt ibid. nam. vt sit Episcopi proprium, sufficit, vt si illud sine cōmissione Pontificis, cuius tantum est in hoc dispensare, simplex Sacerdos attenter, nihil efficiat.

24. Infertur 1. Episcopos non solum potestate, sed etiam iurisdictione esse Presbyteris Superiores, quippe qui vi sua Consecrationis habent, vt praesint Ecclesijs, quibus præficiuntur, quod non habent Presbyteri, qui præter iurisdictionem in foro pœnitentiali, nullam vi sua Ordinationis accipiūt in foro externo. Vnde in Pontificali vt proprium officium assignatur Episcopo, iudicare: manifestè ex 1. ad Timotheum. Episc. 5. Aduersus Presbyterum accusacionem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Confirm. vt constat Deutero. 17. hoc officium erat Summi Sacerdotis, cui in lege Euang. respondent Episcopi. Quod officium cum Caluinus concedat lib. 4. Infir. cap. 6. n. 2. legali Pontifici, non est, cur id neget Euangelico, cui perfectiori iure in Ecclesiam succedit. Præter officium iudicandi tribuit Pontificale Episcopis munus interpretandi, consecrandi, ordinandi, offerendi, baptizandi, Confirmandi.

At dubium est, quando Apostoli fuerunt à Christo Episcopi Ordinati: Alij putant in ultima Cæna, his verbis: Hoc facite in meam commemorationem; Presbyteros, & Episcopos à Christo simul Ordinatos. Alij Ioan. 20. Quando illis insufflando Spiritu S. dedit, ita August. cit. & Gregorius cit. à S. Tbo. in catena supra cit. locum Ecce, inquit, Principatum supremi Iudicis sortiuntur: & vice Dei quibusdam peccata retinet, quibusdam vero relaxant. Horum nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent, & soluendi ac ligandi potestatem suscipiunt, qui gradum Regiminis sortiuntur. Alij censem, Episcopos creatos fuisse in die Pentecostes, quando Spiritum S. cum gratia plenitudine acceperunt. Alij demum, quando post gloriosam resurrectionem missi sunt à Christo ad prædicandum Euang. toti mundo, Gentilque omnes docenda: quod probabilius purat. Vasquez disp. 242. cap. 4.

25. Superest de ritu, quo Episcopatus consecratur. Primò duos minimū requirit Pontificale Episcopos assistentes, præter Consecratorem: ita can. 1. A. Tomus VIII. de pœnitentia & Ordine.

post. Episcopus, à duobus, vel tribus Episcopis ordinatur: & apud Clemens. Röm. lib. 8. Apost. constit. cap. 27. hæc à Simone Apostolo sancta: Ego Simon Cananeus consilio, à quot Episcopis debeat ordinari Episcopus, scilicet à duobus, aut tribus Episcopis & l. 3. c. 20. Id manifestè colligitur ex Damaso epist. 5. qui non admittet ut validam mutia Episcopalia à Choropiscopis obita, eo quod non erant à pluribus Episcopis consecrati. Quid etiam præscribitur in Concilio Carthag. 4. cap. 2. Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Euangeliorum Coditem super caput & cervicem eius & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adiungunt, manibus suis caput eius tangant. In hunc tensum Chrysost. Theophil. OEcume. Theodore. apud Cornel. à lapide in epist. 1. ad Timotheum. cap. 4. explicat illa verba, cura impositione manuum presbiterij, id est coetus seniorum, seu Episcoporum, qui manus supra consecrandum imponunt. Porro vice Episcoporum subrogari posse Abbates vel Ecclesiæ dignitatem habentes decidit, Sacra Congreg. Cardin. in una prætermissa sess. 23. cap. 1. an in presentia; in qua Episcoporum copia haberi non potest, dispensandum sit, vt in loco duorum Episcoporum, qui in consecratione Episcopi interesse debent, subrogentur duo Abbates, duorum alijs dignitatis Eccles. habentes: Congregatio dixit, posse dispensari, & maior pars Tholog. qui consulti fuerunt, sic responderunt faciendum. Et ita Pius V. dispensauit.

Secundò præmittitur à consecrando iuramentum coram Consecratore de obedientia & fidelitate præstanda Pontifici; eoque defendendo, si necessum fuerit; illique quantoius manifestando, si qui contra ipsum, aut Romanam Ecclesiam machinarentur; de iuribus, priuilegijs, honore & authoritate Sedis Apost. turandâ, seruandâ, que omnibus decretis, ordinationibus & mandatis à Sepe Apost. emanaturis, deveniendo ad Synodus, vbi primùm vocatus fuerit, nisi canonico impedimento præpeditus; de liminis S. Petri, per se vel per alium, si ipse legitimè impeditus fuerit, certo quodam tempore visitandis: de non vendendis, donandis, oppingorandis, de nouo infeudandis, vel aliquo alio modo alienandis possessionibus ad suam mensam pertinentibus, inconsulto Pontifice, & cum consensu sui capituli. 3. Consecrandus examinatur de præcipuis Orthodoxæ fidei mysterijs, vt in cit. Can. Carthag. & interrogatur de quibusdam rebus præstandis.

His præmissis, imponitur liber Euangeliorum apertus super caput & cervicem consecrandi; cuius Præcipua caput omnes Episcopi ambabus manibus tangunt, ceremonia dicentes, Accipe Spiritum Sanctum. 5. Chrismate eius caput inungitur, ter ligno Crucis facto. 6. Eodem modum Crucis ambæ manus simul iunctæ in unguntur, quas inunctas Consecratus imponit manipulæ à collo pendenti. 7. Consecrator offert illi Pastoralem baculum prius benedictum, quem Consecratus accipit manibus non disiunctis. 8. Tradit illi annulum benedictum, annulari dextera manus illum inserendo. 9. Consecrator librum Euang. è spatulis Consecrati accipiens, tradit illi clausum, quem Consecratus tangit coniunctis manibus. 10. Consecratus vñà cum Consecratore Missam dicit, & in fine consecranti, post sumptum Corpus & sanguinem Domini, Consecratus communicat non flectentem, sed ante se stantem sub utraque specie, ex eodem Calice, in quo partem Sanguinis Consecrator reliquit. 11. Imponitur ipsius capiti Mitra benedicta, & manibus chirothecæ. Tū consecrator manu dextera, & senior Episcopusex assistentibus consecratum accipientes inthronizat in Falistorio, ex quo surrexerat Consecratus vel

si id fiat in propria Ecclesia consecrati, inthronizant illum in sede Episcopali: eique à Consecrato-re traditur in sinistra manu baculus Pastoralis: qui sic baculatus & Mitratus ante medium Altaris accedens, post illos versus, *Sit nomen Domini benedictum &c.* Vertit se ad populum, eumque benedit.

<sup>27.</sup> *Ha ceremo-*  
*nia à Chri-*  
*sto in genere*  
*determina-*  
*ta.*

Cœterum probabile est, has ceremonias non fuisse in particuli à Christo determinatas, sed tāzū in genere in specie determinandas per Aposto-los & Ecclesiam, vt de materijs & formis reliquorū Ordinum præced. to. disp. 2. sect. 4. quod de libro Euang. certum est, cùm hic nondum fuerit tempore Apost. conscriptus, cùm tamen eo tempore fuerint ab Apostolis consecrati Episcopi. Idem condendū est de assistentia duorum Episcop. cist. constitu. Simoni; sic. n subdit: *Quod si necessitas coegerit ab uno Ordinari, quod propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis pluriū Episcoporum:* Si autem assistentia duorum Episcop. de iure diuino ad validitatem Episcopatūs requiri-teret, non potuissent Apostoli, neque in necessi-tate sine ea valide Episcopatum conferre: sicut nō poterant neque urgente necessitate, aut baptismū sine aqua, aut Eucharistia Sacrifictium sine vino valide perficere. Quām sent. docet Palud. de potest. Papa relatus à D. Antonino 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 9. fine, quem ipse, & Sylvestr verb. Consecratio. 1 sequitur. Et sumitur ex facto B. Gregorij, qui Augustino Epis. Angliae concessit, vt ipse solus Episcopum consecra-ret: contra glossam in cap. Ne Episcopi, de tempo. Ordinand. pro qua citat canon. Porro, dist. 66. ex Anacleto epist. 2. in qua consecrationem Episcop. ex instru-ctione S. Petri, à quo ipse Presbyter Ordinatus, fuerat, describit: *Ordinationes Episcoporum authoritate Apostolica, ab omnibus, qui in eadem fuerint Provincia, Episcopis sunt celebranda. Qui simul conuenientes, scrutiniū diligenter agant, iejuniumq; cum omnibus celebrant preci-bus, & manus cum S. Euangelij, que prædicaturi sunt, im-pontentes, dominicā die, horā tertią, orantes, sacrāq; vni-ctione, exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum, mo-re Apostolorum & Mosis, vngentes, & hoc ritu solemnam celebrant ordinationem.* Pro qua etiam referuntur Hoc-siensis, Hugo & alij. Alter Vasquez disp. 243. cap. 6. pu-tat, ad consecrationem Episcopi iure diuino neces-sarios esse tres minimum Episcopos, vt Ordinarios Ministros, ex commissione verò casu necessitatis sufficere vnum, citat à auth. Anacleti potissimum du-ctus. At nec citata authoritas est contra nos, vt ex Pontificis verbis patet: ait enim *Apostolicā, non diuinā authoritate, id seruandum esse.* Idque euidentius cōstat ex sequentib. eādem quippe authoritate præ-cipit, in Episcopi Ordinatione seruandum esse ie-juniū, preces, Euang. traditionem, præscriptam diem Dominicam, & lacram vnitatem: cùm ta-men hæc non sint iure diuino necessaria. Nec sent. Vasquez placet: nam semel posito, quod Christus in genere duntaxat Ordinum materias instituit, facilius & cohærentius dicitur, neque vt Ordinarios Ministros, iure Diuino plures Episcopos neces-sarios esse ad Episcopi Ordinationem. Idem à fortiori sequitur de reliquis cæremonijs, quas de facto Ecclesia Græca in Episcopi consecratio-ne non seruat: quæ autem illæ sint, mihi certò non-constat. Quare vero simile est, Christum instituisse Episcopatum ab Episcopo conferendum, per ali-quod signum Episcopalis potestatis expressuum, ab ipsis Apostolis, vel Ecclesia in particuli determinandum, sicut præced. to. disp. 2. sect. 4. de reliquis Or-din. Vnde solū censeo, ad valorem Episcopatus de iure diuino requiri Episcopum, qui Episcopatum conferat: nam si hic iure diuino necessarius est ad

Presbyteratum conferendum, multò magis eodem iure ad conferendum Episcopatum.

Ex his infertur, non cohærenter loqui eos, qui nobiscum sentientes, materias & formas Ordinum fuisse tantum in genere à Christo institutas, nihilominus affirmant, manūū impositionem, quæ in quorundam Ordinum collatione adhibetur, esse essentiale, Bellar. lib. 1. de Sacra. Ord. cap. 9. nam si Christus in genere tantum has materias instituit, relinquendo Apostolis & Ecclesiæ potestatem, vt ipsi has, vel illas in particuli determinarent, non cohærenter astruunt, manuum impositionem ad Ordinationem essentialiter requiri. Nam si Christus non hanc determinat, sed quodcumque aliud signum conferendæ potestatis expressuum in-stituit, potuissent Apostoli loco huius, quamcumque aliam materiam potestatis expressuum adhibere: quod docuit Gregorius IX. cap. Presbyter, de sacram. non iteran. Presbyter, & Diaconus, cùm Ordinantur, manus impositionem tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto: non dixit à Christo, sed ab Apostolis introducto quia ipsis signum, in genere à Christo institutum, determinarūt ad hoc in particuli, cum potuissent aliud æquè Sacerdotalis, ac Diaconalis potestatis expressuum adhibere. Confir. Ecclesia Græca manus impositionem adhibet etiā in Subdiaconatu, quam non adhibet Latina, loco cuius adhibet cali-cem cum patena vacua, & librū Epist. Nec refert, quod solius huius cæremonię in Scripturis fiat me-tio: nam hoc tantum probat, hanc cæremoniā in particuli fuisse ab Apostolis adhibitam: quod nō arguit absolutam necessitatem, cùm Apostoli non potuerint instituere materiam absolute necessariā Sacram, sed solus Christus: igitur si Christus illam non instituit, non potuerunt Apostoli, vt absoluta necessariam illam determinare. Nēque est vero si-mile, Christum ita instituisse materias Ordinum in communi vt quascunque postea Apostoli deter-minarent illæ furent essentialies materiae vt nō pos-sunt amplius ab Ecclesia mutari: quia hinc sequere-tur neque materiā sacri Ordinis, quā vtuntur Græci, fore sufficientem pro Latinis; neque quā vtuntur Latinis, sufficientem fore pro Græcis: hoc autē ful-sum est quia cùm Ecclesia Romana permittat, vt Græca suā vtatur materiā in Ordinibus conferen-dis, illam approbat, proinde sufficientem iudicat etiam pro Ecclesiā Latinā: cùm nequeat Ecclesia Romana determinare materias Sacmentorum pro diuersis Ecclesijs essentialiter diuersas, vt rom. 7. disp. 2. sect. 4. alioqui non vna, sed multiplex esse Ecclesia: nam Ecclesia Euangelica vna maximè di-citur ex vnitate Sacmentorum. Sequela maioris prob. si materia Sacram. hoc ipso quod ab Ecclesia determinaretur, fieret essentialis talis Sacram. pro qua determinaretur; cùm materia Ordinis apud Græcos, quoad extorum symbolum sit diuersa & materia apud Latinos, sequeretur, neque materiā Ecclesiæ Græcae fore sufficientem pro Sacmento Ordinis in Latina; neque materiam Latinæ pro Sa-cramento Ordinis in Græca: cùm non possit vnum idemque Sacmentum exigere materias essentialiter diuersas; nec possit: requirere essentialiter de-terminatam, & nihilominus eius natura absque tali materia, cùm alia essentialiter diuersa constitui. Esto igitur externa symbola, quibus in Ordinibus conferendis vtuntur Latina, & Græca Ecclesiæ sint materialiter diuersa, tamen formaliter, & quoad si-gnificationem sunt eadem: nam utraque sunt ex-pressiva eiusdem potestatis, quæ per huiusmodi symbola Ordinando traditur. Sicut licet formæ ip-sæ ex vocibus compositæ sint materialiter diuer-sæ, cùm

28.  
Græca ac  
Latina & Ed.  
concordia.

Argum. ex  
facto.

Conclusio.

*Note utrius* s<sup>e</sup>, cūm aliæ sint characteristicæ literæ vnius ac que eadem. alterius formaliter tamen & quoad significatiōnē sunt eadem. Vnde tam Græcus validè ordinaret adhibens formam Latinam, quām Latinus adhibēs formam Græcam. Hinc explicatur quorundam Recen. sent. qui docent ritu Græco, per vnicum actum totam conferri Ordinis potestatem; ritu Latino, per duplē actum; idque ex Christi institutione. Etenim si intelligent, ita vnicō actu totam potestatem ritu Græco conferri, vt eadē nequeat, nisi duplī actu, ritu Latino conferri; hæc sent. confutata: nā hoc modō Christus instituisset materias pro diuersis Ecclesiis essentialiter diuersas. Si intelligat, vtrūque ritum esse vtriq; Ecclesiæ cōmūnē, vt tā in Ecclesia Græca duplex cōferretur potestas per duplē actū, vt confertur in Latina, quām in Latina duplex cōferretur potestas per vnicum actum, vt confertur in Græca, sententia probabilis est: adhuc tamen vrget diffic. de variatione materialium, quæ pro diuersis temporibus diuersæ sunt ab Ecclesia adhibitæ, & defacto adhibentur à Latina & Græca Ecclesia. Nec minus Ordo in ratione Sacramenti constituitur per materias, quæ per Ordinantis actus Ordinando offeruntur, quām per ipsius Ordinantis actus. Nisi consimili modo Autores huius sent. ad Christi institutionem configuant, ac dicant, vti constituit, pēr vnum, vel plures actus eandem Ordinis potestatem conferri; ita similiter constituisse, vt hæc, vel illa materia idem Ordinis Sacram. conficiatur. At hoc effugium destruit eorum fundam. quo putant, Ordinum ac reliquorum Sacram. materias non esse à Christo relictas Ecclesiæ voluntate quoad speciem determinadas, sed omnes fuisse ab ipso determinatas. Nam quonam pacto fuerunt à Christo quo ad speciem determinatae, si alia materia pro Græca, alia pro Latina Ecclesia constituta fuit? Quodsi dicant, vti de actibus diētum est, tam materiam Ecclesiæ Græcæ valere pro Latina, quām Latinæ materiæ pro Græca Ecclesia: saltem hinc sequitur, potestati Ecclesiæ relictum esse, vt hæc vel illa materia pro eodem Ordinis Sacram. perficiendo adhiberi possit: ac proinde verum non erit, Ordinis materias Christum quoad speciem determinasse, sed tantum quoad genus.

30. Cœterum, et si de necessitate absoluta non sit, sit, vt hæc cœrimoniae in Consecratione Episcopi adhibeantur, cūm ex eadem Christi institutione aliæ potuerint ab Apostolis & Ecclesiâ determinari; ex suppositione tamen, quod Ecclesia has potius, quam alias determinauit, ad validitatem Episcopatus necessarie sunt ex omnibus, quas Ecclesia vt necessarias determinauit. Ita et si absolute necessariae non fuerint hæc cœrimoniae, quas defacto Ecclesia adhibet in Ordinum collatione, sunt tamen ex suppositione necessariae: et si ad validitatem matrimonij non erat simpliciter necessarius contractus publicus coram parocco & testibus, tamen ex suppositione, quod Ecclesia illum determinauit, necessarius est. At quasnam defacto cœrimonias Ecclesia determinauit ad Episcopatus valorem? mihi certum fere est, quācunque cœrimonia in Episcopi Consecratione omisā, non esse totam Consecrationem repetendam, sed omisam tātum supplendam: ita cit. Gregorius IX. not. cap. Presbyter, de Presbyt. & Diaco. nā & si per diuersas materias & formas diuersæ tradātur Episcopo potestates, quia tamen nulla ex his supponit essentialiter aliam, præter sacerdotalem, poterit conferri vna sine alia: sicut in Diaconatu, & Subdiaconatu variæ conferuntur potestates, Evangelia legendi, sacerdoti sacrificanti assistendi,

Christi sanguinem dispensandi, Epistolas legendi, sacra vasa contrectandi, quia tamen vna non necessariò supponitur ad aliam, validè poterit sine alia conferri: ita & in Episcopatu. Eo igitur tantum casu consecratio Episc. erit tota iteranda, quo illa adhibita fuit, vel non sacerdoti, vel non ab Episcopo canonice electo & consecrato. Crediderim tamen defacto, vt substanciales Cœrimonias Episcopatus ab Ecclesia esse determinatas, assistentiam duorum Episcoporum, Manuum impositionem, Euangeliorum & baculi Pastorali traditionem, & Mitræ supra caput Episcopi impositionē: nam hæc expressius significant potestatem, quæ in Consecratione traditur: Ecclesia autem cūm ea signa in Ordinum collatione adhibere debeat, quæ idonea sunt ad significandam potestatem Ordinando cōferendam, probabile est, ea signa vt substancialia adhibere, quæ magis idonea sunt ad hanc potestatem significandam, cuiusmodi sunt, quæ assignata. Idque certius constat de assistentia plurium Episcop. à tempore Apostolorum continuata: nec nisi semel legitur à B. Gregorio cum Episcopis Angli dispeſatum, rātamen conditione, vt vbi plures essent Episcopi, nonnisi à trib. vel 4. consecraretur. Vnde Anacletus cit. refert, Iacobū primum Hieros. Episcopum Ordinatum fuisse à Petro, altero Iacobo & Ioanne Apostolis: successoribus videlicet, Anacle: us inquit, dancibus formam eorum, vt non minus quām à tribus Episcopis, reliquisq; omnibus assensum præbentibus, vllatenus Episcopus ordinetur. Vt Damasus epist. 5. definit Chorēscopos idē nō esse legitimos Episcopos, quia nō sunt à pluribus Episcopis Ordinati: Quod & Paulus insinuauit, 1. Timoth. 4. Cum impositione manuum Presbyterij: hoc est vt Chrysost. Theophilac. explicant, totius cœtus Episcoporum. An aliquando, urgente necessitate, ad Episcopum Ordinandum, sat fuerit vnu Episcopus, infrā.

Ex his infertur hæreticos, qui Sacrorum Ministros Secularis Magistratus ac populi suffragio eligunt, legitimis destitui Episcopis ac Presbyteris; & antiquissimo consequenter nullum apud ipsos esse verum Sacramentum, præter Baptismum, cūm cetera quoad suum valorem pendeant à legitimo Episcopo, vel Presbytero; etiam Matrimonium, non in ratione Sacramenti, cūm ipsius ministri, sint contrahentes, vt seq. ro. sed quoad legitimam intentionem, quam contrahentes non habent, dum illud putant non esse Sacramentum, sed purum contractum ciuilem. Audiant hi hæretici Tertull. lib. de Praescript. cap. 41. Nihil interest illū, licet diuersa tractantibus; dum ad vnu veritatem expugnationem confipient. Omnes tument, omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfectè Catechumeni, quām edicti, ipsa mulieres hæreticae quām procates, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes remittere. Ordinationes eorum temerarie, leues, inconstantes: nunc neophytes collocant, nunc sculo obstrictos, nunc Apostatas nostros, vt gloriā eos obligent, quia virtute non possunt. Nusquam facilius perficitur, quām in castris rebellium, vbi ipsum esse illic promereri est. Itaq; (concludit) alius bodie Episcopus, cras alius; bodie Diaconus, qui cr. Lector: bodie Presbyter, qui cras laicus: nam & laici sacerdotalia munera iniungunt. Attendant quid iterum eod. lib. cap. 32. Edant ergo origines Ecclesiarum suarum, euoluant Ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio recurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostoli, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostoli perseverauerint, habuerit authorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesia Apostolica censuræ nos deferunt: sicut Smyrnaeorum Ecclesia habet Polycarpum ab Ioanne collocatum refert: sicut Romanorum Clementem à Petro Ordinatum edit: prænde utiq; & cetera exhibent, quos ab Apolo-

Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostoliti semini traduces habeant. Confingant tale aliquid heretici. Quid enim illis post blasphemiam illicitum est? Sed et si confinxerint nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diueritate & contrarietate sua pronunciabit, neq; Apostoli alicuius Authoris esse, neque Apostolici: quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis edidissent, nisi illi, qui ab Apostoli desiererunt, & aliter pradicauerunt. Ad hanc itaq; formam prouocabuntur ab illi Ecclesijs, qua licet nullum ex Apostolis, vel Apostolicis Authorem suum proferant, ut multo posteriores, que deniq; quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus Apostolica depuntur, pro consanguinitate doctrina. Ita omnes heres ad vitramque formam à nostris Ecclesijs prouocate, probent se quaquam putant Apostolicas. Sed adeo nec sunt, nec possunt probare quod non sunt: nec recipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesijs quoquo modo Apostolicis: scilicet ob diueritatem Sacramenti, nullo modo Apostolica.

Ad argumenta pro errore; quod Ordo Episc. non

<sup>32.</sup> Ad argu.  
hereticorum  
pro contrario  
errore.

sit à Christo institutus: Hieronymum communiter farentur, fuisse huius lent. at nullo pacto, hic Pater cum Aërio sensit, (vt aliqui illi tribuunt) qui negabat, etiam Ecclesiæ constitutione Ordinem Episc. esse Presbyterali superiorem. Ad loca Scripturæ duplex responsio Bellar. cit. loco de Clericis cap. 15. altera Theodorei afferentis, tempore Apost. veros Episcopos, non Episcopos, sed Apostolos; Presbyteros vero, Episcopos fuisse appellatos. nam Paulus ad Rom. 16. Andronicum, qui Episcopus erat, Apostolum vocat; & ad Philipp. 2. Epaphroditum, qui similiiter erat Episcopus, appellat Apostolum Philippium: altera Chrysostomi, facilior, Apostolorum tempore, non fuisse hæc nomina Episcopus & Presbyter distincta, sed utriusque communia: licet potestas & officia fuerint diuersa. Ad testim. ex 1. ad Timoth. 4. Episcopatum, ad quem assumptus fuit Timotheus, Apostolus vocat Presbyterium, nomine utriusque dignitati communi. Quamquam iuxta multos Patres, Presbyterium ibi sumitur pro cœtu Seniorum seu Episcoporum. Malè autem ex hoc loco heretici deducunt, posse Presbyterum à Presbtero ordinari: cùm Timotheus fuerit ordinatus ab Apostolo Epis. ex epist. 2. ad eund. cap. 1. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei qua est, in te per impositionem manum mearum.

<sup>Nomine</sup>  
Episcopi ve-  
nit sapo  
Presbiter &  
conrad,

tur ostium militantis Ecclesiæ, Vicarius scilicet ostij, quod est Christus, quibus applicat illud 1. Reg. 2. Domini sunt Cardines terra, & posuit super eos Orbem. His concinunt quæ de Cardina. lib. 4. de conside. cap. 4. ad Eugeni. scribit Bernardus, quos Pontificis collaterales & coadiutores vocat; vbi & quales eligendi sunt describit; Et merito, cùm, vt in epist. 188. idem ad Cardinales ipsos scriptâ, ad eos specialiter spectet, tollere scandalum de Regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas. Per quos stat zelus & autoritas Romane Ecclesiæ super populum Dei: ad quos ex toto Orbe questiones deferuntur. His concordant, quæ de Cardin. in bullâ reform. Curiaz Rom. habet Leo IX. vulgo X. quæ habetur in Conc. Latera. vlt. gener. sub ipso absoluto an. 1517. post sess. 9. Nec non quæ Sixtus V. in bullâ 50. que incipit postquam vetus ille, vbi declarat, cuius ætatis, qualitatis, virtutis, ac præstantiæ motum esse debeat, qui in colligium Cardin. adoprandus est.

<sup>34.</sup> Quoad 1. quæst. Prima sent. affirmat, Ordinem <sup>An sit Ordo</sup> Cardin. fuisse immediati à Christo institutum, & <sup>à Christo</sup> quidem prius quam Presbyteratum, & Episcopatum. Hanc sent. refert Vasquez 3.p. disp 242. cap. 3. à Sent. affir. Turre. assertam; cui adhærent, qui docent Cardin. <sup>prob. 1.</sup> nales repræsentare Apostolos, in officio assistendi Pontifici. Prob. 1. Ordo Cardinalitus per se pertinet ad hierarchiæ Eccl. at hæc est à Christo immediate instituta: ergo & ille. Nam qui author hierarchiæ, est author omnium & singularum partium, quæ hierarchiam constituunt. Minor definitur à Trident. sess. 27. can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuinâ ordinatione institutam, anathema sit. Maior prob. Cardinales non solum quæ Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, sed etiam quæ Cardinales diuersum habent in Ecclesia gradum, nempe Pontifici à consiliis assistere, eo defuncto, nouum eligerere: vnde in Cardinalibus sede vacante residet potestas Ecclesiæ. 2. Christus elegit Apostolos. 12. vt ipse vna cum eis nouum institueret Collegium, uniuersam repræsentans Ecclesiam, ex se vt capite, & prob. 2. Apostolis vt Ministris sibi assistentibus, iuxta illud Lucæ 22. Vos esis qui permanefistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus Regnum, &c. Eosdem constituit Consiliarios Petri, quem caput Ecclesiæ præfecit, simul cum potestate, defuncto Petro, nouum Ecclesiæ caput eligiendi. Quod inde patet: nam semper Petrus, in rebus Ecclesiæ ordinandis, & iuribus condendis vrebatur opera & consilio Apost. vt constat ex Concilio, acto. 15. vbi congregati fuerunt Apostoli: & defuncto Petro, non quidem Apostoli, qui Romæ non aderant, sed qui Apostolis in hoc munus ex ordinatione Christi successerunt, Ecclesiæ caput elegerunt ad Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam Prophetas, alias Evangelistas, alias Pastores & Doctores. Vbi Paulus non absque Mysterio distinguit Apostolos à Pastoribus, Confer. sc. vt insinuet, Apostolos succedere in munus Cardinalium, Pastores vero in officium Episcoporum: quorum munus Apostoli exercere incepérunt, cùm in varias regiones ac prouincias cum Episcopali potestate dispersi fuerunt. Vnde colligit hæc sent. 1. Apostolos constitutos fuisse Cardinales, ante Christi passionem, quando à Christo eleeti fuerunt, vt sibi tanquam Ecclesiæ capitii assisterent; Episcopos <sup>Inferi, prius</sup> confidiam <sup>Cardinales</sup> quædam Episcopos, &

<sup>33.</sup> Status con-  
certationis  
inter Docto-  
res.

Non sumo hinc digitatem Cardinalitiam, quatenus coniungi solet cum aliquo Ordine: sic enim non constituit diuersum Ordinem à supra numeratis, sed secundum se præcisam ab omni Ordine: in quo tantum sensu est concordatio. Debaccharatur more suo contra Cardinales Caluin. lib. 4. Insti-  
tu. cap. 7. n. 30. qui neque Cardinalem Presbyterum ab Episcopo distinguit. Quod attinet ad nomen Cardinalis, idem sonat, quod Principalis. Hoc sensu usus est hoc nomine August. lib. 1. de Baptis. con. Dona. cap. 6. Quapropter, inquit, inter nos & ipsos quodammodo Cardinales Donatistas, quorum Episcopus apud Cartaginem Primianus est. In Eod. sensu vñus est B. Greg. lib. 5. epist. 11. ad Fortun. Episc. Neapol. & lib. 11. epist. 4. ad Ioan. Episc. Siracu. Ex quo conuincitur Caluini error, eundem autemantis Episcopum & Cardinalem: si-  
Etimologia. quidem in 1. epist. Cardinalem Diaconum appellat, in 2. Presbyterum. Dicuntur autem Cardinales à cardine; nam vt recte Tho. Valden. lib. 2. doctr. fidei ar. 3. cap. 5. medijs eorum officijs & industria volui-

Pontificem inter Cardinales se connumerare; nec solum Episcopum Rom. sed Apostolum, & sedem Rom. Apostolicam appellari ab Anacerto Papa epist. 3.c. 3. quia non solum post electionem succedit Petro vt Pastori vniuersali Ecclesiae, sed quia ante electionem succedit illi in munus Cardinalium, ad quod ante Pontificatum, cum reliquis Apostolis Petrus designatus fuit.

36.  
Communis  
sent. eiusq;  
officiorum  
argu.

At communior & probabilior sent. est, statum Cardin. prout à ceteris Eccles. Ordinibus distinguitur, non esse à Christo institutum. Quia nullum habemus solidum fundam. id afferendi; nec quod Apostoli fuerint à Christo electi ut Consiliarij in regimine totius Ecclesiae, vel ipsius Christi, vel saltem Petri succedentis vt Vicarij Christi in eo regimine, nec quod simul potestate accepérint eligendi Vicarium Christi & caput Ecclesiae; quæ duo munia sunt propria Cardinalium, per quæ discriminantur à reliquis Ecclesiae Ordinibus & dignitatibus. Nam neque Christus Apostolos vocauit, vt essent sui ipsius Consiliarij, in noua Ecclesia ordinanda, & gubernandæ; sed vt eos instrueret & doceret, quo modo ipsi deberent, quæ ab eo audierant & didicere, executioni mandare, alijsque prædicare, iuxta illud, Math. 10. Eentes prædictate dicens: quia appropinquauit regnum Cœlorum. Neq; alia potestatēis dedit, quam infirmos curandi, dæmones eiisciendi, ibid. Neque vt post suum in cœlum ascensum, essent Petri Consiliarij in regimine Ecclesiae, aut potestatem haberent Ecclesiae caput eligendi, sed vt Euangeliū toti mundo prædicarent, iuxta illud. Mat. & Mar. vlt. Eentes in mundum vniuersum, prædictate Euang. &c. Neque aliam eis potestatem dedit, nisi quam ante suam passionem, linguis loquendi nouis, serpentes tollendi, Mar. vlt. Confir. caput Ecclesiae constituit Christus Math. 16. quando claves Ecclesiae Petro promisit: & illum vniuersæ Ecclesiae præfecit; Ioan. vlt. pasce oves meæ. Nec dici potest, saltem à Christo potestatem accepisse eligendi caput Ecclesiae, defuncto Petro: tum quia hoc ex nullo textu colligitur, sed potius contrarium dum illos per totū mundum in varias Orbis regiones & prouincias dispergit: tum maximè, quoniam si potestas eligendi Ecclesiae caput fuisset Apostolis à Christo demandata, non ausus fuisset Petrus ante suam mortem in Cathedram Vrbis & Orbis sibi in successorem nominare Clementem, vt 1. Epist. Clemen. ad Iacob fra. Dom. de Petro sic loquitur: in ipsis diebus, quibus vita finem sibi imminere præsensit, in conuentu fratrum positus, apprehensā manu meā, repente consurgens in auribus totius Ecclesiae hac protulit verba: Audite me fratres & conserui mei, quoniam ut edocitus sum ab eo, qui misit me, Domino & Magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea prædicationis & doctrina Cathedram trado. Et post enumeratas Clemen. virtutes, subdit: propter quod ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi, & soluendi, vt de omnibus, quibusunque decreuerit in terris, hoc decreum sit & in cœlis: ligabit enim quod oportet ligari, & soluer, quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum Ecclesiae regulam noverit. Hæc de Petro Clemens, ad cuius electionem Petrus nec vlt. fuit Apostolorum, qui tunc viuebant, suffragio, nec aliorum de Romano Clero. cur Clemens Petro immediate non successerit, cum Bellar. decido 10. 4. 2. Ad electionem Pontificis non fuit semper certus ac stabilis seruatus eligendimodus, sed pro temporum varietate varius; aliquando hæc potestas concessa fuit Imperatorib. can. Adrian. & can. in Synodo dist. 63. aliquando vna cum Clero ad electionem Pontificis concurrebat populus Rom. can. In nomine Domini, dist. 23. & can.

Constitutio dist. 63. iunct. i. glossa. verb. Omnes Romani. Si autem ius eligendi Pontificem iure diuino fuisset tantum penes Cardinales, non potuissent alij, qui de Cardinalium numero non essent, ad electionem Pontificis admitti, cum non sit in potestate inferioris dispensare in lege superioris: vnde in hoc iure Pontifices dispensando, periculo inualiditatis exposuerunt futuram Pontificis electionem, non solum quia contra Christi ordinationem, sed quia prævalente aliquando populi multitudine, electus fuisset in Pontificem aliquis, qui iuxta Cardinalium suffragia electusno fuisset. Video responderi posse, populi suffragiū non fuisse necessariū ad Pontificis electionē, sed solum adhibitum fuisse congratulationis aut cœrimonie causa; quod non abnuo. At hoc de Imperatoribus, quarum saltem confirmatio requirebatur, ipsis Pontificibus in bonum Ecclesiae eam permittentibus, haud probabiliter dici potest. Confir. etiamsi aliquando de Cardinalibus fiat mentio, vt in 2. Synodo Rom. cap. 6. sub Sylvest. à Gregorio Magno, illis tamen non tribuitur potestas Pontificem eligendi, sed verbis Parochijs præsidendi. Ex his Ad 1. & 2. infertur, falsum esse primum & 2. illatum oppositæ: illatum Nam quamvis Petrus fuerit prius Orbis, quam vrbis Pontifex, haud tamen inde sequitur, quod Apostoli prius fuerint Orbis, quam vrbis Cardinales, cum ostensum sit, nullo modo Apostolos fuisset à Christo Cardinales, aut sui ipsius aut Petri constitutos. Quod autem Pontifex vocet se Apostolicum, & sedem Rom. Apostolicā, nō est ex eo, quod Apostolis succedat in officio & munere Cardinalium, sed quia succedit Petro Apostolo in munere Pastoralis officij totius Ecclesiae.

Ad 1. concessa maiori, neg. minor: non. n. Christus per seipsum immediatè instituit omnes speciales dignitatū gradus, qui hierarchiam Eccles. perficiunt & exornant: sicut neque per se ipsum instituit summos Ecclesiae Pœnitentiarios, Camerlingos, & ceteros Curia Rom. officiales, sed mediato, quatenus cum Pontificia autoritate potestatem dedit suo Vicario, vt salua semper substantiali hierarchiā à se institutā, pro temporum & locorum varietate, alias & alias dignitates in Ecclesia addere, aut demere posset: vt de ipsis Sacram. constat, quorum salua semper substantiā, pro rerum, temporum & locorum varietate, vt Trident. sif. 21. cap. 2. declarat, ea possit Ecclesia statuere, vel mutare, quæ susceptientium utilitati, vel ipsorum Sacram. venerationi magis expedire iudicauerit. Ita saluo semper hierarchico Ordine à Christo instituto, non eadē semper fuit Ecclesiae caput eligendi forma, sed pro temporum & locorum varietate varia. Neque huic cōmuni sent. refragatur Trident. definiens, hierarchiam Eccles. esse diuinā Ordinatione institutam: nam hierarchiam ibi definit solum quoad substantiam, vt constat ex Episcopis, Presbyteris, & reliquis Ministeriis, nullā mentione factā Cardinalium. Ad 2. cōcedo, Christum elegisse Apostolos: ad quem finem ipse declarat Ioan. 15. Ego elegi vos, non vt Ecclesiae Regimiini mihi à consilio essetis, neque ad meum Vicarium eligendum, sed vt eatis, & fructum aferatis, & fructus vester maneatis. Neque citata Luca. 22. aliud probant, quam perseverantiam Apostolorum in secundo Christum vlt. ad finem: propter quam promittit illis regnum Cœlorum, & potestatem iudicandi duodecim tribus Israël. Quod autem Petrus in De electione rebus Eccles. ordinandis, & fidei controversijs decidi, pontif. mor. non probat, eos fuisset immediatè à Christo ad hunc finem Petru assignatos, alioqui illos non misisset in diueras Mundi partes, sed potius iussisset eos simul cum

Confir.

37.  
Roboramus  
communis  
sent. argu-  
mento non  
minoris  
ponderis.

38.

Ad argumen-  
tum primum.

Ad 2. non probat, eos fuisset immediatè à Christo ad hunc finem Petru assignatos, alioqui illos non misisset in diueras Mundi partes, sed potius iussisset eos simul cum

cum Petro manere, sicut manent cum Pontifice Cardinales, ut ei semper præsto sint à consilio. Ex citatis ad Ephesios 4. solum prob. distinctio inter Apostolos, & reliquos Episcopos, qui nomine Pastorum & Doctorum significantur: quia debent Sacramentis gregem palcare, & salutarem doctrinam subditos docere.

**39.** Hactenus demonstratus est, Ordo Cardinalitius superest in- nō fuisse à Christo immediatè institutus, ut distin- dagandum. Etus ab Ordine Episc. & ministrorum Eccles. an saltem institutus fuerit ab ipsis Apostolis? Affirmat Tho. Valden. lib. 2. doctr. fidei ar. 3. cap. 54. n. 4. probat 1. Euaristus Secundus à Clemente Pontifex, teste Hieron. de gestu Rom. Pontif. ex Damaso, primus Cardinalium titulos instituit: quos ex eod. Hiero, multiplicauit Marcellus XVIII. à Petro, & III. ante Syluest. At credendum non est, ut Valden. credit, quod tam tardè Cardinales in ea Ecclesia constituti fuerint, quæ semper à sui primordio mater fuit omniū Eccles. & multorum venerabilium ministrorum as- fiduitatem expetit: Ab hū enim, inquit, olim electus est Papa, eo fine, ut non ignorarus quisque & iam docendus intraret in regimē, sed satis expertus, & iam probatus à longi temporis vsu, doceret & Clerum & populum Christianum, quod ipse firmiter sap:ebat. Vnde cōcludit, hanc regulam exordium cœpisse à temporib. B. Petri: quod probat ex decreto Stephani III. qui Ecclesiā rexit, anno 752. quod refertur dīst. 79. can. Oportebat, ut hac Sacra sancta Domina nostra Romana Ecclesia ( iuxta quod à B. Petro, & eius successoribus institutum est) rite or- dinaretur; & in Apostolatus culmen unus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis consecraretur. Hæc Stephanus significans, hoc officium Cardin. Pontificem eligēdi institutum fuisse à B. Petro. Cuius etiam electionis causam ex Hugone assignat Valden. quia cum non possit Pontifex, utpote prima Sedes, supra se Me- tropolitanum habere, qui cum possit monitis & cō- cilijs iuuare, debuit saltem habere assistentes Car- dinales, qui hac vice fungerentur. Probat 2 quan- uis Pontificis assistentes antiquitus Cardinales non vocarentur, qui hoc nomine primò videntur à B. Gregorio insigniti, qui floruit an. 590 eorum ta- men officium semper fuit, qui alio nomine appellabantur Romanæ Ecclesiæ Clerici, ad quos de si- de quæstiones examinandæ ex toto Oribe deter- bantur. De quib. August. con. duas epist. Pelag. lib. 2. cap. 4. & Hierony. lib. 2. in Isai. cap. 3. in illa, Et honorabilem vultu: Senatoris, inquit, consulta dicuntur, & Principes quo- dam Romani Consules appellati sunt, vel à consulendo ci- nibus, vel ab agendo cuncta consilio: & nos habemus in Ec- clesia Senatorum nostrum Cætum presbyterorum.

**40.** Duo in Cardinalibus munia distinguenda alte- tum, à consilijs assistere Pontifici in ordine ad vniuersale Ecclesiæ regimen; alterum, eligere Eccle- siæ caput. Quantum ad 1. certum mihi est, illud se- per fuisse in Ecclesia Dei, capituloq; ab ipso Apost. tempore, non quidem, ut nunc sit, per certas desi- gnatas personas ad hoc munus à Pontifice specialiter electas, sed per Episcopos, Presbyteros, & reli- quos Ecclesiæ Ministros, qui de more Pontifici se- per aderant.

Quantum ad 2. censeo non statim ab ipso Ecclesiæ primordio incœpisse. Primum constat: nam statim ab ipso tempore Apost. legitimus, Petru Pon- tificem à Christo constitutum, res Eccles. non nisi cum Apostolorum, & reliquorum Presbyterorum consilio ordinasse, ut patet tum in elektione Matthei in locum Iudeæ Acto. 1. tum in grauissima illa controuersia, an Gentes ad fidem conuersæ obliga- dæ essent ad legem Mosaicam seruandam. Ad quā quæst. examinandam, Acto. 15. Convenerunt Apostoli &

Seniores: & cum magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit &c: ubi non prius suam sententiam tulit Pe- trus, quām aliorum iudicij auditit. Ratio: cū ne- queat unus homo vniuerso Ecclesiæ regimini esse sufficiens, tenetur ad sciscere sibi viros Doctos ac peritos, quorum consilio & industria in rebus de- cernendis iuuari possit: imò, ut cum Bellar. 4. to. de fide docui, Spiritus S. assistentia cum hac conditio- ne promissa est Petro, & eius successoribus, ut præ- uiâ Seniorum ac Doctorum consultatione ad fidei controuersias decidendas accederet. Quod autem ad hoc opus non fuerit, peculiares designare per- stris distinctas, liquet, cū æquè bene potuerit hoc officium ab ipsis Episcopis, Presbyteris, & reliquis Ministris, qui de more Pontifici semper adsumunt, vel adesse possunt, exerceri.

Quoad 2. mihi certum est, illud non incepisse tempore Apost. tum quia, ut suprà, prima elec̄tio fa- &a est ab ipso Petro adhuc viuente, licet non fuit suum effectum sortita: quia Clemens, qui fuit à Petro in Pontificem electus, Pontificatum renun- ciauit Lino ut seniori: tum quia si hic modus fuisse à Petro immediato Christi Vicario, ac primo vrbis & Orbis Pontifice determinatus, nemo suc- cefforum, ob reuerentiam primi institutoris, ausus fuisse illum mutare: cū tamen varius fuerit pro temporum varietate. Nam aliquando in electionē Pontif. admittebantur Imperatores, aliquando cū Clero Populus; aliquando non nisi ex Collegio Cardinalium eligendus erat, ex cit. Decreto Stephani. Aliquando eligi poterat quicunque, ut constat de Cælestino V. electo & coronato à Cardinalib. 12. Nonis Iulij an. 1204. Aliquando constitutum fuit, ut non haberetur legitimus Pontifex, qui minimum à duab. partib. Cardin. non esset electus, ut sanxit Alc. III. in Conc. gene. Later. an. 1179. & refertur cap. Licit, de elect. quam sanctionem Gregorius X. con- firmauit in Conc. gene. Lugdun. an. 1274. qui etiam de- terminauit locum, & quando Pontifex, defuncto precedente, eligendus esset, cap. Vbi periculum, de elect. & electi potest. in 6. Quem eligendi modum peculia- ri cōstitutione confirmauit Gregorius XV. non nullis additis, de quibus mox.

Infurit 1. Cardinales non diuinâ, sed humana institutione hanc potestatem habere, Pontificem seruandū eligendi; proinde eam posse à Pontificibus tolli; cū elect. Pont. qui quis Pontifex potestatem habeat supra omne ius undicandi, humanum: credendum tamen est, eos nunquam, pro singulari prouidentia, quam habent erga Eccle- siam sibi à Christo concreditam, hunc modum, ni- si fortè in melius, mutatueros. Præsertim quem peculiari sanctione constituit 17. Kal. Dec. 1621. Gre- gorius XV. & confirmauit Urbanus VIII. 5. Kal. Feb. 1625. in qua pro Pontificis elec̄tione, sub poena excommunicationis ipso facto incurrēdæ hæc à Cardinalib. seruanda præcipit; 1. ut elec̄tio fiat à Cardinalib. in Conclavi, eoque clauso: 2. ut per se- creta suffragia: 2. ut validè censeatur electus, duas ex tribus requiri suffragiorum partes in conclavi præsentium: 4. si contingat, plures in schedulis no- minatos, duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neutrum fore electum; in imparitate vero, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias habeat, etiamsi in uno suffragio excedat, electum censeris: 5. qui suffragium sibi dedit, eo ipso irritam fore ipsius electionem: quod intelligitur etiamsi duas tertias suffragiorum partes tulerit: 6. neminem viâ scrutinij & accessus, pro electo haberi, nisi publicatis omnibus suffra- giis, cum ipso electo; & electus repertus fuerit ex tri-

tribus partibus tulisse duas, idque apertis schedulis: 7. in unoquoque Scrutinio, antequam Schedula in Calicem mittatur, à quolibet Cardinali, nullo excepto, iuramentum alta & intelligibili voce praestari his verbis: *Teslor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere, & quod idem in accessu praestabo:* 8. nemini licet tam in schedula scrutinij, quām accessus plures nominare, alioqui suffragium, in quo plures fuerint nominati, erit nullum: accedere tamen vni ex nominatis à se in dicta schedula, vel alij, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem scrutinio tulerit, & in numerum Cardinalium in conclavi praesentium numeretur, non prohiberi.

9. Non nisi semel licitum esse, in quolibet scrutinio accedere; neque per accessum ab alterius nominatione in Scrutinij schedula facta recedere: 10. antequam schedula sive scrutinij, sive accessus à scrutatoribus aperiantur, omnes ab iisdem palam numerandas: si plures reparetur, quām sint Cardinales in conclavi praesentes, omnes esse comburendas, & iterum ad suffragia deueniendum: 11. ne elecio protrahatur, scrutinium bis singulis diebus peragendū, ita ut etiam perficiatur, manē post solitam Missam, & pomericiano tempore horā opportunā, post Hymnum *Veni Creator Spiritus*, & orationem de Spiritu S.

43. Modus eligendi triplex in ea constitutione assig-  
natur: 1. per Spiritū S. inspirationem, si nimatum  
omnes & singuli Cardinales in conclavi praesentes,  
in aliquam personā, de qua nullus praecesserit spe-  
cialis tractatus, per verbum, *Eligo*, intelligibili voce  
prolatum, aut scripto, si voce fieri non possit, ex-  
preßum, nemine dissentiente, conspirent: 2. per eō-  
promissum, si omnes & singuli, nemine dissentiente,  
aliquos ex Collegio eorund. Card. seligant, qui-  
bus potestatem tribuant, vt vice omnium Pontifi-  
cem eligant. 3. per scrutinium, vel per scrutinū &  
accessum, vtrumque per suffragia secreta. Quod si  
aliо in loco, vel aliter, quām in praedicta constitu-  
tione præscriptum est, eligatur, eo ipso absque villa  
declaratione electionem fore nullam. Postremo, in  
ea constitutione omnibus Cardinalibus adimitur po-  
testas, contra hęc, aut horum aliquid statuendi, di-  
sponendi, ordinandi, vel in aliquo corrigendi, al-  
terandi, mutandi, seu quouis praetextu, causā, vel  
exquisito colore in melius attentandi, sub pena ex-  
communicationis. Quod multò ante prohibuit

Clemens V. in Clement. de elect. & electi pote. cap. Ne-  
rīs per ins-  
trōre tolli non  
potest.  
44. Lex Superioris per inferiorē tolli non po-  
test. Romani, vbi quidquid in electione Pontificis corre-  
ctum, immutatum, deimptum, additum, aut dispen-  
satum fuerit circa ipsam electionem aut parte in  
aliquam eius, irritum & inualidum declarat. Ratio-  
nem assignans, lex Superioris per inferiorē tolli non po-  
test. Ex quo etiam constat, in nulla alia Pontificalia  
constitutione posse Cardinales, Sede vacante, di-  
spensare, nisi quatenus ipsis per Pontifices concessū  
fuerit. Cœterū non censeo, per hanc bullam Gregorij XV. prohiberi Cardinalibus, quo minus pos-  
sint aliam personam eligere, quām vel de numero  
Cardin. vel de Cardin. in conclavi praesentib. quia  
hoc ipso quod Pontifex hoc expresse nō prohibet,  
censeatur illis liberum relinquere, vt anteā erat; &  
manifeste indicant verba bull. §. 2. Electi tamen per-  
sona, si in conclavi: &c. Quibus insinuatur, posse per-  
sonam electam esse extra conclavi, ac numerum  
eorum, qui sunt in conclavi: & cū verba non li-  
mitent ad personam Cardinalium, dicendum est,  
ampliari ad quamcumque, quām iuxta formam eli-  
gendi, & iuramentum præstitum, iudicatur secun-  
dum Deum, ad tantum onus & officium idonea.

Tomus VIII. de pénitentia & Ordine.

Infertur 2. cū de iure Diuino sit, vt in Ecclesia 45.  
sit visibile caput, de iure quoque Diuino erit, vt sit Ecclesia cō-  
in aliquo potestas huiusmodi caput eligendi, quā per iure di-  
alia esse non potest, quām ipsa Ecclesia: modus ta- nino potestas  
men eligendi est iuris humani: & hęc potestas, si Ponsif.  
vel à Cardinalib. auferretur, vel casus fingeretur,  
quo totum Cardin. Collegium deficeret. vt. 10. 4.  
disp. 6. sect. 6. deuolueretur ad totam Ecclesiam, quā  
ex Episcopis præcipue constat: quia Pontifex est  
Episcopus totius Orbis, vnde Cardinales, non quā  
Clerum Rom, sed quā vniuersam Ecclesiam repre-  
sentant, Ponificem eligunt. Quare illo casu con-  
uocandum esset Concilium Generale vniuersam  
Ecclesiam repräsentans, à quo Ecclesiæ caput eli-  
geretur.

3. Quid de Archiepiscopis, Primatibus, & Patri-  
archis, an sint immediatè à Christo instituti? in his Duo in his  
dignitatibus distinguenda, potestas regendi Eccle- dignitatib.  
siam particularē sibi direcē subiectam; & præ- dīsing.  
minentia supra alias Ecclesias, eorumq; Prælatos,  
sibi non direcē subiectos. Quoad ad 1. cū non  
differat à potestate Episcopali, dicendum, eos esse  
à Christo immediate institutos. Quoad ad 2. non  
diuino, sed humano iure factum esse, vt promaiori,  
vel minori potestate ac dignitate, intra eundem  
Episc. Ordinem, diuersa fortirentur nomina: ita  
Mag. in 4. dist. 24. verb. Ordo, Gratia, dist. 2. initio, S.  
Tbo. in 4. dist. 24. q. 3. ar. 2. ad 3. qu. ad 2. Pet. Soto de Sac.  
Ordi. lect. 2. §. Nec tamen, & alij. Ita Anacletus Papa  
Clementis successor epist. 3. ca. 3. Episcoporum vero Or-  
do, unus est, licet sint Primates illi, qui primas Ciuitates te-  
nent, & qui in quibusdam locis Patriarcha à nonnullis vo-  
cantur. & infra docet, Solam Ecclesiam Rom. habe-  
re Primum supra omnes Orbis Ecclesias à Chri-  
sto: si que verē sunt, que supra alias Primum habent, id  
non à Christo, sed vel ab ipsis Apostolis obtinuerunt, vel  
quia anteā iuxta seculi leges, tales Ciuitates primū su-  
per alias habebant. Eadem veritas ex Isid. lib. 7. Ethym. Veritas hec  
cap. 12. & refertur can. Cleros, dist. 2. 1. Ordo Episcoporum colliguntur in  
quadripartitus est, id est in Patriarchis, Archiepiscopis, Me-  
tropolitanis, atque Episcopis: & post horum declar. o-  
cludit: Omnes superius designati Ordines uno eodemq; ro-  
tabulo Episcopi nominantur: sed idē priuato nomine qui-  
dam vtuntur, propter distinctionem potestatum, quam sin-  
gulariter accepérunt. Cūn igitur hęc potestatum ac  
Regiminis distinctione, vt unus Episcopus amplio-  
rem, alijs angustiorem habeat sibi gubernandam  
Prouinciam commissam, humano iure introducta  
sit, ipsa quoque Patriarchalis, Archiep. & reliqua-  
rum dignitatū distinctione eodem humano iure in-  
ducta est. Confirmat Hugo de S. Vict. lib. 2. de Sac.  
part. 3. cap. 5. Sacerdotalis gradus dispare in eodem Ordine  
ne habet dignitates: nā post Sacerdotes, altiores sunt Prin-  
cipes Sacerdotum, id est Episcopi: supra quos iterum sunt  
Archiepiscopi, & supra illos qui dicuntur Primates, supra  
quos quidam Patriarchas constituerent volunt, alij eodem  
Primates & Patriarchas dicunt. Nos tamen quatuor can-  
tum ex antiquo vsu Ecclesia Patriarchas nominatos inue-  
nimus; Primum, Alexandrinum; Secundum, Hierosolymita-  
num; Tertium Antiochenum; Quartum Aquileiem, quis  
post Graderis dictus est: nisi forte secundum proprietatem  
linguarum, idem ipsi alibi Patriarche, alibi Primates ap-  
pellari sint. Et infra concludit: Ibi ergo Ordines sacri di-  
uersis locis per Orbem terrarum, quācunque sancta Ecclesia  
corpus diffusum est, disponuntur, non solum voluntariae Or-  
dinatione Spiritualium Patrum, sed ex ipso quoque gentili-  
tatis vsu conuenienti ratione assumpta. In illis siquidem  
Ciuitatibus, vbi olim gentiles flamines suos constituerent con-  
sueuerant, ibi nunc Episcopi sunt ordinati. Vbi vero Archi-  
flamines disp. sita fuerant, Archiepiscopi successerunt: Pro-  
bat ex Clem. 1. Colligitur idem ex epist. July 1.

B b b con.

con. Orien. cap. 12. Quod non alia Metropolitana Ecclesia, vel Primates sint, nisi illa, qua prius Primates erant, & post Christi Aduentum authoritate Apostolica, & Synodali Primatum habere meruerunt. Relique vero non Primates, sed Metropolitanae vocentur, eorumq; Episcopi non Primate, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruantur &c. Quib; significatur, tota Controversia de Ecclesiarum titulis decisa, non Diuinâ, sed Pontificiâ, & Synodali authoritate. Ratio: potestas Patriarchalis ab Episcopali non differt, nisi penes ampliorem Ecclesiam sibi gubernandam commissam; quæ non est nisi materialis differentia, penden ab immediate conferentibus.

47. Ultimo: Collegium Cardinalium non succedit in potestatem defuncti Pontif. sicuti in multis succedit capitulum in potestatem defuncti Episcopi, inter collegium Card. cap. vn. N: sede vacante in 6. iuncta glossa. Ratio: si loquuntur de potestate propria Pontificis, ea est: quia illam accipit à Christo, vt Petri successor, quam nequit Cardinalibus communicare: quia sicut illa fuit soli singulari Petri personæ concessa, ita & soli singulari personæ Pontificis in Petri officium succendentis. Episcopus autem suam potestatem accipit à Pontifice, qui eam potest defuncto Episcopo Capitulo communicare. Si verò loquuntur de potestate, quam posset Pontifex alijs communicare, ratio sumenda est ex eo, quod non expedit post suum obitum eam Cardinalibus communicare, ne illis ansam præbeat Pontificis electionem diu protractandi, manente cum incommode fidelium Ecclesiâ suo capite orbatâ. Quod non sequitur, si Episcopi defuncti potesta transcat ad Capitulum: quia adhuc manet eiusd. Diæcesis supremus Pastor Pontifex Rom. ad quem, vt ad vniuersalem pastorem spectat cura omnium Eccles.

## S E C T I O   V I I .

*An omnes Ordines maiores sunt Sacra menta immediate à Christo instituta?*

48. DE Presbyteratu nemo Cathol. dubitat, illum Duplex potestas presbyteratus. institutum, cum duplice potestate cōsecrandi eam- que in Sacrificium offerendi, & fideles à peccatis absoluēdi. vt Triden. sess. 22. ca. 1. & sess. 14. cap. 1. colligit ex Luca 22. Hoc facite in meam commem. & Ioan. 20 quorum remisseritis pecc. Confert gratiam, vt constat ex 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, que data est tibi cum impositione manuum Presbyterij: 2. cap. 1. Admoneo te, vt refusantes gratiam Dei, &c. at hæc ad veram & propriam Sacramenti naturam lufficiunt.

Durandus in 4. dist. 24. q. 2. a. n. 6. solum Presbyteratum putat esse propriè Ordinem & Sacramentum à Christo institutum, ceteros autem esse tantum Ordines secundum quid, & quædam Sacramentalia, quæ Sacerdotium præcedunt non de necessitate, sed de congruitate, ab Ecclesia instituta ad maiorem Diuini cultus solemnitatem: sicut Baptismum præcedunt Exorcismus & Catechismus. Inclinat Caiet. to. 1. opusc. tract. 11. ar. vn. monet, si quid fuerit omissum eorum, quæ à nouis Pontificalibus in collatione horum Ordinum addita sunt, non esse in alia Ordinatione supplendum: Victoria apud Valen. to. 4. disp. 9. q. 1. pu. 4. §. Sunt autem, probabile censet. Magister verò in 4. dist. 2. 4. verb. Ordo, Gratia. dist. 2. 1. inst. Hugo de S. Victo. lib. 2. de sacra. par. 3. cap. 13. & alij apud Vasq. 3. par. disp. 238. cap. 1. à Sacramento Ordinis excludunt solum Subdiaconatum. Prob. authoritate Anacleti à B. Petro in Presbyterum pro-

mori: hic epist. 3. ca. 2. cùm mentionem fecisset Episcoporum & Sacerdotum, ita concludit: Amplius quæ sent. neg. isti duo Ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Ideo Damasus epist. 5. Non amplius quam duo Ordines inter Discipulos Domini esse cognouimus, id est Duodecim Apostolorum, & Septuaginta Discipulorum: & circa finem loquens de Choropiscopis; Si nec Episcopi sunt, & plusquam Presbiteri esse ambire, per quod Ostium intrabunt, cùm hi tantum duo Ordines in Ecclesia legantur?

Prima ratio: De solo Presbyteratu habetur, quod sit à Christo institutus. nec debet nouū Sacram. in Probatum duci, nisi expressâ Scripturæ autoritate. Confir. 49. Prima.

Diaconatus, & Subdiaconatus, nullam habent certam materiam & formam: at omne Sacram. certa constat materiâ & formâ à Christo præscriptâ. Major prob. nunc pro materia habent librum Euang. & Epist. cum proportionata forma sibi respondentे, tempore autem Apostolorum pro materia habebant manuum impositionem: loco formæ recitabatur supra Ordinandum Oratio, vt constat ex modo Ordinandi Diaconos & Subdiaconos apud Clemens lib. 8. Constitut. cap. 17. 18. & 21. Ego Philippus constituo, vt Diaconum ordines, Episcope, imponendo ei manus, presentibus Presbyteris & Diaconis, & precando ei dicam: Deus omnipotens exaudi orationem nostram, & ostende faciem tuam super hunc seruum tuum electum tibi ad ministerium &c. idem modus seruabatur in confredo subdiaconatu. 2. Quād sunt plures actiones ad eundem effectum spiritualem ordinatæ, ea tantum, quæ esse & attingit, est Sacramentum, reliquæ sunt solum dispositiones, ad illum: vt quia solum actio ablutiua cum determinata forma attingit ablationem peccati Originalis, Exorcismus verò & Catechismus, solum disponunt ad illum, sola actio ablutiua cum determinata forma est Sacramentum, reliquæ sunt tantum Sacramentalia. Sed omnes Ordines ministrorum sunt propter Eucharistiam conficiendam & ministrandam: hanc autem solus Presbyterus attingit: ergo reliqui tantum disponunt magis, vel minus proximè ad illâ: igitur solus Presbyteratus est Sacramentum. 3. Sicut in Baptismo datur potestas passiva ad recipienda Sacra. ita in Ordinatione potestas actiua ad ea conficienda: respondent enim sibi mutuo istæ potentiae. At in reliquis Ordinibus infra Sacerdotium nulla datur potestas actiua ad conficienda Sacra. 4. In Ordinatione aliqua traditur Ordinando potestas, per quam possit aliquid, quod anteā non poterat: Ordo. n. est sacram Signaculum, quo spiritualis potestas Ordinato traditur. Diaconus autem & Subdiaconus, nullam viam Ordinationis accipiunt potestatem, per quam aliquid possint, quod anteā non poterant: igitur sunt Sacramentalia tantum. Confir. 5. Si omnes essent propriè Ordines, non vñus, sed septem essent Ordines: cùm singuli sint Ordines per se, non ut partes integrantes constituentes vnum integrale, sed ut partes subiectiæ, contentæ sub uno genere potestatiuo, prædicabili de singulis in quid. 5. Ex nullo Scripturæ textu colligi potest, quod hi Ordines sint à Christo instituti: sed solum quod fuerint ab Apostolis septem Diaconi electi, vt ministrarent mensis Fidelium Actor. 6. hoc autem nō arguit, esse Sacramentum à Christo institutum. 6. Sacramentum Ordinis, nequit ab alio, quæ ab Episcopo conferri, vt 1. Cano. Apost. & Clemens Rom. lib. 3. constitut. cap. 11. & Triden. definit, præter Episcopos, nullum inferiorem habere potestatem Ordines conferendi sess. 23. cap. 4. & can. 7. cùm tamen hi Ordines non nunquam legantur suisse à simplici Presbtero collati, to. 7. disp. 7. sec. vle. & de subdiaconatu testatur, Alexander

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

der III. cap. vn. de Ordinatis ab Episc. quirentiauit.

At communis sent. est, hos Ordines esse vere & propriè Sacra menta à Christo immediate instituta. Diaconatum, Durando & Caiet. exceptis, reliqui omnes admittunt: Subdiaconatum, paucis quibus d. alijs exceptis, communiter concedunt. Potissimum argu. Quod ab ipso tempore Apost. ad hæc usque tempora, quotiescumque à Concilijs & Patribus mentio fit de Ordinibus, cum ijs semper connumerantur hi duo. At ex Aug. epist. 118. Quotiescumque aliquid fuit semper in Ecclesia obseruatum, cuius initium ignoratur, censetur ab Apostolis manasse, à Christo edoctis: igitur. Maior constat. tum ex can. 41. & 42. Apost. in quorum primo mentio fit Episcopi, Presbyteri, & Diaconi; in 2. Subdiaconi, Lectoris, & Cantoris: tum ex Clemen. Rom. qui fuit tempore Apost. & à Petro in Pontificem electus; hic n. lib. 8. Constitu. cap. 17. '8. & 21. modum describit ab Apostolis præscriptum, quo Diaconi & Subdiaconi ordinandisint: tum ex Martyre Ignatio Ioannis discipulo, qui epist. ad Antioch. inter Ecclesiæ Antiochenæ Ministros recenset Diaconos, & Hypodiaconos. Tum ex Concilio Carthag. 4. & alijs, in quibus expressa mentio fit Diaconoruin & Subdiaco. Ex quibus concluditur, iuxa Ang. regulam, hos Ordines fuisse à Christo institutos.

St.  
Gramior  
difficulias,  
de Subdia-  
conatu.

Quia certitudine afferenda hæc sint? De Subdiaconatu omnes ferè conueniunt, non' esse certum certitudine fidei, esse à Christò institutum: cùm neque ex verbo scripto, neque tradito id manifestè deduci possit: nec villa de hoc exister Ecclesiaz definitio, quæ sunt regulæ, quibus fidei nostræ dogmata nituntur: sed solum docent, hanc sent. contineri intra maioris probabilitatis gradum, propter tot grauissimorum DD. authoritatem. Confir. si quæ testimonia afferri possunt, ex quibus hæc fidei certitudo quoad Subdiaconatum, deduci posset, essent vel Decretum Concilij Floren. §. Sextum sacr. vbi de Sacra. Ord. vel Canon 6. Triden. sess. 23. in quorum primo Florentinum, post assignatas materias, formas, & ordinarium Ministrum Diaconatus & Subdiaconatus, subdit, effectum huius Sacramenti esse augmentum geatæ: porrò si hi Ordines gratiam conferunt, sunt vera & propria Sacraenta à Christo instituta, cuius tantum est, gratiam conferre. In 2. verò Triden. sub Anathemate damnat, qui dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam diuina ordinazione institutam, que constat ex Episcopis, Presbyteris & Ministris: Sub ministris autem non solum comprehendit Diaconos, sed etiam Subdiaconos, quorum mentionem fecerat cap. 2. At ex neutro loco id euidenter deducitur. Non ex primo: nam ad Concilij Doctrinam saluandam sufficit, ut augmentum gratiae conferatur alicui ex tribus factis Ordinibus à Concilio ibi numeratis: sicut ad veritatem illius definitionis, quam Triden. cit. sess. 23. can. 3. tradit, Sacram Ordinationem esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, sufficit, ut de aliqua sacra Ordinatione verificetur. Non ex 2. nam sufficit, ut data definitio verificetur de Diaconis. Vera enim esset Concilij definitio, si cum Episcopatu & Presbyteratu, solus Diaconatus esset pars hierarchiæ Ecclesiæ à Christo institutæ. Nec refert, quod ante variisque Ordinis meminerit: quia de illis non meminit, ut de partibus hierarchiam Ecclesiæ constituentibus, sed ut sunt quidam gradus, per quos ad Sacerdotium ascenditur. Vnde meminit etiam Ordinum Minorum, de quibus magna controv. an sint Sacraenta, sec. seq. Ex nulla igitur regula fidei, manifestè colligi potest, Subdiaconatum esse Sa-

### *Tam VIII de penitentia & Ordine.*

cramentum à Christo institutum.

An saltem certum sit Diaconatum fuisse à Christo institutum? Negant *Sotus* in 4. *diss.* 24. q. 1 ar. 4. §. <sup>Latenius</sup> dubium de *Revera*, qui Durandi opinionem censet, non esse Diaconatu, magna reprehensione dignam, et si rem mirare ali-

magna reprobatione dignam, eti*m*eritate aliquā illam notet, eo quod deflecat à communī sent.  
*Bellar.lib.1.de Sacr.Ordi.cap. 6.* solū putat, hoc esse  
valdē probabile. Affirmat *Vasq.3.cit. disp. 238.cap.2.*

**Quam sent. omnino veram, manifeste deduco i. ex cit. can. 6. Trident.** vbi definitur, esse in Ecclesia Catholica hierarchia à Christo instituta, constans ex

Episcopis , Presbyteris , & Ministris . Quæ definitio nequit saluari , nisi præter Episcopos & Presbyteros , includat alios , qui veniant nomine Ministri ; non

subdiaconos vel alios inferiores, cum de his controversum sit: tum ex ipso Ordine, quo Concilium hierarchia Eccles. Ministros recerset: nam sicut tan-

Racine Ecccl. Ministrorum recitat: nam hec tamquam digniores 1. loco numerat Episcopos, 2. Presbyteros, ita per reliquos Ministros intelligit Diaconos, qui dignitatis Ordine sunt proximi Presbyt

nos, qui dignitatis Ordine sunt proximi Presbyteris, ut idem Trident. cit. *seff. 23. cap. 2.* tum ex Paulo, qui semper cum Episcopis, vel Presbyteris coniunctis Diacopas Ad Philippi. 1. Cum Episcopis & Dia-

git Diaconos: Ad Philipp. i. Cum Episcopis & Diaconis. Et i. ad Timoth. 3. postquam descripsisset, qualis deberet esse Episcopus, idem statim de Diaconis loquitur. Nam etiam Diaconi sunt sacerdotes.

subiungit. Nec miror, quod *seruit* hāc Concilij definitiōni. non obstante, contrarium sententiam, cūm antē quā Tridentini decreta peculiari bullā fuerint à Pio IV. sub quo fuit concilium absolutum confirmata, sit mortuus anno 1560. bullā autem Confirmationis publicata fuit anno 1563. magis autem mirandum est de Cardinale Bellarmino, qui hanc Concilij definitionem legere potuit.

2. Ex verbis, quæ Episcopus cum impositione dex-  
teræ manus, supra Diaconandū profert: Accipe Spir-  
itum S. ad robur, & resistendum Diabolo & tentationibus co-  
ius. Nam hæc verba, ut Trident. sess. 2. 3. can. 4. non fru-  
strantur. Veritas enim denuo deducit.

straneè ab Episcopi dicuntur: & cùm proferantur imperatiè, efficiunt, quod significant, vii reliquo-rum sacrà verba. Confir-tum quia ex similibus ver-

Concilio quæ Episcopus pronunciat supra Sacerdotem, Concilium *ibid.* colligit, per ea cum noua gratia Ordinatio dei Spiritus S. cum quia videtur hæc for-

ordinato dari Spiritum S. tum quia videtur hæc for-  
ma desumpta ex modo , quo Apostoli per imposi-  
tionem manuum Presbyteris & Diaconis gratiam  
S. Spiritus suorum donarunt . Tum enim si hæc resu-

cum Spiritu S. conterebant. Tum quia si haec verba non essent collatua gratia, non possent absq; mendacio ab Episcopo proferri, cum non proferantur

*depreciatiuē, sed potestatiuē, ac si in ipsius potestate  
sit, gratiā Ordinando conferre. At obijcit Vasquez:  
nac verba nō sunt forma Diaconatus: nequit igitur*

*et ea Spiritus S. conferri. Sed nego, hæc verba non  
esse formâ eius potestatis, quam Diaconus accipit  
assistendi Sacerdoti in altari, & dispensandi Christi*

**Sanguinē. Duplex.** n. potestas vi Ordinationis accipitit à Diacono, assistendi Sacerdoti in Altari , & Crichti sanguinē ex commissione Sacerdotis dispens-

andandi,& simul Euangelium solemniter in Ecclesia can-  
dandi, ex Pontificali: ita à Subdiacono vi Ordinationis  
duplex, sacra vasa contraetandi, & Epistolulas solem-

luplex, lacra vala contrecandi, & Epitolas locutio-  
niter legendi: in vtraq; vterq; nouā accipit gratiam,  
sicut & Sacerdos. Vnde dari posset Diacono, vel sub-  
diacono una potestas signalis, ut in primitiva Ec-

diacono una potestas sine alia, ut in primitiva Ecclesie, quando Euangelia, & Epistolæ nondū erant cōscriptæ Diacono sola assistēdi sacerdoti, & Christi fidei, et aliis. Secundum subdiaconi fieri vni-

Fateor, cum nou ab omnib. admittatur, hæc ver-  
ti languinem dispensandi, Subdiacono lacra vata  
contrestandi: ut to. 7. disp. 2. scđ. 4.

*elle forme  
ex-hoc cap-*

**partia-**

*Decisio re-*  
*gativa Tri-*  
*den.*

*Euangeliorū*  
*traditio ar-*  
*guis, &c.*

55.  
Ad argu-  
mens pro  
contraria  
sent.

56.  
Adtraiones  
Ad 1.

Diaconatum esse Sacramentum à Christo institutum: mihi iudicatum, ex Trident. conf. 23. can. 4. ubi definit, Episcopum hæc verba non frustra dicere, nec per ea characterem non imprimi: si autem per ea gratia non daretur, verè dici possent, ab Episcopo frustra dici. Nec dicas, sat esse, si saltē frustra non dicantur in Presbyteratu, quibus post collatam potestatem corpus & sanguinem Christi conficiendi, confertur potestas à peccatis absoluendi: quia cum Concilij definitio sit negativa, ad illam frustram sufficit, ut in uno tantum Ordine ea frustra dicantur: quia definitio negativa aquivaleat universalis; proinde de omnibus verificari debet, alioqui si de uno tantum non verificetur, falsa erit. Dices: ut hæc verba in collatione Diaconatus non frustra ab Episcopo dicantur, sufficit, si vel ad traditionem Euang. & pronunciationē formæ respondentis, vel propter aliud finem conferatur gratia. Sed contra primum: tum quia saltē verū Sacram. arguitur ex traditione Euang. & pronunciatione formæ sibi correspondentis: tum quia si per ea non datur gratia, esto per alia verba detur, frustra ab Episcopo dicuntur: nam siue ea dicantur, siue non dicantur, nunquam per ea gratia datur, sed per alia verba subsequentia. Tum quia longè certius est, per ea, quam per subsequentia verba, gratiam conferri: nam ante conscripta Euang. conferebatur Diaconatus per solam manus impositionem, & verba respondentia: ergo si tunc per hæc verba gratia dabatur, etiam datur nunc ante traditionem Euang. verba huic traditioni respondentia: cùm idem Ordo & Sacramentum sit nunc, ac fuerit tempore Apost. Contrà 2. ut verba hæc non dicantur, frustra ab Episcopo dici, non sat est, ut alio fine dicantur: tum quia idem dicere possent hæretici de iisdem verbis prolati supra Sacerdotem consecratum: tum quia intentio Concilij est, ut ea frustra non dicantur, quia per eorum prolationem conferatur Spiritus S. quod tantum hæretici negant. Vnde si dici possent, ea frustra non proferri, quia alio fine dicuntur, quam ut per ea Spiritus detur non confundatur hæretis: quæ parum curat, ea alio fine dici, modò obtineat, per eam Spiritum Sanctū non dari.

Ad authoritatem Anacleti & Damasi R. hos Pontifices solū loqui de Ordinibus Sacerdotum, qui duo rātū sunt, Episcoporum, qui Apostolis, & Presbyterorum, qui Christi Discipulis 72. succedunt: *Sacerdotum Ordo*, inquit Anacletus, bipartitus est, & sic Dominus illum constituit, à nullo debet turbari. concludit: Amplius quān̄ iſi duo Ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Erant enim aliqui, qui tertium Sacerdotum Ordinē mediū fingebant, & Choropiscopos se vocabant. De his Damalus cit. Sanè si nec Episcopi sunt, quia pro prefatis causis Episcopi esse non possunt (id enim suprā ostenderat) nec Presbyteros se nominare volunt, quia amplius esse ambiunt, atq; plus quam Septuaginta Discipuli fecerint, presumere tentant. & illicita atq; prohibita agere presumunt. Hæc Damasus. Alioqui aperte Apostolis pugnantia docuissent, qui expressam Diaconorum mentionem faciunt, ut supra vidimus & Tridentinum notauit. Ad 1. R. nō omnia fidei dogmata expressè haberi in Scripturis, sed multa vel per traditionem, vel per Ecclesiæ definitionem, quæ in rebus fidei decidendis infallibilem habet Spiritū S. assentiā, nobis credenda proponi. Ad Confir. concedo Diaconatum & subdiacono habere determinatam materiam & formam tantum in genere, in specie determinandam ab Ecclesia, pro rerum, & temporum varietate; idque ex Christi institutione, ut fo. 7. disp. 2. sect. 4. Nec refert, quod Clemens te-

ferat formam rātū deprecatiāam pro Diaconatu & Subdiac. nam nec de Presbyteratu vllam refert imperatiāam, eod. lib. cap. 16. uel quia non semper Patres referunt integras formas & materias sacram. sed aliund illas explicatas supponunt: vel quia cū nō sit certa forma à Christo in specie determinata, potuit pro eo tempore Ecclesia talen determinare, quæ implicitè saltē esset significatiua potestatis per Ordinationem tradend: sicut defacto. Ecclesia Græca in sacris Ordinibus conferendis vtitur formis implicitè tantum significantibus potestatem, per eos tradendam, ut fo. 7. cit. neque enim est necesse, ut forma explicitè significet potestatem Ordinando tradendam, sed sufficit, si implicitè. Ad 2. Dur. esto Ordines Presbyteratu inferiores non attingant ef. Secunda fectum Eucharistiaz, in ordine ad quem sui: c. insti- manufa laborat apud e- tuti, attingunt tamen in ipsis Ordinatis alium effec- tū spiritualem, nempè gratiam, & Characterem, sione. ut dignè & idoneè tanto mysterio subseruant. Ne- que est par ratio de Exorcismo & Catechismo: nam hi nullum spiritualem effectum attingunt, sed solū disponunt ad effectum Baptismi. Ig:itur probare de- beret, reliquos Ordines Presbyteratu inferiores, ne- que effectum Encharistiaz, neq; vllum alium in ani- ma Ordinati attingere. Tertia falso assumit, omnem potestatem quæ per Ordinationem confertur, esse ad Sacraenta conficienda & ministranda: nam aliquia sunt ad quædam munia tantum dignè exer- cenda, quæ ad subseruendum Eucharistiaz ministe- rio ordinantur. Quare falsa est illa comparatio, quod sicut Character Baptismi est ad recipienda, ita Ordinationis ad conficienda Sacra. cùm neque hoc sit de ratione Characteris ut sic, neque ut talis; nam ut talis Character solū importat habilitatem ad peculiaria munia exercenda: sicut character Cō- firmationis insignit Christi militem in Ordine ad fidem coram tyranno profitendam. Ad 4. nego, de ratione Ordinis Sacri esse accipere aliquam pote- statem, per quam Ordinatus aliquid possit, vel lice- tè facere, quod anteā non poterat: nam quamuis hanc potestatem accipiat Presbyter, de ratione reli- quorum Ordinum sufficit, si id quod ante Ordina- tionem etiam liceè poterat, post ordinacionem digniū exerceat, ratione specialis gratiæ, quam vi Ordinationis accipit, ut rectè Sotii in 4. dist. 2. 4. q. 1. ar. 4. ad arg. Dura. ut patet de charactere Confirmationis, qui non dat simpliciter, aut liceè posse, sed dignius ac facilius, ratione specialis gratiæ, quā Confirmatus vi Sacramenti ex opere operato acci- pit. Ad Confir. dic, omnes Ordines dici vnum, non unitate indiuitabilitatis, aut integratatis, sed attribu- tionis, ratione habitudinis, quam dicunt ad Eu- char. propter quam sunt instituti (sicut plures habi- tūs specie distincti, dicuntur vnius habitudine ad vnum obiectum principale attributionis) vel confi- ciendā, ut Presbiteratus, vel ad materiā ei proximè proparandā, ut Diaconatus & subdiaconatus; vel re- motè, ut reliqui inferiores Ordines. Ad 5. fateor, ex nullo textu scripturæ evidenter deduci Diaconatū esse sacram. à Christo institutum; illum tamē haberet Apostolorum & Patrum traditione, qua nixum Trident. suam definitionem edidit. Et sanè Apostoli ferè semper Diaconos cum Episcopis & Presbyteris coniungunt, per hoc insinuantes ab eodem authore utrumque Ordinem fuisse institutum. Cœterum falsum est, Diaconos fuisse ab Apostolis electos solū ad ministrandum mensis Fidelium, sed præci- puè ad Altaris Sacrificium ex Clemen. Rom. qui, ut su- prā, materiam & formam Diaconatus ex præscrip- to Apost. assignat: nec solū Diaconi constituti fue- runt Hierosolymis. vbi Fideles simul conuiuebant. ut cis

Rodd  
Catt. cit

eis in mensa ministrarent, sed etiam Philippis ad Philipp. i. vbi Fideles non conuiuebant. Ad 6. concedo, non posse hos Ordines ab alio, quam ab Episcopo, ut Ordinatio Ministro conferri, posse autem ex commissione Pontificis à simplici Sacerdote; ut *præced. to.* dixi de Sacramento Confirm. Vnde caute Floren. cit. dixit, Episcopum esse Ordinarium ministerium huius Sacramenti, innuens, extraordinariū posse esse alium ab Episcopo. in hoc sensu locuti sunt Clemens, & Triden. nam *cit.* loco non solum definit, nullum Episcopo inferiorem habere potestatem conferendi Sacros Ordines, sed neque Confirmationem; cum tamen idem *self.* 7. *can. 3.* de Confirm. doceat, Ordinarium Ministerium huius Sacra. esse Episcopū: ergo in eo sensu in 1. loco intelligit, solum Episcopum habere potestatem conferendi Ordines, quo in 2. dixit, Episcopum esse Ministerium Sacri Confirmationis, sc. Ordinarium.

## SECTO VIII.

*An Ordines Minores sint Sacraenta à Christo instituta?*

57.  
Sensu  
negans.

**H**anc quæst. attigi 10. 7. *disp.* 7. *sect.* 8. hic discutio ex professo, & argumenta ibi omissa. Prima sent. negat: quam à fortiori docent, qui id negant de Diaconatu & Subdiac. præter quos alij Recen. *Sotus in. dist.* 24. q. 1. ar. 4. *concl.* 7. & *ad arg.* Dur. *Mich. Mediu. lib. 1. de Sacr. homi. contin. cap. 46.* Alph. *de Castro verb.* Ordo §. Omitto, *Nauar. in sum cap. 22. n. 18. Vafquez 3. par. disp. 23. 7. cap. 2.* Qiam probabiliter consit Suarez to. 3. in 3. par. *disp. 16. sect. 3. §. Tertiū. probabilitissimam Sanchez lib. 7. de matr. disp. 31. n. 17.* utramque defendit *Ioan. Prepositus de Sacr. Ordinū q. vn dub. 9.* Probant 1. Nusquam legitur à tempore Apost. Minores Ordines certam habuisse materiam & formam, vt de Maioribus: nequit autem sine propria materia & forma Sacramentum nouæ legis consistere. 2. nulla in his traditur potestas, per quam Ordinatus possit aliquid facere, vel ei liceat, quod antea non poterat æquè validè ac licite. At vbi nulla est specialis potestas, non est verum Sacram. à Christo institutum, cum extrinseca deputatio sit ab Ecclesia: ita *Duran. in 4. dist. 2. 4. q. 2. n. q. Tertiū.* Magna fuit in Ecclesia à tempore Apost. circa hos Ordines varietas: At nequit in Sacramentis à Christo institutis varietas esse; cum non subiaceant Ecclesiæ potestati. Maior prob. 1. tempore Apost. Ordo Cantoris erat distinctus ab Ordine Lectoris, ex *can. 27.* Apost. quibus solis conceditur facultas vxorem ducendi. 2. Clemens *Rom. lib. 8. Apost. Confir. cap. 23.* iater Ordines numerat Confessores, qui fidem coram tyranno profitentur. 3. Ignatius Martyr, ut *suprà*, inter Ordines recenseret laboratores (cuius Ordinis etiam posteriores meminerunt) qui ad Fidelium corpora humanda destinabantur, qui etiam fossiles à fossis effodiendis dicebantur. 4. neque Apostoli, neque Patres ipsorum temporibus proximi, ullam Acolythatus mentionem fecerunt, sed post Cypriani & Cornelij tempora 250. annis post Christum. Sed neque à Græcis hic Ordo admittitur. 5. Exorcistatus tempore Apost. non numerabatur inter Ordines, ex *Clemen. 8. lib. Confir. cap. 26.* qui cùm *præced. cap. de vidua dixisset, Vidua non ordinatur: de Exorcista seq. cap. subiungit idē, Exorcista non fit Ordinatione: certare enim pro premio Exorcista, libera voluntatis est, ac Dei gratia per Christum, & aduentum Spiritus Sancti. Siquidem qui gratiam sanitatum accipit, per reuelationem declaratur à Deo, cùm gratia, qua in eo est, om-*

*Tom. VIII. de pénitentia & Ordine.*

*nibus est manifesta. Si verò necessitas postuleret, vt si sat Episcopus, aut Presbyter, &c ordinatur. Hæc Clemens, qui hunc ad gratiam sanitatis datam sanitatum reducit: vnde neque hic Ordo est apud Græcos. 6. refert ex Socrate *lib. 9. tripar. hist. cap. 38.* Alexandriæ moris fuisse, ut Lectores, & Psalmista indiscriminatim ex Christianis, & Catechumenis fierent, cùm tamen Catechumeni non sint ante Baptismum ullius Sacramenti capaces. 7. tempore Concilij Carthag. IV. ab alio tradebatur materia Acolythatus, & ab alio eius forma proferebatur; illa ab Archidiacono, hæc ab Episcopo, ex can. 6. At hoc est contra modū ministrandi Sacra. à Christo instituta: vnde sicut nō valet Baptismus à duobus collatus, uno materiam, altero formam ministrante, eo quod hoc modo nō denotatur actio procedere à ministro: ita neque Ordo, si verum est Sacram. à Christo institutum. Hæc argu. hæc sent. valde probabilem reddunt,*

*Secunda affirmat, S. Tho, in 4. *dist. 2. 4. q. 1. ar. 2. ad 2. qu. Bonav. ar. 1. q. 1. & 2. Scotus q. vn. §. De tertio; vbi postquam disciplisser Sacrum. Ordinem: Ordinatio auctores est in sacra alicuius in gradu Ecclesie praeminenti, cui affir.**

*conuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, facta à ministro idoneo, certa verba proferente, & simul cum intentione debita ministerium gradus illius aliquo signo visibili representans, ex institutione diuina efficaciter signans gratiam præminentem, quā Ordinatus digne aliquod ministerium exequatur: ita concludit: & secundum vniuersalem istam rationem Ordinationis possunt proportionaliter accipi rationes specialiter Ordinum: quibus constat, omnes Ordines, etiam inferiores. He verum sacram. à Christo institutum, gratiam ex Diuina institutione efficaciter significans: Richar. *ar. 4. q. 2. & 3. Argen. ar. 3. Pal. q. 1. ar. 2. Rubio. q. 1. ar. 1. Capreuo. q. vn. ar. 1. & 3. ad obiec. Dur. & *dist. 7. q. 2. ar. 3. ad 3. Dur. Suppl. Gabr. q. vn. ar. 2. concl. 5. Major dist. 7. q. vn. S. Anton. 3. par. xii. 14. cap. 16. §. 2. Angel. verb. Ordo. 1. n. 2 Sylvester. verb. Ordo 2. q. 4. & Ordo 3. q. 7. Couarr. lib. 1. variq. cap. 10. n. 10. Pet. *Sotus de Sair. Ord. lett. 4. Palati. in 4. dist. 2. 4. disp. 1. concl. 9. Valen. 10. 4. disp. 9. q. 1. de Sacr. Ord. pu. 4. Bellar. lib. 1. de Sacr. Ord. cap. 8. Henrig. lib. 10 de Sacr. Ord. cap. 2. Coninx. *disp. 20. de Sair. Ord. dub. 6. Laymon lib. 5. trac. 9. cap. 4. de Sacr. Ord. Auth. de Sacr. Ord. apud Tole. Hurtu. de Sacr. ordi. diffi. 9. nec cohærenter, meā sent. illam negant, qui concedunt Subdiaconatum esse verum Sacram. à Christo institutum, ob solā autho. DD. cùm non minus hæc fulciatur. Ratio: nō minus Ordines Minores, quā Maiores semel suscepit iterati non possunt: ergo non minus hi, quam illi, imprimunt in anima characterem, proper quæ sunt initerabiles: nam si hæc ratio valeat in Ordinibus Maioribus, non est cur non valeat in Minoribus. 2. Ex August. epist. 1. 8. Quod fuit in Ecclesia semper obseruatum, cuius obseruationis initium ignoratur, censemur originem duxisse ab Apostolis, qui à Christo edociti illud Ecclesiæ seruandum tradiderunt, ut *suprà* Minorum Ordinum vius semper fuit in Ecclesia seruatus: nam licet ab ipso tempore Apost. non semper fiat expressa mentio singulorum, eo quod propter personarum penuriam illi non exercebantur à distinctis personis, eorum saltem, qui simili non poterant à Diaconis & Subdiaconis, comodi ex exerceri, vt sunt Lectoratus & Ostiariatus, semper legitur ab eo tempore, expressa mentio facta. Confir. concilia tam generalia, quam prouincialia eodem prorsus modo loquuntur de Minoribus ac de Maioribus.*****

*Ad 1. R. neg. antec. nam Clemens tempore Apost. Ad organum expressam mentionem facit materia & formæ lectoratus lib. 8. cap. 22. Et cùm Ordines non habeant transiens. materialm & formam à Christo determinatam, vt Ad 1.*

10.7 disp. 2. sect. 4. nisi in genere, ab Ecclesia determinari debuit inspecit pro tempore varietate quoad speciem, sicut defacto variata est materia & forma Diaconatus & Subdiac. ut *ibid.* mitum igitur non est, si horum Ordinum certae materiae ac formae non fiat expressa mentio. Ad 2. Dur. hoc argu. probaret, quod neque Confirmationis esset Sacram. characterem imprimens, quia nihil potest Confirmatus, quod ante non poterat; neque ei aliquid licitum est, quod ante lictum non erat. Ut igitur in Ordinato saluetur vera ratio Sacram. sufficit, ut vi Ordinationis accipiat peculiarem gratiam, & habilitatem intrinsecam, quam ante non habebat ad dignè exercenda ea properat quæ Ordinem suscipit. Sicut Confirmationis peculiarem accipit gratiam, & intrinsecum characterem in ordine ad fidem coram tyranno profitendam, quam etiam ante Confirmationem profiteri poterat, licet non cum intrinseca habilitate, & speciali gratia, properat tale exercitium collata. hoc est, quod *Floren.* dicit, ut Ordinatus per gratiam suscepata fiat idoneus Minister. Dices; operationes, quas Minoribus initiati exerceant, sunt merè naturales, vti sunt, portas templi claudere & referare, aqua & vinum porrigere, cum Ceroferario Subdiaconi praeter; ergo ad eas exercendas non est opus peculiari gratia & habilitate, conferenda per Sacram. R. nego eas esse naturales, prout illæ vi Ordinationis exerceri iubentur; sc. ut sacrae Ceremoniae ad solemniorum Sacrificij celebrietatem: quo fine exercenda peculiari egent gratiâ, ut ad tam altissimum munus dirigantur. Ad 3. neganda minor de varietati substantiali, concedenda de accidentalis: ad 1. man. prob.

*Eiusque pri-*  
*m. prob.* Ad 2. prob. nego Ordinem Cantoris tempore Apost. distinctum fuisse à reliquis, qui nunc sunt; aeo vel fuisse eundem Ordinem, diuerso tamē gradu cum Lectoratu, ut *Franc. Turri. lib. 8. Apost. Constitu. cap. 26.* arbitratur; vel certè fuisse tunc temporis solam dispositionem ad Ordines, vti nunc est Prima tonsura, quæ cùm pendeat ex mera institutione Ecclesie, pro varietate temporum, variam potuit habere ceremoniam. Non leue argu. est, quod apud antiquos Patres hæc dispositio appellabatur Psalmista, à P. salmis canendis; in Concilio Carthag. IV. cap. 10. *Psalmista, id est (explicatio est Concilij) cantor potest absq; scientia Episcopi, sola iussione presbyteri, officium succipere cantandi, dicente sibi Presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes.* At instabis: Ordo Cantoris non nisi ab Episcopo conferti poterat, teste *Clemen. lib. 3. Confl. c. 11.* Resp. non potuisse nisi ab Episcopo, licet; potuisse validè: Apostolico enim præcepto, nullus tunc Ordo, nec dispositio ad Ordinem conferti poterat, nisi ab Episcopo: quod præceptum, quia humanum, non Diuinum fuit, potuit consuetudine abrogari, ut etiam à Presbyteris conferretur: vti defacto omnes Minores conferuntur ab Abbatibus: & ex commissione Pontificis etiam Diaconatus & Subdiac. ut *infra;* quod est eidens signum, hoc non spectare ad substantiam Ordinis. Ad 2. nego, professionem fideli coram tyranno à S. Clemente connumerari inter Ordines Eccles. Confessor. inquit, non sit ordinatione: hoc enim voluntatis est, & tolerantia: magno autem honore dignus est, ut qui nomen Dei coram Gentibus & Regibus confessus sit. Si autem opus eo fuerit, Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinetur.

Ad 3. nego, à S. Ignatio officium laboratorium connumerari inter Ordines Eccles. Neque ex eo quod illos recenseret cum Ordinatis, signum est, eos Clericali Ordine insignitos: cùm eos solùm recenseat salutandi gratiâ: ita Apostolus cum Clericis, salutat alios, qui Clerici non erant. Nec Pa-

tres de illo officio mentionem faciunt, ut de speciali Ordine Clericali, sed ut de insigni opere misericordiæ, quod fidelium defunctorum corporibus exhibetur. Quod si ab aliquib. hic Ordo vocetur, latè sumitur nomen Ordo. Ad 4. tempore Apost. non omnium Minorum Ordinum usus fuit à distinctis personis exercitus, sed propter eatum penuriam, plures exerceri solebât ab ordinatis superiorib. idq; etiam nunc, teste *Franc. Turri. 8. lib. Apost. Constitu. cap. 26.* & *Alph. de Castro, verb. Ordo fine,* in Ecclesia Graeca seruatur. Ceterum potius distincta mentio fit digni Romi Lectoris, & Cantoris, quām Acolythi: quia huius officium commodè poterant Diaconi & Subdiaconi, dum altari ministrabant, supplere; non illorum, quod erat eos Choro cantare, dum Sacerdos celebrabat. At neque, inquires, commodè poterant Diaconi, & Subdiaconi dum altari ministrabant, officiū Ostiarij obire. R. propterea etiam huius Ordinis expressam mentionem facit *Clemens lib. 3. Constit. cap. 11.* Ad 5. distingo, cum *Turri. cit. duplex Exorcistarum genus*, alterum quod per gratiam gratis datum cōfertur, de quo intelligocū *Acto. 19. vbi de exorcistis fit mentio: de hoc tantum Clemens, sic enim, inquit, qui gratiam sanitatum accepis, per revelationem declaratur à Deo, cum gratia, quæ in eo est, omnibus est manifesta: alterum, quod Episcopi Ordinatione fit, de quo nū ibi. Ad 6. vnius priuati loci mos, non est sufficiens ad infingendam vniuersalem Ecclesiæ doctrinam, quæ sola habenda est pro regula in his rebus: cùm id facile accidere potuerit priuato errore Episcopi. Et hinc morem interpretari possumus de Lectoratu, non quatenus est Ordo Eccles. per materiam & formam ab Episcopo conferrendus; sed de Lectoratu, quatenus est simplex designatio personæ allegendum priuatum aliquem Eccles. lib. Septuina à me inefficacissima censetur. *Ad 7. prob.* Nam siue materia Acolythus tradatur ab Episcopo, siue ab Archidiacono, Episcopi iussu, semper manu verificantur verba formæ ab Episcopo prolatæ, *Accipe, &c.* cùm hæc verba non exprimant formaliter actionem aliquam ab Episcopo in Ordinato exercendam, sed passiuam duntaxat ab ipso, & in ipso Ordinato suscepit. Vnde si Ordinandus suis tantum manibus materiam ante Episcopum positam, Episcopi iussu acciperet, vera essent verba ab Episcopo prolatæ, *Accipe, &c.* nam tñ *Accipe,* eo casu verificantur per ipsam materię receptionem. *Confir.* iuxta probabiliorem sent. ad valorem Sacram. non est necessarius physicus contactus materię ex parte ordinandi, sed sufficit moralis; ergo neque ex parte Ordinantis erit necessarius physicus, sed sat erit moralis. Neque est pat ratio de forma Baptismi, quæ formaliter importat ablutionem à baptizante in baptizando actiū exercendā. Neque obijctes formam Græcorū, in qua sola passiuam ablutione in baptizando exprimitur, baptizetur seruus Christi, cùm tamen hæc forma sit à Conc. Floren. approbata: nam in ea implicitè importatur ablutione ab ipso baptizante exercita.*

## SECTIO IX.

An Episcopatus sit Sacramentum distinctum à Presbyteratu, distinctumque imprimat Characterem?

Prima sent. affirmat; *Duran. in 4. dist. 24. q. 6. n. 8.* *Mayro. q. 2. Rubio. q. 1. ar. Supple. Gabr. q. vn. at. 3.* *Christi in-dub. 9. Palat. disp. 2. §. iſis tandem, Caiet. to. 1. opus. siens. ſuſ-tract.*

tract. 11. ar. vn. Pet. Soto de Sacr. Ordi. lect. 4. Mich. Medina lib. I. de sacr. homi. contin. cap. 16. Nauar. in sum. cap. 22. n. 18. Bellar. lib. I. de Sacr. Ordi. cap. 5. Vasquez disp.

*Esse Sacra-  
mentum af-  
firmant.*

240. cap. 3. & 4. Valen. cit. Quam sent. Pet. Soto putat de fide: Bellar. certissimam; Vasquez conclusionem Theolog. ex definitione fidei manifestè deducet; Medina contraria in periculisissimam appellat. Ceterum Duran. à reliquis discrepat putans Episcopatum distinctum à Sacerdotio imprimere characterem, non distinctam gratiam. Hanc sent. conatur Vasquez ex Triden. deducere, sc. definit siff. 23. cap. 3. sacrâ Ordinatione, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri, proinde Ordinem esse verè & propriè Sacramentum: cap. 4. definit, ad hieraticum Ordinem, præter ceteros gradus Eccles. Episcopos præcipue pertinere, qui in locum Apost. successerunt: can. 6. damnat afferentes, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam Diuinâ Ordinatione institutam, quæ ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris constat. Ergo Ordinatio Episcopi est sacra, per quam Concilium dixit gratiam conferri, eamque Sacramentum esse. Deducunt secundò, ex his 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetam, cū impositione manuum Presbyterij: at Timotheus fuit ab Apostolo consecratus Episcopus: igitur in consecratione Episcopi confertur gratia. Vnde Ambro. de dignitate Sacerd. cap. 5. Si gratiam, inquit, non acceperisti, quomodo Episcopus effici potuisti? & paulo inferius. Qui dat Episcopalem gratiam? Deus an homo? Respondes sine dubio Deus: sed tamen per hominem dat Deus. 3. In Episcopatu noua datur potestas, c. Confirmandi & Ordines conferendi, quæ non datur in Presbyteratu: ergo in eo imprimitur nouus character; vti Concilia & Patres colligunt, in Presbyteratu nouum imprimi characterem à ceteris Ordinibus distinctum, quia in eo datur noua potestas; ergo & noua gratia; vti in reliquis Ordinibus, ex Floren. vt Ordinatus, fiat idoneus minister exercendi, quæ sibi per talem potestatem traduntur. 4. Per illa, Accipe Spiritum S. quæ Episcopus profert super Presbyterum Ordinatum, simul cum manuum impositione, noua coaffertur gratia, nouusque imprimitur character; ergo etiam cùm Episcopus consecrans super Episcopum consecrandum profert eadem, Accipe Spiritum S. vnâ cù manuum ipsius, & reliquorum Episcoporum assistentium impositione. Antec. est Triden. siff. 23. can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra Episcopos dicere. Accipe Spiritum Sanctum; aut per eam non imprimi characterem, anathema sit. Secunda negat: ita Magist. in 4. dist. 24.

*Sens. negans lit. L.S. Tho. q. 3. ar. 2. ad 2. qu. Bonav. ar. 2. q. 3. Richa ar. 5. q. 2. Argen. ar. 4. Palud. falsò pro contraria sent. citatus q. 7. Capreo. dist. 25. ar. 1. & 3. Aureol. apud ipsū ar. 2. Sors q. 2. ar. 3. concl. Henr. lib. 10. de Sacr. Ordi. cap. 2. n. 1. pro qua citatur Alensis: inclinat Turrecre. cit. indecisam relinquit Scotus. q. vn. ar. 2. probabilem censem Suarez in 3. par. 10. 3. disp. 11. sect. 3. §. Solum posset, fine fundam. non nisi septem numerantur Ordines Eccles. si Episcopatus esset distinctus, octo forent.*

62. *Valde proba-* præter citatos communiter sequuntur Canonista, Böllter affir. qui nouem concedunt Ordines, præter tres Maiores, & Minores. 4. Episcopatum, & Psalmistatum seu primam tonitram, de qua sent. 2. Hanc asser. sat is probant rationes, pro prima sent. iuxta quam, Septenarius numerus Ordinum Eccles. desumptus est per habitudinem ad Euchar. cui omnes subserviunt. Sed diffic. etiam Episcopatus subservit Eucharistiae, idoneum illi ministrum creando. Occurrat Palatius: Episcopatus est causa: quæ non solet Temus VIII. de penitentia & Ordine.

cum suo effectu connumerari. Sed de hoc infrà.

Dico 2. Episcopatus est Ordo & Sacramentum ob rationes prius tent. non tamen à Presbyteratu explicatur.

distinctum (ita Palud. Henr. Duran. nisi quod hic admittit in Episcopatu characterem distinctum) ob fundam. secundæ: quod sic vrgo. Triden. siff 23. cap. & can. 2 non nisi septem recenset Ordines, incipiendo à Sacerdotio, vt à supremo, & deinceps, nullâ mentione facta Episcopatus. Vnde cùm can. 3. definit, Ordinem sive Ordinationem esse verè & propriè Sacramentum à Christo institutum, intelligi necessariò debet de ijs Ordinibus, quos cap. & can. 2. recensuerat: cùm igitur inter Ordines Episcopatum non recensuerit, de eo non potest can. proximè seq. intelligi. Nec refert, quod cap. 4. & can. 6. definit, esse in Ecclesia hieraticum Ordinem Diuinâ Ordinatione institutum, ad quem præcipue pertinent Episcopi: hanc hic pro Ordine hieratico, Concilium intelligit gradum dignitatis, cit. cap. 4. Proinde Sacrosancta Synodus declarat, præter Triden. nunc ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum meritis Ordinum successerunt, adhuc hieraticum Ordinem præcipes tantu 7. pertinere. Neque vim huius rationis eneruat Patlati. dicens, idè à Concilio inter Ordines non numerari Episcopatum, quia cùm sit causa Ordinum, habet excellentiâ supra Ordines, sicut omnis causa supra suum effectum, nec solet causa, ut pote altioris ordinis, cùm suo effectu numerari. Nam primò falso est, Episcopatum, vt distinctum à Sacerdotio, esse Sacerdotio excellentioren: cùm hic immediatum actum habeat circa Euchar. quam non habet Episcopatus, vt à Sacerdotio distinctus. Nec refert, quod Episcopatus sit causa Sacerdotij, proinde etiam Eucharistiae, iuxta axiomam. Quod est causa, est causa causati: nā tam Episcopus est causa characteris Sacerdotalis quam Sacerdos Eucharistiae, non naturalis, sed obedientialis: in causis autem obedientialibus, quæ agunt in virtute causæ eleuantis, non valet cit. axioma: sicut nec valet, quod semper causa sit nobilior effectu, quem vt eleuata producit: quia potest causa producere effectum, qui per eleuationem producat aliquid longè nobilius caula, à qua est ipse productus, vt anima producit sibi intellectum, qui eleuatus, elicit visionem beatificam longè perfectiore, quam sit ipsa anima. 2. etiam si Episcopatus sit causa Ordinum, adhuc debuisset inter ordines numerari, si distinctum imprimet characterem: quia cùm Ordines distinguuntur inter se per diuersas habitudines ad Euchar. non solùm debuissent numerari Ordines, qui vel ad illam disponunt, vel immediate efficiunt, sed etiā qui ei idoneos Ministros præparat. Quare nulla alia probabilis superest ratio, cur Concilium inter Ordines Eccles. Episcopatum non numerauerit, nisi quia existimauit, non esse in ratione Sacramenti realiter à Sacerdotio distinctum. Vnde satis illum cum ipso Sacerdotio, à quo in ratione Sacramenti non distinguitur, recensitū iudicauit.

Probatur 2. Si Episcopatus characterem imprimet à Sacerdotali distinctum, posset non Sacerdos consecrari Episcopus, & exercere quidquid potest Sacerdos: sc. vt Ordo superior suum characterem imprimat, ab inferiore non pendet; potest enim non Diaconus fieri Sacerdos, & validè exercere munia Sacerdotalia, reliquorumque inferiorum Ordinum, cùm Superior virtute contineat reliquos inferiores. At character Episcopalis, si distinctus est à Sacerdotali, est superior illo: ergo poterit non Sacerdos consecrari Episcopus, & validè exercere munia Episcopi, & Sacerdotis simul. Quodsi dicas, esse inferiorem Sacerdotali: saltem

sequitur, non Sacerdotem, consecrari posse Episcopum, & validè exercere in Episcopalia, esto exercere nequeat Sacerdotalia. Neut Ordinatus, ordine inferiori validè sua munia exercet, antequam suscipiat Superiorem. Quod si replices, charaterem Episc. ita esse cum Sacerdotali connexum, ut illum essentialiter supponat, nec possit absque illo suscipi: huius causam non assignas. 3. Vt 10.7. disp. 7. 13. fine, potest simplex Sacerdos ex commissione Pontificis Sacram Confirmationem validè ministrare: si autem ad hoc Sacra ministrandum Episcopus characterem reciperet à Sacerdotali phyllicè distinctum, non posset ex commissione Pontificis simplex Sacerdos illud validè ministrare. Quia nequit Pontif. x supp'ere virtutē characteris Episc. sicut nec Sacerdotalis, cùm huiusmodi characteres ex institutione Christi ordinentur ad peculiares effectus, qui sine illis validè non exercentur, nec habeat Pontifex potestatem mutandi, quæ à Christo sunt instituta. At eadem, inquires, difficultas militat in nostra sent. nam si idem est Sacerdotis & Episcopi character, poterit etiam absque Pontificis commissione simplex Sacerdos Confirmationis Sacramentum ministrare. Sed neg. antec. nam esto sic idem character physilicè, non est tamen idem moraliter, vt infra. 4. Si verum est in naturalibus axioma: Non sunt multiplicanda entia ab/que urgente necessitate: à fortiori hoc verum erit in supernaturalibus, ne cogamus Deum plures actiones supra naturam producere, quām sint necessariae ad intentum effectum: sed potest munia Episc. exercere per characterem Sacerd. cum morali duntaxat extensione ad huiusmodi munia, sc. conferendi Ordines, & ministrandi Confirmationem: cum character Sacerd. ex duplice potestate constiturus, conficiendi Euchar. & à peccatis absoluendi, sit quouis alio perfectior; siue dicatur, character physilicè, siue moraliter (quod longè probabilius est) ad illas actiones concurrere. Est autem moralis hæc extensio, ut idem character in Presbyteratu impressus, accedente consecratione Episc. ex Christi institutione, extendatur ad munia Episc. ad quæ ante consecrationem non se extendebat, non defectu physilicæ entitatis & perfectionis, sed moralis Ordinationis Christi nolentis, ut ad ea extenderetur, nisi accedente consecratione Episc. Hoc enim modo saluatur, quo patet iuxta commune placitum, Episcopatus sit verū Sacra. & tamen non sit octauus Ordo; cū includat Sacerdotium, quod est verum Sacram, propter gratiam & characterem, quæ in eius collatione conferuntur; non quod Episcopatus nouam gratiam habitualem, aut nouum conferat characterem, sed quod eandem in Presbyteratu susceptam extendat ad noua auxilia proportionata officio Episc. uti moraliter extendit eundem characterem ad noua munia exercenda. Ita licet Episcopatus sit verum & proprium Sacram, non est tamen physilicè distinctum à Sacerdotio, sed tantum moraliter, proinde nequit simpliciter octauus Ordo nuncupari. Ex his infertur, et si Episcopatus in sua consecratione nouam gratiam habitualem ex opere operato non accipiat, accipere tamen noua auxilia gratiae actualis opportuno tempore conferenda, ad dignè Pontificalia munia exercenda. Quæ auxilia, positæ post Episc. consecrationem morali extensione ad noua munia exercenda, moraliter & ex opere operato exiguntur à gratia habituali Sacerd. Quapropter non solum dici potest nouum Sacram, ratione nouæ extensionis moralis Sacerd. characteris, sed etiam ratione nouorum auxiliorum ad eadem Pontificalia munia, ad quæ character Sacerdotalis

extenditur, dignè obeunda. Ad argum. oppositæ:

Ad argu. Viz que ex Triden R. illud tantum probare, Episcopatum pertinere ad hierarchian Eccles. à Christo institutam, ad quod, et si per illum noua gratia non conferatur consecrato, sufficit, si sit dignitas Eccles. Presbyteratu superior. à Christo instituta, ut supra. Vnde ad verificandam Conciliij definitionem, quod per sacram Ordinationem, quæ signis & verbis exterioribus perficitur, sufficit, si ea per aliquam Ordinationem conferatur: alioqui hec definitio comprehendenter etiam Ordinationem Ordinum Minorum, aut sal. ē subdiaconatus, quod Viz que non admittit. Ad 2. Pauli cit. testimonium, à Chrysost. & Ambro. apud Cornel. à lapide in hunc locum, intelligi de dono seu officio & munere prædicandi, eo quod Græcè est οὐρανός, quod donum importat. Sed iuxta hanc interpre. excluderemus nobis potissimum oraculum, ex quo probamus per Sacerdotium conferri gratiam. Nec refert, quod Græcè sit οὐρανός: nam hæc vox Græcè non solum significat gratiam gratis datam, sed etiam gratum faciente, ut bene Cornelius probat, ad Rom. 6. vbi gratia Græcè οὐρανός ab Apostolo dicitur, vita æterna. 2. hunc locum eod. referente, à Maldonato intelligi de Sacerdotio. Verum hic intellectus aduersatur communis Patrum sensui, qui eum intelligunt de Episcopatu: ita Chrysost. Theophil. OEcum. Theodor. Ansel. & ali. Vnde illa verba, cum impositione manuum Presbyteri, explicant de impositione manuum Episcop. qui in Consecratione Episcopi suas manus supra consecrandum imponunt. R igitur 3. optimè hunc locum iuxta nostram sent. intelligi de gratia data per Ordinationem Episc. quatenus eandem gratiam per Presbyteratum antea acceptam, nouo titulo Episcopus accipit cum extensione ad noua auxilia gratiae actualis opportuno tempore conferenda. Iuxta quem sensum explicatur alius locus 2. ad Timoth. 1. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei Eccl. Resuscitamus autem gratiam nobis in existentem cùm per bona opera, Diuinis inspirationibus excitati, illam quasi de somno ad vitam reuocamus. Ad 3. neg. utraque conseq. sufficit enim idem physicus character in Presbyteratu impressus, cum morali tantum extensione ad munia Pontificalia exercenda; sicut & eadem gratia habitualis cum extensione ad noua auxilia, officio & muneri Episc. proportionata, suo tempore conferenda.

65.

*Ad argum. ta opposita sent.*

Ad.

Ad 4. Respondet Sotus in 4. dist. 24. q. 1. ar. 4. 6. Argumenta, totum Ordinem Presbyteratus, & quo ad characterem, & quoad gratiam conferri ac perfici in traditione Calicis, & hostiæ cum forma sibi respondentie. Idque probat 1. hæc est communis opinio: 2. hæc tatum requirit Floren. in decreto Eugenij IV. S. Argumenta Sextum. 3. id docet S. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. ar. 1. ad 1. Sot. maximè quia characteri Sacerd. individuè annexa est potestas remittendi peccata, si adhuc iurisdictio. Confirmat: alias aut potestas consecrandi non conferretur, nisi usque ad manuum impositionem, contra veritatem formæ; Accipe potestatem offerendi Eccl. Contra Sotum duo sufficientia testimonia; alterum Trident. sess. 23. can. 4. vbi definit, per sacram Ordinationem dari Spiritum S. proinde non frustra Episcopos dicere, Accipe Spiritum Sanctum Eccl. cùm igitur Episcopus semel tantum cùm manuum impositione supra Sacerdotem proferat hæc verba, Accipe Spiritum Sanctum, frustra ea diceret, si per hæc gratiam non conferret. Nec sat est, ut ea non frustra dicat, si tantum ex precepto dicat: nam eo sensu Concilium dicens, per hæc verba non dari Spiritum S. quo haeretici contendunt, per ea gratiam non conferri. Estque quo ad gratiam expressa S. Tho. cit. Di-

Ad 3.

Ad 4.

66.

Prob. 4.

*Moralis extensio expli-  
catur.**Virumque  
saluator.*

64.  
Dici potest  
nouum Sa-  
cram.

Ex his infertur, et si Episcopatus in sua consecratione nouam gratiam habitualem ex opere operato non accipiat, accipere tamen noua auxilia gratiae actualis opportuno tempore conferenda, ad dignè Pontificalia munia exercenda. Quæ auxilia, positæ post Episc. consecrationem morali extensione ad noua munia exercenda, moraliter & ex opere operato exiguntur à gratia habituali Sacerd. Quapropter non solum dici potest nouum Sacram, ratione nouæ extensionis moralis Sacerd. characteris, sed etiam ratione nouorum auxiliorum ad eadem Pontificalia munia, ad quæ character Sacerdotalis

cendum, quod per impositionem manuum non datur character Sacerdotalis Ordinis, sed gratia, secundum quod ad exequendum Ordinem sine idonei. Quamquam quod addit non dari characterem, puto falsum, ut mox Alterum testimonium ducitur ex facto Christi, qui diuersis temporibus has potestates Apostolis contulit; Primam in uictima Coena, cum illis potestate tradidit consecrandi corpus & sanguinem suum, *Luca 22.* Hoc facite in meam commemor. Secundam, post suam resurrectionem *Ioan. 20.* Cum insufflavit, & dixit eis, Accipite spiritum S. &c. Certum autem est, ut troque tempore Apostolos accepisse gratiam: quod nec *Sotus* negat, sed respondet, id Christum fecisse potestate excellentiae, quam non concessit Ecclesia, cum tamen ex hoc facto Christi *Triden.* colligat, haec verba non frustra ab Episcopo dici.

67. Quod autem non solum gratia, sed etiam character a priori distinctus conferatur; nec solum prior extendatur, sicut extenditur Sacerdotalis in Consecratione Episcopi, prob. per priorem non datur potestas iudicaria remittendi & retinendi peccata vice Dei, sed sola potestas consecrandi corpus & sanguinem Christi, quae non se extendit ad offensas contra Deum commissas iuridice examinandas & multandas vice Christi: cum haec includat iurisdictionem in eos, qui ut laesae Maiestatis Diuinæ Non suffici rei iudicandi, puniendique sunt. Extensio vero moralis supponit physicum fundamentum proportionatum, in quo talis moralis extensio nitatur; quod in priori charactere nullum est ad offensas in Deum commissas iuridice examinandas & multandas: nam hoc deberet esse superioritas aliqua diuinitus collata in Mystica membra Christi; haec autem non includitur in charactere consecrandi corpus & sanguinem Christi. Hinc character consecrandi corpus & sanguinem Christi extendi non potest ad remittenda peccata; cum nullam includat in membra Christi mystica iurisdictionem: potest autem character Sacerd. absoluendi a peccatis moraliter extedi ad exercenda munia Episc. quia includit iurisdictionem a Deo collatam in ipsa mystica membra Christi; proinde non eget, nisi morali extensio ad quosdam tantum effectus.

68. Vnde ad 1. *Sot.*, negatur, haec esse communis opinio, cum nullum authorem afferat. Ad 2. Floren. eo loco solum agit de potestate consecrandi, non absoluendi. Ad 3. S. Thomas est contra ipsum, saltem quoad infusionem gratiae, ut ex verbis Doctoris Sancti demonstrauimus. Ad vlt. neg. assump. Ad confir. concedo, Sacerdotem ante manuum Episc. impositionem, quacunquæ humanæ iurisdictione accedente, non posse a peccatis absoluere: quia iurisdiction illa est a Deo, cuius vices gerit, qui in hoc tribunali laesae Maiestatis Diuinæ reos a delictis absoluit. Vnde neque ex commissione, ut *Palud.* arbitratur, potest sacerdos tali casu penitentes a peccatis absoluere: cum nullus homo dare possit hanc iurisd. nam causæ, quæ in hoc tribunali iudicantur, ad solum Deum pertinent, sicut nullus, nisi Princeps, potest dare iurisd. examinandi & puniendi delicta contra se commissa. Dices: Si Sacerdos accipit a Christo iurisdictionem fideles a peccatis absoluendi, nulla erit ab homine necessaria: cum tamen nullus Sacerdos defacto validè absoluere possit, nisi accepta iurisdictione ab eo, qui illam dare potest. R. neg. sequel. nā haec iurisdiction est a Christo Sacerdoti concessa cum subordinatione ad Pontificem, ut eam possit pro recto Ecclesiæ regimine, iustas ob causas limitare, ut *disp. 15. sect. 1.* Infertur, haec verba, *Accipe Spiritu S. nouam gratiam sanctificans* conferunt Diacono, non Episcopo: quia respectu

Diaconi est Sacramentum, non respectu Episcopi, ut supra. Nec tam ea frusta in Episcopi consecratione dicuntur: tum quia per ea moraliter extenditur Sacerdotalis character ad nouos effectus exercendos: tum quia ipsa gratia in Sacerdotio collata extenditur ad noua auxilia opportuno tempore danda ad munia Episcopalia dignè ac promptè obunda.

## SECTIO X.

*An Episcopus spirituale matrimonium contrahat cum Ecclesia, ad quam consecratur, humano iure indissolubile?*

I Nter Episcopum & Ecclesiam, Spirituale matrimonium contrahi, definiunt *Euaristus* epist. 2. de Episc. electis, to. 1. Concil. Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in Ecclesia: & sicut ei sua coniuncta est sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopus iunguntur Ecclesia, unicuique proportione sua. Et sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere & castè custodire, & amare atq; prudenter regere debet Ecclesiam. Et velut vir, que sub manu est viri, obedire debeo viro suo, cumq; diligere & amare, ita potius etiam Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, cumq; diligere & amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam saceratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel reguari mutatione, & alteri se, ambitus causa, coniungat. Et sicut vir non licet dimittere virum suum, ut alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolam, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesia non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum, viuente eo, accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est alterum Episcopum, suo viuente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrit. *Calixtus* epist. 2. ad Gallia Episc. Sicut, inquit, alterius viror, nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi, nisi a proprio viro, eo viuente; permittetur: sic nec viror Episcopi, qua eius Ecclesia, vel Parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, absque eius iudicio & voluntate, alteri iudicari, vel disponi aut eius concubitu frui, id est, Ordinatione, nullatenus conceditur. Vnde ait Apostolus, alligata est viror legi, quamvis vir eius viuit: eo vero defuncto, soluta est a lege viri. Similiter & sponsa Episcopi, quia sponsa virorum eius dicitur Ecclesia, illo viuente, ei est alligata: eo vero defuncto, soluta est. Et *Innocent.* III. cap. Inter corporalia, de transla. Episc. coniugium spirituale inter Episcopum eiusque Ecclesiæ, sunt. *Hoc certe* appellat vinculum fortius, quam carnale coniugium inter virum & vxorem.

Quo iure, hoc spirituale matrimonium inter Episcopū & Ecclesiam indissolubile sit? Et sanè positivo iure *Hoc dubium* dissolutionem veritatem esse, constat, tum ex can. 14. inter DD. Apost. Episcopo non licere alienam Parochiam, propriâ relicta, peruidere, tunc cogatur a plurimis: tum ex cito: is testim. Pontif. tum ex Concilijs, Nicæno, Antioch. Chalced. Carthag & alijs, causa 7. q. 1. per multos canones. An etiam iure Diuino haec prohibita? Pri-  
ma sent. negat, sed id tantum prohiberi, propter incommoda, quæ ex tali dissolutione nascuntur, quæ ad tria potissimum reducit *Sotus* lib. 3. de iusti. q. 6. ar. 2. post concl. 9. Primum est, quia materiali subministrat ambitioni & avaritiæ: nullus. n. foret suâ Ecclesiæ contentus sed ad digniorem, pinguioremque semper aspiraret. Ex quo oritur 2. quod nunquam scribi

seriò se applicaret ad salutem sui gregis procutandam. 3. per huiusmodi mutationes nullus pastor posset perfectam suarum ouium notitiam acquirere, cùm mutatà priori Ecclesià, nouus & inexpertus ad aliam accederet. Propter hæc incommoda hic censer, non facile esse tales mutationes faciendas. Monet tamen, non esse in hoc nimium scrupulizandum: quippe expediens nonnunquam est, & condescens, vt Episcopus ad aliam sedem migreret.

<sup>71.</sup> Secunda affirmat, esse iuris Diuini naturalis: ita  
<sup>2. sequens.</sup> Vasquez disp. 241. cap. 3. Pontius lib. 8. de matri. cap. 2. n. 15. idque supponere videtur Suarez lib. 2. de legib. cap. 14. n. 21. & 22. quæ probabilior est & conformior Cöciliis ac Patrib. qui, vt suprà, obligationem, quam cum Ecclesia contrahit Episcopus, comparat obligationi, quam ratione matrimonij vir contrahit cum vxore cui naturali ac diuino iure alligatus est, quamdiu viuit: ideo cit. cap. Inter corpor. Pontifex ait, dissolutionem spiritualis coniugij inter Episcopum & Ecclesiam Deum suo reseruasse iudicio, sicut dissolutionem coniugij carnalis inter vitum & vxorem. Idque colligitur ex institutione Episc. à Christo, vt suprà, eo fine, vt particularium Ecclesiarum curam susciperent, easque vt Sponsas amarent, dirigerent, & instruerent in ordine ad ea, quæ ad spiritualem salutem spectant. Quod & Apostoli executi sunt, cùm per totum Mundum dispersi, varias Ecclesias iuxta Christi præscriptum fundarunt, fundataisque texerunt; & alios ex eiusdem Christi mandato loco sui substituerunt. Non posse humanâ authoritate, nisi vt Diuinæ interprete, hæc dissolutionem fieri sic ostendo: licet penes Pontificem sit, hunc, vel illum Episcopum huic, vel illi Ecclesiæ præficere (hoc enim postulat rectus regimini Ordo, præsentim Monarchicus,) non est tamen penes Pontificem, absque urgente necessitate, aut magnâ & evidenti vtilitate, illù mutare. Sicut licet penes contrahentes sit, carnale matrimonio initio, eo tamen semel initio, non est amplius in eorum potestate, ab illo resilire. Christus enim in ijs, quæ vt fundamenta Ecclesiæ instituit, non reliquit suo Vicario potestatem ea ad libitum mutandi, vt constat de Sacramentis. Cùm igitur particularium Ecclesiarum per Episcopos gubernatio sit à Christo instituta vt fundamentum spiritualis ædificij, non est penes Pontificem, illos mutare, nisi in casu necessitatis, aut evidentis vtilitatis: alioqui potestatem suo Vicario dedisset, non ad ædificationem, sed ad destructionem suæ Ecclesiæ.

<sup>Rati.</sup> Doctrina ex- Ita Innocentius III. cit. cap. Inter corpor. Non enim pressa Pon- humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale 11. dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessationem, auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, Episcopus ab Ecclesia remouetur. Et idèo (concludit) tria hac, quæ præmissus, non tam constitutione Canonica, quam institutione diuina, soli sunt Romano Pontifici reservata. Duplex quippe in Pontifice potestas; altera ordinaria, quæ illi communicatur, ratione officij; altera delegata, quam casib. particularib. accipit vt Diuinæ voluntatis interpres, vt in votis dispensandis, & matrimonio rato non consummato dissoluendo. Quod hæc delegata potestas, præter ordinariam, necessaria sit Vicario Christi, constat: quia vi ordinariæ potestatis ius nō habet dispensandi in ijs, quæ sunt legis Diuinæ, cùm nullus inferior dispensare valeat in lege superioris; Clement. Ne Romani, de Electione: expedit tamen aliquo casu in ea dispensetur. Inter eas est hoc discrimen: quod prima ad validè dispensandum non requirit causam, esto requirat ad licitè. Secunda etiam ad validè dispensandum, causam postulat,

quia cum hac conditione est illi communicata: sufficit autem, vt causa probabiliter putetur sufficiēs; cùm sit potestas concessa, modo humano exercenda, nec modus humanus semper postulet evidenter causam, vt actum validè agat.

Porrò causæ ad hoc spirituale coniugium dissoluendum sufficientes, sex assignantur ab Innocen. <sup>Cause vni-</sup> III. cap. Nisi cum pridem, de renuncia. comprehensa versib. lib. Et è Debilis, ignarus, male conscientis, irregularis; <sup>Pontificem.</sup> Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit. <sup>plicata.</sup>

Prima: debilitas, inquit, corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit; nec tamen omnis, sed illa sollemmodo, per quam impotens redditur ad execendum officium pastorale est sufficiens causa hoc spirituale coniugii dissoluendi. 2. pro defectu scientie plerunque potest quis cessionem petere, cùm ipsa & circa spiritualium administrationem sit potissimum necessaria, & circa curam temporalium opportuna. 3. Propter conscientiam criminis, non cuiuslibet, sed eius dūtaxat, propter quod ipsius officij executio impeditur, cedendi licentia postulari potest. 4. personæ irregularitas, vt si sit bigamus, est sufficiens causa Episcopatum resignandi, attestante Apost. Oportet Episcopum esse viuis vxoris virum: non tamen propter quamlibet irregularitatem persona debet ei, qui regulariter ministrauit, cedendi licentia indulgeri, vt si non sit ex legitimo matrimonio natus. Quia licet huiusmodi irregularitatem subtice non potuerit, si tamen culpa & causa lacet, cum eo, qui laudabiliter assignat. ter suum implevit officium, non minus vtiliter, quam misericorditer, dispensari poterit. 5. propter malitiam plebis interdum cogitur Pralatus ab eius regime declineare: quando plebs adeo dura & cervicia est, vt apud ipsam proficere nequeat: nec tamen pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere, sed de Superioris licentia. Sexta; pro graui scandalo vitando, cùm aliter sedari non potest. Sed subtiliter inter scandalum & scandalum distinguendum est, vt non propter passuum, sed actuum dūtaxat resignandi facultas peti possit.

Infertur 1. easdem causas in Episcopo requiri ad renunciadum Episcopatu, atque ad commigrandum ex vna in aliam Ecclesiam, ex cit. Innoc. quia utroq; modo coniugium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam soluitur, 2. Renunciatio sive translatio, facta sine sufficienti causa, saltet; probabiliter estimata, est irrita, sicut dispensatio in votis, vel in matrimonio sine causa. Vnde eo euentu tenetur Episcopus ad suam Ecclesiam redire. Dices: sequens matrimonio Episcopi cùm noua Ecclesia, ditimit præcedens, quod fuit cùm Ecclesia renunciata contractu: ergo nō tenebitur, et si sine causa renuntiauerit, ad priorē redire, cùm nequaquam vna duos habere sponsos, sicut nec vnamulier duos viros. R. Si præcedentis matrimonio fuit sine causa facta, cõsequenter subsequētis matrimonij cõtractus cùm noua sposa erit inualidus: proinde eo non impediente, tenebitur Episcopus ad primam Ecclesiam redire: si quidem durante coniugio cum vna, irritum est coniugium cum altera: cit. cap. Inter corpor. fine.

Infertur 3. hoc spirituale coniugium à fortiori contrahi inter summum Pontificem & Ecclesiam cum uniuersam, quos fortius nequit vinculum spiritua- sa Ecclesia lis matrimonij, cùm hoc expressius representet spon. spirituale salitum Christi cum Ecclesia, imò est ipsum spon- salitum Christi, per suum Vicarium, cum Ecclesia sibi despontata, visibiliter continuatum; quod init Pontifex; cùm ad Urbis & Orbis Ecclesiam sacrat- tur, eiusque dissolutionem sibi soli Christus referuat; nec nisi propriâ auctoritate, ex urgenti causa illam suo Vicario delegat. Quare cum Cœlestinus V. Papatui renunciauit, causam assignauit, propriæ virtutis insufficientiam ad ferenda onera totius Ecclesiæ,

Ecclesiaz, ut constat ex eius constitutione, ante resignationem, edita; Quam postea Bonifacius VIII. curauit inter reliquas canonicas redigi, cap. 1. de renuncia. in i6. Consimiles causas credendum est, habuisse tres alios, qui referuntur Papatum resignasse Clementem, Ciriacum, & Marcellinum. Ceterum hoc spirituale coniugium Episcopi cum Ecclesia, siue particulari, siue vniuersali, non contrahitur, nisi accedente electi consensu: vnde Episcopo non consciente, etiam si ab Ecclesia eligatur, id non contrahitur: sicut neque Christi Vicariam potestatem confert Pontifici, antequam ipse in suam electionem consentiat: quia debet humano modo contrahi, instar matrimonij carnalis, per mutuum consensum elegantis & electi. Potest tamen Pontifex sub pracepto cogere Episcopum, vt Ecclesiaz particularis curam suscipiat: sicut & Cardinales, Vniuersam Ecclesiam repräsentantes sub pracepto electum Pontificem cogere, vt curam vniuersalis Ecclesiaz suscipiat: cùm talis authoritas sit in Ecclesia necessaria, propter publicum bonum Christianitatis: alioqui fieri posset, vt nullus Pontifex electus hanc curam suscipere vellet, quod in maximum Ecclesiaz præiudicium vergeter.

74. Infertur 4. quo sensu ab Innoc. III. cap. Inter corporis carnalis matrim. spirituale de transla. Episc. dicatur hoc coniugiū spirituale esse quomodo fortius carnali: cùm alioqui certum sit, esse fortius carnale, præsertim consummatum, quod nullā humānā potestate dissolui potest; coniugia verò spiritualia f. equenter, & nonnunquam sine graui causa dissolui videamus. Glossa putat, verbum fortius positum esse pro dignius. At ex hac interpre. intentum non probaret Pontifex; sc. coniugium spirituale esse Diuino iudicio reseruatum, quia fortius est carnali; si fortius idem esset, quod dignius. Quare dico cum Vasquez dis. cit. cap. 4 h̄c solum comparari matrim. spirituale cum carnali rato & non consummato, quo non modò est dignius & nobilis, cùm ordinetur ad filios spirituales progignendos; sed etiam fortius: cùm illud possit vnius coniugis consensu religionem ingredientis dissolui, etiam inuitu coniuge, cap. Verū, & cap. Ex publico, de conuers. coniuga. nequeat autem solo Episcopi consensu spirituale coniugium inter ipsum & Ecclesiam, etiam per religionis ingressum dissolui, vt docet Innoc. III. cap. Nisi cum pridem, de renuncia. qui respondet Archiepiscopo Calari. petenti transire ad Monachatum: Facilius indulgetur, vt ascendat ad Prelaturam, quam Presul ad Monachatum descendat. Et infra, eatus relictio Episcopatu, in Monasterium transeundi licentiam concedit, quatenus id fiat ob aliquam vtilem & honestam causam: alioquin cedendi licentia, auctoritate Apostolica tibi scias penitus esse interdictam.

Potest auctoritas dissoluendi spirituale matrim. cōmitti alie. à Pontifice. Infertur 5. posse Pontificem hanc auctoritatem, iusta ex causa spirituale matrim. inter Episcopum & Ecclesiam dissoluendi, alijs Episcopis committere: quod & tempore Apost. factū est, can. 14. Apost. quem refert Clemens Rom. inter Canones Eccles. Ne Episcopis liceat dimissā Pareciā suā ad aliam transilire, tametsi à pluribus cogatur: nisi causa aliqua probabilis vim adhibeat ad hoc faciendum, quod maiorem aliquam vtilitatem illic ratione pietatis afferre possit. At ne tu quidem voluntate atq; auctoritate suā, sed potius iudicio multorum Episcoporum, & bortatu maximo. Scepe legimus, huiusmodi auctoritatem à Pontifice communicatam alijs Episcopis, vt constat tum ex Antero Papa, epist. decret. ad Episc. Provinc. Boetica & Tole. to. 1. Conc. in eius vista; post initium: Sicut Episcopi habent potestatem Ordinare regulariter Episcopos, & reliquos Sacerdotes, sic quoties vtilitas aut necessitas coegerit, supradicto modo, & mutare, & intronizare potestatem habent.

Tum ex Concil Carthag. IV. cap. 27. Ut Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transcat, nec quisquam inferioris Ordinis Clericus. Sanè si id vtilitas Ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo Clericorum, & Latorum Episcopis porrecto, in praesentia Synodi transferatur nihilominus alto in loco eius Episcopo subrogato. Idque ratione consentaneum est, vt eorum iudicio huius spirituali matrimonij dissolutio fiat, quibus dissolutionis causæ melius possunt esse perspectæ. Nec obstat, quod hanc potestate Pontificis habeat à Christo delegatam, quo minus illam possit alijs subdelegare: nam quando potestas à Summo Principe delegatur, potest alteri subdelegari. Neque hæc potestas est addicta singulari per longe Pontificis, sicut est potestas decidendi controværias fidei, quam nequit Pontifex alijs communicare.

An Episcopi titulares ad aliquam Ecclesiam occupatam consecrati, spirituale coniugium cum ea contrahant? Concedit Vasquez cit. dis. 241. cap. 1. material. Negat Andra. Freyhub apud eund. Et tanè, si in tali Ecclesiaz nulli sint Christiani, esto aliquando fuerit, nequit cum ea spirituale matrim. contrahi: nā hoc non contrahitur, nisi cum sponsa Christi; quæ sola est Ecclesia, fidelium: Vnde neque sub spe futuræ conuersoris ad fidem, potest spirituale coniugium cum Ecclesia infideli de praesenti cōtrahi: eo quod præsens matrim. præsentem requirit ipsam. Igitur controværia est de Ecclesia, cuius pars aliqua sunt fideles. Et quidem si tale coniugium fiat cum consensu eorum, ad quos Episcopus consecratur, dubium non est, quin nil aliud requiratur vt cum tali Ecclesia verum contrahatur spirituale coniugium: neque enim necessum est, vt tota Ecclesia sit fidelis. An sine consensu talis Ecclesiaz potest hoc spirituale coniugium contrahi? hoc enim videtur, si potest, instar carnalis matrim. consensum requirere utriusque partis. Sed dicendum, sufficere consensum tacitum & interpretatum, qui in fidelibus supponitur animalium suarum pastorem habendi. Vnde hoc ipso, quod expresse non contradicunt, inter eos & Episcopum à Pontifice electum, contrahatur spirituale matrim. in carni quidem proprietatum onera, quæ ab utroque coniuge sustinenda sunt, & propter indiuiduæ vitæ perpetuam consuetudinem, expressum requirit utriusque partis consensum: in spirituali verò, cùm ex parte fidelium semper supponatur virtualis saltem voluntas propriarum animalium pastorem habendi, à quo in ordine ad ea, quæ ad salutem æternam spectant, dirigantur; neque illa noua onera sint ipsis subeunda, etiam linea eorum expresso consensu, spirituale coniugium cū ipsis & Episcopo à Pontifice electo contrahitur. Sic solet Pontifex Episcopos instituere per I. poniam, Aethiopiam, & Provincias Turcæ subiectas, nullo talium Ecclesiarum expresso cōsensu requirito. Quid si Ecclesia, ad quam Episcopus mittitur, expresse nolit illum vt Pastorem acceptare? R. Pontifex potestatem habet à Christo eos cogendi ad illum acceptandum, seu prouidendi Ecclesijs particularibus de medijs ad salutem necessarijs: & tali casu sufficit ad id matrim. consensus debitus ex parte Ecclesiaz. Ad nota, quæ Trident. sess. 14. cap. 2. Ad spirituale de refor. contra titulares Episcopos prudenter san. matrim. suffit: ne vllum valeant absque expressa licentia sui ficti conjen. Prælati, aut literis dimissorijs ad aliquos sacros, aut Minores Ordines, vel primam tonsuram promouere, etiamsi in loco nullius Diœcesis, etiam exemplo, aut aliquo monasterio cuiusvis Ordinis resideant, aut moram trahant, vigore cuiusvis priuilegij sibi de promouendo quocunque ad se vénientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam pre-

prætextu familiaritatis continuae commensalitatis suæ. Ut contra facientes ab exercitio Pontificalium per annum , taliter verò promotos ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato vi- sum fuerit , ipso iure sint suspensi. Excipitur Societas Iesu, quæ à Paulo III. & Gregorio XIII. habet priuilegium suos alumnos ad quoscunque Antisti- tes ordinandos mittendi, & consequenter etiam ad

*Ratio mani-  
fista.* Episcopos titulares , ut ex seq. disp. Ex his infertur, posse Episcopum legitimè consecrati ad nullius Ecclesiæ titulum : sicut consecrati dicuntur Linus & Cletus solù adiuuando, Apostolos in munis Episc. quia consecratio Episcopi non pendet à titulo Ec- clesiæ, cùm hic sit quid consequens & posterius ip- so Ordine Episc. etiam sequitur , posse esse Episco- sum sine coniugio spirituali cum aliqua Ecclesia contracta.

*77.  
S: secundum  
dubium.* An hoc spirituale coniugium contrahatur per Episcopi electionem & confirmationem , an per consecrationem ? Videri poterit per consecrationē. Nam per eam Episcopus accipit potestatem exer- cendi munia Pontific. ante hanc autem potestatem non videtur idoneus ad hoc. spirituale coniugium: nam tunc censetur idoneus , quando fit potens ad spiritualem prolem, ad quam hoc matrim. dirigitur, gignendam : fit autem ad id potens per consecra- tionem , per quam accipit potestatem procreandi legitimos Ministros, qui sunt spiritualis Ecclesiæ pro- les: sicut non contrahitur carnale matrim. nisi inter eos, qui sunt habiles ad prolem carnalem gignendā. At contrarium definit Innocent. III. cap. Inter corpor. cit. neinpè per solam electionem & confirmationem hoc spirituale coniugium contrahi ; Sicut Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cùm non debeat in dubium reuocari, quin post electionem & co- confirmationem Canonicam, inter personas eligentium & elec- ti, coniugium sit spirituale contractum. quia Episcopalis dignitas nihil addit, cùm quis Episcopali prædictus digni- tate, nullius tamē Ecclesia posse esse Episcopus , quemadmodum de illo contingit , qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Ratio: tunc contrahitur hoc matrim. quando inter Episcopum & Ecclesiam celebratur contractus: celebratur autem per ipsam electionem & confirmationem , nam tunc præbetur ex parte utriusque mutuus censensus. Hinc sequitur, non posse Episcopum electum & confirmatum , absque li- centia Pontificis , & sufficienti causa , Ecclesiæ, ad quam est electus , renunciare. Dices: ergo si talis Episcopus nondum esset sacris initiatus, non posset contrahere carnale matrim. Resp. 1. huic diffic. prouisum peculiari constitu. quâ cautum est , nullum Episcopum eligi posse nisi in sacris constitutum , ut sanxit Urbanus II. & confirmauit Innocent. III. cap. à multis, de aitate & quali. Ordin. 2. etiamsi non esset sacris initiatus, adhuc non posset absque licentia Pon- tificis , & sufficienti causâ, Ecclesiam , cum qua spi- rituale matrim. iniuit, deserere. Quod si his non ob- stantib. carnale matrim. contraheret, illud valitum existimo: cùm non legatur spirituale coniugium esse impedimentum dirimens carnale matrim. Ad ratio- nem, Resp. ad coniugium spirituale contrahendum, non est necessaria potentia proxima gignendi filios spirituales , sed sat est remota. Sicut nec ad substan- tiam coniugij carnalis requiritur proxima potentia gignendi filios carnales, sed sufficit remota , ut si qui tempore contractus matrim. potentiam ad genera- dum non haberent, modò illam habituri essent suo tempore, validè contraherent.

*Definitum  
à Pontif.*

*Ratione redi-  
dit.*

*Adratione  
in oppositū.*

## SECTO XI.

*An & quo iure prohibitum sit sacris homini-  
bus vti matrimonio ante sacram Ordina-  
tionem contracto?*

*Q* uod 1. aliqui apud Vasquez disp. 248. cap. I. pu- 78. tant, non semper in Ecclesia huiusmodi vsum Quod pri- fuisse sacris hominibus prohibitum , sed tam apud munus dif- Græcos, quæ apud Latinos licitum fuisse tempore cubarem. primiū Ecclesiæ, vti vxoribus, ante sacros Ordines susceptos, ducis.

At communior sent' est, huiusmodi vsum ab ipso tempore Apost. in utraque Ecclesia Latina & Græ- ca vetitum fuisse: licet progressu temporis hæc prohibitiō contrariā consuetudine fuerit in Ecclesia Græca abrogata : ita Tho. Valden. de Sacra. cap. 129. & de Sacramentalib. cap. 66. Sotus lib. 7. de iusti. q. 6. ar. 2. concl. 3. 4. & 5. Micha. Medina lib. 2. de Sacro. homi. contin. cap. 36. Bellarm. lib. 1. de Clericis cap. 19. Vasquez. cit. Prepositus q. vn. de Sacra. Ordin. dub. 21. & alij. Prob. 1. ex illis ad Titum. 1. Oportet Episcopum esse continentem: notat autem Bellar. non fuisse Apost. vsum no- mine Castum. quod etiam coniugatis legitimis suis vxoribus uteribus, conuenit, sed continentem, quod importat abstinentiam etiam à coniugal i amplexu, Continens ut qui ab omni actu fra. Do. in qua inter alia monita à B. Petro sibi data, veneros ab hoc recentet, vt Ad Dominica Mysteria tales elegantur, sinet, qui ante ordinationē suam , coniuges suas nouerint (men- dosè legitur, non nouerint.) Quod si post ordinationem Ministro Altaris contigerit, proprium inuadere cubile vxori, sacrarij non intret lumina , nec Sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici Corporis portationem ac- cedat, nec aquam Sacerdotibus porrigit ad manus. con- cordat Canon 6. Apost. Episcopus vel Presbyter vxorem suam, quam debet castè regere , non relinquit. Sumitur bīc castè non solum respectu alieni thori , sed etiam proprij, vt colligitur ex verb. non relinquat: ac si dice- ret, etiamsi cā quoad thorum non vtratur, haud tamē illam relinquat, quoad habitationem & curam do- mesticam , neque sub obtentu religionis , vt habet alia versio: in qua etiam excommunicationis pœna vxo- rem abiicienti imponebatur. Quæ omnia arguunt, ab eo tempore vxorum vsum fuisse sacris homini- bus prohibitum. Nam si ijs potuissent ad actum coniugalem vti, non fuissent tot præcepta, & pœnæ necessarie ad eas non admittendas, cùm ipse coniugalis v̄sus efficacissimus stimulus fuisse ad eas reti- nendas. Promouebantur autem tempore Apost. ad sacros Ordines viri etiam coniugati , ob penuriam hominum , qui ratione scientie & prudentie idonei erant ad sacra mysteria.

3. Hanc veritatem colligunt Siricius Papa epist. ad Himeri. Epist. Tarraco. & Innocent. I. epist. ad Vietrici. Epist. illustrior, Rorhom. ex Sacerdotibus & levitis antiqui testamen- ti, qui tempore suz vicis, quando debebant diuina mysteria peragere, non habitabant in propria domo cum vxoribus, sed in templo ab illis omnino separati: Ne , vt inquit Siricius cit. epist. cap. 7. possent cum vxoribus carnale exercere commercium, vt conscientie in- tegrity fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quarum Sanctionum Sacerdotes omnes atque Levite insolubi- li lege constringimur, vt à die Ordinationis nostra , sobrie- tati ac pudicitia & corda nostra mancipemus , & corpora. Et cap. 9. initiatis solum Minoribus Ordinibus , & Subdiaconatu, qui tunc sacer non erat, conceditur licentia

licentia utendi uxoribus. At postquam ad Diaconi<sup>m</sup> gradum, si seipsum primus, continentia p<sup>r</sup>eunire, dignum probauerit, &c. Quod dignum, inquit, not. epist. 9. Innocen. Et pudicum & beneficium est, tenere Ecclesia omnino debet, ut Sacerdotes & Levite cum uxoribus suis non coeunt, quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur: scriptum est enim, Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Levitici 2. & 20. Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis sua non discedebant, sicut de Zabaria legimus Luca 1. nec domum suam omnino tangebant: quanto magis hi sacerdotes, vel Levite pudicitiam ex vi Ordinationis sua seruare debent: nec preterit dies, quā vel à sacrificijs diuinis, vel à Baptismatis officio videntur? Admittit Caluini lib. 4. instit. cap. 12. n. 25: hanc Continentiae legem in Sacerdotibus ac Levitis Mosaicae legis, negat in Euangelicis: quia illi, inquit, Christum representabant, qui mediator Dei & hominum absolutissimā suā puritate reconciliatus Patrem nobis erat: hanc autem personā, quia non representant Euangelici Ministri, falsò cum illis comparantur. Quali vero maior puritas sit requirienda in ijs, qui personā Christi imperfectè adumbabant, quam in ijs, qui non solum Christi personam representant, sed ipsius vice funguntur, 2. ad Corin. 5. Pro Christo legatione fungimur. Nonne Ministri Eccles. successerunt Apostolis? Apostoli substituti à Christo vi ipsius legati? expressius igitur Euangelici, quam Mosaici Ministri Christi personam representant, & consequenter maior in his, quam in illis requirienda est animi & corporis puritas. Adde falso esse, hanc puritatem ideo in antiquis Sacerdotiis requiritur, quia Christum representabant; cūm in aliis etiam, qui Sacerdotes non erant, hanc puritatē Deus exigebat, ob solam operis, quod exercituri erant, sanctitatem, Exodi 19. vbi Moses ex p<sup>r</sup>cepto Dei iussit, populum sanctificari, & ab uxoribus abstinere, eo quod audituri essent Deum suam legem prominigantem: & 1. Reg. 21. non licuisse Davidi, eiusque pueris sanctificatum panem comedere, nisi mundi fuissent à suis uxoribus. Ex quo colligit Hier. in 1. cap. Epist. ad Tit. à fortiori debere Sacerdos. Euág. ab omni actu coiugali esse abstinētes, ut Christi corpus, cuius figura erat ille panis, purē ac sancte tractet.

79. *Testimonium levatorum de legge April. continentia Sacerdot.*  
4. Apostolorum legem hanc fuisse, luculentum testim. dat Concilium Carthag. nomine secundum, re ipsa postremum, ut ad init. Concilij notatur, celebratum sub Coelestino I. anno 423. approbatumq; à Leone IV. In 2. canone hæc legimus: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrahant, pudicitia custodes, etiam ab uxoribus se abstineant: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Hoc testimonium refellit errorem Caluini, & eorum Cathol. qui affirmant, hanc legem primò inductam fuisse à Siricio Papa, cūm Concilium dicat, illam fuisse ab ipsis Apostolis doctam ac latam. Eadem Cœlibatus lex à sacris hominibus seruanda legitur in Concilio Eliberti. in Hispania celebrato sub Marcello I. anno 305. cap. 33 Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, vel omnibus Clericis positis in Monasterio, abstinere à coniugibus suis, & non generare filios. Eadem in multis alijs Conciliis, ut antiqua regula declaratur & renouatur: teste Epiph. Salamina Episc. qui hæc scribit: re vera non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui à nuptijs, mortua ipsorum uxore, secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem Sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hæc certid Sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat, sed & adhuc viuentem, & liberos gignentem vnius uxoris virum non suscipit, sed eum, qui se ab una continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, & Presbyterum, & Episcopum, & Tom. VIII. de p<sup>r</sup>enitentia & Ordine.

Hypodiaconum: maximè vbi sinceri sunt Canones Ecclesiastici. Cui concordat Leo I. epist. ad Anast. Episc. Thessal. cūm extra Clericorum Ordinem constitutis, nuptiarum Societari, & procreationi filiorum studere, sit liberum: ad exhibendam tamen perfecta continentia puritatem, nec subdiaconis quidem carnale connubium conceditur, ut qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quid si in hoc Ordine, qui quartus est, dignum est custodiri: quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est, ne aut Levitico ministerio, aut Presbyterali honori, aut Episcopali excellentia, quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate uxoria nondum frassasse detegitur. His concinit Hierony. lib. ad uer. Vigil. ad init. Quid facient Orientis Ecclesia? Quid Egypci, & Sedis Apostolica, qua aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Arguit cōtra Vigilant. hæreticū, qui Virginitatem & pudicitiam ab Ecclesia Christi ablegandam esse contendebat. Notat Vasqu cit. disp. 248. cap. 2. ita hanc legem de seruanda continentia à sacris hominibus fuisse in Ecclesia Latina continuo seruatam, vt nunquam ab ea deuiare licitum fuerit; secus in Græca: in qua putat, etiam ante tempora Concilij Nicæni hanc legem fuisse contrarià consuetudine abrogatam, ut absque peccato liceret ministris altaris cum proprijs uxoribus consuetudinem habere. Idque colligit ex quadam historia, quam refert Socrates lib. 1. cap. 8. quod volentibus Nicæni Concilij Patribus nouam legem in Ecclesiam inducere, ut sacris initiati, cum uxoribus, quas ante Ordinationem duxerant, non dormirent, quidam Monachus nomine Paphnutius, qui in eo Concilio intererat, se opposuit, ne talis lex ferretur: idque à Patribus obtinuit: non obtinuisset autem, nisi lex ista longâ dissuetudine fuisse abrogata. Hoc tamen mihi dubium est: tum quia relatam à Socrate historiā multi ut Apocrypham rei<sup>s</sup>cunt: tum quia, ut ex Epiphanio retulimus, hic Eccles. canon vbiique seruabatur: & secundum Hierony. cit. etiam Orientalis Ecclesia, aut Virgines Clericos accipiebat, aut continentes, vel si uxores habuissent, mariti esse desistebant, nempe quoad vsum coniugalem. Cūm igitur hi Patres, qui post Concilium Nicænum floruerunt, indubitanter assuerent hanc legem ut Canonem Eccles. ab vniuersa Ecclesia seruatum fuisse, non possumus cum aliqua probabilitate assertere, à tempore Concilij Nicæni eam ita fuisse contrarià consuetudine abrogatam, ut ex tunc licitus fuerit Græcis matrimonij vlus ante sacram Ordinationem contracti.

Illud certum videtur, à tempore Sexta Synodi incepit sub Agathone, & absoluta sub Leone II. anno 683. in Ecclesia Græca licitum fuisse uxoriū vsum ijs qui ante sacram Ordinationem uxores duxisserunt, ut constat ex can. 5. 6. & 13. Nam can. 6. iuxta 27. Apostolorum solis lectoribus & Cantoribus conceditur facultas ducendi uxorem; reliqui vero facris initiati prohibent ut uxorem ducere, can. 5. In 13. ut licitus conceditur coniugalis vesus facris initiatis respectu uxorum, quas ante sacram Ordinationem acceperunt, non obstante contrarià lege Ecclesiæ Latinæ: Quoniam Romana Ecclesia pro canone traditum verba canone cognouimus, ut promouendi ad Diaconatum, vel Presbyteratum profiteantur se non amplius suis uxoribus coniungendos; nos antiquum canonem Apostolorum perfectio- nis Ordinis q; seruantes, hominum qui sunt in sacris, legitima coniugia, deinceps quoque firma & stabilia esse voluimus. nequaquam eorum cum uxoribus coniunctionem disoluentes, vel eos mutuā, tempore conuenienti, consuetudine priuantes. Quamobrem si quis dignus inuenitus fuerit, qui Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, is ad saltem gradum assumi nequaquam prohibeat, si cum legitima

gitima vxore cohabites. Sed neque Ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur, se a legitima cum vxore coniugidine abstinentrum: & non nisi eo tempore, quo Diuino altari sunt assessuri, prohibentur vxoribus vti. ita explicant sextum can. Apost. in quo prohibetur, ne Religionis quidem obtentu, Episcopus, aut Presbyter vxorem propriam abiiciat. Quem modum vsque ad haec tempora seruant Graeci, Romanus Ecclesiâ permittente. Quamquam quod attinet ad Episcopos, ead. sexta Synod. can. 12. vetuit, ne cu suis vxoribus, quas ante sacram Ordinationem duxerant, cohabitarent, ne ex eo scandalum & offendiculum populis afferrent: etiam si hoc videatur contra can. Apost. qui iubent, vxores non esse dimittendas: quia id non ad abolenda, & euertenda, que Apostolicè antea constituta sunt, sed populorum salutis, & melioris progressus causâ, & ne statu Ecclesiasticus probro afficiatur. Quo fit, vt ex Alberto Pighio refert Vasquez, & ipse testatur se à virtute fide dignis accepisse, nunc in Episcopum Graeci non eligant, nisi vel Religionem professum, vel qui perpetuam Castitatem feruat & vxore non habeat. Hec quoad Eccles. Graec.

81. Quoad Latinam verò nusquam legitur, in hoc Ecclesia La. Apost. decreto factam fuisse aliquam interruptiōnem. Solū Vasquez dubitat cit. disp. 248. cap. 2. aliquam factam fuisse in Hispania, propter cit. Can. Concilij Elsbe, in cuius 33. canone dicitur. Placuit in totum prohibere Episcopū, Presbyterū, Diaconib⁹, & Subdiaconib⁹, abstinere se à coniugib⁹ suis: nam rō in totum denotat, fuisse in parte indulatum, necope tempore, quo sacro altari non essent ministraturi: nam hoc tantum tempore, vt suprā, licitum est Graeci vxoribus vti. Ceterū etsi multo tempore Ecclesia Latina ad imitationem Apost. emissō continentiae votō, ad sanctos Ordines vxoratos admittēbat, propter penuriam hominum ad haec sacra ministeria idoneorum, progressu tamen temporis, quando cum doctrina Euang. floruerunt viri omni scientiā & pietate insignes, non amplius ad sanctos Ordines coniugatos admisit, sed vel ab vxoribus omnino solutos, vel si vxores haberent, debuissent non solū ipsi continentiae votum emittere, sed etiam eorum vxores, aut in aliqua Religione approbata solemne votum profitentes, aut si senes essent, & de continentia minimè suspecta, in saeculo manentes votō continentiae nuncupato. Illud etiam certum est, non semper Subdiaconatū fuisse continentiae votum saltem Solemne annexum, teste Innocen. III. cap. à multis, de astate & qua. Ordin. vbi refert, tempore Urbani Subdiaconatum non fuisse inter Sacros Ordines connumeratum: quod decretum tanquam Urbani II. referunt can. Nulli in Episc. dist. 60. vbi Pontifex: Sacros, inquit, Ordines dicimus Diaconatum, & Presbyteratum: hos siquidē solos primiua legitur habuisse Ecclesia. Fuisse autem illi continentiae votum, simplex annexum tempore Gregorij Magni, constat ex can. ante triennium dist. 31. in quo mandat Pontifex, ne Subdiaconi Ecclesiarum Siciliæ, more Romanae Ecclesiae, suis misceantur vxoribus: & can. Multorum 27. q. 2 iterum prohibet, ne Subdiaconi licet suis misceantur coniugibus. Ex quo tamen colligitur, illud fuisse solemne quoad effectum dirimendi matrimonii. Quin potius oppositum ex eo can. deducitur: nam in eo imponebatur Subdiaconis pena, ne ad sacrum Ordinem promouerentur, qui post factam prohibitionem, cum suis vxoribus commisceantur: ergo Subdiaconi non supponebantur in sacris constituti, si in penam violati precepti prohibebantur ad sanctos Ordines promoueri. Atque haec quoad 1. difficit.

82. Quoad secundam verò, quo iure coniugalis vſus  
Cenciliū huius Patres ita explicant can. 6. Apostolorum.

cum vxoribus ante sacram Ordinationem ductis prohibeatur; Franc. Turrianus apud Vasquez disp. 247. cap. 1. & 2 illum censet prohiberi iure Divino: ad quod probandum congerit multa argu. Vnum afero, Sacerdotes & Levitæ antiqui testamenti iure Diuino prohibebatur ab vxoribus abstinere tempore suæ vicis, vt suprā: ergo à fortiori Sacerdotes & Levitæ noui testamenti iure Diuino tenentur totâ vitâ continentiam seruare. nam idē illi iure Diuino tenebantur tempore suæ vicis continentiam seruare, quia e tempore Diuina mysteria tractabant, quæ hanc animi & corporis puritatem exigunt: at Sacerdotes & Levitæ noui Testamenti tota vita tempore tractant haec Diuina mysteria: igitur toto suæ vita tempore Diuino tenentur continentiam seruare. Confir. Hæc lex non fuit ceremonialis, aut iudicialis, sed moralis fundata in virtute Religionis & sanctitate, quam hæc sacrosancta mysteria in ministro præquirunt: ergo non cessavit in lege Euang. At communis sent. affirmat, esse iuris dumtaxat Ecclesiastici: ex cit. Synodo 6. in qua non ausi fuit sent Patres sacris hominibus protestatem facere vxoribus vtedi, quasante sacram Ordinationem duxerant, si existimassent, vsu conjugalem fuisse illis iure Diuino prohibitum: nec potuissent Pontifices hanc legem vt licitam Graecorum cōmissis permittere, aut illam non damnare, vt Diuinæ cōmissis legi aduersam. At permittant vt licitam, i. Gregorius Magnus, dist. 31. can. Ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Sicilie prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesie, nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentia non inuenit, neque castitatem ante pro Ita Sanctiss. misit, compellatur à sua vxore separari. Quibus declarat, contineatiam non Diuino, sed humano iure, & ex promissione & voto annexam esse sacris Ordinibus. 2. Stephanus Papa, ead. dist. can. vlt. Alter, inquit, se Orientalium traditio habet Ecclesiarum, aliter huius sancta Romana Ecclesia. Nam earum Sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi matrimonio copulantur, isti us autem Ecclesia, vel Occidentalium nullus Sacerdotum à Subdiacono vſque ad Episcopum licentiam habet coniu. sum for. Viri, etiendi. Ceterū nota rō copulantur accipi pro coelestiam pulatis: cum nec Graeci licet post sacram Ordinationem contrahere matrimonii. sed soiūn vti ante contrafacto. 3. Clemens III. cap. Quæ situm, de paenit. & remiss. cum requisitus fuisse, vtrum Sacerdotibus Graeci, quibus legitimo matrimonii licet vti, pena publica imponenda esset, si eam sibi postularent pro filiis oppressis iniungi. Respondit, si id ex incuria parentum factum sit, idque in publicum venierit, publicam esse paenitentiam imponendam. vbi supponit Pontifex, id quod in postulatione præmissum fuerat, eis legitimo matrimonio vti licere. 4. Innocen. III. cap. cūm olim, de Clericis coning. Nos igitur attendentes, quod Orientali Ecclesia votum continentiae nō admisit; quoniam Orientales in Minoribus Ordinibus contrahunt, & in Superioribus videntur matrimonio iam contracto. Vbi hic Graecorum mos à Pontifice non improbat: improbabat autem, si iudicasset esse contra ius Diuinum, & Origo huius moris, notatur, quod votum continentiae non admiserunt. Igitur è contrario sensu, in Latinis continentia non oritur ex iure Diuino, sed humano, sc. ex voto lege Eccles. sacris Ordinibus annexo.

Ratio: si iure Diuino annexa esset sacris Ordinibus continentia non esset ex parte Ordinandorum Pontificium necessarium votum, aut lex Eccles. ad eam illos testimonis obligans; at hoc necessarium est ex Trident. sess. 24. cano. 6. vbi definit, non posse Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel regulares Castitatem solēnitatem

niter professos contrahere matrimonium. obstante lege Ecclesiastica, vel voto. Et ex Extrau. Antiquis, de voto & voti redemp. in qua Ioan. XXII declarat, vatum per sacros Ordines solemnizatum impedire matrimonium. contrahendum, illudque dirimere, si post contractum fuerit, non autem dissoluere ante initum, etiamsi per copulam consummatum non fuerit. Qui etiam distracte inhibet, ne quispiam, durante matrimonio etiam nondum consummato, aliquem de sacris Ordinibus presumat suscipere, nisi prout sacris Canonibus nouerit conuenire: ut scilicet vel uterque coniux Religionem ingrediatur, vel in saeculo superstes votum continentia emitat, si senex sit, & de incontinentia, non suspecta. Et qui secus attentauerit, nec matrimonio soluto, in suscepito Ordinem ministrare, nec ad superiores prouebi, nec ad aliquid beneficium, vel officium Ecclesiasticum valeat promoueri.

84. Infertur, Apostolos postquam fuerunt a Christo in Apostolatum vocati, abstinuisse ab uxoribus: ita Hierony. lib. i. aduer. Iouini. circa medi. ex illis Math. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Quae explicans postea Christus, quae ad imitationem Apost. debent alij relinquere, ut Christum sequatur. Omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, &c. Nam etsi controvenerit, an Apostoli, excepto Petro, (qui Lucas 4. Socrum habuit) uxorem habuerint, in hoc tamen conspirant, omnes eos post vocationem ad Apostolatum ab uxoribus abstinuisse: quia per Apostolatum exprimebant Religiosum statum, qui substantialiter constituitur tribus Paupertatis, Obedientiae, & Castitatis votis:

Ad fundam. opposita, sicut & scimus, neg. conseq. nam de sacerdotibus & Leuitis antiqui testamenti habemus in scriptura testimonium, & apud Patres auctoritate: de Sacerdotibus auctem & Leuitis noui testamenti, nullum legitur in Scriptura testimonium; & multæ sunt Conciliorum & Patrum in oppositum auctoritates. Nec refert, quod tale preceptum, fundatum fuerit in ipsa virtute Religionis & puritate, quam hæc sacra sancta mysteria in ministrante requirunt: nam hæc solum conuenientiam & congruitatem, non necessitatem indicant: cum nullam ex natura sua indecentiam Diuinæ legi repugnarem vñus matrimonij cum sacris hominibus importet. Vnde nisi accedat positivum preceptum, ex se non obligat. Confit. summum hæc indecentia repugnaret sacris hominibus tempore, quo sunt altari ministraturi: quo etiam tempore Græci, exemplo Sacerdotum & Leuitarum antiqui testamenti, ab uxoribus abstinent.

### SECTIO XII.

Quo iure sacris hominibus prohibitum sit matrimonium contrahere?

85. Cœnobitis certum habemus.

Certum est, semper in Ecclesia tam Latina, quam Græca vetita fuisse matrimonia post sacram Ordinationem contrahenda; ex sexta Synodo, can. Si quis, dist. 32. ex canone 27. Apostolorum; Innuptus autem, qui ad Clerum vocati sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant; sed Lectores, Cantores, q. tantummodo. Quod Apost. decretum, ut preced. scilicet acceptatum fuit a sexta Synodo, & in omnibus ferè concilijs, ut universalis Canon, ab omnibus sacris hominibus inuolabiliter seruandus, propositus, ut erudit Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 19. An hoc sit iuris diuinæ? Prima sent. affirmat: ita Mich. Medina lib. 2. Tomus VIII. de pænitentia & Ordine,

desacr. homin. contin. à 7. cap. Franc. Turrianus cit. ea-  
que tribuitur Parisiensib. quorum maior pars in af-  
firmantem inclinavit, ut ex Maiore refert Vasquez annos dis-  
dist. 249 pro qua etiam a Soto infra cit. refertur Cli-  
toueus. Multis illam Conciliorum, Pontificum, Pa-  
trum testimonijs confirmat Medina: quæ, quoniam  
omnia intelligi possunt de iure & lege duntaxat Ec-  
cles. prætermitto. Aliqua affero, quæ egent peculiari  
resp. 1. Multi Patres affirmant, cœlibatum esse a sacris hominibus seruandum, exemplo sacerorum hominum antiqui testamenti, tempore, quo sacerdotali munere fungebantur, quando iuri diuino illis prohibitum erat proprijs uxoribus vti. Quo officio fun-  
ctis solum permittebatur ad proprias uxores redire, causâ conseruandi dignitatem Sacerd. ad quam sola tribus Leuitica eligi poterat. Vnde non nisi Virginem ducere poterant, ne generis sui stirpem contaminarent. Nunc autem cum Sacerdotes non ex determinata familia, sed ex omni Christiano populo eligi possint; nec tam distinctio generis, quam probitatis habenda sit ratio, cessat ius matrimonii contrahendi, ad dignitatem sacerd. in Ecclesia conseruandam. Secundum: Ideo Concilia & Patres aiunt, carnalia coniugia esse sacris hominibus prohibita, quia sunt personæ Deo consecratae, non minus quam vasa sancto Christi mate delibera, quæ non licet amplius ad profanos usus applicare. Vnde sicut ius diuinum violat, qui sacra vasa in profanos usus vertit; ita a fortiori, qui sacris Ordinibus Deo dicati, profanis Carnalis coniugij aribus se contaminant. 3. Longè grauior pœna imponebatur ijs, qui post suscepitos sacros Ordines celebrabant matrimonium, quam qui ante contracto vtebantur. Hoc autem aliunde esse non poterat, nisi quia illa ut Diuini iuris violatio severiori pœna: hæc ut humana duntaxat legis transgressio mitiori corrigenda erat. Confir. prior transgressio puniebatur excommunicatione, quæ antiquis sa-  
culis non nisi in violatores diuini iuris vibrabatur.

4. Græcis etsi indultum sit, ut possint vti matrimonio ante sacram Ordinationem contracto, nunquam tamen cum illis dispensatum est, ut post suscepitos sacros Ordines possint uxores ducere. Quod non leue signum est, in hoc Ecclesiam dispensare non posse; proinde esse altioris iuris, quam humani.

Secunda negat: quæ longè probabilius, & com-  
munior: ita S. Tho. in 4. dist. 37. q. 1. ar. 1. Bonav. ar. 1. q. 2. Richar. ar. 1. q. 2. Scot. §. Dico igitur, afferēs, sacris ini-  
tiatum ex statuto Ecclesiæ fieri inhabilem ad con-  
trahendum matrimonium, etsi sub dubio relinquat. An hoc statutum sit immediate a Christo, vel ab Ecclesia: Duran. q. 1. n. 4. Guliel. de Rubi. q. 1. ar. 2. qui addit, hanec potestatem Ecclesiæ accepisse a Christo: Argen. q. vn. ar. 1. Palud. q. 1. ar. 1. concl. 2. Mayro. q. vn. Supple. Gabr. q. vn. ar. 2. concl. 2. Capre. dist. 33. ar. 1. concl. 3. Sanctus Antoninus 3. part. titulo primo cap. 8; Caieranus 10. 1. Opusc. tract. 27. §. Quod tertium, So-  
tus in 4. dist. 38. q. vn. ar. 1. §. Ex hoc, Petrus Soto lectione  
5. de matrimonio §. De sacris, Alph. de Castro lib. 13. ad-  
uer. baref. heresi 4. sine, Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 18.  
Henriq. lib. 12. de matr. cap. 5. n. 9. Vasqu. dist. 249. cap.  
2. Valentia 10. 4. dist. 9. q. 5. punto vlt. de Cœlibatu fa-  
torum ministrorum §. Sed his argumentis. Sanch. lib. 7.  
de matrimonio dist. 27. n. 5. ex Concilio Ancyrano ce-  
lebrato ante Nicenum, & approbatu a Leone IV. in cuius capite hæc habentur: Diaconi quicun-  
que ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt,  
& dixerunt, velle se coniugio copulari, quia sic manere non  
possunt: bi si postmodum uxores duxerint, in ministerio  
maneant;

maneant, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quicunque sanè tacuerint, & suscepserint manus impositionem, profesi continentiam, & postea nuptijs obligati sunt, à ministerio cessare debebunt. Ergo si in hoc Episcopus dispensare poterat, non erat iuris Diuini, in quod Episcopū nullum dispensandi ius habet.

Prob. 2. ratione.

**Ratio 1.** Si iure Diuino sacris hominibus prohibitum esset, contrahere matrim. eodem iure ijs prohibitum esset, ut in matrimonio ante contracto: at iure Diuino ijs hoc prohibitum non est, vt constat exemplo Græcorum, qui licet, vt *suprà*, vtruntur matrimonio ante sacram Ordinationem inito. Maior prob. matrimonium non vetatur sacris hominibus ratione contractus; quod indè patet, quia possunt illud contrahere animo Religionem ingrediendi; sed ratione vslus, nam hic tantum videtur repugnantiam habere cum ministerio & statu sacerorum hominum. Confir. quia de facto Ecclesia ad sacros Ordines admittit coniugatos, vxore Religionem profiente, vel si sit senex, in seculo cum voto cōtinentia relata. 2. Si ius Diuinum vetaret matrim. à sacris hominibus contrahendum, illud tam post, quām ante sacram Ordinationem cōtractum dirimeret; vtrumque autem falsū est. Minor, quoad matrim. contra cōtractum post sacros Ordines, colligitur ex Can. 19. secundū Synodi Rom. sub Sylvestro: Nemo Presbyter à die onus Presbyterij sumat coniugium, & si neglecto egerit decem annis (lue vt alia verio habet 12.) eum dicimus priuari honore. In quo nulla fit mentio separationis, quæ facienda fuisset, si tale matrim. fuisset irritum: sicut fieri solet in alijs Concilijs, quando post sacros Ordines contra cōtractum, incēpit ex Ecclesiæ statuto esse irritum, ne eis fornicandi ansa præberetur, si simul permitterentur cohabitare. Quoad matrim. ante sacros Ordines initum, est definitio Ioannis XXII. in extra uag. Antiqua. Maior prob quod contra ius Diuinum sit, ratum esse nequit, quippe cui lex Superioris resistit, vt constat de ipsis contractibus humanis, qui irriti sunt hoc ipso, quod lex Superioris illis resistit, quæ vt causa vniuersalis debet cum voluntate contrahentium ad eorum validitatem concurrere. Quid autem non solum dirimeret matrim. post, sed etiam ante sacros Ordines contra cōtractum, vt *suprà*, probbo: matrimonium non prohibetur sacris hominibus ratione contractus, sed ratione vslus: at æquè ante, ac post sacros Ordines contra cōtractum, quoad vslum impedit sacros homines ad sacra mysteria cōtractanda, vt ex dictis constat. 3. Vel hoc præceptū de matrimonio à sacris hominibus non contrahendo, est iuris Diuini naturalis vel positiui. Non naturalis: tū quia alioqui eius vslus, ratione cuius prohibetur, nunquam posset illis esse licitus, vt potè, semper retinens intrinsecam suam malitiam & inhonestatem; cùm tamen hic licitus sit Græcis Sacerd. tū quia etsi matrimonij vslus aliquam habeat cum sacris hominibus indecentiam, ea tamen ad obligandum sub præcepto sufficiens non est, nisi accedat expressa voluntas Legislatoris illius vslum prohibentis. Non iuris Diuini positiui: cùm nusquam tali præceptum legatur, sed potius contrarium iura, & Concilia indicant, can. Vt lex, 27. q. 1. & Trident. ses. 24. cap. 9. vbi declaratur, hanc prohibitionem & matrimonij inuaiditatem oriri ex lege Eccles. vel voto.

Secunda.

4. Si matrimonium iure Diuino pugnaret cū sacris Ordinibus, non posset Pontifexcum ijs dispensare ad id contrahendum, quod est contra Ecclesiæ praxim, & S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 11. qui etsi id neget de Religioso professo, concedit tamen de Presbitero. Sequela prob. Pontifex non habet potestatē dispensisandi in iure Diuino immediate. Neq; dicas, quan-

do cum talibus dispensat, priuare illos exercitio ministrii, cum quo tantum pugnat coniugalis vslus matrimonij: quia fingi potest de sacro homine casus, quo tā matrimonij coniugalis vslus, quām sacro sancti ministerij exercitium esset Christianæ Recip. necessarium: quo casu Pontifex cum eo dispensare posset ad contrahendum matrim. illum non priuando exercitio sacri Ordinis, sicut de saepe non priuantur Sacerdotes Græci, ex eo quod cum ipsi ab Ecclesia dispensatum sit, vt possint vti matrim. ante sacros Ordines contracto.

Ad 1. argu. oppositæ, Resp. Patres vti exemplo Sa- 87. cerdotum antiqui testamenti, quoad congruitatē, <sup>ad primam sententiam</sup> non quoad obligationem: congruum quippe est, vt facri homines à coniugali vslu abstineant: alioqui <sup>oppo.</sup> hoc argu. probaret, hunc vslum illicitum esse Græcis Sacerd. contra autoritatem tot Pontificum & Concil. vt *suprà*: Ad 2. Resp. i. esto sine necessitate non possint vasa Deo consecrata ad profanos vslus applicari; nego hinc sequi, nō posse homines per sacros Ordines Deo dicatos cōtrahere mattim. ieiūsq; vslu frui, vt constat de Græcis Ratio: sine necessitate vti vasis Deo sacratis ad profanos vslus, est quidā Dei contemptus, cui talia vasa sunt dicata: nam si id ex necessitate fieret, nullum foret peccatum, vt quando tempore necessitatis traditi sunt Davidi panes Deo consecrati ad comedendum. Pari modo nullum est peccatum aliquā vtilitate urgente, cum sacro homine dispensare ad contrahendum matrim. 2. Nego, non posse vasa Deo consecrata auctoritate Ecclesiæ reddi profana, seu ad profanos vslus applicari, ita Vasquez dīp. 243. cap. 2. n. 16. quia consecratio est ex mera Ecclesiæ volūtate inducta: ergo ex voluntate eiusdem tolli potest: sicut quia solemnitas voti ex sola Ecclesiæ constitutione inducta est, ex eiusdem voluntate tolli potest. Posset enim Ecclesia statuere, vt eadem res manens eadē, pro uno tempore eset consecrata, pro alio non cōsecreta. Ad 3. quod grauior pœna imponebatur ijs, <sup>Ad 3.</sup> qui post sacros Ordines contraxerant matrim. ratio est: hoc ipso, quod in uno dispensatum est, & nō in altero cum Græcis, ab Ecclesia minus dedecens reputatur. Ex quo patet ad 4. nō ideo in uno dispēsatū est cū Græcis, & nō in altero, quod in vno sit iniris Eccles. alterū Diuini: sed quia Ecclesia Spiritu S. ducta, prudēter iudicauit, in fauore matrimonij ius hū possidētis, cum ijs dispensare in vslu matrimonij ante contracti, non autē in matrimonio cōtrahendo.

Ex quo tempore matrim. post sacros Ordines contra cōtractū, cōcepit ex statuto Ecclesiæ, esse inuaidū: cert. <sup>Supradictum</sup> tū est, nō sc̄per, ex ci. can. Synodi Rom. Primi testim. factus, ex quo id colligitur est Calixti II. an. 1119. qui can. 21. & refertur can. Presbyteri, dist. 27. in Cōcilio gen. Latera. fāxit: Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & Monachis cōcubinas babere, seu matrimonia cōtrahere, penitū interdicimus: cōtracta quoq; matrimonia ab hiesu modi personis, disiungi, & personas ad pœnitentiā debere redigi, iuxta sacerdōtū canonū definitionē iudicamus: at dum præcipit, hismodi matrimonia debere disiungi ac separari, aperte significat, ea fuisse inuaidū: alioqui disiungi nō potuīsēt hāc legem cōfirmavit Innoc. II. in alio generali Later. an. 1139. cap. 7. & refertur can. Vt lex 27. q. 1. Vt autē lex cōtinēt, & Igo placēs mūdiria in Ecclesiasticū personis, & sacris Ordinibus dilatetur, statutum, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares Canonici, & Monachi, atq; Cōuersi profesi, qui sanctum trāsgrediētes proposūt, vxores sibi copulare præfūserint, separetur. Huiusmodi namq; copulationē, quā cōtra Ecclesiasticā regulā cōstat esse cōtractā, matrimoniu nō esse cōsem̄. Qui etiā ab invicē separati, pro tanto excessus cōdignam pœnitentiā agat. Prēmisserat suprà: Predecessorū nostrorū Gregorij

Tertia.

Quarta.

*Gregorij VII. Urbani. & Paschali Romanorum Pontificum vestigis inherentes indicans, non ipsum primū hanc legē de invaliditate matrimonij post sacros Ordines cōtracti, condere, sed ab alijs conditam confirmare. Cūm igitur hi Innocentij II. prædecessores fuerint Calixto II. antiquiores, constat ante Calixtum II. ea matrim. fuisse irrita: etsi de hoc Canone ante Calixtum II. non habeamus.*

## S E C T I O N E XIII.

*An sacri homines ad continentiam immedia-  
tē teneantur ex voto Ecclesiæ constitu-  
tione sacris Ordinibus annexo, An lege  
Ecclesiastica?*

*89. R*efert, quo titulo illam contrahant: nam si ex voto, ad dispensandum cum ijs requiritur causa, sicut in dispensatione reliquorum votorum: si ex præcepto Ecclesiæ, poterit etiam sine causa cum ijs dispensare: cūm Pontifex plenam habeat potestatem supra omnem legem Eccles. Dixi immediate: nam etiam si dicamus, eos teneri ex voto, adhuc mediatae tenentur ex lege Ecclesiæ, quæ eos astrin-  
xit ad votum continentiae emittendum. Prima sent. docet, eos immediate teneri ex lege Ecclesiæ, tales personas inhabilitantis ad matrim. ita *Gandau. quodl. 5. q. 48. Scotus in 4. dist. 37. q. vn. §. Dico igitur: Mayro. q. vn. Gul. de Rubi. q. 1. ar. 2. concl. 2. Duran. q. 1. n. 4. Argen. q. vn. ar. 1. Palud. q. 1. ar. 1. concl. 2. Supple. Gab. q. vn. ar. 2. concl. 2. Valen. tom. 4. dist. 9. q. 5. p. 5. post 1. §. & alij Iuriscons. quos citat Sanchez lib. 7. de matr. disp. 27. n. 9.* Fundam. cūm votum pendeat ex libera voluntate vountis, nequit Ecclesia sacris Ordinibus initiandos ad perpetuam continentiam ex voto seruandam obligare: cūm possit initiandus vel tale votum ignorare, vel illud non emittere: cūm tamen vtroque casu si contrahat matrim. hoc sit nullum. Ergo hæc obligatio immediate est ex lege Ecclesiæ inhabilitantis huiusmodi personas ad matrim. Confit. Bonau. *infra.* Græci non habent votum continentiae, cūm possint vti matrimonio ante cōtracto, & tamen ad matrim. post sacros Ordines suscepitos contrahendum sunt inhabiles, non minus quam Latini: non igitur ex voto, sed ex præcepto & lege Ecclesiæ obligantur ad continentiam seruandam. Explicat hæc sent. Concilia & Patres, cūm dicunt, hanc obligationem oriri ex voto, vt per votum intelligatur ipsa lex Ecclesiæ, quæ ad instar voti solemnis dirimit matrim. ita putat melius saluari, quo pacto etiam legis ignorantes, imò & obligationem renuentes, hoc ipso, quod sacros Ordines voluntariè suscipiunt, inhabiles fiant ad matrim. nam lex quando non est pœnalis, sed directa publicæ honestatis, qualis est hæc, post sufficientem promulgationem, obligat etiam ignorantes.

*2. Sent. ex voto est quæ-* Secunda affirmat, immediate oriri ex voto, quod *voto est quæ-* Ecclesia suā lege annexuit Ordinibus sacris, obli- *plurimorum.* gando ad illud emittendum omnes, qui sacros Ordines voluntariè suscepint: *S. Tho. in 4. dist. 37. q. 1. ar. 1. Bonau. ar. 1. q. 2. Rich. ar. 1. q. 2. ad 1. Capro. dist. 34. q. vn. ar. 1. coml. 3. Caiet. 1. to. Opus. tract. 27. ad fine;* *S. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 8. Sotus lib. 7. de instit. q. 4. ar. 2. & in 4. dist. 38. q. 1. ar. 1. §.* Est autem Pet. Soto lect. 5. de matri. §. Ceterum rat. Palat. in 4. dist. 37. dist. vn. conc. 3. fine Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 18. Henr. lib. 42. de matri. cap. 5. n. 9. Vasq. dist. 248 cap. 2. Sanchez lib. 7. de matri. dist. 27. n. 10. Et. Qui tamen inter se discrepant:

*Tomus VIII. de pœnitentia & Ordine.*

gant voti, quod implicitè emittunt; & præcepti Eccles. quod etiam ignorantes astringit: ita Bonau. alij, ne cogantur concedere dupli peccato peccare fornicantem in sacris constitutum, solo titulo voti eos astringunt, vt *Vasquez.*

Dico 1. probabilitatem primæ ostendunt, tum authoritates tot grauissinorum DD. tum rationes *vira que sent.* pro ea allatæ: Maior probabilitas secundæ deduci-*probabilis,* tur ex Concilijs & Patrib. qui vel expressam, vel implicitam voti sacris Ordinibus annexi mentionem faciunt: *Ancyratum cit. Quicunque tacuerint, & suscepint manus impositionem profisi continentiam, & postea nuptijs obligati sunt, à ministerio cessare debent.* Arelatense II. sub Syluestro, siue vt alij, sub Siricio, cap. 2. Assumi aliquem ad Sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio: professio, & conuersio idem est, quod votum emittere. Carthag. III. & refertur can. Lectores, dist. 32. Lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. B. Gregorius, vt refertur can. Antetriennium, dist. 31. Videtur mihi, vt à presenti die Episcopis omnibus dicatur, vt nullum Subdiaconum facere presumant, his qui se vieturum castè promiserit. Bonifacius VIII. de voto & voti red. in 6. ait, votum continentiae solemnizari per sacri Ordinis susceptionem. Innocentius III. cap. Cum olim, de Clericis coniug. Nos igitur attendentes, quod Orientalis Ecclesia votum continentianon admisit. Ex his constat, qui sacris initiantur, teneri ad votum emittendum, quod per ipsam sacri Ordinis susceptionem fit solemnne, quoad effectum dirimendi matrim. Nec nisi impropriè allatae autho. explicari possunt de obligatione præcepti voto æquivalentis.

Dico 2. Ecclesia sacros homines ad continentiam non astringit dupli vinculo, præcepti & voto. *Asservio colli simus; sed aut voti, li illud emiserint; aut præcepti, si non emiserint: ex Trident. eff. 24. can. 9. Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel regulares Castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumq. validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto: diliunctiuè.* Nec dici potest, legem referri ad continentiam sacris Ordinibus annexâ; votum ad continentiam, quam professi in Religione vount: cūm etiam continentia per professionem in Religionem emissâ ex constitutione Ecclesiæ habeat, vt dirimat matrim. 2. Ex illis autho. qui vtroque titulo sacros homines ad continentiam a-  
llo ad conti-  
stringunt; sc. ad alterutrum; vel ad votum, si illud novum ini-  
emiserint; vel ad præceptum, si non emiserint. quia statos sacris non sunt absque necessitate multiplicandæ obliga-  
tiones: nec est de benignitate Ecclesiæ præsumendum, vt pluribus vinculis velit suos filios astringere, quæ sit necessaria ad intentum finem consequendum, ne eis ansam præbeat grauiora peccata committendi. at finis Ecclesiæ est, irritare matrim. à sacris hominibus attentatum, vt eos ad perpetuam continentiam astringat: & hic habetur, vel per solum votum sacri Ordinis susceptione solemnizatum, vel per solum præceptum Ecclesiæ: ergo non erit duplex obligatio inducenda. Vnde in hac sent. saluator 1. cur non duplicitis malitiæ peccatum cōmittant fornicarij in sacris constituti: quia non nisi una obligatione astringuntur, aut voti, aut Ecclesiæ præcepti. 2. cur Græci non habentes votum continentiae, nihilominus sint inhabiles ad matrim. post sacros Ordines contrahendum: nam etsi votum non emiserint, astringuntur præcepto Eccles. quod eos inhabiles reddit ad matrim. 3. quo pacto in Ecclesia latina Sacris iniciati inhabiles fiant ad matrim. etiam si votum continentiae in susceptione Ordinis non emiserint; sc. fiunt inhabiles præcepto

Ccc 3 Eccle-

Ecclesiæ, quæ tali casu eos inhabilitat, non minus quam votum susceptione Ordinis solemnizatum.

92. Infertur 1. non rectè philosophari eos, qui do-  
Penitex eis cent, adhuc ex voto continentia teneri sacros ho-  
sines causa mines non contrahere matrim. etiam si aut votum  
dispenseret, ignorauerint, aut non emiserint: eo quod, ut ipse  
cessat in ho- autumant, votum continentia contrahitur, hoc ip-  
mine sacro so quod Ordino suscipitur: quia cum votum pendeat  
inabilitas ad matrim. a voluntate videntis, est. n. libera promissio facta  
Deo, non poterit sine voluntate videntis contra-  
hi. Nec satisfaciunt, dicentes, Ecclesiam presumere  
eos votum emisisse: nam et si hoc locum habeat in  
foro externo, non tamen locum habet in foro in-  
terno, in quo veritas cedit presumptioni. Quare et-  
iam si id matrim. esset illicitum, haud tamen inua-  
lidum, si recipi non esset votum emisum, & aliun-  
de contrahentes non fierent inhabiles lege Eccles.  
2. Pontifex potest cum Sacerdote dispensare ad  
matrim. sive hic ex voto, sive ex lege Eccles. sit in-  
habilis ad contrahendum: nam utrumque penderet  
ex statuto Ecclesiæ, in quo Pontifex plenam habet  
dispensandi potestatem: quod. n. tale votum diri-  
mat matrim. non habet ex iure Diuino, aut ex na-  
tura sua, sed ex sola Ecclesiæ constitutione, ut defi-  
niunt Bonif. VIII. de voto in 6. & Gregorius XIII. in Ex-  
trauag. A sedente Domino. unde etiam si Pontifex suf-  
ficiens em causam non habeat relaxandi votum co-  
ntinentia in sacris constituto, valet matrim. cum hic  
efficitur dirimendi matrim. pendeat ex sola consti-  
tutione Ecclesiæ. Ceterum cum hic non sit in vo-  
to continentia dispensatus, ut potè in quo defuit  
legitima causa dispensandi, non poterit coniugale  
debitum petere, tenebitur tamen reddere. Nam et si  
a tali voto per dispensationem sit sublata solemnitas,  
que sola obstat matrimonij validitat, non est  
tamen relaxatum votum, cum hoc sine causa non  
relaxetur, cum in obligando videntem non pen-  
deat a voluntate Ecclesiæ, sicut penderet quoad ef-  
fectum inhabitandi ad matrim. proinde tenebi-  
tur videntis ex parte sua illud seruare: secus si ad  
continentiam sola lege Eccles. astrictus fuerit. Ut  
autem valida sit Pontificis dispensatio etiam quo-  
ad votum, sat erit, ut causa sit probabiliter putata  
sufficiens.

*Non cessat  
votum.*

Diaconus, & reliqui Clerici; & Clemens lib. 8. Constat cap. 6. 17. & 21. iuxta constituta. Apost. Ordinarium ministrum omnium Ordinum assignat Episcopum. Ex quo refellitur heresis, quæ hanc Ordinariam facultatem ordines conferendi tribuit seculari potestati; datum a Trident. sess. cit. cap. 4. Dixi, Ordinarium: nam an ex commissione, aut priuilegio possit alius Episcopo inferior, esse huius Sacra minister, constabit ex seq. sect. An validè ordinare pos- Episcopus hereticus, excommunicatus, simonia- carabinus, degradatus?

Negant Gratia. & Palea, Canonum Collectores causa 9. q. 1. & alij à glossa ibid. cit. in can. Nos. Magister sent. Gratiani frater in 4. dist. 25. ut constat ex litera C. qui pro vitaque sent. Patrum testimonij in me- dium adductis, concludit: Qui vero in schismate, vel heresi positi, ab eis Ordinati, & inuncti fuerint, illo iure carent (nempe Ordines conferendi.) Ideoq; cum Ordinare volunt, vulnus porius infligunt, quam gratiam con- ferant. Ceterum limitant, ut non intelligatur de il- lis Episc. qui aliquando fuerunt Catholici, & ab Ec- clesia sunt præcisi; nam Ordinationes eorum, inquit Gratia. ab Ecclesia misericorditer tolerantur; sed de il- lis, qui Catholici nunquam fuerunt. Eand. sent. in- dicat Gratia. 1. 1. q. can. 97. §. Opponitur. Ducitur qui- busdam Pontificum ac Patrum testimonij: 1. ex Primum te- Innocentio 1. epist. 18. ad Alex. Episc. in 1. to. Concil. stim. desum- con. Aria. Ariani, cetera q; huiusmodi pestes, quia eorum manus ex laicos conuersos ad Dominum sub imagine paenitentia, ac S. Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipi- mus, non videretur. Clericos eorum cum Sacerdotijs, aut mi- nisterij cuiuspiam suscipi debere dignitate: quoniam quibus solum Baptisma ratum esse permittimus, quod viq; in no- mine Patriæ, & Filii & Spiritus S. perficitur, nec Spiritum Sanctum eos habere ex illo Baptismate, illisq; mysterijs ar- bitramur: reddit rationem: quoniam cum à Catholicis si- de eorum Authores desiderant, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt. Nec dare eis plenitudinem possunt, qua maxime in Ordinibus operatur, quam per impietatu sua perfidiam perdidierunt. 2. ex Cypria. in epist. con. ha- Secundum. ret. can. 70. 1. q. 1. circa medium: ergo omnia que- cunque faciunt heretici, carnalia sunt, & inania & falsa, ita ut nihil eorum, que illi gesserint, à nobis probari debeat. 3. ex Hieron. in Agge. cap. 2. can. 61. Sic populus 1. q. 1. Terium. vbi omnia, que ab hereticis sunt, dicuntur polluta & contaminata in conspectu Domini. Similia canonib. 4. seq. ex cod. excerpta. 4. ex Leone epist. Ad Anatol. Episc. Constantinop. can. 68. 1. q. 1. Extra Ecclesiam Dei nec rata sunt Sacerdotia, nec vera Sacrificia. Idem can. 71. Extra Catholicam Ecclesiam non est locus veri Sa- crificij. 5. ex Chalcedo. cap. 2. & refertur can. 8. Si quis Episc. 1. q. 1. Sextum ex can. Nos, can. Excommunicati, & can. Per illicitam 9. q. 1. vbi dicitur Consecratio ab excommunicatis facta esse nulla. 7. ex can. Daiber- tum 1. q. 7. vbi Urbanus II. B. Innocentij Papa sententia Urbanus II. constat declaratum, quod Nezelon, quem constat ab hereti- cis Ordinatum, quia nihil habuit, nihil dare potuit ei cuius sententia manus imposuit. Nos igitur tanti Pontificis Authoritate firmati, & Damasi Papa testimonio roborati, qui ait, rei- terari oportet, quod male actum est, Daiberum ab hereti- ci corpore & spiritu digressum, atque utilitatibus Ecclesie pro viribus infundantem, ex integro, Ecclesia necessitate in- gruente, Diaconum constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integrum Diaconi dationem: quoniam, ut prediximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit. 8. Ex Conc. Placentino, & refertur can. 108. 1. q. 1. si qui à simoniaco non simoniaco ordinati sunt, siquidem probare poterint, se, cum ordinarentur, ne scire eos simo- niacos esse, et si tunc pro Catholicis habebantur in Ecclesia, talium Ordinationes misericordie sustinuerunt. Qui vero scienter se à simoniaco consecrari, imò execrari, permis- rint,

## DISPUTATIO XXIII.

### De Ministro Ordinum.

#### SECTIO PRIMA.

An quius Episcopus, etiam hereticus, ex-  
communicatus, degradatus, possit esse  
Ordinationis Minister.

1. *Signat Flores. Mi-* **S**olum Episcopum Episcopo inferiorē esse Or- dinarium huius sacramenti Ministrum, defini- tum est, cum in Floren. in lite. Vno. §. 6. sacr. Ordinarius ministrum Or- minister huius sacramenti est Episcopus: tum in Trident. dinis solum Episc. sicc. 23. can. 7. vbi sub anathemate damnat, si quis di- xerit, Episcopos non esse Presbyteri superiores, vel non ha- berere potestatem Confirmandi, & Ordinandi, vel eam, quā habent, illū esse cum Presbyteri communem: dum igitur illis potestate Ordinandi tribuit, Presbyteris mi- nimè communem; solum Ordinarium huius sa- cram. ministrum declarat Episcopum. Quæ veritas constat perpetuā Ecclesiæ traditione, & Apostolo- rum canone 2. Presbyter ab uno Episcopo ordinatur, &

rint, eorum Consecrationem omnino irritam esse decernimus. q. de degradatis prob. per degradationem tollitur ordinandi potestas; sine potestate autem nihil efficitur, vt de Chorpiscopis docet *Damasus epist. 5.* Qui contra Ecclesiae prohibitionem audebant alios consecrare.

**3.** At communis sent. est *Scholast. in 4. dist. 25. & summis. verb. Ord.* quicunque Episcopum, etiam hereticum, excommunicatum, suspensum, simoniacum, degradatum Ordines validè conferre, si seruer, quæ in Ordinum collatione seruanda sunt. Fundam. quæ pendent à potestate à Christo traditâ, nequeunt vel per ministri improbitatem, vel Ecclesiae prohibitio nem impediti, quominus adhibitis requisitis, à Christo præscriptis, validè fiant, eorumque effectus sequatur: sed Ordinis collatio pender à potestate Episcopi à Christo tradita: ergo. Constat à paritate aliorum Sacr. solum de Sacramento Pœnit. est peculiaris ratio, quod quia præter potestatem à Christo collatam iurisdictionem requirit in pœnitentia, quam Ecclesia impedire potest, ipsius esse etius solum Ecclesiae prohibitione iurisdictionem Sacerdotis in pœnitentia suspendentis, impediti potest. Confir. ex can. *Quod quidem 1. q. 1. vbi. Aliud est, inquit, prorsus non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Quidquid non habetur, dandum est cum opus est dari: quod vero perniciose habetur per correctionem depulsa pernitie, agendum est, ut salubriter habeatur.* Et infra: *Quod si non correxerit, manebit ad paenam usurpatoris, quod darum est, vel eius qui illicite dedit, vel eius qui illicite accepit: non tamen pro non dato habetur. Agitur autem ibi speciatim de Baptismo & Ordine, qui ab indignis ministris conferuntur. Non minus hoc confirmat Urbanus II. epist. 17. ad Lucium Prepositum S. Inuenti: 3. par. 2. Concil. pag. 410. ad finem, vbi hanc quæst. decidit.*

**4.** Infertur 1. si vera est sent. docens, Minores Ordines non esse à Christo, sed ab Ecclesia institutos, posset Ecclesia potestatem auferre Episcopis, ne eos validè conferant: quo casu reiterandi essent Ordines. Ratio: in hac sent. potestas huiusmodi Ordines conferendi non traditur à Christo, sed ab Ecclesia, quæ semper autoritatem retinet eam ab Episcopis auferendi; quæ sublatâ, irrita erit Ordinum collatio. Ceterum non eo ipso, quod Ecclesia prohibet, ne conferantur, est certum signum auferendi ab eis potestatem, cum solum possit prohibere ne conferantur, non autem collatos irritare: multa enim prohibentur, quæ facta tenent; sed necessarium est verbum irritatiuum.

2. Episcopus validè confert omnes Ordines infra Presbyteratum, etiamsi illos non suscepit, vt si per saltum fuerit consecratus solo Presbyteratu subcepto; non autem si Sacerdotio careat, etiamsi reliquos inferiores accepit: est contra glossam in cap. vn. de Clerico per saltum, verb. *De miseric.* quæ eti. doceat, tali casu Episcopum accipere potestatem Episcop. negat tamen, conferre posse Ordinem, quo caret. Glossæ consentit *Henriq. lib. 10. de Sacra. Ordinisc. 20. n. 3.* Sed ratio primi coroll. est, quia collatio Ordinis pender à sola potestate Episcop. quam habere quis potest, etiamsi nullum habeat Ordinem Presbyteratum inferiorem: sicut potest quis habere potestatem Sacerd. & confidere validè Euchar. imo & à peccatis absoluere, etiamsi nullum habeat Ordinem inferiorem: eo quod superior Ordo eminenter continet inferiores, qui solum dispositiù, non essentialiter præmitiendi sunt. Ex quo patet ad argu. glossæ, quo mota fuit ad hoc negandum: quia nemo dare potest, quod non habet: nam licet superior Ordo non continet formaliter inferiorem, continet tamen eminenter. Ratio secundi: Episcopus el-

sentialiter supponit sacerdotium, præsertim in nostra sent. in qua idem est utriusque character moraliter tantum extensus. Ceterum etsi eo euentu Episcopus validè, haud tamen licet ordinaret.

Ad 1. testim. Innoc. Resp. cum *Vasquez disp. 243. cap. 1.* Pontificem non negasse, Ordines ab hereticis Episcopis collatos esse irritos: sed Clericos ab his Ordinatos non esse cum Sacerdotali, aut Clericali dignitate post actam pœnitentiam ab Ecclesia suscipiendos. Difficultatem ingerunt, quæ subiungit: *Quoniam cum à Catholicâ fide eorum authores descicerent, perfectionem Spiritus Sancti, quam acceperant, amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quam perdiderunt.* Verum hæc non ostendunt, eos priuatos esse potestate Ordines conferendi, sed solum amisisse plenitudinem gratiæ & Spiritus S. cum charactere initiatissimi impertiendi, ob defectum dispositionis eorum, qui ad eos initiandi accedunt. Eodem modo negat, Spiritus Sancti plenitudinem accipere eos, qui ab illis baptizantur: cum tamen admittat, Baptismum ab his collatum esse ratum.

Secundum Cypriani in hac contro. nullum habet pondus: vt qui docuit, baptismum ab hereticis collatum esse nullum; Epist. ad Steph. Rom. Pontif. qui hunc errorem damnavit: & altera epist. ad Populum, quâ Stephanii literas de non rebaptizandis ab hereticis baptizatis, acriter carpit: 1. to concil. pag. 146. in qua te grauiter lapsus est. Tertium ex Hieron. intellige de pollutione & contaminatione, non ratione invaliditatis & nullitatis sacrificij, aut sacramenti, Ad 3. quod ministratur, sed ratione improbitatis ministrorum, cum qua illa conficiunt & ministrant: unde subdit hic Sanctus, vt habetur can. 62. 1. q. 1. *Odit Deus Sacrificia hereticorum, & à se projicit.* Non igitur negat, hereticos sacrificia offerre, sed ait ea hereticorum manibus oblata à Deo non acceptari. Eand. explic. habent reliqui can. ex eod. excerpti. Quartum Leonis, relatum can. 68. optimè explicatur à glossa, non esse rata Sacerdotia, nec vera sacrificia, quoad rem Sacramenti, quæ est gratia; & licet executionem. Quæ enim licet exequi non possumus, irrita esse dicuntur: sicut quæ sine peccato facete non possumus, dicuntur fieri non posse; nam ea tantum dicimur posse, quæ licet possumus; ita Patres, Concilia, scriptura, impossibilita dicunt, quæ non nisi difficile fieri possunt; ita cit. canon Extra Ecclesiam, ex Aug. lib. sent. cap. 15. Quintum Concilij Chalced. relatum can. de priuatione dignitatis acceptæ, sic habet: *Siquis Episcopus per pecuniam Ordinationem fecerit, & sub pretio redegerit gratiam, qua vendi non potest, Ordinauerit quæ per pecuniam Episcopum, Chorpiscopum, Presbyterum, aut Diaconum, aut quemlibet de his, qui connumerantur in Clero, is, qui hoc attentasse probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit, & qui Ordinatus est, nihil ex hac Ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat; sed sit alienus à dignitate, vel sollicitudine, quædam pecunias acquisiuit.*

Sextum 1. Canon. cit. Nos, ex Gregorio Magno lib. 3. Epist. epist. 20. dicit consecrationem ab Excommunicato factam esse nullam: non quod irrita, sed quod illicita sit, cum non mandat, vt reiteretur; sed vt ab officio suspendatur; quia igitur sine ullius exempli forma violasti talam tantamq; sacerdotij dignitatem, precipimus, ut vsque dum Dominicis, vel responsalis nostris cognouerimus apicibus, quod non subreptitia, sed vera fueris iussione Ordinatus, nullatenus tu, Ordinatore que tui attentare quidquam presumatis Sacerdotialis officijs: neque usq; ad rescriptum nostrum, ad cultum sacri Altariu accedere. In quo nota, eandem pœnam suspensionis ab officio imponi Ordinanti, ac Ordinato: cum tamen Ordinans, ex eo quod excommunicatus Ordinatus naue-

nauerit, potestatem Ordinandi non amiserit, sed solum fuerit ab officio suspensus: ergo neque qui ab Excommunicato Ordinatur, Ordinem inualidè accipit, sed solum ab ordinis executione suspenditur. Alter canon, Excommunicati, loquitur de illicita manus impositione. Canon Per illicitam, ex Damaso epist. 5. non modò vocat manus impositionem illicitam, sed etiam irritam & reiterandam à Chorepiscopo datam: Quapropter per illam illicitam manus impositionem, ut paulo superius pralibauimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et ubi vulnus infixum est, necesse est, medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necessum est, quod legitime actum aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debet. Hæc Damasus, qui cum senserit, Choropiscopos non esse veros ac legitimos Episcopos, mirum non est, si Ordinationem ab eis factam irritam putauerit. An autem omnes Choropiscopi fuerint tales, seq. Septimum Urbani II. relatum can. Daibertum. 1. q. 7. vel intellig. cum glossa de Ordinatione ab haeretico facta praeter formam Ecclesiæ; vel ab Episcopis haereticis Episcopali potestate parentibus, vti de Choropiscopis sensit Damasus cit. Octauum Vibani I. relatum canone Si qui 1. q. 1. intellig. de irritatione quoad executionem, vt nequeat sic Ordinatus suscepsum Ordinem exercere, vt declarat can. seq. Nicolai II. confirmatus ab Alexandro II. epist. Omnib. Catholicis Episc. directâ (quæ vt canonum collector notat, seruatur Romæ manu scripta in trib. peruetustis codicib. De cetero statuimus vt si quis imposterum ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, & consecratis, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeant; sed rterque de peccatis penitentiam agat, & priuatus propria dignitate persistat. Idem seq. can. Erga simoniacos. Non argu. de degradatione patet; sc. per eam non auferri ab Episcopo potestatem Ordinandi, quam à Christo accepit; sicut nec à sacerdote potestatem Christi corpus & languinem consecrandi.

Ad 7.

Ad 8.

Ad ult.

munis sent. est: quia nunquam legitur, hanc facultatem commissam fuisse Clerico Sacerdote in feiori. Idque fundatur in eo, quod ex institutione diuina potestas in corpus Mysticum Christo supponit potestam in corpus Christi verum, quâ potestate caret Diaconus & quiuis alius inferior Clericus.

Conspirant 3. contra Adria. in 4. dist. 9. de sacr. Confirm. ar. 3. posse Ordines Minores ex Pontificis commissione conferri à simplici sacerdote. Constat 1. ex can. 1. dist. 69. iunctâ glossâ, vbi conceditur Abbatibus, posse suis subditis Minores Ordines conferre: sicut & Cardinalibus Presbyteris teste Valen. to. 4. disp. 9. q. 3. pu. 2. Constat 1. ex Triden. sess. 23. cap. 10. de refor. vbi Concilium supponit, Abbates ex priuilegio sedis Apost. posse Minores Ordines conferre regularibus sibi subditis, solumque prohibentur, ne eos conferant Laicis etiam sibi subiectis. quo casu congregatio Cardin. declarat, sess. 23. cap. 10. de refor. non esse, repetendos Ordines, eti necessaria fuerit dispensatio. Ex quo insertur, cum licentia Episcopi, posse Abbates etiâ laicos sibi non subditos Ordinare, quod eadem sacra Congreg. declarauit in cit. cap. Sola ergo controu. superest de Ordinib. Maiorib. An ex commissione Pontificis conferriri possint à Presbytero.

Prima sent. negat de omnibus: S. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. ar. 1. ad 3. Bonav. ar. 1. q. 1. Richar. ar. 1. q. 1. Duran. q. 1. n. 5. Argen. q. vn. ar. 1. ad finem: Mayo. dist. 24. q. 1. Ca- preo. dist. 7. q. 2. ar. 3. & dist. 25. q. vn. ar. 3. §. Ad confir. qui negant. contrariam sent. appellat erroneam & contra determinationem Ecclesiæ, Sot. dist. 7. q. vn. ar. 11. ad 4. & dist. 25. q. 1. ar. 1. ad 2. Pet. Sot. de Sacr. Ordinis lett. 5. §. Quod igitur. Couar. l. 1. variar. resol. a. 8. n. 10. Pau. Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. n. 4. de Sacr. Ord. S. Thomæ fundam. non potest Pontifex non Episcopo committe, quæ immediatam relationem habent ad verum corpus Christi: at omnes Maiores Ordines imme- Minorib. diatam relationem habent ad verum corpus Chri- supponit. sti. Maior prob. Pontifex non habet maiorem potestatē supra corpus Christi, quâ simplex Sa- cerdos.

Secunda affirms de omnib. ita Aureol. apud Ca- affirmat de omnib. pro. in 4. dist. 25. q. vn. ar. 2. §. Contra eand. concl. Angel. Ordo 2. n. 2. modo ille, cui licentia datur, habeat ipsos Ordines, quos alteri vult dare, alias non: sequutus Innocen. IV. ab ipso cit. & glossam in can. Manus, de consecr. dist. 5. verb. Irritum, vbi, ex demandatione, inquit, Papa po- test quilibet conferre quod habet, vt Ordinatus Ordinem, quem habet, & Confirmatus Confirmationem; & glossam in can. Peruenit dist. 95. asserentem, posse Presbyterum ex delegatione Papæ conferre omnia Sa- cra. quæ ipse accepit. Eandem sent. docet Panor. cap. Quanto, de consuet. n. 9. Ex recen. Vasquez. dist. 243. cap. 4. Prepositus ad Sacr. Ordinis dub. 13. n. 12. 41. Pro- bat 1. Panor. olim Presbyteri regebant Ecclesiam, & Sacerdotes Ordinabant: ergo poterunt & nunc ex Pontificis delegatione, cum nihil exerceat Delegatus nomine proprio, sed delegantis. Probat 2. Vas- quez ex Conc. Antioch. cap. 10. in quo ex licentia Episcopi concedebatur Choropiscopis, qui, vt Damasus epist. 5. fuit, non erant nisi simplices Sacerdotes, collatio Diaconatus, & Presbyteratus: Qui in villis & vi- cisis constituti sunt Choropiscopi, rameti manus impositionem ab Episcopis, suscepserunt, & vt Episcopi sunt conse- crati, tamen placuit Sancta Synodo, scire eos operare, mo- dum proprium retinere, vt gubernare adiacentes Ecclesias sibi commissas, & esse contentos propria sollicitudine & gu- bernatione, quam suscepserunt. Constituere autem his per- mittitur, lectors, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus sufficiat tantum gradum licentiam accepisse, non autem Pres-

7.

In cordia, nonnulla difficultas.

alterum extra con- trou.

### An ex commissione Pontificis alius, quâ Episcopus, possit esse Ordinum Minister?

**N**egatiuam partem conspirant Catholici, 1. quoad Laicos, qui neque ex commissione Pontificis capaces sunt Ordines conferendi, cum careant potestate spirituali iure diuino requisitâ ad Ordines conferendos. An si Ordines Minores sunt ab Ecclesia instituti, eorum collatio laico committi possit? Negare videtur Vasq. dist. 243. cap. 3. Sed non video fundam. cum in hac sent. eorum collatio pendeat ab Ecclesiæ constitutione; nec sit, nisi extrinseca deputatio ad quedam officia, quam Ecclesia committere potest cuicunque: sicut teste Henrig. lib. 13. de ex- commu. cap. 24. n. 1. & dicā to. X. de censuris dist. 1. sect. 4. Potest Pontifex committere laico potestatē ex- communicandi: quia quæ pendent à voluntate Ecclesiæ, cuicunq; committi possunt, qui Ecclesiæ sub- iectus est. Dixi, qui Ecclesiæ subiectus est: nam an non baptizato hæc facultas committi possit, disputabo eod. to. Conspirant 2. non posse hanc facultatem committi Clerico Sacerdote inferiori, ad conferendos Ordines à Christo institutos, contra glossam can. Peruenit dist. 95. quæ concedit, posse Diaconum ex commissione Papæ conferre Diaconatum, non Presbyteratum: quia potest ei demandari, vt conferat Ordinem, quem habet, non quem non habet. At ratio com-

*ad non rario  
senjus.* Presbyterum, aut Diaconum audeant ordinare, prater conscientiam Episcopi Ciuitatis, vel Ecclesie, cui adiacens inuenitur. Vnde deducitur, sciente & consentiente Episcopo Ciuitatis, potuisse Choropiscopos Presbyterum & Diaconum ordinare. Idem colligitur ex Ancyro cap. 13 Choropiscopos uon license Presbyteros, vel Diaconos ordinare, sed neque Urbis Presbyteros, nisi cum licet ab Episcopo permisum fuerit. Probat 3. cum Concil. F. oren. dicat, Ordinarium Ministrum huius Sacrae esse Episcopum, indicat, extra-Ordinariu possit esse alium. Quid si semel concedamus, posse simplicem Sacerdotem ex commissione Pontificis conferre Subdiaconatum, aut Diaconatum, non erit maior ratio, eur non etiam Presbyteratum.

*3. Seminaria.* Tertia affirmit tantum de Subdiaconatu: Bellar. lib. 2. de Clericis cap. 17. ad finem, Henr. lib. 10. de sacr. Ordinis cap. 21. n. 1. & cap. 23. n. 2. Toleti in finem sum. de Ordine cap. 5. inclinat Suarez in 3. p. 10. 3. disp. 11. sect. 3.

*Fundam.* §. solū posset, Coninck disp. 20. de sacr. Ordinis dub. 9. concl. 4. & alijs. Fund. de hoc tantum Ordine legitur fuisse dispensatum, vt constat ex cit. Conc. Ancy. Antioch. ex Meldensi sub Sergio II. cap. 44. Ut Choropiscopus modum suum iuxta canonica institutionem tenet, neq; Ordines Ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi usque ad Subdiaconatum, & hoc ibiante Episcopo, & in loco, in quibus Canones designant, acero presumant. Ex Hilpal. 2. sub Bonifacio V. anno 657. in cuius cap. 7. Choropiscopis solū prohibetur, ne conferant Presbyteratum & Diaconatum.

*Verba bullæ.* Quarta cum Subdiaconatu admittit etiam Diaconatum, Presbyteratu tantum excepto: Suppl. Gabr. in 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. concl. 2. Hæc sent. nititur quādam builā, quā Innocen. VIII. concedit Abbatib. Ordinis Cisterc facultatem conferendi suis Monachis utrumque Ordinem, Diaconatum, & Subdiaconatum: vt referunt Emm. Roderic. to. 1. q. 18. ar 3. & Vasqu. cit. eamque seruati ait in Collegio Complut. Societ. IESV; Ne Monachi dicti Ordinis pro suscipiendis Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinibus, extra Claustrum hinc inde discurrere cogatur, tibi & successoribus tuis, vt quibuscumque dicti Ordines Monachis, alijs vero quatuor Abbatibus prefatis, ac eorum Successoribus, vt suorum Monasteriorum predicatorum Religiosis, quos ad id idoneos repeteritis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines biusmodi alias ritè conferre liberè & licite possitis, & possint auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore presentium de speciali dono gratia indulgemus. Data Romæ anno 1489. cuius priuilegij mentionem facit Nauar. lib. 5. Concil. de priuile. consilio 13. vbi disputat, an hoc priuilegio post Triden. prædicti Abbates uti possint.

Ad quod negatiū responder, non obstante, quod Gregorius XIII. eis confirmauerit omnia priuilegia, ijs exceptis, quæ Tridentino aduersantur: eo quod puret hoc aduersari Concilio sciss. 23. cap. 8. de refor. vbi decernitur, nullum ad sacros Ordines promouendum, nisi à proprio Episcopo, non obstante cuiusvis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij praetextu. In quo decreto includi Regulae de clarauit Gregorius XIII. vt referat sacra Cardin. Congreg. in cit. cap. statuitque, vt ab ijs Episcopis Ordines suscipient, in quorum Diœcesis habent monasteria, in quibus tunc degunt: quamvis à Sixto V. & Clemente VIII. fuerit declaratum, hoc esse intelligendum, quando proprius Episcopus Diœcensis adiit & Ordinationes habitatus est. Hinc soluitur quæcā obiectio, quæ contra hoc priuilegiū loget. Si hoc fuisset eis concessum, ne illud per defuetudinem amitterent, vterentur etiam num in ijs talenti locis, in quibus Concilium non est acceptatum. Nam esto in ijs locis eo ut possint, tamen nolunt, vt tanquam Obedientes filij vniuersalis Eccle-

*Obiectio cōtra priuile  
gium inno  
væ II. Abba  
rie. Cister  
censes soluissimæ.*

sæ legibus se perfeciū conforment. Quamquam nobis non constat, An aliquando post Tridentinū prædicti Patres sint eo usi. In hac igitur opinantium varietate, meam sententiam breuiter explicabo sequentibus assertionibus.

Dico 1. Nequit Presbyteratus ex commissione

Pontificis à simplici Sacerdote conferri. Potissimum fundam. nullum de hac commissione extat in tota Ecclesia certum Parum, aut Concil. testimonium.

*Conclusio  
de presbyte  
ratu.*

Nam quod Choropiscopis liceret Presbyteros ordinare, mihi valde dubium: tum quia talis commissio, aduersariis etiam fatentibus, à simplici Episcopo fieri nequit. Tum maxime, quia, ut probabilius existimo, Choropiscopi tales non carebant potestate Episcopali, ad sacros Ordines conferendos sufficienti. Nam hi minimū erant ab uno Episcopo consecrati, ut cit. Concilium, & Damasus not. epist 5. testantur: Episcopus autem ab uno tantum Episcopo urgente necessitate consecratus, erat verus Episcopus, ex constitutione Apostoli Simonis Cananæi, quam refert Clemens Rom. lib. 8. Apost. constit. cap. 27. & ex cit. Concil. Antioch. Tametsi manus impositionem ab Episcopis suscepere, & ut Episcopi sunt consecrati. Nec te moueat, quod dicat ab Episcopis in plurali; quia de plurib. Choropiscopis præcesserat sermo, consequenter de pluribus Episcopis dixit, non simul consecrantibus, sed singulatim, vt suus cuiq; Choropiscopo consecrando responderet Episcopus consecrans: ex eod. can. qui concluditur: Choropiscopus autem ab Episcopo Ciuitatis vel loci, cui idem adiaceat, ordinandus est. Hoc autem iudicium, quantum ad necessitatem Consecrationis ab uno tantum Episcopo, esse potuit penes Episcopum Ciuitatis, seu Diœcesis, qui spectatè penuria Episcoporum, & utilitate Ecclesiæ ruin, poterat ipse solus Episcopum ordinare, qui sibi coadiutor foret in certis Episcopalibus actibus. Qui sic consecratus sufficientem quidem potestatē haberet, presbyteros ordinandi, eos tamen licet ordinare non posset, nisi de licentia Episcopi Ciuitatis. De his Choropiscopis loquuntur Ancyra. & Antioch. De chorpiscopis Damasus verò solū de Choropiscopis, qui sc̄i sc̄opis ab quo ne villa urgente necessitate ab uno tantum Episcopo consecrati fuerant. Etenim, cum in his deficeret conditio in consecratione Episcopi ab Apostolo immiscentibus requisita, & ab Ecclesia usque ad ea tempora in precipnis seruara, non accipiebant potestatem Episcopalem, officiis pastoralibus consequenter non erant habiles ad Presbyteros ordinandos. Quia verò progressu temporis tales Choropiscopii cooperunt in solecere, & absque Episcopii licentia contra inhibitionem, vetita munia obire, cum non leui offensa Episcopi Ciuitatis, atque eius dignitatis læsione; constitutum fuit, vt nullus deinceps Episcopus, neque urgente necessitate, nisi à tribus Episcopis consecratus potestatē haberet sacros Ordines conferendi. Hoc autem statutum videtur paulò ante tempora Damasi: quod ipse postea confirmavit, vt ex eius epist. colligitur. Quare post ipsum nunquam legitur, Choropiscopos, etiam scientie Ciuitatis Episcopo, Diaconatum, aut Presbyteratum contulisse. Floruit autem Damasus anno 367. Concil. Antioch. celebratum est sub Julio 1. qui Ecclesiam rexit 336. & adhuc anteā fuit Ancyra. sub Syluestro, electo anno 314. Quæ varia ab Ecclesia fieri potuit, etiam Episcopi consecratio fuerit à Christo instituta: sicut facta est in materia & formis reliquorum Ordinum, vt to. 7. disp. 2. sect. 4. Vbi etiam rationem dedi: quia Christus in consecratione Episcop. non determinauit certum modum in specie, quo essent consecrandi, sed solū in determinata genere, reliquo modo quoad speciem ab Ecclesia determinando. Instituit igitur Christus, vt Episcopo ab Ecclesia.

pus

pus nonnisi ab Episcopo; hoc enim postulat dignitas Episcopatus naturali id etiam dictante, ut iuxta Apostol. ad Hebr. 7. non sit maior à minori benedictus. Modus autem quo esset consecrandus à duobus tribus, sive pluribus, liberum reliquit Ecclesiæ pro circumstantiarum exigentia. Sicut pro uno tempore clandestinus contractus fuit, Ecclesiæ non repugnante, sufficiens pro sacram. Matrim. eiusdem Ecclesiæ iudicio, post Triden. insufficiens, ut ibid.

10. Vna diffic. Damasus non solum vetuit, ne Chorerepiscopi Presbyteros & Diaconos, sed ne Subdiaconos ordinarent: cùm tamen tempore Concilij Meldensis, & Hispal. II. quæ multò post celebrata fuerant, illud sub Sergio II. an. 844. hoc 617. dabatur Chorerepiscopis potestas Subdiaconos ordinandi, ut supra. Nec dici potest, id fuisse à Damaso sub præcepto tantum prohibitum: nam expressè in not. epist. ait, reiterandum esse Ordinem ab eis collatum. Rcp. I. irritus fuit Subdiaconatus à tempore Damasi à Chorerepiscopis propriâ non Pontificis auctoritate collatus, cuius auctoritate præsumitur concessum tempore Sergii II. & Bonifacii V. ita explicatur Alex. III. cap. vn. de Ordinatis ab Episc. qui renunciat Episcopatu, ubi ait, Subdiaconatum, vna cum Minoribus à non Episcopis quandoque confitri. 2. aliqua in dicta Epist. à Damaso solum prohibetur ut illicita, inter quæ est Subdiaconatus à Chorerepiscopis collatus, ut Christinæ Baptizandorum frontes signare, populum benedicere, infantem præsente Episcopo baptizare, coquæ præsente & non inbente, Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi confidere, populum docere, eumque adhortari: aliqua ut irrita. Hoc testimoniū quod nunquam in Ecclesia legatur, Presbyteratus collatus à simplici sacerdote, eti negatiuum, maximum tamen habet pondus: nam quod in tot sæculis, in tanta temporum rerumque varietate, nunquam factum est, habetur pro impossibili. Accedit ratio ex Paulo ad Hebr. 7. Quia decet minorem à Maiori benedici: cùm igitur Presbyter non sit maior Presbytero, non cecuit ab æquali benedici & consecrari. Et quia Christus, ut de reliquis Sacra. constat, vsu ac more humano se accommodauit, etiam in hoc credendus est, ut non nisi à Maiori Presbyter consecraretur. At hoc modo, inquires, neque Episcopus consecrari posset ab Episcopo. Negatur sequela: quia cùm in hierarchia Eccles. non sit superior Episcopo, sit Superior Presbytero, maior ratio fuit, cur posset Episcopus ab Episcopo, non Presbyter à Presbytero consecrari: alioqui Episcopus nullum haberet consecrantem.

11. Dico 2. Probabile est, non solum Subdiaconatum, sed etiam Diaconatum posse ex commissione Pontificis à simplici Sacerdote conferri. Assertio quoad subdiaconatum est communior in Scholis: Qui putant, hunc Ordinem non esse à Christo, sed ab Ecclesia institutum, dicere tenentur, illum non minus quam Minores 4. à simplici Sacerdote conferri posse. Contrà verò, qui censem, illum esse à Christo institutum, non cohærenter, me iudice, huc concedunt, Diaconatum negant, à simplici Sacerdote conferri posse: cùm nullum ex natura Ordinum assignari possit sufficiens discrimen. Neque satisfaci. si dicas, in Subdiaconatu sèpè legitur fuisse dispensatum, ut ex præcitatibus Concilijs constat; in Diaconatu numquam: nam in ijs concilijs non habetur, quod Subdiaconatus collatus fuerit à Simplici Sacerdote, sed à Chorerepisco, qui, ut supra, non erat simplex Sacerdos, sed Episcopus ab uno saltē

Episcopo consecratus, propter Ecclesiarum necessitatem. Testimonium ad hoc probabiliter verendum est citatum priuilegium ab Innocentio VIII. Casu. n. 12 concessum Patrib. Cisterci. in quo uterque Ordo <sup>neque ha</sup> ab illis conferendus conceditur. Et sane spectata <sup>few. ep. p. t. f. i. f. i. f.</sup> intrinsecā naturā horum Ordinum, non est maior ratio, quæ potuit Pontificem mouere ad unum potius, quam ad alium concedendum, positâ probabilitori & cōmuniōri sent. quod uterque sit à Christo institutus. Negare autem, hoc priuilegium fuisse illis Abbatibus concessum, imprudentis animi est; asserere, Pontificem in eo concedendo errasse, effrontis est temeritatis; Confir. si semel admittatur, posse Simplicem Sacerdotem ex commissione Pontificis conferre Ordines Minores, non obstante, quod sint vera Sacraenta à Christo instituta: nō erit maior ratio, cur non possit etiā Maiores, Presbyteratu inferiores. Nec S. Thome ratio conuincit, <sup>Ad rationem</sup> quod Maiores proximè referantur ad corpus Christi. D. Th. Iti verum: 1. quia solus Presbyteratus, proximam relationem habet ad Christi corpus; priores duo, nonnisi remotè ad ministrandum Sacerdoti sacrificanti. 2. esto, Diaconatus & Subdiaconatus proximè referantur ad corpus Christi, Minores verò tantiū remotè, adhuc nullā efficaci ratione probatur, cur qui proximè, & non qui remotè ad Christi corpus referuntur, possint ex commissione Pontificis à simplici Sacerdote conferri.

Infertur 1. non posse hanc facultatem committi ab Episcopo, sed à Pontifice tantum, vt to. 7. dixi 12. de Sacra. Contirm. tum quia nunquam legitimus, Corollaria eam commissam fuisse ab Episcopo: & si uspiam <sup>dmo.</sup> legitur, id præsumitur factum ex concessione Pontificis: tum quia soli Pontifici, vt Vicario Christi communicata est plenaria potestas circa ea, quæ ad Ecclesiam spectant, & non sunt contra fundamenta à Christo posita. Secundò, invalidus esset Ordo sine tali commissione à Simplici Sacerdote collatus, cùm sit contra institutionem Christi. Ad fundamentum primæ, patet ex Confirmatione in secunda assertione. Ad fundamen- <sup>Ad funda-</sup> tum secundæ, ex probatione primæ asser- <sup>menta au-</sup> trationis, falsum quippe est, quod Panormitanus sup- <sup>sem.</sup> ponit, olim Simplices Sacerdotes Ecclesias gubernasse: videtur enim hic delabi in sententiam suprà impugnatam, quod Episcopus non sit Sacerdote Superior. Falsum quoque est, id, quod Vasquez ut certum supponit, Chorerepiscopos fuisse Simplices Sacerdotes, eosque sufficienti potestate caruisse, etiam eos qui propter necessitatem Ecclesiarum erant ab uno Episcopo consecrati, Presbyteros & Diaconos ordinandi. Quod autem Florentinum dicat, Episcopum esse Ordinarium Ministrum huius Sacramenti, libenter admitto: non tamen sequitur, extraordinarium Ministrum omnium sacrorum Ordinum ex commissione Pontificis, esse Simplicem Sacerdotem. sed sat est, si sicutaliquorum. Fundamentum tertium solutum suprà.

## DISPUTATIO XXIV.

De ijs quæ ex parte Ministri requiruntur, ut Ordo ritè ac licetè conferatur.

**C**ERTVM, requiri ut conferens sit in statu gratiæ: graue quippe sacrilegium committit, Ordinans cum conscientia mortalis; neque ad id sufficit contrito, sed necessaria est confessio, ob sacrificium Missæ, quod in collatione Ordinum celebratus est. Vnde duplicitis peccati reus fit Episcopus, qui cum conscientia lethalis culpæ Ordines confert, ratione duplicitis Sacra, quod indignè administrat. Sufficeret sola contitio, si altero celebrante, ipse Ordines solùn conferret: quod an licetè fieri possit, infra. An peccet, primam tonsuram cum conscientia mortalis conferens? Negant pars verior: quia cùm hæc non sit Ordo, non tenetur in statu gratiæ illam conferre, sed ea sola, quæ per modum Sacramenti ordinantur ad homines sanctificandos, to. 7 disp. 9. sect. 1. Ne Episcopus etiam ut fidelis dispensator bonorum Ecclesie, tenetur sub mortali moralem adhibere diligentiam, ne indigni ad Ordines promoueantur, ita monet Trident. *sess. 2. 3. cap. 7. de refor.* ut Ordines collaturus feria quarta ante ipsam Ordinationem, vel quando Episcopo videbitur omnes Ordinandi ad Civitatem evocentur. Episcopus autem Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis Diuina legis, & in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi affectis, Ordinandorum genus, personam, etatem, instructionem, mores, doctrinam, & idem diligenter inuestiget & examinet. Postea tamen Episcopus, ut sacra Congreg. declarat in cap. 5. cit. *sess. 23.* circa regulares esse contentus quoad vitam & mores, testimonio suorum superiorum. Neminè Minoribus iniiciet, quem non scientia spes Majoribus Ordinibus dignum offendat: & binon nisi post annum à susceptione postremi gradus Minorum Ordinum ad sacros promoueantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, ipsius Episcopi iudicio, aliud exposcat, ut eadem sacra Synodus cap. 11. monet. Nec primam tonsuram conferat, qui saltem fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere & scribere nesciant, & quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præsent, hoc vita gensis elegisse, ut cap. 4 idem tertio: ne Celericum sibi non subditum, sine licentia proprij Episcopi ordinet, sub poena suspensionis à collatione Ordinum per annum, Trident. *cap. 8. pœnam Henr. lib. 10. de Ordinis Sacr. cap. 21. n. 4. in Scho. lit. X.* limitat ad Ordines sacros. Sed sacra Congreg. declarat id intelligi de omnib. Ordinib. tam sacris, quam Minoribus; non de prima tonsura, quæ non est Ordo. Ipse verò Ordinatus, ut *ibid.* suspenditur ab execuzione Ordinum, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedite. Ad hanc autem pœnam ab Episcopo incurriendam, requirit Gregorius X. in cap. Eos qui de temp. Ordin. in 6. scienter, seu affectata ignorantia, vel quocunque alio figura quæsto, ordinare presumat. Iuxta quam Pontif. declar. intellige. Trident. cuius finis est, antiquos canones renouare. Vnde hanc pœnam non incurrit, qui vel crassâ ignorantia, vel probabili ratione ductus, putat, se posse alienum ordinare. Ab hac lege Tridentinum excipit Episcopi familiarem, quem etiam non subditum ordinare potest, si per triennium cum eo commoratus fuerit, & beneficium, cessante fraude, statim re ipsa

illi conferat, cap. 9. Notat Sanchez lib. 7. consil. cap. 1. dub. 20. n. 24. quem sequitur Diana par. 4. tract. 4. resol. 135. familiares familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi aluntur, dici familiares Episcopi, sicut familiares familiarium Cardinalis dicuntur familiares Cardinalis; proinde etiam hoc privilegio gaudere. Idem notat, si Episcopus in sua diœcesi beneficium talibus conferat, statim posse, non expectato triennio eos ordinare: quia per beneficium domicilium acquirunt in ipsis diœcesi.

**Q**uarto: non potest Episcopus duos sacros Ordines vñā die eidem simul conferre. *cap. Literas, &c. die ita Dilectus, de tempor. Ordin. quod renouat Trident. sess. sacri ordines 23. cap. 13.* etiam respectu regularium, priuilegijs quibuscunque concessis non obstantib. Neque id poterit, continuato ieunio Sabbati, vsque in seq. diem Dominicam, eo quod, ut Pontifex *ibid.* propter continuationem ieunij fictione Canonica, siue mane dies Dominicæ trahatur ad Sabbatum, siue Vespa Sabbathi ad diem Dominicum referatur, manè cum vespera seu vespera cum manè, ad eundem diem pertinere dicerur. Quo fit, ut qui priuilegium habet per extra tempora duos sacros ordines duobus diebus continuis accipiendi, non possit die Sabbati vnum, & continuato ieunio alterum die seq. Dominicō suscipere: quia fictione iuris reputatur vna dies; Secus ieunio non continuato. Minores verò vñacū prima tonsura possunt eadē die Dominicā, vel alio quous festo feriato die conferri, etiam extra Missarum solemnia, ex c. *De eo, de tempor. Ordin. Tudentino sess. 23. c. 11. ex Pöficiali & ex bullâ Pauli V. cirandâ.* Notat autē Card. Congregatio in cit. *cap. 13.* vbi ex consuetudine cum quatuor Minorib. simul conferri Subdiaconatū, Ordinatum non suspendi ab executione suscepti Ordinis Subdiaconatus, quæ est poena imposita Ordinatis *cit. cap. Literas.* Cæterum cùm dicitur, Ordinatus duos sacros Ordines simul eadē die suscipiens, suspendi ab Ordine, intellig. ab ultimo tantum, non à primo, ut Suarez to. 5. in 3 p. *disp. 31. n. 40. ex citat. cap. litteras.* Nam primus legitime suscipitur. An hanc pœnam suspensionis incurrat Episcopus, qui die Sabbati Sacerdotio iniciatus, die Dominicō, continuato ieunio, Episcopus consecratur? Respondet cit. Suarez cum Andrea & Abbate negatiuè. Addunt, posse eadem die Dominicō continuato ieunio consecrati in Sacerdotem & Episcopum. Ducuntur, quia citata capitula solidū loquuntur de Ordinibus infra Episcopalem. *5. Iuxta Trident. sess. 22. cap. 8.* monet ut sacros Ordines in Cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibus que Ecclesiæ Canonici, publicè conferat: sin autē in alio Diœcesis loco, præsente Clero loci, dignior quantum fieri poterit Ecclesia aedatur. Cæterum non prohibetur, quin possiat in priuato Sacello conferri, modò sint præsentes aliqui Clerici, ut iuxta Concilij monitum dici possint publicè celebrati. Excipitur tempus interdicti, quo nequit Episcopus publicè, sed priuatim Ordines conferre. Prima tonsura dari potest quocunque loco, die, & horâ, ut Pontifical. Minores in quous loco, extra Missarum solemnia, sed non nisi manè, ut *idem.* Maiores non nisi inter Missarum solemnia.

**S**ecundum Trident. *sess. 23. cap. 4.* Episcopus primâ tonsurâ non initier, qui sacram Confirmationem *Dubiat.* non suscepit: An hoc sit præceptum, an tantum monitio? Communior sent. affirmat, esse tantum monitionem: cùm nullum sit verbum præceptuum, & aliunde hoc sacra perse fidèles sub præcepto non obliget neque necessarium sit ad Ordines suscipiendos. Confir. Apostoli fuerunt in ultima coena Sacerdotes consecrati, cùm tamen nusquam habeamus, quod

1.  
Premittuntur  
sacra.

Dubium de  
tonsura.

2.  
Cessum  
pariter.

3.  
Pœna à  
Trident per  
param limi-  
tata ab  
Henr.

4.

*Nec uno  
Dilectus, de tempor. Ordin. quod renouat Trident. sess. sacri ordines 23. cap. 13. etiam respectu regularium, priuilegijs quibuscunque concessis non obstantib.*

5.  
*De loco con-  
ferendi  
Ordinat.*

6.  
*Dubiat.*

quod prius fuerint confirmati. Nam esto, probabile sit, ex Fabiano Papa *to.7. disp. 13. sect. 1. sacram.* Confirm. fuisse in ultima Cœna à Christo institutā, haud tamen fuit Apostolis collata, sed solum explicatum, quo pacto deberent illam post Christi resurrectionem Episcopi creari alijs conferre.

7.  
Tempora  
statuta.

Festum fori  
& chori.

Nulla con-  
fuetudo  
præualeat.

8.  
Dubium I.  
Insinuat  
Prepos.

Probari  
possit.

Septimō : non potest Episcopus absque speciali facultate Pontificis sacros Ordines conferre extra tempora à iure statuta : sc. Sabbathā quatuor anni temporum, Sabbathū ante Dominicā passionis, & Maioris Hebdomadæ ante festum paschæ. Ita *Gelasius ad Episc. per Lucaniam epist. 1. & refertur can. vi. disp. 75. & cap. De eo, de temp. Ordin.* potest tamen Minores conferre Dominicis vel alijs festiis diebus, ut *ibid.* & ex recepta consuetudine feria 4. vel 6. Sabbathū ordinationum præcedente. Festum autem hīc intelligitur etiam Chori. Notant *Sylves. verb. Ordo. 2. q. 6. & Henrig. l. b. 10. de Sacr. Ordinis cap. 12. n.* 2. posse Episcopum sacros Ordines conferre die Dominicō, Sabbathū Ordinationis subsequente, si ieiunium continuetur, quod non necessariō debet esse naturale, sed sat est Eccles. ut *Sylves.* contra *Henrig.* docet; & subicit causā : si inquit *Sylves.* Ordines non potuerunt præcedente Sabbatho conferri. An collato uno sacro ordine die Sabbathi vni, possit cōtinuato ieiunio, alium sacrum ordinem, alteri conferri? Resp. affirmatiū, si causā subicit; solum enim prohibetur ne eidem duo sacri ordines conferantur. Porro hanc legem de ordina. quoad statuta tempora *Alex. III.* adeò voluit inuiolabiliter ab Episcopis seruari, ut nullum contra eam admiserit consuetudinem, *cap. sanè, de temp. Ordin.* vbi mandat Episcopo Horford. ut consuetudinem, quæ inuauerat in quibusd. Ecclesijs Scotiæ, & Valliæ, promouendi Clericos ad sacros ordines in dedicationibus Eccles. vel altarium tamquam inimicā institutioni Eccles. penitus tollat. Vbi etiam indicat pœnam tam ordinantis, quam ordinatorum extra tempora, quæ est suspensio à collatione ordinum respectu ordinantis, & ab executione Ordinis suscepiti respectu ordinatorum. Quam pœnam confirmat *Vrbanus III. cap. Cum quidam eod. n.* quam *Triden. sect. 23. cap. 8. de refor.* quoad Episcopum limitat à collatione ordinum per annum. Isdem temporibus, quibus potest Episcopus Minores ordines conferre, possunt & Abbates suis Regularibus, cum quibus possunt in interstitiis, sicut Episcopi cum suis, dispensare.

D V B I T A T V R I. An possit Episcopus alio celebrante sacros ordines conferri? Affirmant. *Præpositus de Sacr. Ord. dub. 15. n. 150.* (si memini) & *Diana;* quia nullum habet Episcopus præceptum, ut sacros Ordines se celebrante conferre debeat: nec ullam naturalem connexionem ordinum collatio habet cum Missæ celebratione: alias extra illam collati, essent irriti, quod nemo dixit, nec audeat, nec ullibi talis cæteriaæ mentio fit: at fieri debuisset, si necessaria esset. Nec vlla huius institutionis apud Concilia & Patres mentio fit: nec colligi potest ex facto Christi, qui discipulos Sacerdotes ordinavit in ultima cœna, ipso celebrante: nam non omnia, quæ Christus fecit, sub præcepto Apostolis seruanda commisit: ex verbis *Luce 22. Hoc facite in meam commemorationem*, summum colligitur præceptum sacrificandi, non ordines conferendi; liquidem in sacrificio, non in ordinum collatione, memoria passionis recolitur: nec tempore Apost. nec in vlo Cōciliorum talis lex habetur: imò in Carthaginensi IV. anno 398. exactissimè præscribente modum, quo debeant ordines conferri, à quo Pontificale Rom. omnia mutuatum est, quæ in illis seruat, nulla celebra-

tionis Missæ mentio fit: nec Trident. minutissimè describens omnia, quæ ad celebritatem huius Sacr. seruanda sunt, ullum de hac re verbum habet. Neque hoc ipsum à Pontificali sub præcepto seruandum Episcopis mandat.

Negatiua pars tertia & verior. Ducor, quod in re <sup>9.</sup> Confessando momenti non licet, absque graui peccato à legitimo communi & antiqua Ecclesiæ praxi discedere. Esto tempore igitur nullum sit præceptum naturale, Diuinum, aut præsterna humanum: est tamen hoc vniuersali Ecclesiæ consuetudine tot sacerdorum spatio continuara, aded <sup>vim legi obligatio habet.</sup> ubique receptum, ut meritò censeatur præcepti vim obtinuisse. Multa enim obligant ex sola consuetudine, legitimo tempore præscripta; ut quod Religiosi factis iniciati te neantur Canonicas horas recitare: quod non liceat eadem die bis extra Missam communicare; quod ieiunandum sit die Sabbathi ante Pentecosten: nec solum consuetudine habemus, quod non nisi Episcopo celebrante, ordines conferantur, sed etiam quod non nisi in Missarum solemnibus tradantur. Et quis negabit, hanc consuetudinem tanto tempore in Ecclesia seruatam, & à tot Pontificibus ratè confirmatam, ad instar legis sub mortali obligare? Quare si ea tantum volumus vim obligandi habere, quæ expresso superioris præcepto iniunguntur, neque Episcopi obligabuntur sacros ordines inter Missarum solemnia conferre, cum neque de hoc expressum habeant præceptum, sed solum consuetudinem. Dices: saltē contraria sententia authoritate probabilis, & in praxi tuta. Resp. neg. antec. iuxta ea, quæ *to. 3. disp. 15. de regulis extrinsecis actuum hum. sect. 4.* Nam vt *ibi cum Nauar.* probabilitas opinionis, non tam pensanda est ex numero opinantium, quam ex pondere & examine rationū. Quo fit, ut ad opinionem probabilem faciendam, unus Doctor sufficiat, qui rem ex professo & diligenter discutit, rationes in contrarium afferendo, easque pro virili soluendo; non sufficiat autem multi, qui rem absque examine pronunciant, sed vt *Nauar.* ait in *sum. cap. 27. n. 289.* velut aues aliam voluntem sequuntur. Cū igitur hi rem hanc ex professo non examinant, sed simpliciter pronuncient, eam licitam esse, eo quod prohibita non sit: qui tamen si eam accurate examinassent, & vim præscriptæ consuetudinis in te tanta perpendissent, non tam facile id asseruissent; dicendum est, non posse hanc sententiam eorum authoritate reddi probabilem, & in praxi securam, cui aperte obstat tam diurna consuetudo, tanto tempore præscripta, ab vniuersa Ecclesia seruata, & à Pontificibus approbata. Et per hæc patet ad argumenta, quæ singi possint supra alata sunt.

II. An possit Episcopus sibi non subditum sine dimissoriis ordinare, & cuius sit dimissorias concedere? Prior pars facilis est: quia cū nequeat Episcopus Clericum sibi non subditum ordinare, cuius ordinatio à Cōcilio Nicæno, ut refertur *can. Siquis, disp. 71.* dicitur irrita sc. quoad ordinis suscepti executionē, requiritur licentia proprii Ordinarii eius, qui initianus est, quæ per literas dimissorias ad Episcopum initiatū directas, dari solet: cum quibus addūcuntur literæ testimoniales, quæ de natali, vita & moribus ordinandi apud Episcopum ordinaturum fidem faciant. Posterior difficilior est, quis *Posterior pars diffi-* possit dimissorias literas concedere?

Primò certum est, eas concedere posse tam Episcopum Originis, quam domicili, quam beneficii, omnes enim isti sunt proprii initiandi Episcopi, cap. *Cum nullus, de tempor. Ordina. in 6.* Est autem Episcopus Originis, Episcopus loci, unde oriundus est ipse initiandus, licet ibi non habiteret, domicili, in cuius

cuius Diœcœsi Ordinandus fixum habet domicilium. Dixi fixum: quia non sufficit, ut ibi habuerit animo aliò transiundi. Beneficij Episcopus, est in cuius Diœcœsi Ordinandus habet beneficium, quamvis tenuerit, vt Henriquez lib. 10. cap. 22. n. 2. & Joanne Præpolitus de Sacramento Ordinis dub. 14. n. 136. docent. Secundò: hanc facultatem expediendi dimissorias concedit Bonifacius VIII. prædicto cap. Cām nullus etiam Vicario Generali in spirituilibus, Episcopo in remotis agentes, quam facultatem in una prætermisla in caput 11. sess. 23. Tridentini, ampliat sacra Cardinalium Congregatio, vt possit Vicarius habens generale mandatum in forma, absente Episcopo, concedere dimissorias ad Ordines, remittere interstitia, & vti facultate Episcopo concessa in cap. 13. circa restrictiones temporum Ordinandorum. Tertio eadem facultas conceditur Capitulo, sede vacante, post elapsum annum ab obitu Episcopi, & non ante, sub pena interdicti, respectu Capituli, & priuationis privilegij Clericallis, respectu Ordinatorum, si in Minoribus, vel suspensionis ab execuzione Ordinum ad beneplacatum futuri Prælati, si in Maioribus fuerint ordinati: vt haberur in Tridentino sess. 7. cap. 10. de reformatione & sess. 23. cap. 10. declarat autem sacra Congregatio, posse sede vacante Capitulum etiam ante elapsum annum concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & Ordines conferendi, tam Clericis illius Diœcœsis, quam ex exteris habentibus dimissorias suorum Episcoporum.

Difficultas est de Abbatib. qui habent priuilegiū suis subditis regularibus Minores Ordines concedendi: quod non est illis per Triden. sublatum, vt ex cap. 10. sess. 23. bene ita relatio colligitur.

*Quoad Abbatibus, sed non de ordinariis.* Distinguо: si vera est sent. Henr. Concilium sess. 23. cap. 8. prohibens, ne nullus cuiusvis priuilegij praetextu, ab alio, quam à proprio Episcopo ordinatur, solum prohibere quoad Ordines sacros; cum ibi non nisi de Ordinatione sacrorum loquatur; possunt hi Abbates dimissorias quoad Minores Ordines suis Subditis Relig. concedere, vt à quocunque Episcopo ordinantur, nam respectu Minorum Ordinum ipsi sunt Ordinarij, quippe quos conferre possunt suis Religiosis, non minus quam Episcopi propriis subditis: secus dicendum, si iuxta sacrae Congreg declarationem, caput cit. intelligatur etiam de Minoribus Ordinibus.

Quoad Prælatos quasi Episcopalem iurisdicōt, in suis subditos exercentes: pro parte neg est decretum Triden. sess. 23. cap. 10. vbi prohibetur Abbatibus & alijs quibusunque quantumvis exceptis, ne imposterū licet, etiam si nullus Diœcœsi, vel exempli esse dicantur, literas dimissorias Clericis secularibus, vt ab alijs ordinantur, concedant, sed horum omnium Ordinatio, seruatis omnibus, que in huius Sancte Synodi decreto continentur, ad Episcopos, in ira quorum Diœcœsi fines existant, pertineat: nō obstantibus quibusvis priuilegijs &c. sub pena, vt huiusmodi dimissorias contra formā decreti cōcedentes ab officio & beneficio per annum sint ipso iure suspensi, & Ordinati incurant eandem pœnam, quam qui per dimissorias à Capitulo sede vacante ordinantur. Accedit sacrae Congreg. authoritas, que in cap. 10. sess. 7. declarat, non licere Capitulo Canonorum dimissorias concedere, etiam si territorio habeat distinctum & exemptum, ob immemorabilem possessionem, & sint iudices ordinarij, vti s. Iulij 15. respōsum fuit Salmonensis Episc.

Hæc sententia, & vera quoad eos Prælatos, qui plenam & omnimodam Episcop. iurisd. in suis subditos non habent, nam si qui nomine Exemptorum

vi huius Decreti excluduntur, minimum hi excludendi sunt: Quoad Prælatos vero, qui omnimoda iurisdicōt, in suis subditos exercentes, quique ab Episcopis non discriminantur, nisi solā ac purā consecratione, & potestate exercendi actus ordinis Episc. vt sunt, qui ius plenum habent visitandi in distinto Territorio, soli Pontifici subiecto, Synodus cogēdi, parochos instituendi, ac déponendi, cōfessarios ad cōfessiones audiendas approbādi, certos casus sibi reseruādi, à votis Episcopis reseruatis absoluēdi, casus matrim. decidēdi, & reliqua ad iurisdicōt. spectantia, independenter ab Episcopo dioecesano, verius existimo, posse Clericis sibi subiectis dimissorias concedere, vt à quocunque Episcopo ordinantur: ita Grauan. in Enchir. Episc. ver. Litera dimiss. nu. Prob. anno 7. pro qua refert, ita decisum fuisse in Rota Salmant.

9. Maij 1594. coram Seraphino:Barbosa in Collect. Trident. sess. 23. cap. 10. n. 14. pro qua multos refert. Ratio: tales Prælati in omni rigore iuris dicuntur Ordinarij, quia habent ordinariam potestate in distinto territorio, sibi à Pontifice assignato, vt in propria Diœcœsi exercendi insuos subditos omnes actus iurisdicōt. non minus quam Episcopi in sua. Vnde quoad actus iurisdicōt. æquiparantur Episcopis: & consequenter, quod Episcopis ordinariā potestate conceditur, concessum intelligitur & his, nisi fiat expressa exceptio. ita Sacra Card. Congreg.

in cap. 18. de resor. sess. 24. n. 38. Ex hoc verbo Ordinarius,

Hanc doctrinam intelligitur hoc decretum locum habere etiam in aliquibus confirmant inferioribus Prælatis: Siquidem inferior Episcopo, sed qui Carden.

omnimodam habet iurisdictionem Episcopalem, nec alicius

subditur, sed est immediate Sedi Apostolica subiectus, nullius

Diœcœsi proprium territorium habens, si habet ius congregandi Synodum & legitime consuet illum congregasse, & elegisse Examinateores (est autem decretum de exami-

nandis ad Parochialia beneficia, quod ius solis E-

piscopis Concilium committit) poterit concursum in-

sistuere, examinare, & Oeconomos, Vicarios deputare, de-

nique omnia illa, que per hoc decretum Episcopopracipiū-

tur, prestare. Confir. homine Episcopi in omni rigo-

re quoad actus iurisdicōt. intelligitur electus & con-

firmatus, et si non sit consecratus: Sed huiusmodi

Prælati quoad actus iurisdicōt. sunt in suo territo-

rio vt Episcopi electi & confirmati, non consecra-

ti: quia sunt à Pontifice constituti cum plena &

omnimoda potestate exercendi in territorio sibi

ab eod. assignato omnes actus iurisdicōt. quos Epis-

copis electus & confirmatus nondum consecra-

tus exercet in sua Diœcœsi: cumque hic sit tantum

actus iurisdicōt. sequitur vi potestatis, quam à Po-

nitifice habent, posse dimissorias literas suis subditis

concedere. Denique Bonifacius VIII. Cūm nullus, Aliaratio:

de tempor. Ordin. in 6. concedit, vt suprā, Vicario

Generali, in spiritualibus facultatem expediendi

dimissorias, absente Episcopo: quæcumq; Saera Congreg.

ampliat ad reliqua, quæ tali casu possit Epis-

copus. Sed tales Prælati sunt Vicarij Pontificis in

toto territorio: in quo ab eo sunt positi vt Spi-

rituales animarum Pastores.: Ego saltem vt Vicarij

Pontificis prestare possunt ea omnia, quæ possunt

Vicarij Episc. in eorum absentia; cūm nō debeant

esse deterioris conditio[n]is. Confir. Ideo Vicarij

Episc. possunt dimissorias concedere, quia faciunt

vnum tribunal cum tribunali Episc. proinde quid-

quid ipsi contendunt, aut agunt, concedere, & age-

re censemunt nomine suorum Episc.

Cūm igitur hi

Prælati nō agnoscant aliud tribunal, cūm immediatae subiulantur, quam Pontificis, quidquid a-

gunt, agere censemunt nomine Pontificis, vicenti

cuius gerunt in loco, in quo ab ipso positi sunt.

An tales Prælati possint suam iurisdictionem al-

bium:

D d d teri

16.  
Coroll.

terti delegare? si illam habet ut Vicarij Pontificis, nequeum illam subdelegare, ut de Vicarius Episc. Sed quidquid sit de Vicario Episc. de quo *10. seq.* longe dispar est ratio de Vicario Pontificis: tum quia facultas a summo Principe delegata, potest alteri subdelegari, quando ea a Principe non committitur industria personae, ut fert communis Justitiae sent. eo quod gratia Principis est amplè interpretanda: tum quia haec facultas his Praelatis conceditur ut ordinaria, sc. ut annexa Officio Pastorali. Infero, posse huiusmodi Praelatos dimissorias concedere illegitimitate sibi subditis, ut ad Minorum Ordines, non ad Maiores prosthodantur. Ratio: possunt Episcopi, ex cap. 1. de filiis Presby. cum suis subditis illegitimis dispensare ad Ordines Minorum: ergo etiam Praelati plenam iurisdiccionem habentes: cum hic sit actus iurisdic. in qua non sunt Episcopis inferiores Ceterum ex peculiari priuilegio à Sixto IV. habent Fratres Minorum Conuentuales S. Francisci facultatem dispensandi cum suis religiosis illegitimis, ut possint ad quoscumque etiam sacros ordines promoueri, & in illis etiam altaris ministerio ministrare, & ad quocunque administrationis & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & assumi, illaque gerere & exercere liberem & licite valeant, ex buila, quæ incipit, *Regimini Vniuer. Eccl. & mare magnum.* Quam facultatem participant omnes relig. quæcum ea in priuilegijs communicant. Ad Triven. pater, in eius decreto non comprehendit Praelatos omnimodam iurisdiccionem habentes, independenter à quocunque Episcopo, cum tales in iure veniant nomine Ordinarij, & cum Episcopis quoad potestatem iurisdiccionem comprehendantur, id sacrâ Card. Congreg. declarante, ut supra. Nec est pars ratio de Capitulo, cuius potestas est magis limitata, ut bene probat *Gauan. in Enchir. Episcoporum verb. Capitulum.*

17.  
Tertia diff.

1. An Praelati Regulatium possint suis alumnis dimissorias concedere, ut possint à quocunque Episcopo ordinari? Declaratum fuit à Gregorio XIII. reterente sacrâ Congr. *seq. 23. cap. 8.* eos non possunt perire ad Episcopum, in cuius Dioecesi sunt Monasteria, in quibus initiandi degunt. post hanc declarationem, de mandato Sixti V. e. id. Congreg. *seste in prætermis declar.* auditi fuerunt Procuratores Ordinum, & Sanctissimus ex sent. dixit, Regulat. Greg. XIII. res posse concedere dimissorias ad Episcopum Dioecesis: quod si absuerit, ad quemcumque, dummodo ab Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam. 2. Teneore Clement. VIII. qualitatem fuit, quid esset obseruandum, si Episcopus quidem adfuerit, sed Ordinationes noluerit habere Congregatio, se ad Sanctissimum referat, censuit, Regulares Superiorites posse suo Subdito Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Dioecesatum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet is Regularis, postnus fuerit: & si Dioecesanus absuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, vel Episcopalis sedes vacaret, ad quocunque aliū Episcopum, dummodo ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examineretur quoad doctrinam: & dum ipsi Regulares non distulerint de industria, concessionem dimissoriatum, in id tempus, quo Episcopus Dioecesanus, vel absuturus, vel nullas habuerit esset Ordinationes. Verum cuncti à Superioribus Regularibus, Episcopo Dioecesano absente, vel Ordinationes non habente, litteræ dimissoriae dabuntur, in eis huiusmodi causam atferuntur Dioecesani, vel Ordinationum ab eo non habendarum,

exprimitur esse, sub pena priuationis officij; & Habentur dignitatis seu administracionis, ac vocis actiue & *bac ibid.* passiuæ; atque alii penitus arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reservatis. hæc inter prætermisas decla. *in c. 10. seq. 23.* & quoad ceteros Regulares: qui non comprehenduntur in consti. 23. *Vrbani VIII. Secretu aeterna prouidentia*, ita qua Pontifex innouat satisfactionem Clemani. IV. ne nullus Episcopus in Italia ad Ordines etiam Minorum prosthoudere præsumat Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscunque Vltamontanos, & ex quibusc locis extra Italiam oriundos, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum literas à Nuncijs Apost. commorantibus in loco, vnde discedunt recognitas, probatas, & subscriptas habeant: sed sat est, si dimissorias & suis Superioribus habeant, in quibus exprimatur absentia Dioecesani, vel Ordinationum non habendarum, quibus tantum in casibus possunt Praelati Regulares suos subditos Regulares ad quoscunque alios Episcopos Ordinandos mittere. Ratio: citata constitutio solùm loquitur de Clericis sæcularib.

Infero, non posse Praelatos regulares, quando E. Corollat. *piscopos Dioecesanus abest, vel non est ordinationes habitus, suos subditos religiosos ordinandos mittere ad Episcopum, qui loco & dignitati renuntiavit. Si tantum loco, nulla est diff. quin ab eo possint, sicut & ab Episcopo titulari, nullam sedem habente ordinari, cum hi sint veri Episcopi nullam habentes prohibitionem, quo minus possint cum licentia Ordinarij ad se missos ordinare.* Ratio: ex cap. 1. de ordinariis ab Episcopis qui renunciantur, huiusmodi Episcopis prohibetur ordinis collatio sub pena suspensionis ab executione suscepti ordinis ab ordinato incurrerent, nisi causa & supina excusat ignoratiæ.

2. An ab hoc examine eximantur praalentari ab Vniuersitate studiorum generalium? Ratio pro nega. parte est: Trident. *seq. 23. cap. 12. de ref.* hoc Dubium 2. examen ordinandorum ab Episcopo faciendum, precipit, à quo neminem, ne regulares quidem existit, priuilegijs quibuscumque penitus exclusis. Vnde Pontifices, sacrâ Card. Congr. cit. referente, indulgences regularibus, ut absente Dioecesano, vel ordinationes non habituro, ab alio possit, quam à Dioecesano ordinari, in doctrinæ tamè examine, ab Episcopo ordinante faciendo, dispensare noluerunt. Pro affir. est idem Trident. *seq. 7. cap. 13. de ref.* vbi ab hoc examine existit promouendos ad beneficia Eccles. si fuerint ab Vniuersitatibus seu Collegijs generalium studiorum præsentati. Ex quo atquo: Major sufficientis doctrinæ certitudo desideratur in ijs, qui ad beneficia Eccles. quam qui ad ordines suscipiendos promouentur, cum illi curâ animarum suscipere debeant: ergo si ipsi decreto Concilij eximuntur ab examine, à fortiori ex mette eiusdem eximentur hi. Et quamvis *De priuilegiis* priuilegium in una re concessum, non licet ad aliâ nota, confimilem extendere, cum tota vis & valor priuilegijs pendeat à voluntate concedentis: quando tamè in re consimili eadem, vel maior militat ratio, valet extensio, ut in nostro casu: testimonium generalis Vniuersitatis studiorum, non est minus efficax & dignum ad publicam probationem facientiam de sufficienti doctrinâ promouendi, quam sit Episcopi. Dices ut disp. 15. *seq. 3.* testimonium Vniuersitatis non sufficit, ut sacerdos censeatur sufficiētem habere doctrinam ad confessiones sæcularium excipiendas, nisi accedit examen & approbatio Episcopi: ergo nec simile sufficere ab examine excipendum ad ordines promouendos. Sed 1. non desunt, quos ibi cito, qui putent, hoc sufficere. 2. de *Diffinitio* hoc nulla est expressa declaratio, quod testimoniu*mum*. Vniuersitatis supplere possit examen Episcopi, ut est de

est de illo, in casu simili. Ut autem dicatur vniuersitas generalium studiorum, sufficit, si in ea publicè prælegantur præcipua scientiæ superiores, ut sunt Philosophia & Theologia tam Scholastica, quam moralis, in quibus virtute reliquæ continentur. Quocirca vi huius privilegij & exemptionis à Tridentino vniuersitatibus concessæ, veriorem censeo hanc posteriorem sent. Vi autem alterius decreti eiusdem, *eff. 24. cap. 18. de tefor.* omnino puto huic priuilegio derogatum esse, saltem quoad beneficia parochialia. Ibi enim noua præscribitur forma Parochio admittendi ad Ecclesias parochi, quæ non seruatæ, eleæcio est nulla, ut *ibid.* Et Pius V. peculiari bullâ, quæ incipit, *In conferendis declarat, omnes collationes Parochialium Ecclesiarum, ab Episcopis, Archiepiscopis, &c. contra formam à Tridentino traditam, presertim,* inquit, *in examine per concursum faciendo prescriptam, factas, vel facientes irritas, & nullius valoris ac momenti.* Est autem forma, ut eligendi à tribus minimum debeant examinatores, ab Episcopo invicem & Synodo deputatis, coram ipso, vel eius Vicario generali examinari de ætate, moribus, doctrinâ, prudentiâ, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiæ gubernandam opportunis: huic decreto non obstantibus exemptionibus, indultis, & priuilegijs concessis, quibus cuncte Vniuersitatibus. Quibus satis aperte declarat hoc decreto reuocari priuilegium vniuersitatibus concessum *eff. 7. cap. 13.* Saltem quoad beneficia parochi. Accedit sacra Card. Congreg. declarans ab hoc examine non excusari Doctores in Theol. vel iure cano. in publica Vniueritate graduatos, si velint prouideri de Ecclesia parochiali.

19.

Dubium 3.  
Negat ex  
causa 4.

*Ex tuarum, de auth. & vsu pally, & Si domus ff. de seruitute urban.* 2. A separatis non fit illatio, *cap. Ad audienti. de decimis, & L. Papinian. ff. de Minorib.* sed potestas ordinandi & dispensandi sunt separata: ergo ex una ad aliam non fit illatio; 3. dispensatio non extenditur ad connexa, sine quibus potest consistere, at potestas ordinandi consistere potest sine potestate ordinandum habilitandi ad Ordines suscipiendos, ut pote quæ intelligitur, si Ordinandus alias sit habilis, vel à suo superiori dispensationem impetrat. 4. non hoc ipso quod Episcopus facultatem concedit Sacerdoti, ut aliquos matrimonio iungat, facultatem concedit, ut cum illis dispensem in impedimento matrimonij, quo ligantur. Affirmant vero *Angel. verb. Irregular. n. 34. Sylvest. q. 9. fine, Armilla. n. 81. fine, Henr. lib. 14. de irregul. cap. 17. n. 4.* quos cum alijs sequitur *Diana p. 7. tract. 2. de potest. Episc. resol. 57.* Fundamentum, qui potestatem concedit ad finem, concedere censetur ad media, sine quibus ad finem perueniri saltem licet non potest. Distinctione opus est: vel Prælatus, aut Episcopus, qui subditum mittit ab Episcopo initiandum, scilicet rale impedimentum, vel non: si scit, hoc ipso præsumitur concedere potestatem Episcopo, ut cum suo subdito super eo dispensem: securus, si id non nouit, quia ille non præsumitur velle, ut Ordinis collatio in peccato exerceatur: & nequit Episcopus iniciaturus absque tacita saltem voluntate Episcopi, aut Prælati mittentis, initiandum ab impedimentoo absoluere; cum non habeat in illum potestatem, nisi quam Prælatus, aut Episcopus, qui mittit, sibi communicat: nequit autem mittens tacitam habere voluntatem concedendi iniciaturo potestatem absolueendi subditum ab impedimentoo, quod ipse igno-

rat: cum nequeat voluntas, siue tacita, siue expressa in incognitum ferri: nam etiam tacita requirit actu intellectus obiectum proponentem, solumque in eo expressa voluntas à tacita discriminatur, quod illa expresso signo extertio innoteat; hæc tantum tacito & implicito.

Iuxta hanc explic. conciliatur utraque sent. nam priores intelliguntur, quando mittens non nouit *Authores* *impedimentum initiandi; posteriores, quando il-* *viri usque* *sent. conciliantur.* potest ex circumstantijs de voluntate mittentis præsumere: quæ præsumptio si probabilis fuerit, sufficiet ad ordinandum licet absolendum. Argumenta Sanchez solùm concludunt, quando mittens non nouit impedimentum ordinandi. Vnde si Episcopus sciens impedimentum matrimonij, concedat Sacerdoti facultatem copulandi, simul censetur concedere potestatem super impedimento dispensandi, si in tali impedimento Episcopus ipse dispensare possit. Ex his intelligitur, quam efficaciam habeat illa generalis absolutio, quam iuxta Pontificale Rom. Episcopus impedit Ordinandis, *ab omni sententia Excommunicationis, suspensionis, interdicti, & quid pessum.* *Corollat.* quancum secundum Canonicas sanctiones potest, cum eis dispensat super omni irregularitate: nam *Henr. lib. 10. de Sacr. Ordinis cap. 20. n. 2.* censet, illam valere pro censuris & irregularitatibus dubiis & oblitis, non solùm suorum subditorum, sed etiam externorum & regularium, ac si impendereetur à Prælato proprio. At iuxta nostram doctrinam hoc quoad sibi non subditos, intelligendum est, si eorum Prælati tacitam habuerint voluntatem, eos in huiusmodi impedimentis Episcopo ordinanti subjiciendi. Motus communiter DD. ne, cum Episcopus iuxta *magni* Pontificale arcet ab Ordinum susceptione eos, qui *momenti.* canonico aliquo defectu laborant, positivam voluntatem habeat eos non ordinandi, maximè ad Presbyteratum, propter multa inconuenientia, quæ nascuntur, si reipia talis non ordinetur: et si *Prepositus n. 171.* moneat huiusmodi Episcopi protestatione non obstante, ordinatum non debere se putare non esse ordinatum: quia Episcopus solùm intelligit non ordinare eos, quos nouit impedimentum habere. Sed quid si illud ex sola confessione nouit? An si tunc facta protestatione, non habeat animum illum ordinandi, re ipsa talis non ordinetur? Ratio dub. notitia per Confessionem habita nequit habere effectum validum: qua de causa non admittitur testimonium depositum ex sola notitia sacram. At dicendum est: si Episcopus huiusmodi notitia motus voluntatem habeat non ordinandi, nihil effectum. Nam unde cuncte notitia illa proueniat, tollit voluntatem, quæ necessaria est ad Ordinis valorem. Allatum exemplum solùm probat, testimonium ex notitia sacram. depositum in foro exteriori non admitti, humatio fure in fauorem confessionis sic disponente.

IV. An si initiandus sit illegitimus, & dispensatione à Pontifice obtent, ut Clericus frat, & ad Ordines promouetur, Episcopus possit ad factos Ordines eum promouere? Suppono ex *cap. 1. de filiis Presby. in 6.* Episcopum posse cum illegitimo sibi subdito dispensare ad Ordines Minores, & beneficium simplex, cui animarum cura non sit annexa: ad Maiores autem non nisi potestate à sede Apost. sibi facta. An illegitimus, qui dispensationem à Pontifice obtinuit, ut ad Ordines promoueretur, possit ab Episcopo ad sacros etiam promoueri? Si dispensa-

21.  
Dubium 4.

D dd 2 tionem

Mea sent.  
opus dicitur.

Expressa  
volun.  
à tacita  
discrimen:

Tomus VIII. de penitentia & Ordine.

tionem obtinuit ad omnes Ordines, per notam uniuersalem dispensatio extenditur ad omnes: At si dispensatio obtenta sit cum simplici clausula, ad Ordines? Affirmant nonnulli. eo duxi argu. alioqui talis dispensatio restringenda esset ad solam primam tonsuram; cum non sit maior ratio, cur ad solos Ordines Minores, cum etiam per primam tonsuram Clericatus conferatur. In quam sent. inclinare videtur Suarez in 3. p. 10. 5. disp. 41. sect. 3. n. 3. nam *indefinita*, inquit, *equales vniuersali*. Cæterum tali casu putat diligenter expendendum esse receptum verborum sensum, & secundum illum iudicium ferendū. Negant vero Angelus verb. Clericus 1. n. 3. & r. Privileg. n. 3. Sylu. ver. Clericus 1. q. 4. & verb. Privileg. q. 3. Armid. verb. Clericus n. 4. & verb. Privileg. n. 4. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 2. & lib. 14. de irregu. cap. 8. n. 10. Emma. Sà, verb. Dispensatio n. 13. & communiter alij, quos sequitur Sanchez lib. 8. de matr. disp. 1. n. 26. indicat glossa in cap. finali, de filiis Presbyt. in 6. verb. Ad omnes, vbi ait, cautè in eo cap. possum fuisse, Ad omnes. A qua sent. quæ communis est, nobis recedendum non est: quam nec Suarez absolute negat. Fundam. cum dispensatio exorbitet à iure communi, erit strictè interpretanda, iuxta cap. Cum dilectus, de consuet. in quo glossa verb. Iuri communi: vbi aliquid à iure communi discrepare videtur, reducendum est ad ius commune, si potest fieri: quia promptum est, leges legibus concordare. L. vn. C. de offic. dorib. Cum igitur talis dispensatio possit priuilegium simul & ius commune seruare, si tantum de Minoribus Ordinibus intelligatur, ita intelligenda erit: quippe priuilegium saluari debet cum minori læsione Iuris communis. Secus iudicandum quando Pontifex potestatem concedit Episcopo illegitimum ad Ordines promouendi: nam, ut alibi, potestas est amplè interpretanda in gratiam eius, cui conceditur. Quamquam tali casu censetur Pontifex Episcopo facultatem concedere ad sacros Ordines illegitimos promouendi; cum Episcopus ex iure communi potestatem habeat illegitimos ad Minores promouendi, ne noua Pontificis concessio frustranea foret.

22.

Infero 1. si dispensatio sit ad Subdiaconatum, intelligi etiam ad Minores: quia Pontifex non censetur velle, dispensatum, ordinandum esse per saltum. Pari modo, si Pontifex nouit supplicantem habere Ordines Minores, si cum eo dispensat, dispensare ad Ordines sacros. 2. Prælatos omnimodam iurisdictionem habentes soli Pontifici subiectam, participare hanc facultatem, quam Episcopi habent, cum suis subditis illegitimi ad Minores Ordines dispensandi: nam huiusmodi Prælati in favorabilibus veniunt nomine Episcopi, cum ab illo non discriminentur, nisi sola consecratione. Ad rationem oppositæ, Resp. neg. sequel. tum quia cum prima tonsura non sit Ordo, dispensatio ad Ordines concessa, restringi non potest ad solam primam tonsuram: tum quia etiamsi per primam tonsuram conferatur Clericatus, & dispensatio sit ad Clericatum; quia tamen promissio in genere facta, mediocritatem respicit, ut iurisperiti docent, interpretanda erit ad Minores Ordines, qui medij sunt inter sacros & primam tonsuram.

*Commune fundem.*

## DISPVATATIO XXV.

De ijs, que requiruntur ex parte Ordinandorum.

Duplicis ea sunt generis; alia quæ ad valorem; alia quæ ad honestatem Ordinis necessaria sunt, ut legitime conferatur.

### SECTIO PRIMA.

De ijs quæ ad Valorem Ordinis requiruntur.

Certum 1. ad Ordinis valorem iure Diuino regiri sexum virilem. Quod Vasquez teste disp. Premissa 245. cap. 2. ex perpetua & nunquam interrupta Ecclesiæ traditione, ut certum fidei dogma censendū est: cuius contrarium inter haereses semper fuit computatum, ex Epiphanius, heresi 49. August. har. 27. Alphon. de Castro lib. 10. aduersus hare. verb. Mulier, & alijs: errorem iam pridem extinctum, suscitauit Lutherus, Castro. teste. Certitudo etiam deducitur 1. ex facto Christi, qui cum in ultima cena Discipulos ordinavit, Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. huic nullam admisit foemina: sicut neque cum Ioan. tatu paa 20. potestatem à peccatis absoluendi Apostolis contulit; Accipite Spiritum sanctum, quorum remiserit peccata &c. Et sane quis dubiter, si Christus foeminū sexum ad Ordines admisisset, 1. loco, ut optimè Epiphanius infert heresi 79. ad eos admissurum fuisse sanctissimam suam Genitricem 2. ex 1. ad Corint. 14. turpe est mulierem loqui in Ecclesia. Quam rationem explicat Epiph. cit. heresi 79. ex ipsa imperfectione sexus muliebris: muliebre enim genus lubricum est, errorumq; ac intellectu humili preditum: per quod Diabolus suum venenum vniuerso generi humano propinavit. Confit. 1. sacris Ordinibus annexum est munus publicè populum docendi: ergo si ex sententia Apostoli nequeunt mulieres in Ecclesia loqui, nequibunt sacri Ordinis munus exercere. 2. ut recte idem cit. heresi 79. nulla foemina ab initio mundi, ne apud barbarasquidem nationes legitur sacrificium obtulisse; unde Deus in antiqua Ecclesia in Ministerium semper adhibuit viros. 3. Christus in hoc sacramento instituendo accommodauit se moribus hominum, ipud quos non foeminae viros, sed viri foeminas docent. Quippe vilesceret hoc ministerium, si foeminis commissum esset: neque in tanta veneratione foret: sicut n. personæ authoritas ministerij dignitatem auget; ita contrà, vilitas personæ minuit ministerij maiestatem. Qua de causa Ecclesia Spiritu S. edocta ad Ordines non admittit infames, irregulares, ac corpore deformes. Aliâ rationem reddit S. Bonav. in 4. dist. 25. ar. 2. q. 1. in cor. quia in Sacramento Ordinis, persona quæ initiat, significat Christum mediatorem, cuius officio fungitur iuxta Apost. 2. ad Corin. 5. Pro Christo legatione fungimur: at mediator fuit tantum vir: igitur solus vir est huius Sacramenti capax, cui hac mystica significatio ex Christi institutione annexa est.

Neque contrario errori faret 1. quod foeminis concessum sit donum prophetæ: nā ex S. Tbo. in 4. dist. 25. q. 2. ad 1. q. ad 1. Prophetia non est Sacramentum, sed donum: Vnde non exigitur in prophetia significatio, sed s. Bonav. lūm

lum res. Et quia secundum rem in his, quae sunt anima, mulier non differt à viro, cùm quandoque mulier inueniatur melior quantum ad animam multis viris, ideo donum prophetiae, & alia huiusmodi potest accipere, sed non Ordinis Sacramentum. Responsio hæc non soluit argu. Apost. quod turpe sit, mulierem in Ecclesia loqui, cùm fœminæ prophetæ licitum sit in Ecclesia Prophetae, vt Anna Luca 2. dum puer Iesus præsentaretur in templo, loquebatur de illo omnibus, &c. Ideo rationi S. Tho. additum donum Prophetiae non repugnare sexui muliebri, vt Sacramentum Ordinis, quia Prophecia per se primò non dirigitur ad præminentium alijs in Ecclesia, sicut Ordo Sacamenti, qui Ordinatum constituit in quadam præminentia supra alios, sed solum ad cognoscenda ea, quæ sunt supra hominis statum: vnde per se non dirigitur ad alios docendos, sed ad perficiendum se ipsum. Nec fauet 2. quod in primitiva Ecclesia erant Diaconissæ, & Presbyteræ: nam Diaconissa dicebatur, inquit, S. Bon. cit. quia iuuabat Diaconos in ministerio mensæ pauperū, quod munus ex institutione Apost. annexum erat Ordini Diaconatus, Act. 6. Presbytera verò appellabatur, quæ inter illas erat senior.

**3. Corollaria.** Infero 1. neque Minoris Ordinis fœminam esse capacem: quia in mea sent. etiam Minores sunt à Christo instituti; singuli proprium imprimunt characterem, cuius capaces non sunt fœminæ; & disponunt ad Maiores: ergo qui non est capax Majorum, neque erit Minorum. Quæ ratio probat, etiam si Minores sint ab Ecclesia instituti: quia non potest Ecclesia reddere subiectum capax illius dispositionis, cuius formæ est incapax. 2. Eadem ratio est de hermaphrodito, in quo fœmineus sexus præualet.

**4. Dubium.** Dubium est de eo in quo virilis sexus præualet. Sed dicendum cum Syluef. verb. Hermaphr. Nauar. lib. 1. Concil. in priori edi. conf. 8. Henr. lib. 14. de irregul. cap. 8. n. 6. Sanc. lib. 7. de matr. disp. 106. n. finali, talem esse capacem Ordinis. Fundam. non censeretur Christus à susceptione ordinum exclusisse, qui in Civiili Rep. ad officia & dignitates virorum admittuntur, ex L. Queritur, ff. de statu hominum. Christus. n. in Sacramentis instituendis maximè se accommodavit hominum moribus: nam propterea fœminas ad Ordines non admisit, quia contra consuetos hominum mores est, vt fœminæ præmineant viris. An sit Ordinis incapax, in quo neuter sexus præualet? hic n. vt seq. to. pro libitu potest alterutrum statum sibi eligere: licet post unum statum electum, non possit ad alterum transire. Dico cum citatis, hunc esse incapacem Ordinis. Fundam. ratione sexus virilis debet præesse, ratione fœminei, subesse. Confit. talis dici non posset vit simpliciter, cùm æquè sit vit ac fœmina. Quid si, quando Ordinatus fuit, præualuit in eo sexus virilis, poste à deficiente natura, mutatus est in muliebrem? Resp. Characterem quidem ab eo suscepsum, quia Sacramentum operatur iuxta præsentem subiecti dispositionem; eumque perseverare in statu muliebri, cùm sit natura sua indelebilis; fieri tamen statim ab executione Ordinis suspensum: nec posse cum eo ad Ordinis actum exercendum dispensari.

**5. De contrarium.** Certum 2. non esse Ordinis capacem Catechumenum, licet de eo dubitauerit Innocen. III. cap. Vniuers. de Presbyt. non bapti. 1. quia non solum per Sacramentum fidem, sed per ipsam fidem coniunguntur Christo, & efficiunt eius membrum: ergo Catechumenus per interiorum fidem Christo con*Arguitur op.* iunctus, cuiusque membrum effectus, capax redditur dimes validè meritorum Christi, quæ per Sacra. vt per instru*unferri autē* menta passionis Christi nobis communicantur. 2. Catechumenus est capax Eucharistie & matrimonii. Tom. VIII. de penitentia & Ordine.

nij; ergo etiam Ordinis; cum sit par ratio. 3. Sacramentum Ordinis in sua primæua institutione præcessit baptismum; certum quippe est, Apostolos Ordinatos fuisse in ultima cœna, cùm tamen certum non sit, eos ante ultimam cœnam fuisse baptizatos.

Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum: quod si quis in Presbyterum Ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur. Nos circa latorem præsentum in hoc dubitabili casu quod tunc est, sequentes, mandamus, quatenus ipsum per singulos Ordines usque ad Sacerdotium promouere procures, & permittas eum in Sacerdotio ministrare. Hæc Pontifex, qui de hac veritate visus est dubitare: cùm veritas hæc multiò antè definita fuerit in cit. Concilio anno 833. sub Gregorio IV. Ratio: baptismus ut Floren. est ianua cæterorum Sacra. ante cuius actualem susceptionem nullius gratiæ Sacra. homo est capax.

Ad 1. negandum, solum fidem in Christum sufficere ad participandam gratiam, quæ per Sacra. nobis communicatur: nec per solum fidem in Christum

*Ad argu-  
menta  
suum modi.*

Catechumenus fit perfectum membrum Christi ex eod. Flor. nam hoc fit per mysticam unionem visibilis cum Ecclesia visibili; sed tantum inchoatiuè: proinde nondum est capax eorum donorum, quæ Christus per Sacra. à se instituta voluit solum fidelibus suis Ecclesiæ actu visibiliter unitis comunicari. Idq; sapienter factum est, vt eo ardenter homines ad baptismum suscipiendum anhelarent, quo certi forent, sc̄ reliquorum Sacra. participes esse non posse. Ad 2. nego, Catechumenum contrahendo maritim. vel sumendo, Euchar. participare gratiā Sacra. quam hæc Sacra. baptizatis causant. Ad 3. falsum antec. baptismus. n. vt to. 7 præcessit Sacra. Ordinis: nam ordo institutus fuit in ultima cœna, baptismus, vt disp. 11. sect. 1. ante Christi passionem, licet non incepit obligare, nisi post passionem. Unde Apostoli in ultima cœna supponebantur iam baptizati, ex Ioan. 3. & 4. vbi dicuntur Discipuli Christi baptizasse: quod intelligi non potest de Baptismo Ioannis, sed Christi, qui illum instituerat, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu S. Hec certa. Cæterum has rationes pro contraria sent. Innocentius afferit, eas non approbando, sed indagationis causa, vt ibid. testatur.

**D V B I T A T V R. 1.** An perpetuò amentes sint Ordinis capaces? Ratio negandi: Perpetuus amens Dubium 1. habet potentiam rationalem ad operandum perpetuò impeditam: Ordo autem datur ad exercendum aliquem actum cum potentia rationali: ergo. Argu. pro sc. qui non est naturaliter capax actus 2. neque erit sensu. neg. primi, qui ad 2. ordinatur. Confir. 1. Qui habet potentiam generatiuam ad actum generationis perpetuò impeditam, nō est capax matrimoni: ergo neque qui habet potentiam rationalem ad ratiocinandum perpetuò impeditam, erit capax Ordinis. 2. Verosimile non est, Christum inter ordinum capaces comprehendisse eos, qui sunt perpetuò impotentes ad ipsos actus Ordinum exercendos: semper. n. summa Sapientia, rerum naturis & exigentijs se accommodat: at nulla potestas naturaliter exigit ab ipsius ineptitudinem, nullum sit habitura actum; ita videtur S. Bonav. cit. in. 4. dist. 25. ar. 2. q. 2. ad 3. vbi cùm sibi obiecisset, frustra hoc Sacra. conferri vsl rationis carenti: Responder, haud frustra conferri, si aliquando vsl rationis speretur futurus: ergo à contratio sensu, si talis vsl non speretur futurus, vt in perpetuò amente, nec validè conferri potest. Idē docuit Sotus in 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. quam postea in solu. argu. §. contra hanc, limitauit, vt solum intelligatur quod perpetuò amentes sint iure diuino Ord-

Opposita  
principiū  
actū com-  
formior.

nis incapaces, quantum ad usum, non quantum ad potestatem. Quare licet haec sententia non careat probabilitate, tamen opposita ut probabilior, tenenda, cum Vasquez disp. 246. cap. 1. n. 8. non est ratione, qua notus Sotus eam explicauit, quoad potestatem, non quoad actum; sicut perpetuū amentes sunt capaces Baptismi & Confirmationis, ita & Ordinis: nam duo illa possunt in perpetuū amētibus habere suos effectus primarios, qui sunt ab sterio peccati originalis, & robur vitæ spiritualis: Ordo aurem primariam institutus sit ad confiendā ministrandāq; Sacram. Ratio igitur est: subiectum Ordinis est vir Baptizatus: quod autem hic ex aliquo defectu accidentalī non possit Ordinis actum exercere, non tollit à subiecto capacitatē, sed solū actum 2. Nec refert, quod ordo detur propter actum 2. quia quando actus ad potestatis collationem non requiritur, illam non impedit: sicut si hic esset naturaliter mutus & surdus, non impediretur, quin esset capax Presbyteratus, cuius actus nunquam exercere posset. Confir. subiectum est capax; nec constat, an Christus à susceptione ordinum illud excluderit: ergo probabilius dicendum, illud esse capax: nam ad hoc afferendum faverit positiva capacitas subiecti: ad negandum nulla positiva ratio suadet. Ex his constat ad oppositum: ad Confir. matrimonium est contractus de communandis corporibus ad generationem apertis, naturali, diuino, humanoque iure firmatus: Ordinatio autem est traditio spiritualis potestatis ad peculiares actus exercendos, quae cum antecedat actum, ab eoq; nullo iure pereat, validè conferri potest ante ullum suscipientis actum.

8.  
Dubium 2. II. An infans sit capax Ordinis? Negat Duran. in 4. dist. 25. q. 2. n. 8. Primo, quia per se videtur absurdum, quod infans possit esse Sacerdos, vel Episcopus. 2. Ad susceptionem cuiuslibet Sacramenti requiritur aut propria voluntas suscipientis si sit adulstus, aut interpretativa, si parvulus sit. At licet voluntas parentum, vel eorum qui loco parentum sunt, possit esse interpretativa parvolorum, quoad ea, quae sunt de necessitate salutis, corporis, vel animæ parvolorum, non tamen quoad ea quae de necessitate salutis non sunt, sed supererogationis: cum parvuli licet possint his dissentire, cum ad annos discretionis perueniunt. Tertio cum baptismus ordinetur ad deletionem Originalis, quod parvulus contrahit per actum perantum, congruum est, ut voluntas parentum sufficiat ad baptismum suscipiendum: quae causa cum non militet in reliquis Sacra, non erit in reliquo parentum voluntas sufficiens interpretativa parvolorum. 4. Nequit in parvulo verificari forma Ordinationis, quae est, Accipe potestatem, &c. nam id Accipe ad sui verificationem ex parte accipientis actionem, quam materiam sibi oblatam tangat, & potestatem traditam acceptet. inclinat Pet. Soto lect. 5. de Ordine 5. Ceterum, putat. n. Sacerdotium scilicet parvulo collatum ad cautelam esse repetendum. Alios pro has sententia tacito nomine refert S. Tho. in 4. dist. 25. q. 2. ar. 1. ad 2. qu. fine.

Affirmandum. Affirmant ceteri Schol. in 4. dist. 25. ex cap. vn. de Clerico per sal. prom. vbi consultus Inno. III. ab Episcopo Bonon. quid fiat ei, qui Sacerdotium, Diaconatu prætermisso, accepit, minoribus Ordinibus infra annos discretionis susceptis. Respondeat, conferendum ei esse Diaconatum, nulla mentione facta de minoribus ante annos discretionis susceptis: quia iudicauit, eos fuissse validè collatos, alioqui iussisse, cū Diaconatu repeti. Quod arguit, maiorem vim habet in nostra sententia, in qua puto, Minores Ordines esse vera Sacra. Characteremque imprimere. Quam posita, nequit, afferri ratio, cur minores parvulo collati character-

rem imprimant, non Maiores? Ratio S. Tho. cit. Sacramenta, quae non in actu, sed in potestate consistunt, conferri possunt ante illum suscipientis actu: at Ordo non in actu, sed in potestate constitit ex sua definitione disp. 22. n. 6. ergo conferri potest ante illum suscipientis actu. Maior prob. potestas precedit actu, estque ab eo independens, sicut causa à suo effectu: ergo, ut conferatur, non pender ab actu suscipientis: ideo enim Baptismus, & Confirmationis possunt conferri sine actu parvuli batipzadi, & confirmandi, quia consistunt in potestate. Contraria vero, ideo penitentia & matri. neque sine actu penitentis, & contrahentis conferri, quia consistunt in actu. Dices: ex eo quod Ondo consistat in potestate, solùm sequitur, conferri non posse dependenter ab Obiecto. actu, in ordine ad quem datur: At poterit dati dependenter ab actu, quo initiandus ad Ordinem se disponit: sicut gratia dependenter, non ab opere condigne meritorio, sed ab actu contritionis. Conf. de facto Ordo non confertur adulto, nisi dependenter ab ipsis actu, quo illum velit suscipere: ergo licet collatio Ordinis non penderet ab actu, in ordine ad quem confertur, pender tamen ab actu, quo Ordinandus ad illum suscipiendum se disponit: qui cum nequeat esse in parvulo, nequit ei Ordo conferri. Resp. posse suscipientis actu ad Sacramentum Resp. requiri, uno modo ut partem constituentem Sacra. Bisacram. alio modo ut dispositionem extrinsecum duntur re- requisitam ex parte instituentis. Sine actu, primo modo requisito, implicat conferri Sacra. sc. absque sua essentia; sic implicat, conferri Sacra, penitentia, vel matrimonij sine actu penitentis, & contrahentis. At non implicat sine actu, qui solùm ut extrinseca dispositio ex parte instituentis requiritur: hoc pacto requiritur actus adulti initiandi ad Ordinis Sacramentum, sicut ad Baptismum, & Confirmationem. Quod autem Deus in adultis requirat proprium consensum ut dispositionem, sine quo nec Ordinem, nec Baptismum, nec Confirmationem confert, ea est, quia in adultis requirit propriæ voluntatis co-operationem, quam non requirit in parvulis, ne interpretatiuam quidem ex parte parentum: nam cum parentibus repugnantibus, validè potest parvulus baptizari, & confirmari: & consequenter etiam ordinari. Idque sapienter institutum est, ne parvolorum salus periclitaretur, defectu voluntatis parentum, si haec ad eorum iustificationem requireretur.

Infero, non teneri parvulum, cum ad annos discretionis peruenit, in Ordine sibi in infantia collato perseuerare, sed posse illi renunciare, contrahere matrem. cum non potuerit Ecclesia illum ad votum continentiae obligare, independenter ab eius voluntate. cum enim votum solemne Castitatis, non à Christo, sed ab Ecclesia sit sacris Ordinibus annexum, ut supra, neque possit Ecclesia ad id Ordinatum obligare independenter ab ipsis voluntate. Ceterum non existim, statim ac rationis visus illexit, teneri ad deliberandum, utrum debeat in statu Eccles. permanere, an ad laicum transire: neque sat esse, suscepto Ordini solùm non repugnare, sed requiri positivum consensum, ut ad illum exequendum obligetur; eo tamen semel acceptato, non erit amplius in eius potestate, renunciare. An autem sufficiat acceptatio coacta, vel graui metu extorta, ut sufficit in adulto, Lectori relinquo. Ad 1. Durandi, de- go antec. nullum quippe est absurdum, infantem Presbyterum denominari: cum haec denominatio non fiat ab actu, sed à potestate per exterrum symbolum infanti collata: sicut dicitur rationalis, esto nullum rationis actu parvulus exercere possit, & fidelis, ab habitu fidei per Sacra Baptismi libi infuso. Ad 2.

Ad quid n. nobis par- vulus ordi- natus.

Ad primam  
Durandi  
de-

Ad 2. nego voluntatem interpretatiuam ex parte paruuli ad Ordines, vel Baptismum requiri: contra Palud. in 4. dist. 2. 5. q. 3. ar. 1. post 3. concl. qui ad argu. Dur. ait, tam Baptismum, quam Ordinem in paruulis pendere ex voluntate parentum. Ad 3. patet ex solu. Ad 4. dic, vt rō Accipe, in paruulo verificetur, sufficere vt in eo supponatur capacitas recipiendi potestatem per Ordinem tradendam. Nam, vt recte Bonav. ar. 2. q. 2. ad 2. rō Accipe magis significat imperium dantis, quam executionem suscipientis: unde illius non tam est offerre, quam conferre, modo non sit obex contraria voluntatis, vt constat in Sacra Confir. Habet enim rō Accipe simul cū externo symbolo ex institutione Christi efficaciam conferendi potestatem subiecto capaci, ex parte eius nullus requiritur actus Ordinis constitutus, sed solum vt extrinseca dispositio, si sit adulatus. Nec in collatione Ordinum ex parte suscipientis requiritur physicus contactus materie, siquidem Graeci validè ordinantur, nullā materiā physicā contactā, vt 7. disp. 2. sect. 4. Qui si necessarius sit, poterit aliorum actione à paruulo adhiberi; nam vt constituar vnum integrum symbolum extēnum Sacramenti significatiuum, necesse non est, vt adhibeatur propriā actione suscipientis.

11. *Proprietas dubium.* An possit paruulus Episcopus consecrari? Ne-  
gant S. Tho. Bon. cir. Ratio S. Th. in Episcopatu traditur cōfērato potestas in corpus mysticū Christi: hæc autem requirit actum curam pastoralem Episcopatui annexam accepantis. Ratio S. Bon. in E-  
piscopatu contrahitur matrimonij spirituale inter Episcopum & Ecclesiam, ad quam consecratur; quod nequit, vti nec carnale, absque proprio consensu contrahentis perfici. At dico cum Palud. cir. Soto in  
4. dist. 2. 5. q. 1. ar. 2. in solu. argu. Durandi ad 3. posse paruulum Episcopum consecrari, esto nec curam pastoralem, nec spirituale matrimonij. cum Ecclesia cō-  
trahere valeat, quoisque rationis v̄sus illuxerit: &  
tunc liberum illi erit, vel Episcopatui renunciare, vel si in eo permanere voluerit, curam Episcopatui annexam suscipere, legesque matrimonij spirituali, seruare. Hoc tantum probant rationes à S. Tho. & Bon. allatae. Nam siue dicatur, Episcopatus nouū imprimere characterem à Sacerdotali distinctum, siue hic tantum moraliter extendi, non erit maior diffīc. quod paruulus fiat Episcopus, quam Sacerdos: & cūm Ordo Episc. essentialiter non pendeat, vel à cura pastorali, vel à matrimonio spirituali, & possit Episcopus consecrari, nullā curā animarum suscep̄ta, nulloque cūm Ecclesia matrimonio contracto, poterit paruulus Episcopus consecrari, etiam si nec fiat animarum pastor, neque Ecclesiā sponsus.

12. *Infans & infans dubium.* An infans, ac perpetuò amens sit capax papalis potestatis? Ratio affirm. 1. etiam potestas papalis cōfētit in actu 1. qui conferri potest independenter ab actu 2. subiecti. 2. Si hi sunt capaces potestatis Episc. erunt etiam Papalis, quæ in eo duntaxat ab Episcopali discriminatur, quod papalis sit in totū obēm Christianum, Episcopalis in aliquam tan-  
tum determinatam partem. Verūm nego, infantē, aut perpetuò amentem papalis potestatis esse capa-  
cem. 1. quia de facto Deus non confert hanc potestatem, nisi personam quam Ecclesia vt idoneam ad hoc munus legitimè elegerit; quippe qui in hac dignitate conferendā humano more se gerit, suppositā legitimā electionē personam ab Ecclesia factā. At repugnat, vt Ecclesia vt idoneam personam ad tantum munus obeundūt eligere possit infantem, aut perpetuò amentem. Quin etiamsi per impossibile Ecclesia talem personam eligeret, talis electio,

*Tomus VIII. de penitentia & Ordine.*

non erit legitima, cūm euidenter repugnet legi ac iuri naturæ, quæ est prima regula cæterarum hu-  
manarum. Secunda ratio sumitur ex natura papal-  
is potestatis, quæ est suprema, per modum mystici  
capitis iugiter influentis in membra totius milita-  
tis Ecclesiæ, per oraculorum declarationem, do-  
gmatum fidei propositionem, & leges morum di-  
rectivas vniuersales: cūm enim hæc potestas sit Vi-  
caria Christi, cum qua constituit vnum regimen ac  
tribunal, imitari debet ipsius potestatem in Eccle-  
sia regenda, vt instrumentum suam causam princi-  
palem, à qua in operando dirigitur. Repugnat au-  
tem, vt vel infans, vel perpetuò amens iugiter in-  
fluat per modum mystici capitum in membra Eccle-  
siæ: cūm hic influxus debeat niediā regulā ratio-  
nis, quā vterque caret, in membra deriuari. Neque,  
vt infans de præsenti sit capax huius potestatis, suf-  
ficit si in natura ætate hæc munia obire possit; nā  
vt potestas papalis sit per modum capitum in mem-  
bra iugiter influentis, de præsenti requirit expeditā  
virtutem influendi in capite; quam non prærequi-  
rit potestas Episcopalis; cūm non sit per modum  
primi capitum, sed capitum sub capite; possitque inte-  
rim suppleri à supremo capite, vt membra, quæ  
hunc iugem influxum exigunt, non arescant: po-  
testas autem papalis, cūm sit per modum primi ac  
supremi capitum visibilis, ab omni alio, præterquam  
à Christo, independentis, non potest ab alio sup-  
pleri. Proinde talis potestas collata infanti, vel a-  
menti esset in Ecclesiæ destructionem; cūm Eccle-  
sia quoad vitam spiritualem, pendeat à continuo  
capitis influxu. Ex his patet ad rationes pro affir.  
parte.

13. *Infero.* 1. non modò perpetuò amentem, sed et-  
iam ad longum tempus rationis v̄su impeditum  
fore papalis potestatis incapacem: quia cūm Ec-  
clesiæ membra continuò egeant mystici capitum in-  
fluxu, talis potestas collata personæ ad longum te-  
pus v̄su rationis impeditæ, cederet in maximum  
Ecclesiæ detrimentum. 2. Cur si ab initio persona  
fuit habilis, si posteā in amentiam incidat, non sta-  
tim Pontificia potestas desinat, nisi accedente le-  
gitimo Ecclesiæ iudicio: sc. quia Deus in hac po-  
testate conferenda respicit præsentem dispositionem  
subiecti: unde si de præsenti persona est capax, illā  
confert: sicut in conferenda gratia ad præsentem  
respicit subiecti dispositionem. Porrò semel illam  
collatam, non aufert, nisi accedente legitimo Ec-  
clesiæ iudicio: tum quia si ut illam non confert, ni-  
si posita legitimā Ecclesiæ electione, ita nec semel  
collatam aufert, nisi posito legitimo Ecclesiæ iudi-  
cio. Tum quia debet Ecclesiæ constare, quando  
Deus hanc potestatem à subiecto aufert, vt possit  
de alio capite per legitimam electionem sibi pro-  
uidere: nequit autem humano modo id Ecclesiæ  
constare, nisi per legitimū ipsius iudicium, quo  
iudicat, talet personam esse ad papale munus ob-  
eundum inhabilem, ad cuius iudicium, & non ante  
Deus potestatem Pontificiam collatam aufert:  
sicut ad legitimam eiusdem Ecclesiæ electionem,  
& non antē, illam confert. 3. An laicus, vel non ba-  
ptizatus sit capax papalis potestatis? De facto Deus  
in hac potestate conferēda legitimam requirit Ec-  
clesiæ electionem, quā non præmissā, collatio po-  
testatis est nulla. Ecclesia autem defacto non eligit  
nisi personam baptizatam sub sua iurisdictione  
existentem, & in ordine Ecclesiæ constitutam: vt  
supponitur tum in ipso iuramento, quod vi con-  
stitutionis à Gregorio XV. de eligendo Pontifice  
editæ, Cardinales præmittunt; se electuros, quem  
secundum Deum iudicant eligendum esse: tum ex  
Ddd 4 Ni-

*Legitima e-  
lectio non po-  
test discon-  
dar in lege  
naturali.*

*Corollaria.*

*Quid ad  
hanc quesiti-*

Nicolao Papa statuente, vt Pontifex non eligatur, nisi ex ipsius Ecclesiæ gremio Can. In nomine Domini, dist. 23. non prout distinguitur ab infidelibus, de quibus nulla diffic. sed prout à sacerdatis, comple-

*Decidenda  
ab solute, do  
non baptiza-  
to.*

etens tantum Hieraticum Ecclesiæ ordinem. An possit Ecclesia proponere non baptizatum, vel laicum à Christo in Pontificem assumendum? De non baptizato videtur certius id fieri non posse: cū Ecclesia nullam habeat in non baptizatos iurisdictionem, nec electio legitima esse possit facta à non habente iurisdictionem eligendi: Christus autem hanc potestatem non confert, nisi supposita legitima Ecclesiæ electione circa personam eligendam. Adde, ordinariam potestatem spiritualem, quam Pontifex accipit à Christo, supponere characterem baptismalem, qui non solum est ianua ad reliqua omnia Sacra menta, sed etiam ad omnes Ecclesiasticas potestates.

*15.  
De laico.*

*Quidquid  
sit de poten-  
tia ab soluta  
electorum.*

Quid de laico? Sed neq; papalis potestatis capacē esse, mihi suader cōstās ac perpetua tot sacerdotū experientia, quā nunquam legitur fuisse ad papatum laicum immediate assumptum. Nam si secundū regulam Augustini, quod semper in Ecclesia seruatum est, & cuius initium ignoratur, id cēsendum est manare ex traditione Christi; quantò magis id cēsendum est de eo, quod manifestū initium dicit in factō Christi, qui primum Papatum non constituit laico, sed Petro ante Presbytero inaugurator & Clemens I. qui à Petro in Vrbis & Orbis cathedralē fuit designatus, laicus non fuit, sed Presbyter, & sic de ceteris Romanis Pontificibus: de nullo. n. legitur, quod laicus fuerit ad Pontificatum assumptus. Vnde censemur hęc conditio esse de iure diuino requisita in persona ad summum Pontificatum assumenda, vt sit constituta in Ordine Eccles. Ratio: potestas papalis est potestas iurisdictionis spiritualis supra totam Ecclesiam: contra rectū autem gubernationis ordinem est, vt in rebus spiritualibus hominibus Ecclesiasticis p̄ficit laicus nullo Ordine Eccles. insignitus: At in hac potestate conferenda cēsendum est, Christum non contra, sed iuxta rectū gubernationis ordinem illam conferre. Dices: potest Ecclesia spiritualis iurisdictionis potestatem laico conferre: ergo non est contra rectam gubernationem, alioqui neque Ecclesia id posset. R. nego eam licet posse per modum potestatis ordinariae, esto illam possit per modum potestatis delegatae in aliquo casu particulari laico comunicare: Christus autem hanc iurisdictionem spiritualem in totam Ecclesiam suo Vicario communicat per modum potestatis ordinariae.

*16.  
De Sacerdos-  
tate.*

*Quae praci-  
pua Papa  
potestat?*

An autem necesse sit, vt eligendus sit Sacerdos, vel sufficiat esse in aliquo ordine Eccles. constitutū? Pro parte affir. est factum Christi, hactenus in Ecclesia constanter seruatum. 2. si vera est Sent. ro. 4. papatum iure diuino connexum esse cum Romano Episcopatu, non videtur Christus papalem potestatē conferre, nisi Episcopo Romano. Pro neg. parte est: quia potestas papalis p̄cipue consistit in iurisdictione regendi Ecclesiam, & in controvēsijs fidei decidendis. Hęc autem per se sacerdotium non requirunt, vt patet in Episcopo electo & confirmato. Neque videtur Christus ad hanc potestatem conferendam plus requirere, quam Ecclesia requirat in Episcopis creandis, quibus nondum Presbyteris initiatis, plenam iurisdictionis potestatem in suam Diocesim confert. Neq; factū Christi hactenus ab Ecclesia seruatum necessitatem argit, sed decentiam & honestatem. Vel dici potest, id factū fuisse, non ex necessitate, sed ex suppositione, quod iam fuerat ante in ultima cena Pe-

trus Presbyter creatus. Argumentum autem ductū à connexione Papatus cum Romano Episcopatu <sup>An depen-  
dens ab Epis-  
copatu Rom.</sup> nihil probat: alioquin antequā quis eligeretur Pō- tifex, deberet in Episcopum Romanum eligi: falsum igitur est, Christum papalem iurisdictionem conferre personæ ab Ecclesia legitimè electæ dependenter ab Episcopatu Romano. Sed legitimus sensus illius Sententia est, non quod in persona eligenda præcedere debeat vt conditio requisita dignitas Romani Episcopatus; sed quod Christus voluerit, hoc ipso, quod aliquis in Papatum euehitur, vt simul sit Vrbis Episcopus quoad ordinariam sedem & residentiam. Aduerto, ex hac 2. Sent. sequi, assumptum ad Pontificatum, qui inualidē fuit Presbyter ordinatus, inualidam non fore ipsius electionem defectu presbyteratus, ex suppositione quod Ecclesia illum non requirat vt necessariam conditionem in persona eligenda.

An iuxta hanc 2. Pontifex simul cum potestate <sup>17.</sup> vniuersalis iurisdictionis in totam Ecclesiam ac- cepturus sit à Christo Presbyteratum, si Diaconus, <sup>Possedit in-  
maturi.</sup> vel diaconatum, si Subdiaconus ad Pontificatum accedat? R. si licet arguere ex ijs, quæ à Christo in huiusmodi potestatibus Petro collatis, seruatum est, dicendum, in proposito casu non collaturum, nisi potestatem iurisdictionis cum infallibili assi- stentia Spiritus S. in rebus fidei decidendis, & le- gibus quoad mores pro tota Ecclesia condendis. Ceterū Ecclesiæ relictorum de potestate Ordinis conferenda. Idque videtur rationi, & Dei pro- uidentiæ congruentius, qui etiam circa opera su- pernaturalia permittit causas secundas agere ea, ad quæ carum virtus se extendit, supplens ipse solum, quæ causæ 2. attingerent non possunt. Vnde in iustifi- <sup>Rosario.</sup> catione peccatoris requirit, vt ipse peccator Dei auxilio adiutus proprio actu se ad gratiam iustificantem disponat. Cū igitur potestas Ecclesiæ possit ad sacros Ordines conferendos se extondere, non possit autem ad spiritualē iurisdictionem pro tota Ecclesia, cūm hanc conferre ad eum spectet, qui Ecclesiam fundauit, qui est solus Christus, solam Christus eo casu iurisdictionem in to- tam Ecclesiam impartiēt, non Presbyteratum aut Diaconatum, sed illum relinquat ab Ecclesia con- ferendum. Ex quo infero, in tali eventu teneri Ec- cleiam electum Pontificem ad Presbyteratum promouere.

## S E C T I O II.

*An bigamus sit iure divino Ordinis in-  
capax?*

B igamia, vt illam definit Innocen. III. cap. Debitū, Bigamia con- pter Sacramenti defectum ad Ordines suscipiendos: etenim cūm debeat Ordinandus, prefertim Sacerdos, & Episcopus coniunctionem. Diuini Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia, quæ una est, exprimere; à qua unitate cūm recedat bigamus, qui carnem suam in plures divisit, defectu arcana huius significationis seu desponsationis Christi cū Ecclesia, non erit Ordinis capax. Quæ irregulari- tas, cūm non sit tanquam poena delicto imposta, sed ex defectu significationis consurgat, contrahi- tur etiam ab ignorantie. Triple bigamia, Vera, In- terpretativa, Similitudinaria. Vera est, quæ consur- git ex duplice matrimonio legitimo carnali copula consummato; ex cit. cap. Debitum, & ex can. Precipi- prima spe- mus, dist. 34. & ex can. finali, dist. 51. in hac enim bigamia; vera.

mia deficit significatio arcanæ coniunctionis Diuinæ Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia, cùm non sit coiunctio vnius cum una, sed cum pluribus. Dixi *legitimo*: quia ex veroq; , vel alterutro illegitimo, non contrahitur vera, sed interpretativa bigamia, *ve infra*. Dixi *Consummato*: quia nulla bigamia contrahitur, nisi per copulam carnalem, carnem vnius diuidentem in plures vxores. Ex quo infero, eam non contrahi per copulam inchoatam & non consummatam, qualem habent impotentes ad seminandum: quia talis copula sicut non est apta efficere ex duabus vnam carnem, ita nec diuidit carnem vnius in plures uxores: nam sicut ea tantum commixtio est apta significare coniunctionem Christi cum Ecclesia, quæ apta est efficere ex duabus vnam carnem: ita illa sola commixtio bigamiam inducit, quæ carnem vnius diuidit in plures.

**19.** *Interpretatio-*  
*ua.*

Interpretativa est, quæ consurgit vel ex duplo matrimonio consummato, veroque, aut alterutro inualido; vel ex matrimonio cum non virgine, vel deum si virginem uxorem, post adulterium ab ea commissum, vir cognovit, ex ea. *Nuper, de bigamia: vbi coniunctus Innocen. III.* An qui laicus uxorem habuit, eaque defuncta, sacris initiatu nouum, licet inualidum, contraxit matrem cum eo debeat quoad suscepti Ordinis executionem dispensari. Respondet negatiuè, nam *lucet hic in veritate*, inquit, *bigamus non existat*; b: bigamia enim non contrahitur nisi ex duplo matrimonio valido consummato, hoc autem secundum matrimonio validum non fuit, ut potè contractum cum impedimento dirimente facti Ordinis, est tamen inter bigamos reputandus, *non propter Sacramenti defectum, sed propter intentionis affectum, opere subsequuto*: quia quantum in ipso fuit, duas uxores sibi matrimonio coniunxit. *Dixit, opere subsequuto*: quia si secundam, quam inualidum matrem duxit, carnaliter non cognouisset, interpretatiua bigamiam non contrahisset. Eadem bigamiam contrahisset, si utrumque matrem fuisse inualidum, & consummatum.

**20.** *Contra-*  
*rebus inter DL.*

An inualide contracto primo matrim. quod tam probabilitate putavit validum, aduertens posteà eius inualiditatem, aliud validè contrahat, illudque consummet, interpretatiua contrahat bigamiam? Affirmant aliqui: eo quod ad hanc bigamiam contrahendam Pontifex solum requirat affectum contrahendi duplex matrim. Alij probabilius negant: cùm hæc non contrahatur ob defectum significacionis, sed in poenam delicti: poena autem non debeat, nisi propter culpam, vbi culpa non est, interpretativa bigamia propter culpam imposita non contrahitur. Vnde non solum post vnum, sed post plura matrim. inualide sine culpa contracta, poterit aliud validè contrahere, nec bigamus esse, modò cum virgine contrahat. Nam eadem ratio est de uno ac de pluribus: quia cùm inualidum matrim. non sit idoneum significare coniunctionem Christi cum Ecclesia, hæc enim non significatur, nisi per veram desponsationem inter virum & uxorem, nil refert, quod fuerit vnum, vel plura inualide contracta, modò validè contractum sit vnum, cum una virgine.

**Curiositas que-**  
*ret quippe?*

At qualis debet esse virgo, cuius cum viro desponsatio arcana Christi cum Ecclesia coniunctionem exprimat, & bigamiam in sponsum non inducat? R. 1. certum esse, virginem solum mente corruptam, bigamiam in virum non inducere: quia sicut bigamia non contrahitur, nisi carnali copula subsecutæ, ita ad eam contrahendam non sat est sola mensis corruptione. 2. certum quoque esse, bigamiam non contrahi, si virgo alia viâ, quam per virilis seminis commixtione, virginitatis florem amiserit, ut si à se ipsa,

vel per commixtionem cum alia foemina, vel medi- ci arte ad arctitudinem tollendam, genitale vas re-seratum fuerit. 3. bigamiam non incurri, si virgo so-domiticè sit ab alio cognita: nam adhuc manet virgo, in uiola: um seruans coniugalem thorum. 4. bigamiam non contrahi, fructu virginitatis claustrō vi-tis membrorum penetratione, eiudem viri seminatio-ne non sequutur: nam perinde runc esset, ac si instru- mento aliquo virginitatis velum frangeretur. **Ratio omnium**

Ratio: sicut sola copula apta efficere è duabus vnam carnem, est idonea exprimere arcana Christi cū Ecclesia coniunctionem: ita sola diuisio vnius in plures, per actum, qui hanc mysticam significatiōem tollit, bigamiam inducit: hic autem est solus ille actus, quo per mutuam sanguinis mixtione, ex duabus vna caro coalescit. Ceterum ad bigamiam contrahendam, non est necesse, ut virgo ab alio deflora-ta cum deflorante seminet: sed sat est, si intra genita-le vas virile semen recipiat, cum foeminae seminatio ad proli generationem necessaria non sit: nec defec-tu ipsius deficit maritalis coniunctio. Vnde si quis uxorem ducat, quæ nondum nubilis à viro cognita fuit, bigamiam contrahit.

**21.** *Corollaria.*

Ex his infero 1. incurti bigamiam, si contrahatur cum virgine, coacte & reluctantē ab alio deflorata: Corollaria. nam etiam per copulam coactam fit sanguinis com-mixtio, ex qua vera consurgit affinitas, ut definit *Innocen. III. cap. Discretionem, de eo qui cogno.* 2. incurri bigamiam, si contrahatur cum virgine, quæ demo-nis arte, vel alia viâ intra naturale vas viri semen excepit: nam etiam per hunc modum fit sanguinis mixtio, & ex ea vera consurgit affinitas, ut seq. ro. Quo fit, ut etiam illæfoeminae claustro, bigamiam inducere possit.

**22.** *Dubia 5.*

Alia dubia discutit Tho. Sanchez lib. 7. de matr. disp. Dubia 5. 24. n. 6. Primum: An bigamiam incurrit, qui corrumpit duxit, quam virginem putabat? 2. An qui inualide cum vidua, vel fornicariè cognitâ matrimoniu iniuit? 3. An si hoc matrim. cum vidua contractum sit secundum Ecclesiarum præsumptionem validum? 4. An ducens à se ante defloratam? 5. An qui uxorem adulteram iudice præcipiente cognoscit? Ad 1. responderet affirmatiuè, & bene: quia cùm hæc bigamia sit propter defectum Sacramentalis significa-tionis, contrahitur etiam ab ignorante. Ad 2. negatiuè: eo quod in tali matrim. ut potè inualido, nullus sit Sacramenti defectus. Ad 3. negat, bigamiam incurrit: quia ad hanc contrahendam non attenditur, quid Ecclesia præsumat, sed quid in re ipsa sit. Ad 4. negat cum glossa in cap. Sane, de Clericis coniugatis, si vacuo pensio-ne. Ratio: talis foemina carnem suam non diuisit in plures viros, ob quam diuisiōem iuris interpretatione, vir ipse censetur carnem suam in plures diui-dere, cùm non nisi ab uno eodemque sit cognita. Ad 5. affirmat, ob rationem supra; quia ad hanc bigamiam incurrendam attenditur, quid re ipsa fiat.

Cur hæc irregularitas non incurritur, si vir ipse sit corruptus, incurritur autem, si tantum vir corrup-ta sit? Nam vir, qui foeminae fornicariè cognitus, si posteà cum virgine contrahat, bigamus non est; est autem, si uxorem ducat ab alio cognitam. S. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. ad 3. qu. post aliorū ra-tiones refutatas, hanc afferit, quam ceteri sequuntur. Actus suam speciem non defumit ex termino à quo, sed ex termino ad quem: cùm igitur consensus Ratio S. Th. maritalis viri, sit actus tendens non in se ipsum, sed in uxorem ut in terminum ad quem, ab ea suam speciem fortitur: proinde si vir sit corrupta, consensus viri ex ea, ut ex termino ad quem, specie corruptionis contrahit: secus si vir sit virgo, esto vir sit corruptus: quia viri consensus speciem non sumit ab ipso.

ipso viro consentiente, sed ab uxore terminante. Unde infert: si mulier esset capax Ordinis, irregularitatem contracturam, si cum viro corrupto iniret matrimonium, non autem si ipsa corrupta cum virginem vito contraheret, nisi per aliud matrimonium, fuisset corrupta.

Non placet hæc ratio Bellarmine lib. I. de Clericis cap. 2.4. ad finem: nam ex ea sequeretur, inquit, non fore bigamum, qui secundam uxorem virginem duces: cùm in hoc matrimonio nullum esset ex parte termini ad quem vitium, sed totus defectus esset ex parte viri. Vnde totam rationem ipse desumit, non ex bigamia, quæ eo casu nulla esset, sed ex sola Ecclesiæ voluntate, quæ propter infamiam, quam contrahit vir, dicens uxorem corruptam, non autem corruptus dicens incorruptam, illum, non hunc iudicat Sacerdotio indignum. Confirmat: nam can. 18. Apost. prohibetur, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus fieri, qui ancillam, vel comædiarum astricem, uxorem dicit: cùm tamen hic nulla sit bigamia, sed sola infamia. Sed non est à ratione tanti Doctoris recedendum: Et ad 1. Bellarmini, dicendum, in casu assignato incurri bigamiam, non propter uxorum corruptionem, sed propter duplex consummatum matrimonium. Ad 2. non negamus quod alias etiæ causas ab Ecclesia prohiberi, ne Clerici ad sacros Ordines promoueantur.

22. Quid definiuntur? Bigamia similitudinaria consurgit ex matrimonio inualido consummato, inito post spirituale matrimonium, per sacrum Ordinem, vel Religionis professionem cum Deo contractum. Dicitur autem similitudinaria: nam reuera hic bigamus non est: cùm nec duo carnalia matrimonium, opere carnali subsecuto contraxerit: nec matrimonium à Clerico in sacris constituto, vel professo initum, validum sit: realis autem bigamia, vera, vel interpretativa, non contrahitur, ut supra, nisi vel ex unico matrimonio cum corruptâ validè inito & consummato, vel ex duobus, utroque valido, vel utroque aut alterutro inualido, opere carnali subsecuto. Porrò similitudo huius bigamiae cum reali fundatur in duobus matrimonio, altero spirituali cum Deo, altero carnali, licet inualido cum feminina contracto. Derelicitur autem hæc similitudinaria bigamia ex cap. finali, de bigamia, ubi Innocent. III. consultus, an esset bigamus censendus, qui post Subdiaconatum viduam in uxore duxit. Responderet: quod licet hic bigamus non existat: nec vidua posset in veritate maritus dici, cùm inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cùm eo tamen contra doctrinam Apostoli, tanquam cum marito vidua dispensare non licet: non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. Ex quo colligitur, hanc bigamiam similitudinariam non contrahi, nisi ex delicto: cùm tamen interpretativa & vera contrahi possit sine delicto: immo vera nunquam contrahitur ex delicto, cùm semper contrahi debeat ex duplice matrimonio, legitimè inito.

26. Certane DD. An hanc bigamiam contrahat qui sacris iniciatus, aut professus non viduam, sed virginem dicit? Negant aliqui, fundati in citato textu, qui solum loquuntur de vidua: quæ cùm sit poena, non debet ad alios casus extendi. Affirmant multò plures ac probabilius: tum propter duplum textum cap. 1. & 2. Qui Clerici vel pouentes: in quibus Alex. III. decidit, non esse cum Diacono & Subdiacono, qui post sacros Ordines uxorem duxerant, vt cum irregularibus dispensandis, vt vel ad Maiores Ordines promouegantur, vel in suscepis ministrent, nisi velint ad Monasticum Ordinem transire nullâ factâ distinctione viduæ, aut virginis. Tum quia licet ex cap. Nuper, de bigamia decernitur, vt tanquam bigamus reputandus sit, qui duo carnalia matrimonium, utrumque

vel alterutrum inualide contraxit, etiam cum virginine, non propter Sacramenti defectum, sed propter intentionis affectum. Ita hæc bigamia similitudinaria, quæ propter duplex matrimonium spirituale validè cù Deo, & carnale inualide cum creatura contractum, persimilis est bigamiae interpretatiæ, quæ contrahitur etiam cum virginine, non propter Sacramenti defectum, sed propter intentionis affectum. Leg. Sanchez, lib. 7. de matr. dis. 8.5.

Infero 1. Scholasticum Societatis, si post emissa vota simplicia, antequam cum ipso dispensetur, cōtrahat matrimonium, & consummet, fieri bigamum bigamia similitudinariæ: Ratio; hæc vota etiæ simplicia, dirimunt contrahendum matrimonium. vt statuit Gregorius XIII. in bulla, Ascendente Domino: ac per ea Scholasticos Nostros verè ac propriè Religiosos fieri; sequē Societati dedicare, & actu tradere, Diuinoque levitio in ea se mancipare: ac proinde spirituale matrimonium, cum Deo & Religione ex parte ipsorum indissolubile contrahere: quod est fundamentum similitudinariæ bigamiae. Quod fundamentum non habet votum simplex castitatis in saeculo nuncupatum. 2. Si cum professo, aut sacris iniciato dispensetur, vt uxorem ducat, non fore bigamum, si virginem, fore autem, si viduam ducat. Vnde in 1. casu, defunctori coniuge, poterit absque dispensatione ad Superiores Ordines promoueri, vel in suscepis ministriæ & professus ad Religionem redire: lecus in 2. Bigamia non casu, in quo dispensatione est opus, si ad Superiores turā declas: Ordines velit promoueri, vel ad Religionem redire, exercendo officium Sacerdotis.

Quo iure bigamus est Ordinis incapax? Prima sent. affirmat, esse incapacem iure Diuino: ita glossa in Principale cap. 2. de bigamia, verb. Dispensare, Pet. Soto lect. 18. de matrimonio matt. §. Ex quibus, & §. Restat istum. Ex quo consequenter deducunt, non posse Pontificem cum bigamis dispensare. Probant primo ex cap. 1. & cap. finali, de bigamia, in quibus declaratur vt illitum cum bigamis dispensare. 2. Ex Apost. 1. ad Timoth. 3. & ad 1. Sent. prob. Titum 1. afferente Episcopum, eademque ratio est 1. de Sacerdote & Diacono, debere esse unius uxoris virum. Quod etiam habetur in can. 16. & in alia versione 17. Apost. referturque can. 1. dist. 33. Qui post Sanctum Baptismum duobus coniugijs fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non potest esse Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero Sacerdotali. Quia verò Soto obijci poterat, id ab Apostolo dictum non fuisse ex sententia Christi, sed propriè, quæ ius humanum non excedit: occurrit, neg. assumpt. putat enim, quæ in suis epistolis Apostoli tradiderunt, à Christo acceptissime, eaque ipsius nomine Ecclesiæ tradidisse. Confirmat: quando propriè autoritate legem tradunt, id explicant, vt fecit idem 1. ad Corin. 7. cùm licentiam dedit ad fidem conuerso manendi cum coniuge infidelis: Ego dico, non Dominus. Cùm igitur hic nihil tale dicat, sed vt rem certam pronunciet, oportere Episcopum esse unius uxoris virum, id non ex sua, sed ex Christi sententia pronunciat. Vnde ex hoc testimonio Pauli moti sunt Pontifices Lucius III. cap. 2. Cœlesti. III. cap. 3. de bigamia, & Martinus I. can. Si quis viduam. dist. 50. & alij, ad negandum, cum bigamis esse dispensandum. 3. Sacris iniciatus diuino iure representare debet coniunctionem Christi cum Ecclesiæ: nequit autem hanc bigamus representare; igitur bigamus Diuino iure est Ordinis Sacri incapax. Minor constat: bigamia tollit unitatem unius cum una, dividendo carnem in plures. Maior prob. Clericus per sacros Ordines despousatur Ecclesiæ, per quam despousationem exprimit arcanam illam despousationem Christi cum eadem Ecclesia.

4. Bigamia in statu infidelitatis contracta non tollit

tur per baptismū, can. Actus. dist. 25. Gran. fin. 28. q. 3. ergo est iure Diuino indispenſabilis nō per baptiſtū tolluntur omnia litigia ita pedimenta, quæ sunt iuris humani.

29. 2d. Sess. ex. incapaciſem ſolo iure humano ab Ecclesia inducito: manus & S. Thom. in 4. diſt. 27. q. 3. art. 3. Ricard. art. 4. qa. 4. Durand. qu. 4. num. 8. Palud. qu. 4. art. 5. Supple. Gabr. qu. 3. art. 3. dub. 4. Maior qu. 4. Sotus qu. 3. art. 3. concl. 1. Angel. verb. Bigamia nam. 8. Sylvest. q. 6. Armil. num. 9. Nauar. in ſum. cap. 27. num. 197. Couar. in Clement. Si furiosus, de homic. pāre. 1. init. num. 2. vbi docet, p̄m̄tēm irregularitatem elle iuris humani, & ſpecialiter bigamiam §. 2. n. 4. Henrīq. lib. 12. de impedim. matrim. cap. 6. n. 11. Ludou. Lopez. 2. pare. inſtruct. cap. 22. de irregul. §. Nunc verò, & §. porr̄ bigamia, Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 86. nu. 6. Prepoſit. quæſt. 5. de irregul. dub. 17. num. 137. & alij paſſim Theologi ac Summiſta: ex can. Lector, diſt. 3. 4. qui ēt Martini I. qui cum bigamo ad subdiaconatum diſpensauit. Nec refert, quod ſubdiaconatus tempore Martini non fuerit ſacer: nam bigamia eſt impedimentum ad Ordines etiam Minores, vt inſra: ergo ſi hoc impedim. habet ex iure Diuino, non minus Pontifex non poterit diſpensare cum bigamia ad Ordines Minores; quām ad Maiores. Quod ſi inſtitetur poſſe quoad Minores, quia hi non ſunt à Christo inſtituti: Hoc falſum eſt vt ſuprà: nec ſaltem de ſubdiaconatu dici potest, etiamſi hic nō ſemper fuerit ſacer. ſeu annexum habens ſolemne Continen‐tię vorum, nam hōc non habuit à Christo, ſed ab Ecclesia. Et eſto Minores ſint ab Ecclesia inſtituti, vt diſpositiones ad Maiores, ſi bigamia iure Diuino eſt impedim. ad Maiores, erit etiam ad Minores: cùm non poſſit Ecclesia habilitare ad diſpositionem eius formaz, cuius iure Diuino eſt incapax ſubiecltu: ergo ſi bigamus iure Diuino eſt inha‐bilis ad Maiores, non poſterit per Eccleſiam habili‐tari ad Minores, qui ſunt diſpoſitio ad Maiores. Adde etiam ad Maiores fuſſe aliquando cùm bi‐gamo diſpensatum, vt refert glossa in cit. Can. Lector, fuſſe diſpensatum à Lucio Papa cum Archiepiscopo Panormitano: 2. Locus Pauli, in quo maximè op‐poſita ſent. ſe fundat, ſolū probat, illud fuſſe pre‐cepitum Apost. multa enim Apostoli propriā autho‐ritate conſtituerunt, vt conſtat Act. 15. Quæ autem authoritate Apost. conſtituta ſunt, ea non Diuini, ſed humana iuriū vīm obtinent, ſupra quæ plenam poſteſtatem habet Pontifex, qui authoritate non eſt Apostolis, ne ipſo quidem Petruſ infert, cùm ſuc‐cedat illis in eadem omnīnō poſteſtate & iurisdictione vniuersam Christi Eccleſiam gubernandi. Vnde can. finali, diſt. 82. ex Cōcilio Hybern. dicitur, quod licet Presbyter fornicari ſecundūm Canonis Apo‐ſtolorum debeat deponi; tamen iuxta authoritatēm B. Papa Sylvestri, ſi in virio non perdurauerit, poſterit cū eo diſpensari, debita iniuicē p̄tēnitētē.

Infertur, poſſe Pontificem in quauis bigamia diſpensare, ſc. ordinariā poſteſtate; nam ſi tantū extraordi‐nariā, ſibi à Deo in caſib⁹ extraordi‐nariis co‐mu‐ni‐ca‐ta, iuxta mentem delegantis, non valeret diſpensatio abſque iusta cauila, vt nec in votis, & matrimonio rato non conſummatiōcūmq; hæc irregulatitas ſit humano iure inducta, vt ſuprà, & Pontifex ordinariā poſteſtate habeat ſupra omne ius humānum, poſteſtate etiam ordinariā, & ex proprio officio ſibi co‐pe‐te‐n‐te diſpensare poſtēt.

Ad 1: dicit illicium à Pontificibus cum bigamia diſpensare, nullā vrgente cauila, quā ſi careat di‐penſatio, erit quidem illicita, non tamen irrita: nam in hīs, quæ pendent ex meo iure humano, etiam fine cauila validē à Pontifice diſpensatur. Ad

2. Adiutoriū nullo fundam. ait id Apoſtolum dixisse ex Christi ſententia; cūm potius id ex pro‐pria prominetiaſſe iadicent ſequentia, quæ ab epि‐ſeo Paulus exigit, vt ſit sobrius, prudens, ornatus, p̄tidicus &c. quæ, vt pater, non ex Christi, ſed ex propria dixit ſententia. Quid autem Pontifices dicant, non eſſe cum bigamis contra Apoſtoli pre‐ceptum diſpensandum, ſolūm ſignificat, hanc ir‐gularitatēm fundari in precepto Pauli; proinde ob reuerentiam Apoſtolo debitam, non eſſe in ea paſſim, & ſine vrgenti cauila diſpensandum. Ad 3. in ganda maiori nullibi n. tale ius legitur: nam licet Christus matrimonium inter fideles euexerit ad ſi‐gnificantiam m̄yſticam coniunctionem ſui cum ecclēſia vt cum vniua ſponsa, exilio ad Epheſios 5. ſacramentūm hoc magnum eſt, ego autem dico in Christo & in Ecclēſia: ad quam coniunctionem p̄fēcte ex‐pietandam, non eſt aptus bigamus ob diuisionem ſuā carnis in plures; nusquam tamen habetur, quod hic ſignificationis defectus iure Diuino impediat Ordinis luſceptionem. Ad 4. neg. conſeq. nam ne‐que per baptismū tollitur vitium corporis, quod eſt Canonicum impedimentum, humano tantūm iure inducētum ad Ordines luſcipiendoſ. Nam & que potest per baptismū non tolli impedimentum, quod eſt iuriū Diuini, ac quod eſt iuriū Ecclēſia quo non ſublato, baptezatū manet lege Ecclēſia. ad Ordines luſcipiendoſ impeditus. Quamquam acris fuit olim inter Hieronym. & August. controuerſia, an bigamia ante Baptiſtūm contrafacta, per baptiſtūm tolleretur? Affirmante illo epift. 83. ad Ocean. & refertur can. 1. diſt. 26. & ad Timoth. 3. refertur can. 1. 28. qu. 3. negante iſto. Ad Titūm, & de bono coniug. & refertur can. Auctinus, diſt. 26. & cauila 28. qu. 3. can. finali; cui consentit Ambroſ. lib. 1. de officiis cap. vlt. & refertur can. Vna tantūm, diſt. 26. quos Theologi omnes ſequuntur.

Excipit Henrīq. lib. 14. de irreg. cap. 17. num. 2. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 83. num. 10. bigamia ex delicto conſurgentem. Hæc n. cūm pen‐deat à mera lege Ecclēſia, quæ illam in ſolius deli‐cti poenam imponit, ab inſideli non contrahitur, qui Ecclēſia legibus non ſubieciſt: ſicut neque ab eo contrahitur irregulatitas ex voluntario homici‐dio conſurgens: contrahitur autem, quæ propter defectum ſignificationis imponit. Nam licet hæc, vt impedimentum eſt ad Sacros Ordines, ſit lege Ecclēſia inducēta, cūm pouerit non induci; ex lege tamen habet independenter à lege Ecclēſia. ſignificationis defectum; ſc. diuisionem carnis in plures, quæ ſubiecltu reddit ineptum ad ſignificantiam coniunctionem Christi cūm Ecclēſia, ad quam ex‐piemendam Ecclēſia aptitudinem in orditando re‐quirit. Quo fit, vt ſi inſidelis in ſtatu inſidelitatis contraxit duplex matrim. alterutrum ſaltem illegiti‐tatem; vel contrā naturales leges matrimonij, vel contra poſtuias ſuā ſectā, ad fidem conuerſus, abſque diſpensatioſe poſſit ad Ordines promoueri: contrā verò, ſi contraxit duplex matrim. legitimi‐tati, non poſſit abſque Pontificis diſpensatione Ordines luſcipere. Nam in 1. caſu bigamia conſulti‐git ex delicto, quām inſidelis non contrahit; in 2. ex defectu ſignificationis. Dices: non m̄tis verum eſt, inſidelēm contraxiſſe duo matrim. illegitima, quām duo legitima: ſed non m̄tis vnuum, quām alterum eſt impedim. ad Ordines: ergo vel pro neutro, vel pro vno que ad fidem conuerſus diſpen‐ſatioſe indigebit. Relp. neg. minor: nam vnuum eſt impedimentum ex mera lege Ecclēſia, nullo pre‐cedente fundam. talem legem exigente: duplex quippe matrim. illegitimum, cūm non diuidat car‐nem.

31. De bigamia conſurgentem ante baptiſtūm.

Sententia  
oppoſita aul‐  
eo nimiru‐  
textu ſuffi‐  
cienti.

36.  
u. argum.  
mīa.

nem viri in plures sponsas, non præbet ex se Ecclesiæ fundamentum talem legem statuendi: præbet autem alterum, propter defectum significatio-nis, quam Christus connaturaliter saltem in ordi-nando requirit. Cæterum, quoad modum loquen-di notandum est, non propriè dici, ab infidelis irregularitatem contrahi, quia hæc formaliter im-portat canonicum impedimentum ab Ecclesia inductum, cuius capax non est infidelis, cùm eius legibus non subiiciatur: sed potius dici defectum, propter quem, quia mediante Baptismo baptizatus subiicitur Ecclesiæ, iuxta ipsius leges impeditur ab Ordinibus suscipiendis, non secus ac impeditur propter cor-poris vitium, aut natalium defectum.

32. *Huius anno-*  
*na persimilius*  
*diss.* An aliqua irregularitas tollatur per Religionis ingressum, vel professionem in ea emissam & alijs apud Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 86. & Suarez de censuris disp. 41. sect. 1. Affirmant tolli omnem ir-regularitatem; alijs solum eam, quæ sine peccato contrahitur. Sed communior probabilius sent. est, quam citati sequuntur, non posse in hac re vniuersalem regulam statui, cùm nullum sit in iure fundamentum: sed in singulis consulenda iura & propria cuiusque Religionis priuilegia: illud potius pro regula statuendum, nullam irregularita-tem per ingressum, aut professionem Religionis tolli, nisi sit in iure expressa, qualis est in c. i. de filijs Presbyt. ut illegitimi ad sacros Ordines non promoueantur, nisi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica re-gulariter viuant, prælationem vero nullatenus habeant. Idem statuitur can. Presbyt. dist. 56. Qui est Urbani II.

33. *Nō leue du-*  
*biū oritur.* Sed hinc dubium Paulus III. in bulla. Licet debi-tum Pastor. edita 15. Kal. Nou. anno 1549. concedit Generali Societatis Iesu, & de eius licentia Pro-vincialibus, vt possint cum personis dictæ Societ. quæ ex illegitimo thoro natæ sunt, postquam in ea vota emiserint, dispensare ut ad sacros Ordines pro-moueantur. At frustaneum fuisset hoc priuile-gium, si hic natalium defectus tolleretur per ingre-ssum Religionis. Confir. ut cap. Is qui, de filijs Pres-byt. in 6. illegitimi, licet ad Miores Ordines promoueri possint ab Episcopo, ad Minoribus ta-men non nisi per dispensationem sedis Apost. Ad quod Resp. 1. hoc priuilegium concessum esse ad maiorem firmitatem; ita sèpe priuilegia, non ut simpliciter necessaria, sed ad scrupulos tollendos.

*Verior resp.*  
fo. 2. Cùm hæc irregularitas non tollatur per solum ingressum Religionis, sed vel per professionem in ea emissam, vel saltem per vota, quæ vountem Religiosum faciunt; cumque tempore Pauli III. nondum exploratum esset, quod tria vota simplitia, quæ nostri Scholastici in Societate peracto biénio emittunt, vountes veros Religiosos efficiant, vt postea definiuit Gregorius XIII. in bulla, Ascenden-te Domino, necessarium tunc temporis hoc priuilegium fuit ad maiorem rei securitatem. Quòd autem simplicitia vota in Societate nuncupata hæc irregularitatem aboleant, docet Sanchez tom. 2. in precepta Decalogi lib. 5. cap. 5. n. 13. ratio: iura solum requirunt, ad liberandum ab hac irregularitate il-legitimum, ut fiat religiosus. Licet, quia ante Socie-tatem nullus fiebat religiosus, nisi per professio-nem, Doctores huius tantum mentionem faciant.

Notant autem communiter per ingressum reli-gionis faciliorem reddi cum ingrediente dispensationem: immò multi docent, cum ijs dispensare posse Episcopum. Cæterum Sotus in 4. dist. 25. q. 1. a. 3. §. Ad hanc q. fine, docet, nunc in religionibus, sive iure communi, sive consuetudine, sive priuilegio serua-ri, ut per professionem omnis irregularitas, quantu-m ad Ordinis susceptionem aboleatur, præter illam,

quæ vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur, non autem quantum ad Prælationem. Verum huic Sotis sent. saltē vniuersaliter intellec-tæ, contradicunt merito Suarez, Sanchez, Henrig. citati: esto ex peculiari priuilegio hoc habeant aliquæ Religiones. Sed fortè Sotus hanc irregularita-tis abolitionem, non tam intellexit fieri per pro-fessionem formaliter, quæ per superiores priuile-gium habentes ad Ordines promouendi Religio-nem professuros,

### S E C T I O III.

An possit Episcopus in bigamia dis-pensare?

Prima sent. tacito authore à glossa in 2. cap. de bigamis, verb. Dispensare, relata affimat, posse i. *Sententia.* etiam quoad Ordines Maiores. Prob. Episcopus potest dispensare cum criminosis. Cap. At si Clerici, de iudicis, vbi Alex. III. de Adulterijs, & alijs criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum Clericis posse per actam pænitentiam dispensare: sed Apostolus cit. non tamū bigamos, sed etiam criminosos vetus ordinari. At hæc opinio damnatur ab Innocent. III. cap. Nuper, & cap. finali, de bigamis, vbiait, non li-cere contra Apostoli doctrinam cum bigamis dis-pensare. Neque est parratio de criminosis: nam hi per pænitentiam corrigi possunt. Secunda, quam *Sententia.* cum S. Tho. Durando, & alijs Schol. citatis sequitur Sanchez, lib. 7. disp. 86. assertit, non posse Episcopum dispensare quoad Ordines Maiores; posse quoad Minoribus suscipiendos, susceptisque vten-dum. Prob. ex can. Lector dist. 34. qui est Martini I. qui dum concedit Episcopo, si necessitas fuerit, facultatem dispensandi cum bigamo in subdiaconatu, qui eo tempore non erat per solemne conti-nentia votum sacer, à fortiori facultatem conce-dit dispensandi in reliquis Minoribus, tam confe-rendis, quæ anteā collatis videntis.

Contra ex cit. can. non colligitur, Pontificem or-*Sed neq. hoc* dinariam potestatē dedisse Episcopo cum bigamo *Sent. placit.* in Minoribus Ordinibus dispensandi, sed solum delegatam pro ea vice tantum. Colligo ex dist. 50. can. ab eodem Pontifice in Concilio condito: si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, non admittatur ad Clericatum. Quod si irreperitur, dejeiciatur. Cùm igitur hic vniuersalem legem statuat, ne bigamus ad Cle-ricatum admittatur, ne sibi cum toto Concilio co-tradicat, dicendum, cum cit. can. Lector, concessit Episcopo facultatem dispensandi cum bigamo ad vnum Ordinis Lectoratus anteā suscepti, & vrgente causa, ad subdiaconatum, eam non concessisse per modum potestatis ordinariæ, sed delegatæ, pro ea vice tantum. Nec urget quod Sanchez obiicit: alioqui non dixisset Pontifex, nihil autem supra: cùm possit etiam supra subdiaconatum dispensare: nam hæc addita sunt ad denotandam difficilis dispensandi, nō carentiam potestatis in Pontifice. Vnde nonnisi vnum, vel alterum exemplum habemus, quod Ponti-fices cum bigamis dispensarint, ob reuerentiam Pauli, qui legem tulit. Tertia docet, non posse Epi-scopum cum bigamo dispensare quoad Ordines Minoribus suscipiendos, posse tamen quoad eorum vnum anteā susceptorum, si post eos susceptos bigamus fiat: ita Nau. in sum. ca. 27. n. 197. Valent. to. 4. disp. 7. quest. 19. punt. 3. de 1. specie irreg. fine: Sæ verb. Irreg. §. Irreg. ex bigamia. num. 6. ex cit. can. Lector: vbi Pontifex solum Episcopo concedit,

ut dispenset cum Lectorate, ut permaneat in Lectoratus vsu tantum: Qui Ordo supponitur suscepitus ante bigamia: quā contractā non conceditur Episcopo, ut dispenset in alijs Minoribus conferendis. *Non coberit ter meā Episcopo, ut si necesse fuerit, etiam in Subdiaconatū dispenset & à fortiori in reliquis Minoribus. Nec dico potest, quod ibi Pontifex tradat ordinariam potestatem Episcopo dispensandi quoad vsum Lectoratus antea suscepti, & delegatae quoad reliquos post contractam bigamiam conferendos: si quidem nulla huius distinctionis in cit. can. mentio fit, cū tamē fieri debuisse, cū longè diuersa sit potestas ordinaria & delegata: nam hæc cessat completo actu, ad quem datur, illa durat cum Episcopali dignitate.*

35. Quarta, quæ mihi probatur, negat, posse Episcopum etiam quoad Ordines Minores, eorumque inter omnes sum cum bigamo dispensare: Angel. verb. Bigamia, n. mibi maxime prob.

4. *Sententia 8. Lud. Lopez 2. pa. Infr. cap. 22. §. 4. Tolet. in sum. lib. 1. in meo Cod. cap. 6. 8. n. 4. quam cum Panor. & Preposito appellat communem. Quibus accedunt Richar. in 4. dist. 27. ar. 4. q. 4. iisque omnes, qui vniuersaliter docent, non posse Episcopum cum bigamo dispensare. Deducitur hæc sent. 1. ex cit. can. Lector, vbi Episcopis non ordinaria, sed delegata potestas conceditur dispensandi in vsu Lectoratus, & Subdiaconatu, si necesse fuerit: & ex cit. can. Si quis viduam, in quo videtur etiam quoad 1. tonsuram Pontifex ordinariam potestatem cum bigamis dispensandi Episcopis negare: nam per primam tonsuram initiatur Clericus, ut docet Innocen. III. cap. Cūm contingat, de estate & qual. Ordin. si quidem per eam quis transiret à statu Laico ad Eccles. vnde etiam quoad hanc, Tolerus negat, posse Episcopum cum bigamo dispē-  
Quid potuit fave. 2. ex Gelasio Papa ad Episc. Lucania cap. 5. Nec fas pro hac senti. esse confidat quisque Pontificum bigamos, aut coniugia for-  
claris dici: tientes ab alijs derelicta, &c. Diuinis seruituoris applicare mysteria; ac absque sedis Apostolice iusta dispensatione mā-  
dante. 3. Ex dist. 34. can. sumpto ex Aymbr. epist. 82. ad Ecclesiam Vercell. Cognoscamus non solum hoc de Episcopo, & Presbytero Apostolice statuisse; sed etiam Patres in Concilij Nicæni tractatu addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit. Viden' au-  
thoritate Concilij Nicæti non modò ad Ordines sacros, sed ad quemcunque Clericalem cum bigamis Episcopum dispensare non posse.*

36. Ratio Gregorius X. in Concilio Generali Lug-  
du. nudauit bigamos omni priuilegio Clericali, eos  
que addixit correctioni fori sacerdotalis: prohibuitq;  
sub anathemate, ne deferrent tonsuram, vel habitū Clericalem, cap. vn. de bigamis, in 6. cui consentit Tri-  
den. sess. 23. cap. 17. vbi prohibit, ne bigami Minorū Ordinum munia exerceant. Porr̄ si bigami ex de-  
creto Concilij Generalis nudantur omni Clericali priuilegio, adiunguntq; correctioni fori sacerdotalis, non habet Episcopus potestatem, eos vel ad Ordines Minores promouendos, vel ad eorum vsum ante susceptorum cum eis dispensandi: cūm non ha-  
beat facultatem dispensandi in lege Concilij Ge-  
neralis, in quo prohibitum est, ne bigami tonsuram deferant, & ne Clericali priuilegio gaudent: at hoc ipso, quod ad Minores promouerentur, vel ad eoru-  
vsum exercendum, gauderent Clericali priuilegio, illis à Concilio Generali sublato. Confir. tam pro-  
motio ad Ordines Minores. quād ad eorum vsum exerceendum, est priuilegium Clericale, quo lege v-  
triusque Concilij spoliantur bigami: nequit igitur Episcopus suā autoritate hoc priuilegium illis re-  
stituere. Vnde cit. Trident. duti statuit in defectum Clericorum Coelibum ad munia Ordinum Mino-

*Tomus VIII. de penitentia & Ordine.*

rum obeunda substitui posse viros coniugatos probatæ vitæ, qui habitum Clericalem in Eccle-  
sia gestent, addit, Dummodo non sint bigami. Nec  
valet responsio, eos dum taxat Clericos Clericali  
priuilegio nudari, qui post susceptos Minores Ordines contraxerunt: nam tales contrahendo non  
peccant, cū Ordines Minores non impediunt  
matrim. proinde non potuit hæc irregularitas im-  
poni Minoribus Ordinibus initiatis ut poena, sed  
in defectum tantum Sacramenti, quæ etiam sine  
peccato contrahitur.

Hoc ipsum confirmat bulla Pauli III. *Licet debi-  
rum, cit. quā concedit Generali Socie. Iesu, & de Edita 15.  
eius licentia Provincialibus ut possint cum perso-  
nis eiusd. Socie. dispensare in irregularitatibus, ex 1549. citata  
quauis causa prouenientibus, præterquam homi-  
cidij voluntarij, bigamia, & mutilationis membro-  
rum. Vnde eodem iure Pontifex sibi reseruat irreg-  
ularitatem ex bigamia atque ex homicidio: Sed  
in hac dispensare non potest Episcopus, ex Trid. cap.  
6. de refor. sess. 24. ergo neque in bigamia. Neque di-  
cas: Non omnia, quæ concessa sunt Episcopis, com-  
municata esse Societati: ac proinde etiam si facul-  
tas dispensandi cum bigamis non sit concessa So-  
cietati, non sequitur, cum ijs dispensare non posse  
Episcopos. Nam cūm in hac bulla Pontifex conce-  
dat Societati omnia, quæ Trident. concedit Episco-  
pis; & neget, quæ Concilium Episcopis negat, signū  
est, per hanc velle Pontificem Societati concede-  
re, quæ Trident. concessit Episcopis; & negare, quæ  
eisdem negat. Huic sent. pondus attulit sacra Con-  
greg. Cardin. quæ consulta, An Episcopus sua authori-  
tate ordinaria potuerit cum suo subdito vero bigamo, qui magnum  
alias cum duabus virginibus successiūe, que modo defuncta pondus.  
sunt, matrimonium legitimè contraxerat, & consummaue-  
rat, dispensare ut posse, primam tonsuram & simplicia be-  
neficia accipere hæc eidem conferre prout conculit, & da-  
to quod non posuerit. An aliquas & quas censuras & pœ-  
nas incurrit, tam Episcopus, quād sic promotus. S. D. N.  
Sixtus ex sententia Congregationis respondit, quo ad Epi-  
scopum esse suspensum, tonsuratum verò beneficium am-  
isse, & fructus perceptos non se iisse suos. Hac declar. est inter  
prætermissas in cap. 17. sess. 23. Ceterū hæc intell. de Communio  
bigamia vera, vel interpretativa, non similitudina-  
probabilioria: in qua potest Episcopus dispensare, ut si in sa-  
-sensi.*

eris constitutus, vel prof. ssus semel vxorem dux-  
erit, eamque virginem: secus si viduam, vel corru-  
ptam, aut non semel contraxit. Primum constat de  
Clericis coniug. ex cap. Sanè Sacerdotes illi, inquit Alex.  
III. qui nuptias contrahunt, quæ non nuptia, sed contuber-  
nia sunt potius nuncupanda; post longam pœnitentiam, &  
vitam laudabilem continentis, officio suo restituunt:  
& ex indulgentia sui Episcopi eius executionem habere. Vbi  
glossa fine: hic, inquit, de hū tantum, qui contrahunt post  
Ordinem sacram, & cum virgine. Et ex cap. 1. Qui Clerici  
vel voven. vbi idem Pontifex scribens Archiep.  
Rhēm. declarat, illum posse dispensare cum Dia-  
cono, qui in sacris constitutus contraxit, ut post  
pœnitentiam officio restituatur, & ad Presbyteratū  
promouatur: glossa explicat de eo, qui semel, &  
virginem duxit, ne alijs textibus citandis contra-  
dicat. Secundum deciditur ab Innocen. III. cap. Nu-  
per, & cap. finali, de bigamis: in quorum primo man-  
dat, non esse dispensandum cum Clericis, qui de  
facto, & si non de iure cum diuersis matrimonio  
copulati sunt: in 2. non esse cum eo dispensandum,  
qui in Subdiaconatū Ordinē constitutus, de facto  
viduam in uxorem duxit.

DVBIVM 1. An possit Episcopus in omni biga-  
mia saltem occulta dispensare? Negat Suarez 10. 5. Primū dub.  
de censuris disp. 49. sess. 6. eo argu. quod nequeat Epi-  
scopus

Ecc scopus

## Disp. XXV. De natura & institu. Ordinis. Sectio II.

Scopus dispensare in defectu significationis Sacra-  
mentaloris etiam occulto: at bigamia etiam occulta  
includit hunc defectum. Affirmant Henr. lib. 12. de  
temp. matr. cap. 6. n. finali, Sanchez lib. 7. de matr. disp.  
86. n. 23. citatis Vegam & Manuel. Ioan. Preposi. q. 5. de  
irregul. dub. 8. n. 141. Sed distinguendum est de du-  
plici bigamia occulta, altera ex delicto; altera ex no-  
delicto consurgente. In prima omnino censeo Epi-  
scopum dispensare posse; non in secunda. Ratio  
prioris partis: Triden. sess. 24. cap. 6. amplam conce-  
dit Episcopis potestatem dispensandi cum suis sub-  
ditis in omnibus irregularitatibus, ex occulto de-  
lictio prouenientibus, eā tantum exceptā, quæ ex  
homicidio voluntario oritur. Cūm igitur hæc ir-  
regularitas non sit à Concilio excepta, & potestas à  
Principi concessa amplè sit interpretanda, omni-  
nō dicehdum, eam esse in hoc Concilij decreto  
comprehensam: alioqui illam excepisset, vti exce-  
pit, quæ ex homicidio voluntario occulto oritur.  
Ratio posterioris: Triden. hanc potestatem Episco-  
pis concessam restringit ad eas tantum irregulari-  
tates, quæ ex occulto delicto consurgunt: ergo quæ  
non oritur ex occulto delicto, sed ex solo defectu  
significationis, in hoc decreto non comprehendendit.  
Quare non sufficit, vt bigamia sit occulta, nisi  
sit etiam ex delicto: sufficit autem, vt sit ex delicto  
alterutrius coniugis, vt bene Reginal. apud Remissiones  
in Conc. Triden. sess. 24. cap. 6. n. 8. Vnde potest Episco-  
pus dispensare cum bigamo, qui suam coniugem  
potest adulteriu occulte commissum cognovit. Fun-  
dam. Suarez solum probat de vera bigamia, quæ  
non ex delicto, sed ex defectu significatiois ori-  
tur: cūm hæc nonnisi ex duobus matrimonij legi-  
timè contractis & consummatis nascatur: in quam  
Episcopus nullam habet potestatem, vti neque in  
interpretatiuam, si ex delicto non sit, vt si quis cum  
vidua occulta contraxit, quam virginem putabat.

**39.**  
**Dubium 2.**  
**De pœnit. Epis. regula generalis.**  
8. An possit Episcopus in casu necessitatis in qua-  
uis bigamia etiam notoria & vera dispensare? Af-  
firmant Palud. in 4. dist. 27. q. 4. ar. 5. concl. 4. Suppl.  
Gabr. q. 3. ar. 3. dub. 4. fine, Henr. cit. solum quoad  
Subdiaconatum. Probant ex can. Lector, dist. 34. vbi  
vrgente necessitate à Martino I. conceditur Epi-  
scopis potestas dispensandi in Subdiaconatu tan-  
tum Sanchez. disp. cit. n. 14. extendit etiam ad Dia-  
conatum & Presbyteratum, sed nonnisi ingenti vr-  
gente necessitate, propter penuriam ministrorum,  
neque aditus sit ad Pontificem, ob nimiam loci di-  
stantiam. Idque probat ex regula vniuersali, quod  
in casibus maximæ necessitatis possunt Episcopi,  
ex tacita Pontificis voluntate, dispensare in legibus  
Generalium Concil. Quam sent. cum adiuncta li-  
mitatione, ne propter ministrorum defectum salus  
animalium patiatur, omnino veram puto: quia co-  
euenu censetur Pontifex facultatem concedere.  
Nam quoties necessitas est tanta vt moraliter cer-  
tum sit, Pontificem dispensaturum, si consuli pos-  
set, presumendum est, eo casu suas vices Episcopis  
committere: cūm non debeant fideles in casibus  
necessitatis remedij ad salutem opportunis desti-  
tui. Cæterum fundamentum quo Palud. Suppl. Gabr.  
& Henr. vtuntur, vrgente necessitate in solo sub-  
diaconatu concedi Episcopis dispensandi potes-  
tatem, falsum est: tum quia, vt supra, hæc potestas  
non fuit cit. can. concessa Episcopis vt ordinaria, vt  
ipsi autem: tum quia posito quod nunc Subdia-  
conatus sit Ordo sacer, eadem ratio est de illo, ac  
de reliquis. ergo si vrgente necessitate potest Epi-  
scopus dispensare, poterit & in reliquis: presertim  
cūm ad salutem animalium magis necessarij sint  
Sacerdotes, quam Subdiaconi.

3. An Prælati Religionum possint in bigamia ex  
occulto delicto proueniēte cum suis Religiosis dis-  
pensare? Ratio pro negante parte: Pontifices in  
concessione priuilegiorum semper solent excipere  
facultatem dispensandi ab irregularitate orta ex  
bigamia, & homicidio voluntario, ita bulla Sixti IV.  
que incipit, Regimini vniuers. Eccle. cūm multa am-  
plissimaq[ue] priuilegia concessisset Fratribus Mi-  
noribus Conuentualibus S. Francisci, excipit §. 14.  
facultatem dispensandi ab irregularitate proue-  
niente ex bigamia, homicidio voluntario, & muti-  
latione membrorum: & bulla Pauli III. que incipit,  
Liceat debitum past. in qua hæc eadem sub eadem om-  
nino forma concedit Societati Iesu, exceptâ fa-  
cilitate dispensandi in bigamia &c. Nec dici po-  
test, his bullis excipi tantum bigamiam notoriam,  
non occultam: nam sub eadem forma, tenore, &  
contextu Pontifices excipiunt bigamiam ac homi-  
cidium voluntarium: sed hoc etiam vt occultum  
excipiunt, vt Triden. sess. 24. cap. 6. de refor. vbi post  
amplissimam facultatem concessam Episcopis, vt  
possint cum suis subditis in omnibus irregularita-  
tibus ex occulto delicto prouenientibus dispensa-  
re; excipit tamen eam, quæ oritur ex homicidio vo-  
luntario etiam occulto. Verum Dico, posse Præla-  
tos Relig. cum suis subditis dispensare in bigamia,  
ex occulto delicto contracta, sicut iure Triden.  
possunt Episcopi, vt supra quia Prælati Religionū,  
qui quasi Episcopalem iurid. exercent in suis sub-  
ditos, nomine Episcopi veniunt in eis. Trid. decreto. firm.  
Vt Henr. lib. 14. de irregul. cap. 18. n. 2. & cap. 20. n. 1. Ex duplicit  
& lib. 6. de pœnit. cap. 16. n. 1. & plurimi apud Barbos. in cap. prob.  
collet. Triden. sess. 24. cap. 6. de refor. n. 7. Sanchez. lib. 8. de  
matr. disp. 2. n. 12. & in Decal. lib. 2. cap. 10. n. 5. Hoc ta-  
men fund. non est omnino certum, propter declar.  
Cardin. in cit. Trid. cap. In hoc decreto non comprehenduntur  
inferiores habentes iurisdictionem ordinariam quasi  
Episcopalem, sed Episcopi, priuatiu quoad alios. Ob quam  
declar. Suarez oppositum docet de pœnit. disp. 30. sess.  
2. n. 5. Gauanta in Enchir. verb. Absolutio, & alijs apud  
Barbos. cit. n. 8. Certius fundati est priuilegium à Pio V. concessum Prælatis Ordinis Prædica. absolu-  
di suos fratres in foro Conscientia ab omnibus ijs  
peccatis, nec non dispensandi in omnibus irregu-  
laritatibus, in quibus iure Triden. sess. 24. cap. 6.  
possunt Episcopi, ita bulla, que incipit, Romani Pontif.  
circumspecta benign. §. 3. Quia sacrum, inquit, O Ecumeni-  
cum generale Tridentinum Concilium concessit Episcopi, ut sic.  
absoluere possint in foro anime, seu Conscientia ab omnibus  
peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24.  
cap. 6. habetur, ne Prior Conuentualis, & Superiores Pra-  
lati dicti totius Ordinis, eam in dicta Provincia, quam ex-  
tra eam vbiliter, in hac parte deterioris conditionis, quam  
Clerici, aut seculares existans, eisdem Priori Conuentuali,  
& superioribus Prælati, vt ipsi per se ipsos omnino  
possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis sibi subditos,  
quod possunt Episcopi in Clericos & Laicos sibi subieccos, tā  
quoad absoluendi, & dispensandi buiusmodi, quam alias  
quascunque facultates, eadem autoritate & tenore, etiam  
perpetuè concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.  
Quod Priuilegium omnes illæ Relig. participant,  
quæ cum alijs in gratijs & indultis communicant,  
inter quas est nostra Societas, ex bulla Pij V. Quæ incipit.  
Dum indecessa consider. in qua Societatem Iesu  
declarat mendicantē, ac proinde eam frui & gau-  
dere omnibus priuilegijs, gratijs & indultis, quibus  
mendicantes Religiones gaudent. nec non partici-  
pare omnia priuilegia alijs Relig. & pijs locis à Se-  
de Apost. hactenus concessa, & imposterum con-  
cedenda, perinde ac si ea Societati, Præposito, per-  
sonis, domibus, & Collegijs predictæ Socie. nomi-  
natim,

42. Dubium 4. natum, & specialiter, ac generaliter concessa essent.  
4. An idem Priuilegium participant Prælati qui quasi Episcopalem iurisdictionem in seculares si- bi subditos exercent?

Prima sent. negat: Suarez cit. Dicitur notatâ declar. Card. quam sequuntur Gauanta in Enchir. verb. Absolutio, n. 5. Barbosa. cit. n. 7. & alij apud ipsum. Confirmat Suarez 1. hec facultas celsetur data Episcopis iure speciali, & intuitu dignitatis Episc. ergo non potest ad alios, qui verè & propriè Episcopi non sunt, extendi. 2. Licet hoc decretum Tridentinum, videatur fauorabile, ac proinde amplè interpretandum: quia tamen rigorem ad disciplinam Eccles. necessarium mitigat in rebus grauibus, ne cum illius dispensatio plus nimio extendatur, erit iuxta verborum proprietatem strictè interpretandum. Ex quo à for-

Secunda omnia vera. Secunda affirmat de ijs tantum Prælatis, qui omnimodam habent iurisdictionem, cum pleno & independenti iure exercendi omnia ad ea pertinentia in suo districtu, quæ Episcopi exercent in sua Diœcesi, quam veram puto: eamq; à fortiori docent, 1. qui illam extendunt ad Prælatos Regulare, qui magis limitatam potestatē habent in suis subditos Regulares. 2. qui illam absque distinctione absolutè concedunt omnibus Prælatis quasi Episcopalem iurisd. habentibus, vt Henr. lib. 14. de irreg. cap. 18. n. 2. & cap. 20. n. 1. & lib. 6. de pœnit. cap. 16. n. 1. Sanch. lib. 8. de marr. disp. 2. n. 12. & in Decalog. lib. 2. cap. 11. n. 5. Propos. 3. par. q. 5. de irreg. dub. vlt. concl. 4. Palao, de pœnit. spirit. heret. tra. 4. disp. 4. §. 1. n. 4. Hurrad. de irregul. disp. 2. diffi. 20. n. 67. & alij apud Barbos. cit. Prob. 1. facultas à principe concessa, & maximè iuri communi inserta, est amplè interpretanda: igitur & hæc à Concilio Episcopis concessa, non per modum delegatæ, sed Ordinariæ potestatis, & iuri communi inserta, tanquam fauor extendenda ad omnes, qui in fauorabilibus iure veniunt nomine Episcopi, cuiusmodi sunt Prælati exempti, omnimodam iurisdictionem in suis subditos exercentes, à quocunque Episcopo independentem. Nam hi, vt supra, quoad potestatem iurisd. non sunt Episcopis inferiores, nisi fortè extensiù, quod non tam amplum habeant districtum, quod est quid materiae, & per accidens: nam fieri potest, vt tales Prælati interdum ampliorem habeant Diœcesum. Confir. hæc facultas non solum est concessa in fauorem Episc. sed maximè in fauorem fidelium, vt possint in casibus occultis ad forum contentiosum non deductis, ab immediato Superiore opportunum habere remedium: quæ ratione motus fuit Pius V. ad eam concedendam Prælatis regul. cum suis subditis, vt supra.

Nec satis facit Suarez, dicens, si seculares sunt, eos absolu posse ab Episcopo, intra cuius Diœcesum continetur territorium exemptum; vti & Religiosi ab Episcopo, in cuius Diœcesi habitant: tum quia hoc ex Concilio non colligitur, sed potius contrarium, ex illis, sibi subditos, & in Diœcesi sua: at hi nec Episcopo subditi sunt, nec ad eius Diœcesim spectant. Tū quia, cum hi Prælati sint Pontificis Vicarij, habentes omnimodam iurisd. in territorio sibi à Pontifice assignato, non est cur hæc facultas sit illis denganda. tum quia hoc modo melius prouidetur fidelibus subditis, qui in huiusmodi occultis casibus difficile, neque cuin tanto fructu se manifestant alteri, quæcum suo proprio Ordinario, qui facilius, ac fructuosiùs illis de remedio & cautela, ne imposterum in similes casus incident, prouidere potest. Atque hæc ratio potiori iure militat in Religiosis, quibus, ob maiorem notitiam, quam de ijs proprij Prælati habent, longè melius de remedio prouidere possunt,

Tom. VIII. de pœnitentia & Ordine.

tollendo occasiones, eosque à loco, vel officio amo- uendo: quod facere non possunt Episcopi, qui in eqs potestatem non habent: tum ne huiusmodi casus cū aliqua Religiosis vota extra Monasterij septa eutilgentur, cū non necessariò eorum absolutio fieri debeat, in foto puenit.

Prob. 2. contra Suarez, qui ro. 4. de pœnit. disp. 28. Ad hominē selt. 5. n. 3. huiusmodi Prælatis concedit facultatem approbandi & exponendi Confessarios ad Confessiones suorum subditorum excipiendas: cū tamen maior actus iurisdictionis sit, Confessarios approbare, & exponere ad Confessiones excipiendas, quæ ab occultis casibus & irregularitatibus in foro Conscientiae absoluere: ergo si ille Episcopis concessus, per ipsum extenditur ad Prælatos quasi Episcopalem iurisd. habentes, fortiori iure extenderetur hic. Minor ostend. quia illum severioribus verbis, vt non nisi ab Episcopo exerceatur, Concilium præcipit, priuilegijs omnibus exclusis. Et nunquam Pontifices in hoc cum villa Religione dispensarunt, nisi semel Pius V. cum Prædicatorib. quæcum dispensationem per aliam bullam, quæ incipit, Romani Pontif. prouidentia postea reuocauit, vt ne quidem Lectores, aut in Theologia graduati ab hoc examine per Episcopum faciendo, eximerentur. Idem præstit Urbanus VIII. qui peculiari constiu. quæ incipit, Cūm sicut accepimus, rebotat, & cassat, & annullat omnia priuilegia, si quæ ante contra hoc Tridentinum decretum concessa fuerant. Cū tamen, vt supra, idem Pius V. ad Prælatos Relig. extendit facultatem à Tridentinum Episcopis concessam, dispensandi super omnes casus occultos, & irregularitates ex occulto delicto prouenientes. Et ad disciplinam Eccles. magis utilis est & necessaria potestas absoluendi à peccatis occultis, & dispensandi super irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus, quæcum Confessarios approbandi: cū ex caritate huius facultatis in immediato Superiore multa mala possint subditis contingere, quæ non continentur ex carentia facultatis approbandi Confessarios.

Declaratio Congreg. Cardin. explicatur per aliā ab eadem datam in cap. 18. de refor. sess. 24. in qua per Ad unicum Ordinatum, qui in iure quoad potestatem iurisdic- fundam. Sua. & tionis cum Episcopo, intelligi docet etiam Prælatum omnimodam iurisd. Episc. habentem, nulli Episcopo subditum, immediatè sedi Apost. subiecit, cum iure congregandi Synodus: qualem Prælatum requiro, vt hanc facultatem à Tridentinum Episcopis concessa pleno iure participet. Ad 1. Cōfir. esto hoc priuilegium iute speciali concessum fuerit Episcopis, postquam tamen insertum est iuri communi, & velut potestas ordinaria annexa officio Episcopali, extenditur ad omnes illos, qui per simile officium, & curam animarum, in quarum fauorem præcipue concessum fuit, in Ecclesia Dei exercent. Ad 2. sicut hæc rigoris Eccles. mitigatio, in casibus duntaxat occultis, & in foro tantum Conscientiae ab Episcopis, in fauorem suorum subditorum, in propria Diœcesi exercetida, non fuit à Patribus Concilij iudicata contraria disciplinæ Eccles. propter vilitatem fidelium, quæ ex ea sperabatur; ita neque vt exercenda à Prælatis habentibus similem iurisd. censenda erit contraria disciplinæ Eccles. propter eandem fidelium vilitatem, quæ ex ea speratur: cū non minus debeat hi suorum subditorum curam habere, eosque opportunitis medijs ad æternam salutem dirigere.

## SECTIO IV.

De ijs quæ ex parte Ordinandorum requiriuntur, ut honestè ac licitè Ordines suscipiant?

45.  
Certa praemittuntur.

Certum est, ad licitam & honestam Ordinis susceptionem requiri in suscipiente statum gratiæ: quia cùm hoc sit Sacramentum viuorum, prærequisit in suscipiente, vitam gratiæ, quam hoc Sacra. adauget, ut Floren. definit in decreto Eugenij IV. Vnde si Ordinandus haber Conscientiam mortalis, tenetur de illo conteri, si tantum Ordinē est suscepturus; si vero cum Ordine simul est communicatus, debet iuxta Triden. præceptum *seff. 13. cap. 7.* Sacram. Confessionem præmittere. Vnde triplicis criminis est reus, quia ad Ordinem suscipiendum communicatus accedit cum conscientia mortalis: & duplicitis sacrilegij, indignè suscipiendo duplex Sacra. & violationis præcepti Eccles. de præmittenda Confessione Sacra. habitâ copiâ Confessarij. 2. Ne iuxta monitum Triden. *seff. 23. cap. 4.* ad Ordinem suscipiendum accedit non Confirmatus. Dixi monitum, quia nullum est præceptum, ut cum Scoto & Soto in 4. dist. 24. q. 1. ar. 4. fine docet Nauar. in sum. *cap. 22. n. 9.* Ratio: hoc Sacram, neque est necessarium per se, ut *ro. 7. disp. 13.* vnde sine peccato omitti potest, modò absit contemptus. Neq; ad susceptionem Ordinis: nam Ordo per se tantum supponit characterem Baptismi, qui secundūm Floren. est prima ianua ad reliqua Sacra. ito neq; peccat Episcopus, ut Sotus, & Nauar. saltem grauiter, non Confirmatum ordinando. An autem necessarius sit in Episcopo, ut illū alijs conferre possit. Negans pars verior est: quia munia Pontificalia quoad valentes solūm p̄dēt ab Ordine Episcopali, qui esse potest absq; charactere Confirmationis; ut supra, de reliquis Ordinibus Presbyteratu inferioribus. 3. Ut Ordinādus ad Ordinē non accedit aliquā cēsura vel irregularitate irretitus: alioqui suscepti Ordinis suspensionem incurrit, ut cōmuniter Doctores docent. Neq; sit matrimonio ligatus, quo durāte prohibetur, ne sacrum Ordinem suscipere præsumat, nisi prout sacris Canonibus conuenit. Quod si contrarium attentauerit, neq; in suscepito Ordine ministrare, neq; ad superiores, neq; ad aliquod beneficium, vel officium Ecclesiasticum valeat promoueri, ut statuit Iohannes XXII. extrauagante Antiqua.

46.  
Cerum 3.

Quartū: ut iuxta præscriptum Triden. *seff. 23. cap. 5. 13. & 14.* initiandus etiā Minoribus Ordinibus, bonū testimoniū sui de vita & moribus habeat: qui tonsurandus est, saltē fidei rudimenta didicerit, & legere ac scribere sciat, *Triden. cit. cap. 4.* Qui ad Minores Ordines accedit, Latinam linguam saltē intelligat, *cit. cap. 11.* Qui ad Subdiaconatum & Diaconatum, debent instructi accedere & literis, & ijs omnibus, quæ ad hos Ordines exercēdos pertinēt, *cap. 13.* Presbyterādi, debent esse tales, qui ad populus docendū ea, quæ scire omnibus necessariū est ad salutē, & ad sacra. administrāda idonei, *cap. 14.* vbi decernitur, ut diligentī examine ante cōprobētur. Quod examē quoad doctrinā cōmittitur Episcopo. *cap. 12.* quoad probitatē & mores, si Religiosi sint, eorum Ordinarijs, qui sūt Prælati Relig. *cap. 8.* Cæterū, cū ex decreto *ibid. cap. 15.* derefor. debeant Presbyteri in Ordine ad Confessiones sacerulariū audiendas, iterum per examen approbari, ut idonei ad tale munus obēundum reputentur, dum *cap. 14.* dicitur presbyterandus debere esse idoneus ad Sa-

cramenta administranda, non intelligitur de Sacramento Pœnit. nam propter hoc est peculiare & distinctum examen instituum, sed de reliquis tantum Sacramentis.

Quintū: vt non nisi à suo Episcopo ordinetur: *Cerum 5.* vel si ab alio, non nisi literis dimissorialibus à p̄ro-<sup>de Episcopo</sup> prio obtentis. Cæterū in Ordinandi p̄testate *Ordinandi* est, Ordines accipere ab uno ex his tribus Episcopis Originis, domicilijs, beneficij: nam omnes hi sūt propriæ Episcopi Ordinandi, ut *supra*: & definitur *cap. Cū nullus de temporib. Ordina. in 6. Addo.* Episcopum Originis nō solum intelligi, in cuius Diœcesi ordinandus est oriundus, sed etiam in cuius Diœcesi ordinandi parens natus est, etiam si in aliā Diœcesim domicilium transtulerit, idque a sacra Congreg. Cardini. declaratum refert *Diana par. 4. tract. 4. resol. 148.* Quod si semel se subiecit vni quoad Ordinem suscipiendum, non poterit quoad cūdem alium Episcopum adire: nam hoc ipso quod vni se subiicit, & ille acceptet, acceptans acquirit ius in talem aetū, quo sine iniustitia nequit priuari. An si vnum Ordinem suscepit ab uno, possit alium ab alio suscipere? Negant aliqui *apud Dian. 6. par. tra. 7. resol. 35.* Affirmat ipse cum Franc. Zipœo. Quod verius est: nam positâ p̄testate à iure sibi concessa, ut à quois ex his Ordines suscipere possit, suscepito uno Ordine ab Episcopo Originis, poterit alium ab alio Episcopo domicilij, vel beneficij accipere. Neque obstat Lex, *Apud Ausidiū, ff. de optione legata, quæ prohibet, admitti variationem electionis*, vbi elec̄tio trahit secum executionem: quia omne ius primā attestacione (seu voluntate) consupit: quoniam res continuo eius fit, simul ac dixerit, eam se sumere: nam hæc lex summum probat de uno eodemq; Ordine, quem ex suppositione quod petierit ab Episcopo Originis, non potest eundem accipere ab Episcopo officij, vel domicilij: quia per petitionem se subiecit Episcopo Originis, qui per petitionis acceptationem fecit ius, quod commune erat alijs, suum, non autem de alijs Ordinibus, pro quibus, ut suppono, initiandus non se subiecit.

Sextū: ut initiandus accedit cum aetate à iure *Cerum 6.* præscriptâ: quæ iuxta Triden. *seff. 23. cap. 12.* in Subdiaconatu est annus 22. in Diaconatu 23. in Presbyteratu 25. qui ex declaratione sacra Congreg. sufficiunt inchoati. Quam aetatem Concilium mandat, seruari etiam à Regularibus. Pro Minoribus autem nulla præscribitur certa aetas, ex consuetudine tamen conferri non debent ante septennium, ex communi DD. Cæterū alia aetas præscribebatur antiquitus, *Clement. Generalem, & alibi.* Computatur autem aetas initiandi, non à tempore, quo fuit in ventre matris, sed à tempore Nativitatis: nam ex hoc tempore homo incipit viuere, ut persona distincta à parentibus. Sed an habenda fuerit ratio decem illorum dierum, qui tempore Gregorij XIII. reformato Kalendario subtracti fuerunt? Affirmatiū respondet sacra Congreg. in *cit. cap. 12. seff. 23.* atq; ita decimum refert anno 1601. in quadam Tornacensi. In aetate autem Ordinandi nequit Episcopus dispensare iuxta *glossam in Clem. Generalem, fine.* Quod etiam declarat sacra Congreg. Cardini. *seff. 23. cap. 12.* cū nequeat Episcopus dispensare in decretis Concilij Generalis, nisi talis facultas expresse illi concedatur.

DVBIVM 1. An qui annum 23. inchoauerat horā 23. diei, manē eiusdem diei licite potuerit Diaconatum accipere? Affirmat cū Lede. *Diana par. 1. tract. 16. miscell. 2. resol. 29.* Ratio: hic ob partitatem materiæ nō videtur grauiter peccare. Sed oppositum est verius: nam hic violat decretum Triden. in re graui. Nec

Nec obstat ratio in oppositum: nam hic non attenditur paruitas materiae, sed præceptum superioris, in re graui prohibentis Ordinis susceptionem. Sicut grauiter peccat, qui ob paruitatem cibi, aut potus naturale ieiunium frangens ad sacram Synaxim accedit, non propter materię paruitatem, sed quia in re graui transgreditur præceptū Ecclesiæ in tali casu communionem vetantis. Adeo, sæpe præceptum Superioris etiam in re parua violare, esse lethale, propter periculum, ad quod cuitandum imponitur: vt est præceptum, quod R. P. Claudius Aquaviva anno 1612. 24. Apr. toti Societati N. impo-  
suit, ne quis publicè, vel priuatim doceat opinionē non modò ut veram, vel probabilem, sed ne ut tolerabilem, in re venerea, exiguum aliquam delectionem deliberatè quæsitam, propter levitatem materiae, à mortali excusari posse. Quod præceptum sub ijsdem poenis & censuris in eo contentis R. P. Vincentius Carrafa eiusdem Societatis Præpositus Gener. anno 1647. 19. Janu. extendit ad consensum deliberatè præstitum ijsdem leuibus motibus venereis, solo naturæ impetu in homine insurgentibus. Et merito, cum utroque ideum sit periculum, ne propter materię lubricitatem, & naturę ad huiusmodi res inclinationem, voluntas præsentis obiecti declaratione illecta ex minimis sensim delabatur in graues: præsertim cum iudex, qui de huiusmodi motibus iudicare debet, graue sint, an leues, sit ipse homo in hac causa suspectus, qui pro se aduocatum & patronum habet sentientem appetitum, omnium venereorum motuum incitorem.

48. 2. An Prælati Regulares habeant priuilegium in ætate ad Ordines sacros cum suis dispensandi? Dubium 2. Pro parte affir. est priuilegium Minorum Religioni ab Innocen. VIII. concessum ut refert Vasquez disp. 246. cap. 4. ut possit Generalis, & Provincialis cum suis Fratribus dispensare in 22. anno completo ad Sacerdotium: ergo etiam aliae Religiones, quæ cum ea in priuilegijs communicant, possunt cum suis alumni in ætate dispensare, præsertim Societas Iesu, quæ per bullam Pij V. quæ incipit, Dum indecessa consider. participat omnia priuilegia & indulta reliquis Relig. concessa, aut concedenda. Neque hoc priuilegium est derogatum per Triden. eff. 23. cap. 12. de refor. vbi ad sacerdotium requirit annum 25. etiam à Regularibus, priuilegijs quibuscunque exclusis. Nam Pius V. motu proprio decreuit, ut mendicantes fruerentur gratijs & priuilegijs anteā concessis, non obstante Triden. ut patet ex constitu. 41. Etsi mendican. in qua etiam illis concedebatur, ut possent secularium Confessiones audire ab Episcopo non approbati. Quam constitut. etsi idē Pius V. quoad examen & approbationem Confessariorum per Episcopum faciendum, reuocauerit bullā, que incipit, Romani Pontif. prouidentia, & Gregorius XIII. successor, hæc omnia à Pio V. mendicantibus concessa, reduxit ad terminos iuris communis, bullā, In tantæ: attamen idem Greg. XIII. hæc eadem priuilegia viuæ vocis Oraculo, in foro duntaxat Conscientiæ mendicantibus indulxit. Verum dicendum, hoc priuilegium Prælatis Minorum, ut possint quoad ætatem cum suis subditis Regularibus dispensare, sublatum esse per Triden. eff. 23. cap. 12. & consequenter, neque Societatem, neque aliā Relig. nisi aliundè hoc priuilegium habeat, in ætate dispensare posse cum suis ordinandis. Nec refert quod Greg. XIII. ea concesserit viuæ vocis oraculo, nam huiusmodi priuilegia sublata sunt à Greg. XV. & Urbano VIII. Cæterum quod Vasq. ait, vsum huius priuilegij non posse in foro tantum conscientiæ Tomus VIII. de pænitentia & Ordine.

ut executioni mandari: eo quod cum debeat Prælatus in dimissorijs exprimere legitimam ætatem Ordinandi, neque mentiri possit, non poterit eo priuilegio licetè vti: Non placet: quia non teneretur Societas, vel alia Religio, quæ hoc priuilegium in foro conscientiæ participaret, in dimissorijs exprimere ætatem ad sacros Ordines à Triden. requisitam; sed sat foret, si diceret, Ordinandum legitimam habere ætatem, intelligendo iuxta priuilegiū sibi à Sede Apost. concessum. Ex quibus infertur, A fortiori. neque hoc priuilegium habere Prælatos Episcopalem quasi iurisdictionē habentes; cum hoc non habent Episcopi, nisi aliundè illis concessum sit.

An Priuilegio yni Religioni concessio, & ab ea

non admissa possint aliae Relig. quæ cum ea in priuilegijs communicant, frui? Trifariam se habere potest circa id priuilegiū Religio, cui primò illud conceditur. 1. illud non acceptando: 2. acceptato nō

49. Quæstio n° 8. leus mom-  
ts, quæ dispu-  
tata nō legi.

vtendo. 3. post illud acceptatum in manibus Pontificis resignando. Iuxta 1. modum, cum priuilegium non sit acceptatum, non possunt reliquæ Religiones,

quæ cum ea communicant, illud participare: nam in tantum illud participant, in quantum factum est proprium alicuius Religionis, cum qua ipsæ in priuilegijs communicant: nam eā mediante communicatur reliquis. Nequit autem priuilegium,

nisi per acceptationem, fieri proprium Religionis: quia cum priuilegium sit quædam gratioſa Principis donatio, requirit donatarij acceptationē,

ut transeat in dominium ipsius. Iuxta 2. modum, possunt aliae Relig. frui, esto Religio, cui est primò cōcessū, nolit eo vti: nā illius participatio nō pēdet

Dubium 2.

ab vnu Religionis, cui est primò cōcessū, sed à concessione Pontificis, & acceptatione Religionis, cui fuit primò donatum. Iuxta 3. modum, adhuc censem ab alijs Religionibus tale priuilegium participari, etiā Religio, cui fuit primò concessum, post aliquod tempus illud in manibus Pontificis resignauerit. Dicor: cum priuilegiū per acceptationem sit factum proprium earum Relig. quæ cum illa communicant, per solam resignationem eius non aufertur ab alijs: cum nec aliæ resignent illud, nec Pontifex acceptando resignationē sibi ab vna Religione factam, censem illud tollere à reliquis:

nam docet concessum à Principe beneficium esse mansurum, reg. 16. iuri in 6. Confir. Si tale priuilegium æquè primò Pontifex concessisset omnibus Relig. vna postea resignante, non censeretur adeptum alijs: at perinde est, quando illud mediante vna concedit reliquis: ergo. Ex hoc aliud resolutur: An quando Dubium in-

Pontifex priuilegiū adimit vni Religioni, adimeret cōdēns.

censem reliquis illud participantibus. Etenim si causa, ob quam illud adimit vni, sit communis reliquis, ademptum vni, ademptum censem omnibus:

secus si causa non sit communis, sed propria eius Religionis, cui adimitur.

3. An Sacerdos in Nativitate Domini consecratus post communionē ab Episcopo Ordinante ac-

Hanc quæst. ceptā possit eadem die duas Missas celebrare? Pro non inuenio;

negante parte est; ex cap. Consulisti, de celebr. Missar. est tamen digna ex-

priuilegium plures in die Nativitatis Domini cō-

municandi, est tantum concessum Sacerdotibus

celebrantibus. Vnde Sacerdos, qui semel eā die mo-

re Laico extra Missam communicavit, non potest ea die celebrare: sicut è conuerso, si semel aut bis eā

die celebrauit, nō poterit amplius more laico extra Missam communicare. Affirmas pars probabilior.

Fundam. Sacerdos non accipit ab Episcopo Ordinante Communionem more Laico, sed more Sa-

cerdotis cum ipso concelebrantis. Vnde per accidēs est, quod Eucharistiā accipiat è manibus Episco-

pi.

pi, cum illam possit vi concelebrationis suis manibus accipere. Idem à fortiori dicendum de Episcopo in Natiuitate Domini consecrato, qui etiā cum Episcopo consecrante concelebrat, ab eoque sub utraque specie communionem accipit. Ad rationem pro neg. parte; cum hic revera non cōmunicet more Laico, sed more Sacerdotis vna cum Episcopo concelebrantis priuandus non est priuilegio, quo reliqui Sacrdotes celebrantes fruuntur.

**51.**  
**Dubium 4.** An qui die Natiuitatis professionem emittens, in manibus Superioris professionē admittentis, more Laico communicavit, possit eādē die duas Missas celebrare? Simile dub. lego apud Card. de Lugo de Satram. Euchat. disp. 20. sect. 1. n. 43. qui refert, Romæ dubitatum fuisse, An Cardinalis, qui cā die vt Diaconus in Missa solemani Pontifici ministrat, in eaq; sub utraque specie communicat, possit, si Sacerdos sit, alias duas Missas priuatas ante, vel post celebrare. Respōdet negatiū, eo arg. facultas cōmunicandi bis, aut ter cā die, est tantū concessa celebriātibus. vnde prohibitio non celebrandi eā die, quā Sacerdos extra Missam more Laico communicat, non est pro ea die sublata, sed sola prohibitio non celebrādi plures eādem die. Cūm igitur Cardinalis in ea Missa non communicet vt Sacerdos, neque vt con-celebrans, non poterit absque speciali Pontificis indulto eā die celebrare: cūm hāc die non sit indulia facultas plures communicandi cuicunque, sed tantū celebranti. Hēc sent. probabilis est, cui non leue pondus addit Doctoris authoritas. Verū oppo-sita mihi probabilior est, quam confirmo hoc dis-cursu. Quando ea die Sacerdos more Laico extra Missam communicat, propter obligationem aliquā adimplendam, nō priuatur priuilegio Sacerdotibus concessio plures eā die celebrandi. At qui professio-nem emittens ea die extra Missam è manibus Superioris professionem admittentis more Laico com-municat id facit, propter obligationem adimplendā, quam illi siue Superior, siue consuetudo, siue regula iniungit: ergo priuandus non est priuilegio plures celebrādi ea die Sacerdotibus cōcesso. Maior prob. non censetur Ecclesia hoc priuilegio priuare eos Sa-cerdotes, qui propter aliquam obligationem adim-plendam, extra Missam communicare coguntur: alioqui eos retraheret ab obligatione adimplenda, si propter illam seruandam, priuilegio plures ea die celebrādi eos priuaret. Quare non pr̄sumitur ea die Missę celebrationē priuare Sacerdotem, qui ad perficiendum Sacrificium ab altero Sacerdote in-choatum, & non completum, quoad utriusque spe-ciei sumptionem, extra Missam communicavit: suppono autem hunc solam suppleuisse sanguinis sumptionem, quam prior Sacerdos cōplore non potuit. Quis enim dieat, hoc casu Sacerdotem, quia suam obligationem adimpleuit, priuandum esse priuilegio eo die celebrandi? Similiter quis afferet, hoc priuilegio priuandum Sacerdotem, qui extra Missam consecratam hostiam sumpit, vel illam è manibus hæretici eripiendo, vel ab infirmo vomitu eie&tani sumendo? Ita P. Iulius Mancinellus è Socie. Iesv., dum Neapolē more nosocomium visitaret, incidit in infirmum, qui post communionem consecratam hostiam euomuerat. Quam vt Pater in Sciphū inter fæces enatantē vidit; statim pio affectu in genua procumbens generoso pectore, eam simul cum fæcibus absorbuit. Ob quem heroicum actum, tantā est à Deo erga hoc venerabile Sacrementum conse-cutus devotionem, vt non potuerit amplius in pu-blico templo celebrate, propter vehementes & inso-litos corporis & animi motus in sacro faciendo, qui sacram quendam horrorem astantibus causabant;

& ipsos oculis notaui, & iudicaui, non nisi ex vehe-menti Spiritū Sancti impetu proficisci potuisse. quis ausus fuisset tali casu ei celebrandi priuilegium negare? Eadem ratio videtur de Cardinale Sacerdo-te, qui vt suam obligationem de more adimpleat, munus Diaconi in solemini missa exercendo, in ea <sup>Fiat propria</sup> communicat. Si id sponte faciant, nullā obligatione <sup>aliquam ob-ligacionem.</sup> astricti, nequeunt eo euentu celebrandi priuilegio gaudere: quia spontē ipsi se subiiciunt ad Commu-nionem laicam: & Ecclesia non pr̄sumitur eo casū priuilegium celebrandi illis concedere. Dices, hinc sequi, non solum in Natiū Domini, sed in quovis a-lio die posse faci dōtem in casibus enumeratis, post laicam communionem extra Missam, iterum cele-brando communicare. R. neg. sequel. quia cūm alijs diebus nō sit priuilegium plures celebrandi, ratio-ne cuius licitum est Sacerdotibus post laicam Cō-munionem extra Missam celebrare, non poterunt post communionem extra Missam, etiam ex necessi-tate factam, iterum celebrando cōmunicare. Pote-runt tamē ratione alicuius necessitatis, velut ad cō-plendum inchoatum Sacrificium, ad sacram in solemini aliquo festo celebrandū propter populi mul-titudinem: demum in ijs omnibus casibus, in quibus ius & Doctores concedunt, posse Sacerdotem plures Missas extra Christi Natale eadem die celebra-re:

**52.**  
An autem qui Missam ab altero inchoatam sup-pleuit, possit post illam propriam celebrare? Af-firmans pars videri potest cuiquam probabilior: quan-do ex necessitate suppleuit, quia inchoatum fuit Sa-crificium per alterius saltem speciei consecrationē; non autem quando sola voluntate suppleuit, non-dum factā consecrationē: quo casu rubrica de defetti-bus monet, Sacrificium non necessariō esse sup-pleendum. Verū etiā hēc sent. probabilis sit, oppo-sita tamen verior: quia cūm Ecclesiae consuetudo prohibeat bis de die communicate: & nullam sit priuilegium, aut necessitas plures celebrandi, ne-quit Sacerdos post completum Sacrificium ab alte-ro inchoatum, nullā urgente necessitate, propriam Missam celebrare. Ex quo inferatur, post celebratam propriam Missam posse Sacerdotem aliam ab alte-ro inchoatam completere: non autem semper post suppletam ab altero inchoatam, propriam celebra-re. Ratio: priori casu semper urget necessitas Sacrifi-cium ab altero inchoatam complendi; non poste-riori.

An sicut per nos in die Natiū Domini, post cō-munionem propter aliquam obligationem extra Missam factam, licitum est, duas Missas celebrare; è conuerso licitum sit, post duas Missas celebratas, 3. extra Missam communicare ad aliquam obligatio-nem adimplendam? R. affirmatiū: & i. certum est, etiam teneri Sacerdotem, post duas Missas celebra-tas, tertio extra Missam cōmunicare, si non habeat, ubi consecratam hostiam decenter deponat. 2. si ne-cessitatem sit, professionem coram Superiori communi-cante emittere; vel solemani sacro Pontifici ministra-re, in quo consuetudo prescriptit, vt in codem mi-nistrans communicet: nam siue communio præce-dat celebrationem Missę, siue sequatur, semper sa-cerdos habet eā die priuilegium, præter communio-nem ex aliqua obligatione extra Missam faciēdam, duas Missas celebrandi. Dices: ergo etiam poterit, post communionem extra Missam, tres Missas cele-brare: quia per communionem extra Missam non priuatur priuilegio ter celebrandi. At neg. conseq. quia cum priuilegio ter celebrandi non datur facul-tas plures, quam ter communicandi. Instabis: saltem posset ea die Sacerdos bis extra Missam adobligationem

**Affirmans** probabilitas. 8  
probabilitas. Quando ea die Sacerdos more Laico extra Missam communicat, propter obligationem aliquā adimplendam, nō priuatur priuilegio Sacerdotibus concessio plures eā die celebrandi. At qui professio-nem emittens ea die extra Missam è manibus Superioris professionem admittentis more Laico com-municat id facit, propter obligationem adimplendā, quam illi siue Superior, siue consuetudo, siue regula iniungit: ergo priuandus non est priuilegio plures celebrādi ea die Sacerdotibus cōcesso. Maior prob. non censetur Ecclesia hoc priuilegio priuare eos Sa-cerdotes, qui propter aliquam obligationem adim-plendam, extra Missam communicare coguntur: alioqui eos retraheret ab obligatione adimplenda, si propter illam seruandam, priuilegio plures ea die celebrādi eos priuaret. Quare non pr̄sumitur ea die Missę celebrationē priuare Sacerdotem, qui ad perficiendum Sacrificium ab altero Sacerdote in-choatum, & non completum, quoad utriusque spe-ciei sumptionem, extra Missam communicavit: suppono autem hunc solam suppleuisse sanguinis sumptionem, quam prior Sacerdos cōplore non potuit. Quis enim dieat, hoc casu Sacerdotem, quia suam obligationem adimpleuit, priuandum esse priuilegio eo die celebrandi? Similiter quis afferet, hoc priuilegio priuandum Sacerdotem, qui extra Missam consecratam hostiam sumpit, vel illam è manibus hæretici eripiendo, vel ab infirmo vomitu eie&tani sumendo? Ita P. Iulius Mancinellus è Socie. Iesv., dum Neapolē more nosocomium visitaret, incidit in infirmum, qui post communionem consecratam hostiam euomuerat. Quam vt Pater in Sciphū inter fæces enatantē vidit; statim pio affectu in genua procumbens generoso pectore, eam simul cum fæcibus absorbuit. Ob quem heroicum actum, tantā est à Deo erga hoc venerabile Sacrementum conse-cutus devotionem, vt non potuerit amplius in pu-blico templo celebrate, propter vehementes & inso-litos corporis & animi motus in sacro faciendo, qui sacram quendam horrorem astantibus causabant;

**Præclarum facinus.**  
8  
Merces ma-

tionem adimplendam communicare, & semel celebrare. Sed neg. antec. quia priuilegium non se extendit ad plures communiones extra Missam, sed in ipsa Missa. At inquies, neq; se extendit ad vnam extra Missam. R. neg. assump. quia vna communio extra Missam eâ die est licita, non est licita duplex extra Missam.

## SECTIO V.

## De titulo ad Sacros Ordines suscipiendos requisito.

**M**ulta sunt in hanc rem in Concilijs decreta. 34. **D**ecretum Concl. Chalced. gener. in cuius 6. can. qui refertur dist. 70. can. Neminem absolute ordinarij Presbyterum, vel quemlibet in Ecclesiastica Ordinazione constitutum, nisi manifeste in Ecclesia Civitatis, sive possessionis, aut in Martyrio (hoc est ut glas in cit. can. explicat, in Ecclesia vbi sunt Martyrum reliquiae) aut in Monasterio, qui ordinatur, mereatur Ordinationis publicate vocabulum. Eos autem, qui absolute ordinantur (hoc est sine titulo, ut ead. interpretatur) decreuit Sancta Synodus, vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui cum Ordinavit. 2. Idem actum fuit in Conc. Plac. sub Urban. II. & refertur ead. dist. can. Sanctorum Canonum statutis consona sanctione discernimus, ut sine titulo facta Ordinatio irrita habeatur. 3. L. In Ecclesijs c. de Episcopis & Clericis, sancitum est, ut Clerici, non ex alia possessione, vel vice, sed ex eo, vbi Ecclesiam esse considerent, ordinetur, ut propria capitulationis (hoc est ut glossa explicat, tributi) onus ac sarcinam recognoscant, ita ut pro magnitudine, vel celebritate vniuersi usq; vici Ecclesijs certus iudicio Episcopi, Clericorum numerus ordinetur. 4. In Concilio Later. gene. sub Alex. III. vt cap. Episcopus, de prabendis & digni. decretum fuit: si Episcopus aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit; tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipendia militia Clericalis assignetur: nisi talium Ordinatus de sua paterna hereditate subfidiū vita possit habere. Quam legem confirmauit Innocen. III. cap. Cum secundum, & cap. Tuis, eod. tit. magis declarauit Bonif. VIII. de prabendis & digni. in 6. cap. Si Episcopus, cui nullus personis expressus in genere commissisti, ut vice sua Ordines in tua Diaecesi celebraret, ad sacros Ordines promoueris quempiam titulum non habentem; ei (cum in culpa fuerit taliter ordinando eundem) tenebitur vita necessaria ministrare, donec sibi per eum, vel alium de competenti beneficio sit prouisum. Si vero certas commissisti eidem ordinare personas, tu (qui prouidere hoc casu, an haberent titulum, debuisti) taliter Ordinato ad predicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus existis. Eius autem, quibus à Diaecesis datur licentia, ut possint, à quo voluerint Episcopo, ad omnes Sacros Ordines promoueri; non qui Ordinant, sed qui tribuunt licentiam (cum eam dare non debant titulum non habenti) ad premissa, si titulum non habent, obligantur. Triden. sess. 2. cap. 2. de refor. hæc statuit: 1. ne quis deinceps Clericus laicarius, quāvis alias idoneus moribus, scientiā & ætate, ad sacros Ordines promoueat, nisi prius legitimè constet, cum beneficium Eccles. quod sibi ad vietum honestè sufficiat, pacificè possidere. 2. vt hoc beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus. 3. vt ea resignatio non admittatur, nisi constito, quod aliunde viuere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit. 4. Patrimonium, vel pensionem habentes ordinari posthac non possint, nisi illi,

Non sime  
Tridentinū  
statuit Sex.

8

quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum; prius perspective, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint. 5. vt illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Eccles. sufficiens sint adepti; vel aliunde habeant, vnde viuere possint. 6. super his innouat antiquorum Canonum penas.

Nota 1. in hoc decreto non comprehendendi promouendos ad Ordines Minores, sed ad sacros <sup>Limitati.</sup>

dum taxat Subdiaconatus, Diaconatus, & Priesbyteratus; idque conformiter ad decretum Alex. III.

Innoc. III. & Bonif. VIII. qui de promouendis tan-

tum ad sacros Ordines loquuntur. Licet Concilium Chalced. hanc legem extenderit etiam ad

Minores, his verbis: nec quilibet in Eccles. Ordinatione

constitutum. Ratio: solùm maioribus Ordinibus est <sup>Eius rati.</sup>

solemne votum continentia annexum, quo Ordinati astringuntur in suscep̄to Ordine permanere;

ac proinde cum dedecore Clericalis status, si non

habeant, vnde se honeste sustinent. Minores au-

tem, cum nullum habeant annexum votum, his initiati

non tenentur in statu Clericali permanere, sed

possunt ad Laicum redire, & in eo de sufficienti

sustentatione sibi prouidere. Nota 2. hoc decreto

non comprehendit Religiosos, ex verbo, *Sacularis:*

idque clarius in sua constitu. 75. explicit Pius V. *Notandum.*

dum hoc Concilij decretum extendit ad Religiosos non professos, supponens anteà eos non fuisse

in eo decreto comprehensos: alioqui non tam illud extendisset, quam declarasset, in eo fuisse com-

prehensos. Haud tamen à prædicto Concilij decreto

excluduntur inuallide professi, ut recte Barbosa in

Collect. Triden. sess. 71. cap. 2. de refor. n. 5. Cùm hi non

sint veri Religiosi, vti nec Nouitij, vel Clerici in

communi viuentes cum libertate ad propria re-

meandi; sunt veri religiosi Scholastici Socie. Iesu

post vota simplicia, paupertatis, castitatis, & obe-

dientiae in ea emissa, iuxta declar. Gregorij XIII.

in bull. *Quanto fructuosius, & in bull. Ascendente Do-*

*Vota simpli-*

mino. Quamquam ad hos etiam Concilij decretum

*cia veros re-*

Pius V. extendit in *not. bull. Romanus Pontifex*, dum *lig. statuere.*

abeo solum professos, qui è Religione exire, ac di-

mitti liberè ac licite non possunt, exclusit. Quam

tamen facultatem ad sacros Ordines, post simplicia vota in Societate emissa, Scholasticos promo-

uendi liberaliter eidem Societati restituit Grego-

rius XIII. non obstante constitutu. Pij V. bullâ, qua in-

cipit, Ex Sedi Apost. vlt. Febr. an. 1573 quam confir-

mauit Gregorius XIV. 4. Kal. Iulij an. 1591. bullâ, qua in-

cipit, Ecclesie Catholica.

Explicatur titulus, intuitu cuius possit Clericus iuxta Tridentinum ad Sacros Ordines promoueri.

**A**nde Triden. poterat Episcopus ad multos titulos suos Clericos ordinare: Ad titulum beneficij, can. Sanctorum, dist. 70. Ad titulum paternæ hereditatis, cap. Episcopus, de prabendis & digni. Ad titulum proprii patrimonij, sufficientis ad vitæ sustentationem, cap. Tuis, de prabendis & digni. quod est Innocentij III. Ad titulum alieni beneficij, vt idem declarat cap. Postulasti, de iure patron. & cap. Per tuas, 3. de simonia. Nec obstat quod ibi Pontifex fine dicat, Nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad Superiorum ascendere, nec in suscep̄to debet Ordine ministrare: nam non ideò id dixit, quia fuit titulo alieni beneficij Ordinatus: sed quia simoniam commiserat, paciendo cum suo præsentatore, se nunquam in

eius Ecclesia portionem aliquam p̄petitum, si ab eo Ordinandus pr̄sentaretur. Poterat etiam Episcopus, ad titulum simpliciter etiam ad vietum non sufficientem ad Sacros Ordines promouere: ita *Nauat. lib. I. Consil. consil. I. 4. n. 2. de temporib. Ordin. iuxta antiquam edi.* ad titulum stipendij ab Episcopo super fructibus sūz mensē assignandi: ad titulum pensionis à Laico assignandæ, vt refert *Barbos. cit. n. 2.* Post Trident. verò nemo potest ad Sacros Ordines promoueri, nisi ad titulum beneficij Eccles. quod legitime constet, ab eo pacificè possideri, sibi que ad vietum honestè sufficere, illudque resignare non posse, nisi factâ mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constet, quod aliundè viuere commodè possit. Ad titulum verò patrimonij vel pensionis, non nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, Episcopi iudicio.

*57. Purus titulus Seminarij ad sacros Ordines non sufficit.*

Ex his infero 1. qui tituli censeantur insufficientes iuxta hoc Trident. decretum. 1. titulus beneficij litigiosi, lite durante; cum eo priuari possit. 2. titulus Seminarij, nisi causa beneficij cum Seminario vniuersitate, vt sacra Congreg. declarat: quæ addit, posse seminariam Ordinari sub certa assignatione fructuum à Seminario factâ, causâ seruendi beneficio vniuo seminario, vt ibi inseruiat, donec aliundè ei de congrua sustentatione prouisum fuerit. Seminaria, quæ illo priuilegio gaudent, id habent ex singulari gratia Pontificum, vt constat de Ferdinandæo Græcensi, cui à Paulo V. cōcessum fuit 16. *Nouembri anno 1610.* supplicante Seren. Ferdin. II. tunc Austria Archiduce. Idem priuilegium concesserat Gregorius XIII. die 28. Septembris anno 1584. omnibus Seminarijs in partibus septentrionalibus ab ipso erectis. 3. Titulus lucri ex propria industria prouenientis, vt si Musicus, si Ludimagister, si Pictor alteriusve licet facultatis professione, etiam si sufficiens sustentatio inde speretur: ita resoluti sacra Congreg. in cap. 2. de refor. seff. 21. n. 9. fine. Ratio: hæc non sunt certa, quippe quæ multis modis falli possunt. Trident. autem requirit certitudinem sufficientis sustentationis. 4. qui super alterius bonis vietus assecrationem, aliarumque rerum necessariarum cum cautione habet, vt sacra Congreg. ex sent.

Sixti V. decidit, requirentis rem certam, & fructifera, de qua Ordinandus disponere valeat. 5. titulus beneficij, vel patrimonij ad vietum insufficientis, esto sufficiens speretur, computatis quotidianis pitantijs, & Eleemosynis, aut lucro ex propria industria prouenturo: vel si Episcopus ipse promittat, se reliquama suppleturum vt ead. congregat. *ibid.* quamuis notet *Prepositus q. vn. de Sacra. Ordin. dub. 18.* in praxi ab Episcopis non requiri beneficium, vel patrimonium omnino sufficiens ad sustentationem, modo partem aliquam honestæ sustentationis præstare possit. Quod vbi legitimâ consuetudine introductum est, etiam in locis, vbi Trident. acceptatum est, non est reprehensione dignum: quippe cum leges humanæ contrariâ consuetudine legitimè præscriptâ abrogari possint, &c. 5. *dis. 8. de consuet.* cum communi DD. 6. titulus vicariæ temporalis, vel beneficij manualis ad alterius nutum amouibilis.

*58. Titulus sufficiens.*

Infero 2. Quis titulus putetur sufficiens secundum Tridentini decretum. Primo, præter titulum beneficij, & patrimonij ad honestam vitæ sustentationem sufficientis, titulus donationis, si ita Episcopus iudicauerit, pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, & donatio sit realis, quæ deinceps absque Episcopi licentia alienari non possit, donec Ordinatio prouideatur de sufficienti beneficio, vel aliunde acquirat, vnde

honestè sustentari valeat: ita *Card. Cong. in cit. cap. n. 8.* ex quo sequitur, non sufficere donationem de futuro promissam, sed requiri traditionem de præsenti cum acceptatione actu sequuta. Secundo, eadem *Congreg. in prætermis declarat.* docet, ad titulum subdiaconatus urgente necessitate sufficere assignationem fructuum, ab Episcopo Ordinando factam, qui ad eius honestam sustentationem sufficient. Quem titulum alij ampliant ad alias sacros Ordines. Tertio, titulus Vicariæ perpetuæ, Capellaniæ ordinariâ porestate creatæ, coadiutoriæ perpetuæ curiæ ad futura successione. Quartio, certa pensio ad honestum vietum sufficiens, fundata super annuo censu, cum cautione, vt si ordinetur, pecunia per iudicem sequestretur apud idoneas personas ad effectum illam inuestiendi in bona stabilia. Quinto, patrimonium à parente cā conditione donatum, vt ex eo filius sustentetur, donec sufficiens beneficium acquirat. An possit quis intuitu paternæ hæreditatis futuræ ordinari? Resp. negativæ; iuxta Tridentini decretum requirentis, vt hæc ab Ordinando possideantur; & iuxta declarat. Cardin. qui ex sent. Sixti V. petunt, vt hæc sint super re certa, fructifera, & ab Ordinando possessa. Confirmiter ad hæc non potest quis Ordinari ad titulum beneficij de futuro, ad quod est præsentatus & postulatus, contra *Maiolum,* & *alios apud Barbos. citat.* quia nondum actu possidetur. Sexto, potest quis ad Ordines promoueri titulo beneficij etiam insufficientis, si simul cum patrimonio honestam præstet vitæ sustentationem. Refert *Barbos* aliquos docentes, posse quem Ordinari ad titulum beneficij, quod in distributionibus quotidianis consistit. At hoc pugnat cum cit. *Declar. Card. Proponit Panorm.* in cap. *Episcopus, de probandis n. 3. & 4. questionem.* An licet possit Ordinatus habens sufficientia bona patrimonialia viuere de fructibus beneficij sibi gratiosè collati, & patrimonialia ad hæredes transmittere? Qui post varias sent. concludit, posse, conservato patrimonio hæredibus, dūmodo honestè viuat: alioqui si beneficium non est sufficiens, debet ex patrimonio, quod ad honestam vitæ sustentationem deest, supplere.

Dubium 1. An sit sufficiens titulus ad sacros Ordines insignis literatura? Affirmat *Henriq. lib. 10. de Prima tit.* *Ordin. Sacr. cap. 17. fine,* citans pro hac sent. fine *Comm. Cordubam,* aliosq; citantur *Aula de Censuris, Consalez & alij. Fund.* hic habet virtute, vnde honestè se alere possit, vt si aliquis gradu Licentia insignitus, & moribus probatus alicui illustri Collegio cooptatus, poterit à suo Episcopo sacris initiari, quia habet nobilis dignijsq; patrimonium in virtute & doctrina fundatum, quo facilius beneficium obtinere poterit, vt sine dedecore Clericalis status se sustentare valeat. Negat *Sæ verb. Ordo n. 27. Barbos. cit. n. 50.* alios citans. Cæterum solâ ratione spectata, prior sent. videtur probabilior: cum satis sufficiens titulus sit eximia doctrina cum virtute coniuncta, cui nunquam deesse poterit honesta vitæ sustentatio. At iuxta Tridentini decretum, posterior sent. verior. Requirit enim Concilium certum beneficium, aut patrimonium ab Ordinando actu possessum: neq; sufficit sive tantum, aut virtute illud possidere: alioqui etiam sufficiens titulus foret, fructus ex industria personæ honestæ facultate profitetis probabiliter futuri; quod, vt *suprà*, est cōtra decl. *sacræ Cōg. Ratio.* quo ad finē, quē Conciliū intendit, ne in sacrâ cōstitutus cū dedecore status Clericalis, cogatur mēdicare, aut sordidū quæstū exercere, utilius est, patrimonium in bonis fortunæ, quâ doctrinæ & virtutis fundatum: tametsi

*Nec ceteri quinque.*

*58.*

*Titulus sufficiens.*

Primo, præter titulum beneficij, & patrimonij ad honestam vitæ sustentationem sufficientis, titulus donationis, si ita Episcopus iudicauerit, pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, & donatio sit realis, quæ deinceps absque Episcopi licentia alienari non possit, donec Ordinatio prouideatur de sufficienti beneficio, vel aliunde acquirat, vnde

60.  
Dubium 2. tametsi hoc in viro Eccl. sit supponendum, non tamen cum tanta excellentia.

II. An possit quis ad subdiaconatum & Diaconatum promoueri ad titulum beneficij, cuius fructus non sit præcepturus vsq; ad Presbyteratū? Affirmat *Barbosā cit. n. 10.* cum multis alijs. Sed distinguo: si interim habeat, vt saltē tempore subdiaconatū & Diaconatū, vnde se honestē sustenter, posse; secus, si non habeat: quia etiā Diaconus & subdiaconus debet iuxta dignitatem status Clericalis honestē viuire, nisi forte omnes tres sacros Ordines sit cum dispensatione suscepitur intra tres dies festos consequentes. Ratio primi: quando beneficium actu pacificè possidetur, etiam si illius fructus nondum percipientur, modò beneficiarius habeat interim vnde honestē viuat, de ipso verificatur Trid. decretū, cùm verè beneficium pacificè possideat, licet non ex eius fructibus, sed aliunde interim suā vitam honestē sustentet. Refert sacra Congreg. in una decl. inter prætermisas, quæ situm fuisse. An obtinens parochialem Eccl. insufficien tem ad victum, teneatur infra annū ad sacerdotiū promoueri, iuxta c. licet, de elect. & electi pot. in 6. cùm Conciliū per suum decretū declarasse videatur caput licet, intelligendū de beneficio Eccles. ad honestum victum sufficiente: imò prohibet tali casu posse ad sacros Ordines promoueri. Respōdit, non teneri; expeditare tamen talem Eccl. renunciate. Quā decisionē approbauit Pontifex, vt ea renūciet.

61.  
Declaratur REQVIRIT præterea in suo decreto Concilium, vt beneficiū, ad cuius titulum Clericus est Ordinatus, idē Trid. de- resignare non possit, nisi factā mentione, quod ad creū quoad illius beneficij titulū sit promotus: neq; talis resigna- beneficij re- signationē. tio admittatur, nisi constiterit, quod aliundē viuere cōmodè possit, & aliter factā resignatio nulla sit. Su- per quod, sacrā Cardin. congreg. referente, dubitatum fuit. At pro forma traditū sit, vt resignans teneatur mentionē facere, se ad titulū illius fuisse promotū, adeò vt per æquivalens adimpleri non possit? Ad quod eadem affirmatiū respondet: ex clausula annullatiua, Et aliter factā resignatio nulla sit: posse autem in sacris constitutū turā Conscientiā, beneficiū cum beneficio æquivalenti cōmutare, nullā mentione fa-ctā, quod ad illius titulū sit promotus, modò cōmutatio non sit factā cum tenuiori, & ad honestā suste- tationem insufficienti. Ex his infertur, post beneficij renunciationē, nullā mentione factā, quod ad illius titulū fuerit promotus, posse ad vltiores Ordines promoueri: quia cùm talis resignationē fuerit inuali- da, non est ab ipso resignante alienata, ac proindē ite- rum ad titulum illius promoueri poterit.

Disputat *Nauar. l. 3. consil. de præben. consil. 23. in antiqu.* edit. An valeat resignatio beneficij nullā factā men- tionē, quod ad illius titulū fuerit ad sacros Ordines promotus, si ex eo pensionē ad honestum victū ne- cessariā sibi reseruauit? Negat *Barbosā cum multis cit. n. 27.* Affirmat *Nauar.* idq; non tantum in foro Cō- scientiæ, sed etiā in foro exteriori. Dicitur: quia hic satisfacit menti Cōcilij, quæ est, ne per huiusmodi resignationē sacrī initiatū cū de decoro statūs Clericalis cogatur mendicare, aut sordidum quæstum exercere: quem finē seruat Clericus, sufficienti pen- sione ex resignato beneficio sibi reseruatā. Quæ sent, probabilior est. Sed quid seruandū cū Presbytero, qui cōtra constitutionem Pij V. beneficium in ma- nibus Ordinarij resignauit, nō habens vnde honestē se sustenter? Resp. sacra Congr. ex mente S.D.N. resignantē alendū esse ab Ordinario, qui contra cō- stitut. Pij V. editam Kal. April. 1586. talē resignationē admisit, donec alia viā illi prouideatur, & resigna- tū beneficij resignanti omnino adimendū, atque in eo constituēdum, qui fuerat à patrono præsentatus.

Examinatur ultimapars Decreti, quos antiquos Canones Concilium hūc innouet?

62.  
O Ritur hoc dubium, quia vt supra, in Concilio Chalced. cano. 6. qui refertur can. Neminē, dist. *Origō dubij.* 70. & in Placentino sub Urbano II. vt refertur can. Sanctorum, ead. dist. pœna imposita ijs, qui absque titulo ordinabātur, erat suspensio ab executione Ordinū suscepitorū in iniuriā Ordinantis: Innocent. verò III. in c. Cūm secundū. de præbendis, hanc pœnam restrinxit ad solū Ordinantē, vt tam diu obligaretur vel ipse, vel eius successor Ordinatū sine titulo alere, quādiu ei de sufficienti beneficio non fuerit prouisum. Hoc ipsum ante Innocent. statuerat in magno Latera. Cō- cilio Alex. III. Ex his dubiū, quos canones ex citatis innouat hoc suo decreto Trid. Prima sent. affimat, 1. *Sententia*, innouare canones Alex. & Innoc. qui pœna imponūt soli Ordinanti, vt debeat Ordinatū sine titulo ad sacros Ordines promotū tamdiu alere; quādiu de suffi- cienti beneficio non sit illi prouisum: ita *Henr. l. 10. c. 17. n. 4. Toler. in sum. l. 1. c. 48. n. 16. Barbosa cit. n. 67.* ci- tans alios. Quibus accedit sacræ Congr. authoritas, quæ expendens illa verba, antiquorum canonum pœnas innovando: Concilium, inquit, in hoc capite renquavit tan- tū pœnas c. cūm secundū. de præbendis. Fundam. pœna suspensionis, quæ erat antiquior, sublata fuit ab In- nocent. III. Trident. autē non innouat pœnas in iure sublata, sed quæ in iure vigent. Secunda docet, hoc 2. *Sententia*, decreto Trident. innouare solā pœna suspensionis Ordinis collati, can. Neminē, & can. Sanctorū, dist. 70. *Vasq. disp. 246. c. vlt. n. 60.* & alij, apud *Barbosam cit. n. 66.* Quam pœnam tam ab Ordinatē, quam ab Or- dinato cōtrahi putat *Vasq.* ab Ordinato, vt nequeat in suscepito Ordine ministrare; in Ordinante suspē- ditur potestas Ordines conferendi. Idq; colligi vide- tur ex illis Conciliij Chalced. Decreuit Sancta Synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factū valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit. Non quod possit Conciliū prohibere, ne Episcopus validē, sed ne lícite Ordines cōferat. Hāc sent. probat *Vasq.* quia antiqui Canones, quos Trid. suo decreto innouate dicitur, nō sunt capitula ex Pontificum Epistolis ex- cerpta, & in Decretalibus inserta, sed qui in Cōcilijs instituuntur. Ex quo infert, Episcopū, qui absq; suf- ficienti titulo Clericū ad sacros Ordines promovit, non teneri illi vitæ alimenta subministrare, donec ei de sufficienti sustentatione prouideatur. Probāt alij 2. vel hāc pœna non est ab Innoc. III. per c. cum se- cundū. de præbendis sublata; vel esto sit sublata, per Trid. restituitur suo vigori, dū renouat omnes Ca- nones antiquos, inter quos sunt citati Neminē, & San- torū dist. 70. Tertia affimat, innouari vtramq; pœ- na & suspensionis quoad Ordinatū, & alimenta sub- ministrandi, quoad Ordinantem: *Nauar. l. 1. consil. cōsil. 14. in antiqua edit.* & *Suar. to. 5. de censuris disp. 31. sect. 1. n. 33.* ita vt si Ordinans sit tātū in culpa, quia scien- ter ad sacros Ordines promovit sufficientem titulū non habentē, solus ipse incurrat pœnam ministrādi alimenta, donec de sufficienti beneficio Ordinato prouideatur, iuxta decisionem Innoc. III. c. Cūm se- cundū. de præbendis: si tātū Ordinandus, quia dolo & fraude Ordinantē decepit, mentiendo se sufficiēs habere patrimonium, solus Ordinatus suspensionis pœnam incurrat, iuxta *Can. Neminē* & *can. Sanctorū*, dist. 70. Sin autem vterq; sit in culpa, vterq; suā quisq; pœna puniatur, & Ordinans alimenta subministrādo, & Ordinatus à ministracione Ordinū abstinentendo. Atque hāc sent. sic explicata probabilior est. Prob. *Probabilior.* cōtra 1. sent. 1. verō simile non est, Trid. velle Episco- *Prob. contra* pū obligare ad alimenta præbenda, qui mendacijs *primā sent.* & fraudibus ab Ordinando deceptus in culpa non fuit:

suit: cùm enim hæc alimētorum subministratio im-  
posta sit in poenam, supponere debet in Ordinante,  
cui imponitur, culpam, quod bene norauit *glossa in c.*  
*Cum secundum, verb. successores: & exp̄essit Bonif. VIII. c.*  
*Si Episcopus, de prebendis in 6. qui in ordinante culpam*  
*requirit, ad hoc ut tenetur ad sacros Ordines sive*  
*sufficienti titulo promoto vitæ necessaria ministrare:*  
*Prob. 2. contra eand. ut Innoc. III. definit c. Sedes Apost.*  
*de rescriptu, fraus & dolus nemini patrocinari debet:*  
*igitur si Ordinandus dolo & fraude Ordinante de-*  
*cepit, non debet ei sua fraus & dolus patrocinari, ne*  
*lucrum ex delicto reportet. 3. non videtur Conciliū*  
*velle, tales impostores impunè abire. Nec probabile*  
*est, Innoc. III. voluisse. not. c. Cum secundum, solos Epi-*  
*scopos obligare ad alimenta subministrāda, nec puni-*  
*nitis ijs, qui dolo & fraude sacros Ordines ab Epi-*  
*scopo, absq; eius culpa extorsissent: sed solū loqui*  
*videtur, in casu, quo sine culpa ordinandi Episcopus*  
*absq; sufficienti titulo Clericum ad sacros Ordines*  
*promoueret. Prob. cōtra 2. opin. si solā poenā suspe-*

**64.**  
*Prob. contra 2. opin. si solā poenā suspe-*  
*sionis decretam cit. can. Neminem, & Sanctorum. inno-*  
*secundā sent. uaret hīc Trid. finis ipsius frustraretur, & ordinans,*  
*etiam si in culpa foret, permitteret ut impunè abire.*  
*Nā scopus Cōcilij, ut init. c. exprimitur, est, ne Diuino*  
*ministério adscripti, cum Ordinū dedecore mendicare, aut*  
*fōrdidum aliquem quæstum exercere cogantur: hunc finē*  
*vrgent suis bullis Piu V. & Sixtu V. at si non tenere-*  
*tur ordinans necessaria vitæ alimenta pauperi Sacer-*  
*doti, quem sine sufficienti titulo ad Presbyteratum*  
*promouit, subministrate, contra finem Concilij de-*  
*beret talis mendicare, aut fōrdidum quæstum exer-*  
*cere. Nec Episcopo alia erat in dictis Can. suspensionis*  
*Ordinās per-*  
*miseretur*  
*impunè ab-*  
*ira.*  
*Clericis manū imponeret; quam proinde vacuam,*  
*& sine effectu, nemp̄ quoad Ordinis collati execu-*  
*tionem, appellabant: quæ ex parte Episcopi, non tam*  
*erat poena, quām quædam cautela, ne cum damno*  
*ordinandorum ad sacros Ordines promoueret, qui à collati Ordinis executione abstinere deberet.*  
*Quòd autem hæc non fuerit ut poena Episcopo im-*  
*posta, inde constat: quia poena imponitur propter*  
*culpam cōmissam: at hæc culpam præcedebat: non*  
*igitur poterat ut poena Episcopo imponi: proinde*  
*Episcopus, si aliam poenam non incurrit, abiuisset*  
*impunè. Ut igitur Concilij finis seruetur, dicendum*  
*est, ab eo innouari poenas ex parte viri usq; tum ordinatis alimenta subministrādi, tū ordinandi, suspensionem*  
*ab executione Ordinis incurrendi. Vnde Sextus*  
*V. bullā que incipit, Sanctum & salutare, præter poenam*  
*alimenta subministrādi, imponit Episcopo sine suf-*  
*ficienti titulo scienter aliquem ad Ordines promouenti,*  
*suspensionem à quorumcunq; Ordinū, etiam*  
*primæ tonsuræ, & ab executione omniū munierum*  
*Pontificalium ipso iure incurrendam; etiā; Ecclesiæ*  
*ingressum interdicit: ipsis verò malè promotis, præ-*  
*ter poenas à Pio II. & alijs Pontificibus inflatas, in-*  
*iungit, ut sint perpetuò suspensi ab executione, mi-*  
*nisterio, & exercitio Ordinum susceptorum: eosq;*  
*priuat omni spe ad alios superiores Ordines ascen-*  
*dendi. Quā bullam ut nimis rigidam moderatus est*  
*Clemens VIII. eamque reduxit ad dispositionem*  
*Piu II. & Trid. Ad rationem primæ, negandum est,*  
*adrationes ab Innoc. III. fuisse suspensionis poenam sublatā pro*  
*aliarū sent. ijs, qui dolo & fraude absq; titulo ad Ordines acce-*  
*debant, ne cōtra id quod ipse cit. c. Sedes Apost. docet,*  
*sua cuiq; fraus & dolus patrocinaretur. Declaratio*  
*Cardin. à Suar. intelligitur, quando ordinandus sine*  
*dolo & fraude ad Ordines accedit, sincerè facendo,*  
*se sufficienti titulo carere: quo euentu cùm ipse non*  
*peccat, puniendus non est: tenetur autē Episcopus*  
*ei alimēta subministrare, hoc ipso quòd sciens illum*

promovit. Ad 1. secundæ, nego, nomine canonū nō intelligi capitulo, ex Pontificū epistolis excerpta, & per modū vniuersalis regulæ iuri inserta, nam teso corp. Iuris Can. magna Canonum pars excerpta est ex Pontificum Epistolis: cùm tamen nemo neget, eos Canones seu ius Canonicum appellati, ita Gregorius XIII. in ep̄. quam ad futuram rei memoriam inseruit decreto Gratiani ad init. quā declarat, totū corpus iuris Canonicī fuisse industriā nonnullorū Eccl. Cardin. adiuncto aliquorū doctrinā & pietate insig-  
niū virorū studio, à mendis & erroribus perpur-  
gatum: nam etsi controversum sit, An Gratiani de-  
cretum, in quo Canones disponuntur, vim legis ob-  
tinet: attamen nemo negat decretales, quæ ex epistolis Pontificum excerptæ sunt, vim legis habere, ut declarat Leo IV. ad Episc. Britan. & refertur can. De li-  
bellū diff. 20. Nec refert, quòd Trid. hīc vocet Cano-  
nes: nam quoad vim obligandi inter canonem & le-  
gem nullū est discrimin. Secunda ratio nostri con-  
firmat sent. Nota circa personas Religiosas, vel Cle-  
ricos, Religiosorū more in cōmuni viuentes, si ante  
professionem, & in Societate Nostra ante tria vota  
simplicia in ea emissā ad sacros Ordines non seruatā formā Trid. promoueantur, per bullam Pij V. que  
incipit, Romanus Pontifex, suspedi ab executione suscep-  
torū Ordinū: quinimò ministrares priuilegiis, exemptio-  
nibus, immunitatibus, & alijs gratijs Clericis concessis om-  
nī priuari, & irregularitatē, aliasq; in dicto decreto con-  
tentas poenas eo ipso incurriere, à quibus nisi à Romano Po-  
tifice, vel in mortis articulo minimè absolvi possint. Ipsiis  
verò Episcopis virtute Sanctæ Obed. interdictitur,  
ne eos promoueant, & contra facientes per annum à  
præstatione talium Ordinum ipso iure suspenduntur.

An Societas Iesu teneatur alimenta subministrare ijs, quos post Sacros Ordines in Religione susceptos ex iusta cau-  
sa dimittit, si non habeant, vnde se honestè  
sustentent?

**65.**  
*Prob. 2. de refor. n. 6. citans Marchin. Cui sent. fau-*  
*re videtur sacræ Congreg. declaratio in cit. cap. n. 9.*  
*Ceterum quoad Iesuitas, cùm post Sacerdotium exire non*  
*possint, nisi à superioribus ejiciatur, prouideatur illis de re-  
atu, saltē quadraginta aureorum annuorum ex bonis*  
*Religionis. Vnicum argu. Iuxta canones cit. tenentur*  
*Episcopi sustentare eos, quos sine sufficiēti titulo ad*  
*sacros Ordines vel promouerunt, vel dimissorias cō-  
cesserunt, ut ab alio Episcopo promouerentur: ergo*  
*etiam Societas. Confir. ut definit Bonifacius VIII. c.*  
*Si Episcopus, de prebendis & dign. in 6. non qui ordinat,*  
*sed qui dimissorias concedit, obligatur ordinato si-*  
*ne sufficienti titulo necessaria subministrate, quādū*  
